

¶ Prima pars Dictionarij in qua dictio quelibet per literas alphabeti iuxta congruẽtiã distinguitur vt quã facillime omnia in ea contenta reperiantur continetqȝ dictiones his literis incipientes. A. B. C. D.

IOhannes Bekenhaub Moguntinus Lectori salutem. Etsi adolescentiam studio literatum. viriles annos correcture impressorum deuouerim: tamen in dictionario imprimendo correctoris officium agere: non absq; deliberatione constitui. Propterea maxime: quod mihi ferenti celeriter oculos per exēplaria: loca quedam: et certe multa: immo quasi innumera obuiauere: ita scriptorum lubricata vestigijs: vt vel casum transeunti: vel transeundi minarent difficultatem. Parum enim intererat: vel antiqua illorum vitia emendare: vel nouo labore mentē autoris vaticinari. Hoc tediosum: illud presumptuosum: animum meū ab occupationis exercitato genere deterrebat. Quare satius existimaui correcturam illius non tentare: quam tentatam: vel cum rubore deserere: vel cum ignominia consumare. Nec tentassem nisi Uirgiliani carminis hortatu: labor omnia vincit: improbus et duris vrgens in rebus egestas et deliberanti et desperanti mihi spes modica fuisset illapsa: exemplariorum et originaliū prompta multitudine firmata simul et adaucta: suadens vel rectius promittens horum me consilio posse facere: quod alias per me factū iri desperassem. Ita partim persuasus: partim hortatus: emendando dictionario me cum non mediocri sollicitudine mancipaui. In quo negocio: si vigilijs: diligentie: labori meo: valor dictionarij respōderit: aculeos reprehensorum tute vitabo: an vero valori dictionarij mee vigilie diligentie: labores suffecerint: eius erit iudicium: qui dictionarium impressum perlustrabit: dumtaxat curioso de proprijs regionum: vrbium: mōtium: fluminum pecudum: monstrorum: piscium: margaritarum et infinitarum quasi rerum examine neglecto. Quarum certam notionem: cum incerta contentione mihi exemplaria suspectam reddiderint: malui dubius ista non tangere: quam tangendo laqueo implicari erroris. Nec deest mihi in hac parte defensor cicero: qui de nominibus disputare pertinacibus relinquit. Recipit igitur arbitratu meo iste locus excusationem: cui succedit alius qui auisationem connectit. Fit namq; passim per totius operis contextum in adductis autoritatibus mutatio. Interdum sensu autoritatis: non autoritatis verbis vsus est artifex peritus: interdum variat accidentia vocum: puta tempus numerum: et personam etc. interdum solet dictionis synonimum mutare: et plura huiusmodi: que negligentie mee non sunt assignanda: qui in hoc aūt vigilem et precipuam autoris industriam: aut singularē et archanam illius complacentiam sum imitatus. Si vero hec patienter ferantur: nec adhuc dignitati autoris: nec voluntati legētis motem gessisse insimulor: non dubium quin mereatur gratiam honestas huic mixta rubori: quē impinget (si tamen vllus impinget) monstruosa et squalida dictionarij effigies: librariorum rudi opificio deformata. Nam sicut me illam omnino indecoram speciem reduxisse fuisset cōmendabile: sic me quasdam (si saltem emergunt) deformitatis notas reliquisse fiat tolerabile: cū vel rara vel nulla humanis laborata ingenijs oīm consensu approbentur: alijs inuidia: alijs superbia flagrantibus: quorum ego calumnias ex pestifera ortas radice: cum maiori laude sustineo quam reuello. Quod si ab equis cēsoribus labor meus discutietur: oro illam temperamenti rationē amplexentur: que non videt acutius quam par sit: nec lacessit magnis conuitijs paruas et pueriles offensas. Magnas enim tam copioso numero vndiq; vere magistri sui intelligētie puto mea cura ita cōciliatas: vt restare plures bona fiducia haud quaquam faciliter admittat. Ergo dictionarium ex multis laceris exemplaribus reintegratum: in mutilis diuisionū membris reparatum: ordine tractabilem: sensu concinnū: et ad remissionū loca certū ducem accipere: cuius vtilitates ipse partim suo epygrammate infra loquitur: reliquas potius tuo experimēto quam rauco meo preconio decreui estimādas: et estimatas declamari. Uale.

Dictionarij ad lectorem epygramma.

Si varijs ornata libris penetralia curas.
  More tuo facias illa patere mihi.
At tibi ne vilis hospes sim: ne mea vota.
  Irrita contendas: inclitus autor agat.
Cōpater hunc Petrum: stirps Berchoriū vocat illū
  Patria pictauum: cui dedit ille decus.
Et Benedicte sacer: sacre tu religionis
  Es pater: est Petrus: filius huius honor.
Hic memor exēpli seruum damnantis iniquum.
  Mnam sibi commissam qui tumulauit humo
Horruit: et vires agitat mox indolis alte.
  Sorte datam quod mnam fenoris auctet ope.
Fenoris haud huius quod edaci perditur euo.
  Sed quod perpetuo litera fida fouet.
Litera qua sacra constant qua deinde prophana.
  Artificis nostri concomitatur opus.
Nam biblie voces hic primo grammaticorum:
  Arte docet quicquid significare solent.
Hinc vbi multiplicem resonat vox vnica sensum.
  Explicat: et reddit cuilibet apta loca.
Deniq; de lege moysi: de dogmate xpi.
  Mysticus interpres maxima lucra refert.
Nec tacet illustres quid greci quid ue latini.
  Hystorici memorent: quid statuere sophi.
Nec Iouis imperium: nec auerni principis aulam
  Negligit equoreo nec data regna deo.
Nec tulit a studio morali sint alieni
  Uates egregij qui sacra rite canunt.
Sed velut est apibus flores libare suaues.
  Et labor et studium quod pia mella parent.
Sic sapidos flores cunctorum religiosi.
  Dogmatis in mella digerit autor apis.
Mella noto que gustat hō dum presbyter almus.
  Celibis autoris comprimit ore fauos.
Nec semper blanditur apis dulcedine mellis.
  Quin etiam vibrat spicula sepe sua.
Sic nec ego semper virtutes melle foueo.
  Sed scelerum vindex aspera verba sono.
Scis modo quid referā: scis nomen: scis genus: et scis
  Autoris meritum: quem venerare loco.
Rarus ego latui: me bibliotheca tenebat
  Rara: sed impressus creber vbiq; vagor.
Dic igitur viuat Anthonius ipse Koberger.
  Incola Nurnberge cuius ab ede vagor.
Et meus eternis celebretur laudibus autor.
  Ingenium cuius docta Minerua probat.
Et bekenhaub vitijs me purgans care Iohannes.
  Uiue diu: vita functus ad astra vola.
Retro licet scriptus calamo vitiatus inertius.
  Undiq; mendosus: vndiq; fractus eram.
Nunc tamen impressus veri splendore chorusco
  Integer: o lector crede simulq; vale.

Dagon 234

Et tantū de prima parte huius operis videlicet dictionarij.

¶ In nomine trinitatis indiuidue. Repertorium mo
rale perutile predicatoribus. Editũ per fratrẽ. Petrũ
berchariĩ pictauiẽsi. ordinis sancti benedicti. meritoq̃
Dictionarius appellatũ. quoniã quodlibet vocabulũ
(saltem p̃dicabile) ſm alphabeti ordinẽ dilatat. distin
guit: autoritates diuidit: applicatq̃ exẽpla naturalia.
figuras et enigmata. Incipit feliciter.

A. a. domĩe deus

ecce nescio loqui. q2 puer ego suz
Sicut dicit Bernardus in quo
dam sermone. Considerãti tibi
quid sis: occurrit tibi hõ nudus
et pauper: miser et miserabilis:
Dolens ꝙ homo sit. Erubescens
ꝙ nudus sit. plorãs ⁊ murmurãs
ꝙ sit. Reuera istud em̃ est ꝓpriũ hoĩs scire flere. Puer
enim nascitur flendo: et a. interiectionẽ dolentis cla
mando. miseriam ad quam intrat eiulando testatur.
Solus enim zoroastes in hora natiuitatis legit̃ risisse.
om̃e vero reliquũ gen⁹ mortaliũ inuenit̃ fleuisse. Quid
igit̃ de me dicã. cũ quidẽ mortalis homo similis aliĩs
hoĩbus de genere illius qui primo formatus adã. Et
ideo cum humanas miserias experiar omni die non re
stat nisi ꝙ petam. Quis dabit capiti meo aquã ⁊ ocu
lis meis fontẽ lacrimarũ ⁊ plorabo die ac nocte: vt et
lacrime mee sint mihi panes ⁊ cũ fletu misceam potũ
meũ. Super omnia autẽ debeo lamẽtari qui opus tã
ti laboris et tediĩ presumpsi suscipere ⁊ negociũ q̃d meã
excedit potentiã. scientiã: eloquentiã ⁊ virtutẽ scilꝫ pre
sens moralе repertoriũ inchoare. Sicut em̃ iaz dudũ
in prologo reductoriĩ mei promiserã tractare propono
de quolibet vocabulo p̃dicabili ſm ordinẽ alphabeti
scꝫ verbũ quodlibet exponẽdo. dilatãdo. distinguẽdo
autoritates diuidẽdo. exẽpla naturalia. figuras ⁊ eni
gmata applicãdo. ⁊ ſm naturã vocabuloꝝ de diuersis
materiĩs pertractãdo cũ efficacia proponebã. ¶ Nũc
vero ꝙ̃uis predictũ opus cõpleuerim: quia cũ ipsuz ite
rum necessum habui reuidere ⁊ multa obmissa insere
re ⁊ totũ opus corrigere ⁊ supplere cũ ad hoc non suffe
cerit ingeniĩ mei tenuitas. Imbecillis potissime: cum
stultissim⁹ sim virorũ: ⁊ sapiẽtia hoĩm nõ sit mecũ. nõ
est mirũ si doleo. ⁊ sic p̃dicta verba recipio cum Hiere
mia flebiliter lamentãdo. A. a. a. domine deus ecce ne
scio loqui ⁊c. ¶ Dico em̃ primo. A. q2 sum rudis ad in
telligendũ Secũdũ. a. dico q2 sum ebes ad inueniendũ
Dico tertiũ. a. q2 sum elinguis ad dictandũ ⁊ ad pero
randũ. Triplici em̃ virtute indigeo in hoc opere ꝯsum
mãdo. s. Intellectiua: que sit ingeniosa. Inuẽtiua q̃ sit
prõpta facilis ⁊ studiosa. Traditiua q̃ sit eloquẽs ⁊ se
riosa. Nũc vero q2 inuenior min⁹ habẽs. deficiẽs in põ
dere. numero ⁊ mẽsura. Põdere dico ꝓfunditatis in
tellectiue. Numero multiplicitatis inuentiue. Mẽsu
ra venustatis eloquẽtie traditiue. merito tristor ⁊ doleo
⁊. a. lamẽtabiliter sepe dico. A. a. a. In quibus verbis.

Exprimitur doloris grauitas. Primũ ꝓbat re
Ostẽditur clamoris ruditas. plicatio vocalis
Pretẽditur vigoris paucitas. a. a. a. Sed scđm
supplicatio regalis: dñe de⁹. Sꝫ tertiũ ĩpeditio v̾balis
nescio loq̃. Quartũ v̾o ĩperfectio carnalis puer ego suz

A ¶ Hic igit̃ dico ꝙ exprimit̃ desolatio mentalis. cũ dr̃
triplex. a. Triplex em̃ causa dolẽdi inest homini. Pro
pter culpã preteritã. Propter miseriã presentẽ. Pro
pter penã futurã. q2 ſm hiero. Hominis ingressus est
miserabilis. Progressus est culpabilis. Egressus pena
lis ⁊ dãnabilis. Triplex autẽ culpa vel vitiũ inest hoĩ.
Et ideo nõ mirũ si trib⁹ vicib⁹ replicet. a. Peccat enim
hõ ex impotẽtia. Peccat ex ignorãtia. Peccat ex pro
teruitate. vel malicia. Iterũ peccat tripliciter. s. Pecca
to cordis. Peccato oris. Peccato operis. Iterũ peccat
tripliciter scꝫ In deũ. In se ⁊ ĩ proximũ. Et ideo pro ista
triplicitate culpe non immerito tripliciter dr̃. a Unde
Ezech. iiĩ. Comedent filiĩ israel panẽ suum pollutum
inter gentes et dixi. a. a. a. dñe deus. ¶ Iterum triplex
inest homini miseria scꝫ. Indigẽtie. Impotẽtie ⁊ Igno
rãtie. Uel triplex miseria sicut. Laboris. Timoris Lã
goris. Uel triplex miseria scilicet fragilitas carnis. he
betudo mẽtis ⁊ timor mortis. Ideo sic̃ de ista triplicita
te triplicis miserie põt scꝫ dici triplex a. Joelis. j. Uoca
te cetũ cõgregate senes ⁊ clamate. a. a. a. Iterũ triplex
inerit hoĩ miseria. Pena afflictionis corporuz. Pena
amissionis amicorũ. Pena perditiõis rerũ. Uel si sit
in inferno. Pena carẽtie visiõis. Pena vermis vel re
morsiõis. Pena sensus ignis vel afflictiõis. vel Pena
carceris ineuasibilis. Pena desperatiõis sentẽtie irre
uocabilis. Pena horrẽs demonũ: quoꝝ societas est ine
uitabilis. Ideo de ista triplici penali triplicitate debꝫ
dici triplex a. Unñ Ezec. xxj. Ego succendã igne in te: et
obruã in te om̃e lignũ viride ⁊ aridũ nõ extinguet̃ fla
ma succensionis. Sequit̃ Et dixi. a. a. a. Sic igit̃ patet
quomodo hõ dꝫ plangere ⁊ pro miseria et pro pena di
cendo. a. a. a. Exprimit̃ igitur desolatio mẽtalis. ¶ Se
cundo dico ꝙ hic requirit̃ miseratio regalis. dñe deus B
inquit. Necesse em̃ habeo deũ requirere ⁊ ei⁹ misericor
diã implorare. Sicut em̃ dicit Plinius. Expertũ est
leones flecti precibus sicut exemplificat de muliere ge
tula que ĩ deserto leonẽ famelicũ inueniẽs se mulierẽ:
pauperẽ: vilem predã tam generoso animali allegãs: ip
sius iram flexit ⁊ sui liberationẽ precibus impetrauit.
Multo fortius igitur generosus ille leo de tribu iuda
aurẽ suã meis precibus inclinabit. ⁊ in hoc ope facien
do auxiliabit̃ ⁊ fauebit. ¶ Dico igit̃ cũ p̃s. Dñe deus
meus in adiutoriũ meũ intẽde. Ut ⁊ regratiãdo referã
illud p̃s. Deus domin⁹ ⁊ illuxit nobis. Requirit̃ igit̃
miseratio regalis. Domine deus. ¶ Tertio dico ꝙ hic
ostẽditur impeditio verbalis. Nescio inquit loqui. Et
vere nescio loqui ea scꝫ eloquẽtia qua deceret. Q2 scilꝫ
cum apostolis. Nescio dei magnalia variĩs loqui lin
guis sed poti⁹ noui instar crocodrilli qui lingua caret
loqui phitonice rauca voce Esaie. xxix. Erit quasi vox
phitonis vox tua ⁊ de humo eloquiũ tuũ musitabit.
Spero tñ ꝙ ille qui fecit elinguẽ Moysen eloquentẽ.
Et qui linguas infantiũ facit disertas. dissoluet vincu
lũ lingue mee ⁊ faciet recte loqui. ita ꝙ cũ me inuitum
turpe loquentẽ viderint mirabũtur. Dicitur igit̃ impe
ditio verbalis. Nescio inquit loqui Nee. xiiĩ. filiĩ eorũ
ex media parte loquebãtur azotice ⁊ nesciebãt loqui iu
daice. ¶ Quarto dico ꝙ hic ostendit̃ imꝑfectio mora
lis. Puer inq̃t ego sum. Et vere puer. sed poti⁹ sensib⁹ C
ꝙ̃ etate. Et poti⁹ dict⁹ a spurcicia ꝙ̃ a puritate. Puer
em̃ habet triplex incõmodũ scꝫ Impotẽtiã. Ignorãtiã
Immũdiciam. Sic vere cum ego sim ignorans. impo
tens et immundus. satis possum nomine pueri nomi
nariĩ. iiĩ. Re. iiĩ. Ego sum puer paruul⁹ ignorãs introi
tũ meũ et exitũ. Uerũ quia quidã sunt pueri ingeniosi
⁊ sortiunt̃ aĩam bonã. Ideo vereor ne forte nõ ꝓficiat
excusatio. Hiere. qui. s. cũ se diceret puerũ ⁊ ignarum:
audiuit dominũ sic loquẽtem. Noli inquit dicere. q2 pu
er ego sum: q2 ad omnia que mittã te ibis ⁊ que mãda
uero tibi loqueris ad eos. Ecce dedi verba mea ĩ ore tuo
Sic igit̃ non obstãte imperfectiõe morali. q2 puer. Im
peditione verbali: q2 nescio loqui. Desolatiõe mẽtali.
a. a. a. Sed potius suffragãte supplicatiõe seu oratiõe
vocali. qua scꝫ dico. Dominus deus. ¶ Et ecce ego fra
ter. Petrus berchariĩ ordinis sancti Benedicti mona
chus pictauico solo nat⁹ ſm partem laborũ meorũ scꝫ
Morale repertoriũ incipio: ip̃mq̃ reuerendissimo in
xp̃o patri ac dño meo domino Petro de pratis Episco
po penestrine ac sancte Romane ecclesie vice cancella
rio Cardinali: cuius suz ego familiaris. domestic⁹ apud
ipsum duodecim annis nutritus presens opus ingeniĩ
mei manuumq̃ mearum offero laborẽ et presento ad
laudem scilicet et ad gloriam omnipotentis dei. Qui
viuit et regnat in secula seculorum Amen.

Finit prologus.

¶ Prima pars Dictionarij ordine alphabetico (vt ꝓlogo ꝓmissum est) incipit. Et primo de littera. A.

A In primis notare possumus ꝙ ista dictio. A. tripliciter pōt sumi. Sumit enim pro litera principatiua. Pro interiectione dolēti & lamētatiua. Pro prepositiōe ablatiua. Primo modo per a. possum intelligere rerū omnium principatorē. Per secundū possum accipere hominē miserū & viatorē. Per tertiū vero hominē impiū et peccatorē. Primo em modo a. est prima litera alphabeti significans illū qui in ordine rerū est primus scz deū qui de seipso dicit Apocalip. j. Ego sum alpha et o. principiū & finis. Alpha eni grece: idē est ꝙ a latine. Secūdo a est interiectio dolentis & sic pōt significare humanā cōditionē que scz tota est flebilis & inanis Unde ista est illa prima vox quā puer ad hanc miseriam veniens statim clamat dicēs a. quasi dolēdo pro miseria quā intrauit. De qua Sap. vij. Ego natus accepi communē aerem & in similiter factā decidi terrā et primā vocem similē omnibus emisi plorans. Tertio modo a. est prepositio ablatiua deseruiens ablatiuo. i. mundi principibus. Et sic potest mihi significare viros superbos qui semper alijs volūt preponi & maxime prepositos et balliuos qui deseruiunt ablatiuo q2 semper student alienū auferre. vel seruiunt ablatiuo. i. mundi principibus quia non cessant auferre bona subditorum suorū. ij. Corint. xj. Damasci prepositus gentis arethe regis voluit me ꝓprehendere. Unde de tali. a. potest dici illud quod scribitur in ps. A viro iniquo eripe me. ¶ De primo. a. initiatiuo pōt dicere quicqd dr de deo vel etiā de principio. vel de primo. De secūdo a. satis est dictū supra immediate in ꝓlogo. De tertio vero a. qd ds in scriptura qd scz est ꝓpositio aliquid est dicēdum. Dicendū igit ꝙ a. sumitur quadrupliciter scz

B Effectiue.
Inceptiue.
Separatiue.
Collatiue.

Significat dico effectiue vel causatiue: & sic dr in ps. A dn̄o factum est istud & est mirabile i oculis nostris. Item sumitur inceptiue. q2 scz a. denotat inceptionem a tempore vel a loco. A tempore: sicut dicitur illud Ecclesi. xviij. A mane vsqz ad vesperā immutabitur tēpus. A loco sicut illud in ps. Dñabit a mari vsqz ad mare &c. Itē sumitur separatiue seu sublatiue: sicut illud Ecclesi. xxj. Quasi a facie colubri fuge peccatum &c. Item sumitur collatiue: sicut illud ps.

C Dixit dominus dn̄o meo, sede a dextris meis. ¶ His igitur premissis possumus dicere ꝙ cum a. semper significet terminum a quo possumus moraliter dicere quod est.

Unum a. diligibile. cui seruiendum.
Unum a. detestabile. a quo fugiendum.
Unum a. commendabile cui insistendum.
Unum a. formidabile. a quo metuendum.
Unum a. nunciabile. quo bene vtendum.

¶ Dico ꝙ est vnum a. diligibile cui est seruiēdū. & sic a. significat deum: a quo sicut a causa primaria bona cuncta procedunt: quia sicut dicitur. Jacobi. j. Omne donum optimum et omne datum perfectum. desursum est descendens a patre luminū. Sicut enim a fonte exeunt riuuli: a sole procedunt radij a stipite prodeunt flosculi. Sic vere a deo exeunt cuncta bona. christus enim a patre processit. Joban xvj. Exiui a patre et veni in mundum. Et a christo omne bonum successit Ecclesiastici. j. Omnis sapientia a domino deo est. Et aduerte ꝙ ab ista causa prima nos accepimus.

Timorem.
Honorem.
Splendorem.
Uigorem.

Timorem dico vnde in ps. Timebunt qui habitāt terminos a signis tuis. Item honorem: Unde Baruch. v Circundabo te diploide a deo iusticie et imponēt mitram capiti tuo honoris eterni. Item splendorem. ij. Corin. iij. Gloriam domini speculātes trāsformamur a claritate in claritatem: Item vigorem vnde in psal. Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis &c. Et istud. Esto nobis domine turris fortitudinis a facie inimici. Istud est vnum. a. diligibile cui est seruiendum. ¶ Secundo dico ꝙ inuenitur vnum. a. detestabile a quo fugiendū. Et sic dico ꝙ a. pōt significare D

Mundum qui deficit.
Carnem que allicit.
Culpam que inficit.
Hostem que interficit.
Mortem que deglutit.
Falsum amicum qui decipit.

Fugiamus igitur a mundo deficiente. vnde Numeri. xvj. Recedite a tabernaculis impiorū hominū &c. Fertur enim ꝙ vulpes apposita aure auscultat si glacies sit fortis anteꝙ desuper transeat. Qd si audierit aquā subtus tunc quia fragilis est recedit a loco et aliā viā querit. Sic et nos a mundo quia fragilis est periculosus. & defectiuus: fugiamus & locū aliū. s. statū salutis q̄ramus Act. ij. Saluamini a gñatiōe hac praua. ¶ Itē separemur a carne alliciente. Et sic oportet fugere.

A malis mulieribus.
A falsis adulatoribus.
A detractoribus et seductoribus.

Exemplo Herculis qui sicut dicitur in historia. Troiana. transiturus per loca syrenarum clausit aures et bene cauit a cantibus earundē ne forsitan sopiretur. Sic et nos aures claudamus & a mulierū: adulatorū. et deceptorū cantibus caueamus. De muliere enim dr Prouerb. ij. Eruaris a muliere aliena & ab extranea q̄ mollit sermones suos. Et Eccli. ix. Auerte faciem tuā a muliere compta. Et causa redditur Eccli. xxv. vbi dr ꝙ a muliere initium factum est peccati & per illā omnes morimur. De adulatore autē dicitur in ps. Dñe libera animā meam a labijs iniquis et a lingua dolosa. De detractoribus vero dicitur Prouer. iiij. Remoue a te os prauum & detrahentia labia longe fac a te. Igitur fugiamus a carne alliciente. ¶ Item recedamus a culpa inficiente. Quis enim si sciret periculū libēter fugeret a laqueo. Et homo si sciret imminere mortem caueret protinus a veneno. Sic et nos cauere debemus sagaciter a peccato: Unde illud Eccli. xxj. Quasi a facie colubri fuge pctm̄. Et ideo Dauid petebat fugere et liberari a laqo quē statuerūt sibi & a scādalis operātiū iniquitatē. A sagitta volāte in die a negocio perambulante in tenebris &c. ¶ Itē caueamus ab hoste interficiēte scz a dyabolo: de quo scz liberari petebat ille qui dicebat in ps. Erue a framea deus animā meā & de manu canis vnicā meā. ¶ Itē caueamus a morte deglutiente scili. ab inferno: sicut se gaudebat cauisse Eccli. lj. Liberasti me domine a rugientibus preparatis ad escam. A pressura flāme que circundedit me &c. Sicut enim dicit Eccli. i. Sapientia liberauit me a morte. ¶ Item caueamus a falso amico decipiente: dicēte illud ps. Declinate a me maligni & scrutabor mandata dei mei. Sic igitur patet qd est vnum. A. detestabile a quo fugiendum. ¶ Tertio dico ꝙ est vnum a. commē-

E dabile cui insistendum. Et sic a. significat terminum a quo: bonum scilicet deum: virtutes: legem: mandata: et similia. Separatio enim a tali termino est mala: ꝑseuerantia est bona. Nam sicut corpora celestia nunꝙ recedunt a celo: sic nec homo debet recedere per pctm̄ a deo. Unde in ps. A iudicijs tuis nō declinaui. A mādatis tuis intellexi. Et propter hoc petebat dauid a domino dicens. Ne proijcias me a facie tua et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. A tali enim termino nunꝙ est recedendum: sed ibi potius permanendum.

Quo ibo

Quo ibo (inquit dauid) a spiritu tuo: quo a facie tua fugiam. q.d. ista esset mala receptio et separatio hominis a deo. Et etiam separatio dei ab homine. de qua dicebat dauid. Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo ⁊ cetera similia. Iste est igitur terminus commendabilis: cui insistenduꝫ. ¶ Sed quarto dico ꝙ est vnum a. formidabile. a quo metuenduꝫ. Et istud significat dei iudicia et penas etiam infernales. De iudicio em̄ dicitur in ps. A iudicijs tuis timui et a lege tua nō declinaui. Et alibi. A voce tonitrui tui formidabunt. De inferno vero dicitur Esaie. xxj. Fugerunt a facie gladij imminentis a facie arcus extenti a facie grauis prelij. Istō est igitur a. formidabile a quo metuendum. ¶ Sed quinto dico ꝙ est vnum a: nūciabile: quo bene vtendum. et sic terminus a quo signat principium vite nostre: a quo scilicet semper est bonis operibus insistendum. Unde Eccli. lj. Ambulauit pes meus iter rectum in iuuentute mea ⁊ sic de alijs. Uide si vis vbi Liberare. Recedere. Fugere. Abstinere. Eripere. Et alijs titulis similibus in quibus omnibus satis inuenies de. A.

A **Aaron.** Cum aaron fuerit summus sacerdos et pontifex legis dei a deo principaliter electus et eidem precipue dedicatus. Uidetur quod per aaron potest intelligi vir pfectꝰ et maxime ecclesiasticus vel prelatus. Sicut em̄ ex scriptura ptꝫ Aarō fuit.

Ex hebreis natus.
Hebreis prelatus.
A domino datus.
Limphis deputatus.
In monte leuatus.
Eloquens et gratus
Propheta vocatus.
Mons interpretatus.
Sceptro decoratus.
Deo dedicatus.

Sic vere dico moraliter loquendo ꝙ sacerdos vel pontifex ex hebreis debet accipi scꝫ de ꝓprio grege. vel etiam si sibi reperiatur ydoneus: vt possit dicere cum apostolo illud. ij. Corin. xj. Hebrei sunt et ego. Filij israel sunt et ego. Unde de aaron hebreo dicitur Exod. vj. Quod ipse aaron acceperat vxorem hebream quod est contra multos electores: qui alter alteri inuidentes vix volunt in alterutrum consentire: sed potius nituntur extraneos ꝙ̄ socios intraneos eligere ⁊ ꝓmouere. similes perdici que alienos fetus in nido suo recipit: a quibus postea modicum lucrum capit. Sic et isti qui volunt recipere socios in magistros cōtra doctrinam domini. vt dicitur Deutero. xvij. Ideo fit ꝙ propter lites: contentiones et controuersias coꝝ dominus papa totuꝫ reseruat: et sic recipiunt alienos contra illud Prouerb. v. Non sint alieni principes tui. ¶ Debet igitur pontifex ex proprijs accipi vel assumi ipse debet hebreis prefici vel preferri. Aaron enim fuit
B promotus non in alieno populo sed in suo. Nume. xx. Aaron pergat ad populum suum. quod est contra ambitiosos: qui non contenti collegio: vel etiam propria nituntur prefici aliena. Est etiam contra prelatos gyrouagos qui contemnentes obseruantias regulares captant officia principum et frequentant curias seculares et dimittūt ecclesias proprias vt palpent curias alienas: similes vulturi qui exercitus dicitur frequentare vt de cadaueribus qui ibi abundant valeant se replere: quia vere tales qui bene dicuntur vultures id est volantes tarde eo quod per contemplationem volare non possunt exercitus et curias frequentant. vt de cadaueribus idest donis et muneribus se repleāt atqꝫ pascant. Figurati in filio prodigo: qui cum paternam domum reliquisset. et bona sua in aliena patria consumpsisset vni ciuium adhesisset: cupiebat impleri de siliquis quas porci manducabant. Sic tales ecclesiastici domos et beneficia deserētes: et dona sua alibi ꝙ̄ in suis ecclesijs expendentes alicui ciuium regionis. idest alicui regi vel principi adherent: vt ei seruientes in pascendis porcis idest in gubernandis secularibus subditis se occupant. et de siliquis porcorum. idest de muneribus secularium impleri cupiunt et affectant.

Esaie primo. Omnes diligunt munera sequuntur retributiones. Non sic igitur: quia ista debet hebreis prefici: et suis proprijs assignari. et si quandoqꝫ pro negocijs ecclesie ipsos dimiserit debet ad eos cito reuerti. Leuiti. xvj. Reuertetur Aaron in tabernaculum testimonij. ¶ Tertio dico quod iste debet a domino dari: quia scilicet aaron a deo proprie fuit in sacerdotē electus sic vero nullus debet per ambitionem se ingerere: sed a deo vocari idest iuste et canonice se inferre. C
Hebreo. v. Nec quisꝙ̄ sumat sibi honorem: sed qui vocatur a deo tanꝙ̄ Aaron. Et in Psalm̄. dicitur. Aaron quem elegit ipsum. Nam sicut vapores terrei non ascēdunt sursum nisi tracti radijs solaribus: sic nec homo debet promoueri nisi tractus diuinis inspirationibꝰ. Iohan. vj. Nemo potest venire ad me: nisi pater meus traxerit eum. Quod tamen est contra ambitiosos: qui scilicet more palearum non radijs solaribus: sed turbinis dyabolici impulsibus eleuantur. Et ideo finaliter in infernum cadere et etiam hic quandoqꝫ per infortunia comprobantur Psal. Deiecisti eos dum alleuarentur: quia sicut dicitur Mathei. xv. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus eradicabitur. Non sic: quia verus debet a domino promoueri et dari. ¶ Quarto ipse debet limphis deputari. de aaron enim legimus quod anteꝙ̄ ministraret lotus fuerit Leuiti. viij. Obtulit Aaron et filios eius: cumqꝫ lauisset eos vestiuit pontificem subula linea. Sic vere ecclesiasticus anteꝙ̄ ad altare accedat et anteꝙ̄ officium dignitatis assumat: debet aqua lacrymarum et purificatione confessionis lauari et a cunctis vitioꝝ sordibus et contagijs atqꝫ maculis expiari. Exemplo leene que fornicata cum pardo se balneat et anteꝙ̄ coram leone appareat sese lauat: sic et nos vitijs nos purgemus vt sic coram leone iusticie christo in sacramento altaris vel in dignitatis officio digne et laudabiliter ministremus. Unde Exodi. xl. Laueruntqꝫ. Moyses et aaron et filij eius manus suas et pedes cū ingrederentur tectum federis. Iste igitur debet aquis deputari. ¶ Quinto dico quod iste Aaron debet in altum leuari. De aaron enim legitur. Exodi. xxx. Cum moyse legem accepturo montem ascendisse ad denotandum quod ecclesiasticus debet esse sursum per contemplationem leuatus: et cum moyse idest cum christo per deuotionem eleuatus. Et ideo Exodi. xix. Non poterit vulgus ascendere in montem synai. Sequitur. Ascendesqꝫ tu et Aaron tecum. Debet igitur in altuꝫ leuari. ¶ Sexto dico quod iste debet eloquenter fari: decet enim prelatum quod sit eloquens ad predicandum et docendum quod etiam in aaron figuratum est in cuius tunica erant tintinnabula que in ingressu tabernaculi resonabant. sicut dicitur Exodi. xxix. Quia scilicet sonus diuine laudis. orationis confessionis: predicationis: debet in ecclesiasticis inueniri. Unde. Exodi. quinto. Aaron frater tuus leuites scio quod eloquens est. ¶ Septimo dico quod iste debet propheta vocari: quia scilicet de rebus futuris occultis. arduis et ignotis debet tractare et bona paradisi. penas inferni: pericula mundi. terrorem iudicij meditari. Exodi. quīto. Aaron frater tuus erit propheta. ¶ Octauo dico quod iste debet sceptro decorari. De aaron enim legitur quod iste habuit virgam floridam Numeri. decimoseptimo. Ad denotandum quod prelatus debet habere virgam iurisditionis qua debet discolos castigare. Sed de hoc vide infra latius in vltimo paragrapho. ¶ Nono vero dico. Quod iste debet mons interpretari quia scilicet: Aaron interpretatur mons fortis vel montanus. Et potest significare prelatum vel quemlibet virum perfectum qui reuera debet esse fortis per constantie et perseuerantie firmitatē. Mōs ⁊ montanꝰ ꝑ affectiōis: pfectionis ⁊ cōtēplationis sublimitatē. Sicut em̄ mons a vallibꝰ segregatꝰ sursuꝫ versus celū eleuatꝰ lucis radijs clarꝰ illustratur. Sic vere prelatus debet esse ab alijs distin

ctus et segregatus per vite perfectionē. Eleuatus per
celestiũ contēplationē. Clare illuminat⁹ per scientie
distinctionē. Et sic erit aaron mons scȝ et tales ad mo
dum. Aaron sunt summe digni ꝙ ad sacerdotiũ et ad
gradus ecclesiasticos assumātur. Ideo de talib⁹ dicit
Eccli. xlv. Excelsum fecit aaron de tribu Leui. statuit
ei testamētũ eternũ ⁊ dedit illi sacerdotiũ gētis. Aarō
eñ. i. quilibet vir ecclesiasticus qui dȝ sumi ad sacerdo
tiũ per prelationē. Debet esse excelsus per cōfessionis
contemplationē. ⁊ habere testamentũ. per legis discre
tionē: eternũ per perseuerātie durationē. Ideo iste dȝ
esse similis aquile que altissime volat. clarissime videt
liberalissime diuidit. acutissime pungit. Sic vere vir
ecclesiasticus et prelat⁹ per contēplationē volat altis-
sime. per distinctionē videt clarissime. per ꝯpassionez
donat largissime per correctionem pungit durissime.
Debet igitur mons interpretari. ¶ Decimo dico. Qđ
G iste debet deo dedicari: qꝛ. s. talis aaron figurari potuit
Exodi. xxviij. ⁊. xxx. Primo precipit ꝙ aaron ⁊ filij eius
assumant ad sacerdotiũ ⁊ ad ministrādũ deo in taber
naculo federis. Sed ad hec multa erāt necessaria quia
primo oportebat ꝙ eligerētur scđo ꝙ vestirētur tertio
ꝙ consecrarētur. quarto ꝙ vngerētur. quinto ꝙ sacri
ficia ministrarēt. sexto ꝙ sibi portionē a sacrificio reci
perent septimo ꝙ domino offerrent sacrificia ac etiam
p̄sentarēt: sicut omnia dicũtur in diuersis locis Leui.
viij. ⁊ Exodi. xix. ⁊. xxviij. ⁊ alijs locis pluribus. Reuera
tales conditiones debēt habere ecclesiastici: qui ad di
gnitatē sacerdotalē ⁊ administrationē dei in taberna
culo ecclesie militātis pre ceteris sunt assumpti. Isti
eñ primo debēt eligi per sagacem superiorũ discussio
nez: qꝛ scȝ nō debent assumi per acceptionē personaruȝ
vel numerũ nec per carnis affectionē sed tantũ illi qui
sunt probate vite ⁊ honeste. videlicet aaron et filij eius
idest boni ⁊ iusti ⁊ eorũ imitatores. Ideo dꝛ Leui. xxix.
⁊ Exo. xxviij. Aaron ⁊ filios ei⁹ applicabis ad obstiũ ta
bernaculi: ⁊ exo. xxviij. Applica ad te aarō ⁊ filios ei⁹
de medio populi vt sacerdotio fungant mihi. taberna
culũ dei est ecclesia triũphās. cui⁹ ostiũ ⁊ ingressus est
ecclia militās ĩ hac vita. Itē dico ꝙ isti ri dñt vesti ⁊ pa
rari ꝑ moralē ꝯuersationē. s. vestimētis grāꝫ ⁊ ꝟtutũ
et paramētis honeste cōuersationis. Exodi. xxviij. ca.
Facias Aaron fratri tuo vestem sanctā in gloriā ⁊ de-
corē: qđ ē cōtra multos qui in ecclesia vidētur toti nu
di: quia scȝ oīa pudibunda sua. i. oīa mala opera sine
velamēto publice faciunt ⁊ impudenter. Vñ possunt
dicere illud Esa. iij. In domo mea nō est panis neqꝫ ve
stimentũ. Vide infra in titulo de vestibus vbi inuenies
de vestimentis aaron. ¶ Item tertio isti debent con-
secrari per spiritualem deo dedicationē. Et hoc est cō
tra illos qui carni ⁊ mundo se dedicāt. ⁊ dei officium
et seruitium pretermittũt. Leui. viij. Fundēs oleũ suꝑ
caput aaron consecra. ¶ Itē quarto isti debent inun
gi oleo sacratissimo per pietatē ⁊ compassionē: qꝛ scilȝ
sicut illi vngebantur oleis et vnguētis. sic vere isti de-
bent esse vncti oleo ⁊ vnguēto fluide pietatis: quia si-
cut oleum facit manus lenes ⁊ fluidas: ita ꝙ quicq̇d
ibi est et tenetur faciliter labitur. Sic vere pietas facit
manus hominũ ita fluidas ꝙ bona temporalia facit
faciliter inde cadere ⁊ ad alios per largitatis opera vel
charitatis dona pertransire. Unde de liberalite taliuȝ
dicitur. ij. Paralip. xxxv. Filij aaron sibi ⁊ sacerdotib⁹
nouissimis. qđ tamen est contra multos modernos q̇
non habent manus vnctas: non fluidas: sed tenaces:
quia vero moderni ecclesiastici non sunt fluidi per ele
mosynaȝ pietatē et largitatē: sed sunt tenaces per aua
ricie cupiditatem et parcitatem. Contra quos dicitur
Exodi. xx. Aaron vnges et filios eius sanctificabisqꝫ
eos vt sacerdotio fungantur mihi. ¶ Item quinto isti
debent ministrare in tabernaculo per sedulam occu-
pationem. Sed vere ecclesiastici habent diuina sacra-
menta in tabernaculo ministrare Unde. j. Paralip.
xxiij. Separatus est aaron vt ministraret in sancta san
ctorum ipse et filij eius in sempiternum. quod est con
tra illos qui se occupant in ministrandis mundi ne-
gocijs non diuinis. ¶ Item sexto isti habent accipere
certam portionem oblatorum per temporalem susten
tationem. Dignus est enim operarius mercede sua: qꝛ
qui seruit altari debet viuere de altari: Moraliter vero
dic: quia sicut dicitur Leuit. vij. Sacerdos accipiebat
de sacrificijs pellem pectus. armum dextrum et sto-
machum. Per pellez que omnia velat. intelligitur ho
nesta conuersatio: Per pectus vbi est cor: intelligitur
discreta meditatio: Per armum dextrum vbi est ro-
bur animalis: intelligitur fortitudo firmitatis. Per
stomachum autem qui cibos receptos non retinet si-
bi sed alijs membris mittit: intelligitur perfecta am-
plitudo circunstantie vel clementie pietatis et largita
tis. Que quidem quatuor ecclesiasticus quilibet debȝ
ad partem suam retinere accipere et habere. Quia ve-
re pellis honeste conuersationis. Pectus discrete me
ditationis Venter fluide compassionis. Armus solide
perfectionis. debet ad partem virorum ecclesiastico-
rum distribui vel concedi. Quod tamen est hodie con
tra multos: qui sunt in statu ecclesiastico qui nō sunt
hodie ger conuersationem operti. sed per insolentiaȝ
sunt aperti. Non sunt per meditationem cogitantes:
sed per lassitudinem deficientes. Non sic charissimi:
sed habeamus istas quatuor cōditiones. Unde Leui.
vij. Pectusculum quoqꝫ erit aaron et filiorũȝ eius ar-
mus quoqꝫ dexter. Ostenditur igitur quod ecclesiasti-
ci debent esse examinati per discretionem. Applica
bit inquit ad te aaron. ¶ Si vis diuidere autorita- H
tem illam predictam. Exodi. xxviij. Applica ad te fra-
trem tuum aaron et filios eius de medio filiorum is-
rael vt sacerdotio fungantur mihi vbi ostenditur qđ
ecclesiastici et maxime ordinandi et promouendi de-
bent esse examinati per discussionem. Applica inquit
eos ad te. Concathenati per dilectionem: fratrem in-
quit tuum. Suppeditati per subiectionem: filios in-
quit eius. Dissociati per distinctionem: quia debent
assumi. de medio filiorum israel. Debent igitur pri-
mo ecclesiastici per discussionē examinari: et hoc ostē
ditur cum dicitur. Quia ipse applicet eos ad se scilicet
discernēdo. discutiendo. et videndo. quales sunt, si sunt
digni tanto officio. Symia enim istam habet discre-
tionem quod quicquid in ventrem recipit primo ad
nares applicat: vt per odorem discernat vtrum sibi sit
congruum vel nociuum. Sic vere charissimi prelatus
superior quicquid in ventrem suum idest in ecclesiam
vel claustrum recipit. scilicet ad ecclesiasticam digni-
tatem vel promotionem. Primo debet ad se applica-
re et respicere et odorare. quid et quale et per discretam
discussionem et examinationem vt sic possit cogitare
si digni fuerint vel indigni. vt eos recipiat vel repellat.
vnde illud predictum. Exodi. xxix. Aaron et filios eius
applicabis ad ostium tabernaculi. Quod est contra il
los qui indistincte et sine discussione promouent vni-
uersos. Sed non sic. ¶ Secundo dico quod ipsi debēt
esse concathenati per dilectionem: fratrem inquit tuũ I
quia scilicet ipsi debent alter alterius esse frater per di
lectionem et amorem et alter alterum diligere sicut
fratrem. Communiter enim omne animal diligit spe
ciem suam: Istud patȝ de elephantibus: qui miro mo
do se diligunt intantum quod si vnus eorum in terrā
ceciderit alij in adiutorium eius accurrunt ipsumqꝫ si
possunt erigunt: quod si non possunt compatiendo
barriunt atqꝫ plangunt. Sic vero charissimi nos alij
ecclesiastici qui omnes sumus fratres et filij eiusdem
patris: et in eadem domo. scilicet in ecclesia commo-
rantes. Quia sicut dicitur Malach. ij. Pater vnus est
omnium nostrum. Nos dico si sumus veri elephan
tes et boni christiani: debemus alter alterum diligere
et fouere. Quod si forte vnus nostrum ad terram idest
ad infimum statũ per aliquod infortunium ceciderit
nos alij pro posse nostro debemus eum iuuare et rele-
ua re et

dare ⁊ confortare:vel saltem si proficere ei non possu-
mus:barritum doloris ⁊ cõpassionis debemus ei ostẽ
dere ⁊ monstrare qd bene fuit figuratum in vestimen-
tis Aaron. Cum enim esset ⁊ super humerale: in istis
tamen erant anuli ⁊ cathene quibus vnum cum alte-
ro fortissime ligabatur. Aaron charissimi in isto loco
significat deum vel etiã ecclesiasticos fundatores quo
rum si vestimẽta sunt ecclesiastice persone que sibi ad
herent. Sed inter istos aliqui dicuntur rationale iudi
cij:⁊ isti illi qui in ecclesia habent alios iudicare ⁊ ꝑm
rationem seipsos ⁊ alios gubernare. Alij autem dicũ-
tur superhumerale:quia.s. hi negocia ecclesiastica ha-
bent super humeros sustinere. Primi se habent ꝑ mo
dum contemplatiue vite. Isti se habent ꝑ modũ acti-
ue. Sed tamen omnes isti debent habere anulos ⁊ ca-
thenas firmissime charitatis:quibus alter debet alte
ri stringi pariter ⁊ ligari per amicicie fraternitatem:
quia sicut dicitur.j. Johannis.iiij. Qui nõ diligit fra-
trem suum quem videt:deum quem non videt quomo
do potest diligere. Et tamen prohdolor verificatur est
hodie illud Michee.vij. Uir fratrem suum venatur
ad mortem ⁊ inimici hominis domestici eius. Nã ho-
die ille in quo homo magis sperat ipsum magis ꝑdeci-
pit ⁊ impugnat:et tales sunt similes canibus q꜡ ꝗuis
sint eiusdem patris:sepe tamen propter vnum os mo-
dicum: alter alterum impetit atqꝫ mordet. Si etiam
vnus canis ab aliquo fuerit verberatus:alij non cur-
runt ad eum adiuuandum: sicut faciunt elephantes:
immo omnes currunt ad eum mordendum ⁊ laniãdũ
Sic vere hodie ecclesiastici sunt ita canini cupidi:scꝫ ⁊
ambitiosi:ꝙ ꝗuis sint eiusdem patris ⁊ matris colle-
gij fidei ⁊ religionis ville vel patrie vel cognatiõis pu
gnant tamen hodie vnus contra alium litibus:rixis:
discordijs:contentionibus ⁊ querelis:⁊ maxime quan
do aliquod os:scilicet aliquod officium prebendum vel
beneficiũ vel aliquod aliud temporale est inter eos di
uidendum. Quando etiam aliquis percutitur aliquo
infortunio paupertatis vel tribulationis: vere alij nõ
currunt ad ipsum adiuuandum:sed magis ad eũ plus
grauandum. Ista possunt figurari Gene.xiij. vbi loth
et abraam nequibant habitare communiter: quia
erat possessio eorum nimia: ⁊ facta est rixa inter eos ⁊
diuisi sunt alter a fratre suo. Sic vere charissimi inter
eos qui habent possessiones nimias sepe oritur rixa ⁊
contentio: ꝗuis sint fratres ⁊ affines ⁊ alter a fratre
diuiditur per discordias odia seu lites. Charissimi nõ
sic odiamus sed diligamus inuicem:fratrem inqt tuũ
vnde Gene.xiij. Ne queso sit iurgiũ inter me ⁊ te fra-
tres enim sumus:vt sic dicatur illud.j. Paralipome.
xxiiij. Miserunt sortes contra fratres suos: scꝫ filios
aarõ omnes sors equaliter diuidebat. Et.j. Esdre.j. Le
uite parauerunt sibi ⁊ fratribꜝ suis filijs aaron:debent
igitur esse ecclesiastici cõcathenati per dilectionẽ. fra-
K trem tuum. ¶ Tertio dico debent esse humiliati per
subiectionem:filios inquit eius: quia sicut videmus:
ꝙ filij familias ꝗdiu sunt cum patre viuunt in humi-
litate:obedientia ⁊ subiectione. Sic nos ⁊ alij ecclesia-
stici qui sumus spũales filij dei patris per adoptionẽ
⁊ spãlem vocationem debemus esse obedientes:humi
les ⁊ subiecti:iuxta illud Ephe.v. Filij obedite paren-
tibus vestris. Et istud est contra multos qui nõ sunt
obedientes sed superbientes. Non sunt humiles sꝫ im
portabiles: non sunt subiecti sed cunctis vitijs sunt
infecti:heu ꝓdolor quos iniquos filios habet hodie
ecclesia:quibus pro certo potest dici illud Esaie.j. Ue
genti peccatrici:populo graui corde:semini neq̃ filijs
sceleratis. Moderni enim clerici non videntur esse le-
gitimi sed bastardi. Sicut em̃ leena qñqꝫ maculatur a
pardo:qui cũ eo adulterat:ita ꝙ filius genitus nõ est
leo sed leopardus degenerãs a nobilitate leonina:nec
leoni similis quoquomodo. Sic vero quãdoqꝫ accidit
immo cõmunius ꝙ pardus.i. diabolus adulteratur
cum leena.i. cum ecclesia que reuera est vxor leonis de
tribu iuda.i.xpi. Et in ista generat ⁊ ꝓducit diabolus
multos filios spurios.i. multas malas ꝑsonas quas
ibi per symoniam vel per carnis affectionẽ: vel ꝑ mu-
nerum acceptionem multipliciter introducit:ita ꝙ isti
non sunt similes leoni xpo per imitationem:sꝫ pardo:
id est diabolo: ⁊ ideo isti sunt hodie leopardi.i.crude-
les ⁊ iniqui filij ecclesie spurij ⁊ bastardi. De hoc Osee
ij. Filij fornicationũ: quia fornicata est mater eorum.
Et nota si vis quomodo leopardꜝ diligit stercus hu-
manum: ideo salit in arborem vbi venator ipsum po-
suit:cadensqꝫ super palos acutos interficitur. Sic isti
ambitiosi diligẽtes stercora diuitiarũ:saliũt per ambi
tionem sursum ad arbores dignitatum:vt talia sterco
ra diuitiarum sibi a venatore diabolo preparata deuo
rent ⁊ acquirant. Et ideo finaliter isti cadunt super pa
los acutos pene infernalis:sicut dicit Matth.xviij.
Qui se exaltat humiliabitur. Nã vt dicit Grego. Se-
pe in altum vt cadens fortius confringatur. Qd bene
figuratum est in duobus fatuis filijs aaron nadab et
abiu:qui ignem alienũ intulerunt in tabernaculo: et
ideo interierunt Leuiti.x. Sic vere mali filij xpi.s.ma-
li ecclesiastici in tabernaculo ecclesie ignem alienum
scꝫ ardorem auaricie ⁊ luxurie introducentes mortis
eterne iaculis perimunt. ¶ Et nota si vis:ꝙ filij aarõ L
id est viri ecclesiastici debent esse
Filij deuotionis.
Filij sanctificationis.
Filij laudis ⁊ iubilationis.
Filij honeste conuersationis.
De deuotione potest dici illud.j. Paralipome.vj.cap.
Aaron ⁊ filij eius adolebunt incensum. De sanctifica
tione dicitur Nee.xij. Leuite sanctificabãt filios aarõ
De laude et benedictione dicitur in ps. Domus aarõ
benedicite domino. De conuersatione vero dicit Exo-
di.xviij. Filijs aaron tunicas parabis ⁊c. Non sic cha-
rissimi non simus leopardi:sed simus veri leones: nõ
simus ecclesie filij spurij:sed legitimi:quia vere sicut fi
lius spurius non habet ius in hereditate:sic tales spu
rij ecclesie indigne et indebite promoti: nullum habẽt
ius in hereditate nec in patrimonio crucifixi:nec in be
neficijs ecclesiasticis perperam impetratis. Unde dici
tur Judicum.xj. Heres in domo nostra esse non pote
ris: quia de adultera natus es. Simus igitur veri filij
quia ꝙ si filius et heres per deũ Gala.iiij. Debent igi
tur ecclesiastici esse humiliati per subiectionem:filios
inquit eius. ¶ Quarto debẽt esse ecclesiastici dissocia M
ti per distinctionem: quia scꝫ debent esse separati ab
alijs per vite sanctitatem et excellẽtiam: sicut ab alijs
diuiduntur per dignitatem et eminentiam:quod ostẽ
ditur cum dicitur: ꝙ de medio filiorum israel fuit as-
sumptus aaron ⁊ filij eius. Uidemus enim ꝙ corpo-
ra celestia non solum sunt distincta ab istis inferiori-
bus situs sublimate: immo etiam forme et apparen-
tie nouitate et claritate. Sic vere ecclesiastici non solũ
debent distingui ab inferioribus laicis ⁊ secularibus
quantum ad sublimitatem:immo etiam quantum ad
claritatem sagacitatis et nobilitatem totius bonita-
tis. De medio inquit filiorum israel. Quod est contra
modernos multos qui reuera peiores sunt in pluribꜝ
ꝗ seculares:quia sicut dicitur Osee.iiij. ⁊ Esa.xxxiiij.
Sicut populus sic et sacerdos. Hodie eni non est di
stinctio iudei et greci. Non sic charissimi: sed distin-
guamur per vite sanctitatem ab alijs christianis. Un
de Numeri.viij. Cõsecrabis oblatos domino ac sepa-
rabis de medio filiorum israel. Unde primo Parali-
po.xxiij. Separatꜝ est aaron vt ministraret in sancta
sanctorum.ipse et filij eius in sempiternũ. Et bñ sic ptꝫ

ꝙ ecclesiastici debent esse per discussionem examinati per dilectionez cōcathenati: per subiectionē hūilitati ⁊ per distinctionem electi ⁊ consignati. Item nota ꝙ Aaron sicut dicitur Numeri. xvij. taliter fuit electus: fuerunt enim plures: qꝛ vnus de qualibet tribu quibus date sunt singule virge: virga autem aarō statim fronduit: floruit ⁊ fructificauit: virge autem aliorum in siccitate pristina permanserunt. Ex hoc autē signo confirmatus fuit aaron in sacerdotiū Sic reuera charissimi hodie in ecclesia sunt multi qui habēt virgas: id est iurisditiariam potestatem: qua scꝫ subditos habent corrigere ⁊ castigare. Sed vere quasi omnes habent istas virgas siccas sine humore alicuius gratie ⁊ deuotionis: qꝛ sicut virga sicca percussum grauius ledit: sic isti cum virga iurisditiōis sue ledunt subditos excoriant ⁊ molestant. Sed vere Aaron montanus .i. contemplatiui ⁊ iusti prelati habent virgam iurisdistionis non tantum siccam: immo cum floribus honeste conuersationis ⁊ cū fructib⁹ boni operis. Et ideo tales debent assumi ad gradum sacerdotum ⁊ ecclesiastice prelationis. De tali virga dicitur in ps̄. Virgā virtutis sue emittet dn̄s ex syon. Tales enim a dn̄o emittuntur ⁊ promouentur in syon. i. in ecclesia qui habēt virgam virtutis ⁊ perfectionis ad prelationem ⁊ dominationem. Sed vere de modernis potest dici illud Ezech. vij. Floruit virga germinauit superbia in virga iniquitatis. Virga enim. i. iurisditio modernorum est virga iniquitatis non equitatis: virga superbie nō iusticie. Virga germinans per temporales possessiones: non per virtutum perfectiōes. Virga florida per ornatus ⁊ curiositates: non per bonos affectus ⁊ volunta- M
tes. ¶ Vel expone ꝙ virga est beata virgo: qꝛ sicut virga quanto in arbore altior, tāto gracilior. Sic ista ꝙ ꝙ esset altissima, tamen fuit humillima. Et sicut virga florem concipit non ex cōmixtione seminis: sed virtute celestis influentie vel caloris. Sic vere ista florez id est dei filiū cōcepit nō ex semine virili: sed sine commixtione ⁊ corruptiōe per influentiam spiritussancti figurata per illam virgam aaron que fuit sicca: qꝛ ista caruit humore omnis carnalitatis: ⁊ tamē nulla alia florente. i. nulla alia virgine pariente. Ista emisit florem humilitatis ⁊ fructum diuinitatis. Sed nota ꝙ ista virga dicitur fuisse amygdalina que est arbor cui⁹ fructus febres reprimit. Quia vere xp̄s qui est fructus huius arboris febres. i. ardores tentationuz reprimit ⁊ refrenat. Et sicut virga aaron fuit posita in archa testamenti in reuerentiam. Sic vere sancta virgo posita est in archa paradisi: vnde Hebreo. ix. Archa testamēti habens manna ⁊ virgā aaron que fronduerat. Talem igitur virgam: scꝫ beatam virginem: debet aaron: id est vir ecclesiasticus per deuotionē habere: ⁊ ea mediante gregem suum gubernare dicens domino illud ps̄. Virga tua ⁊ baculus tuus ipsa me consolata sunt Quis aaron esset probus ⁊ sanctus homo: multos tamen habuit inuidos ⁊ murmuratores. Unde dicit Nume. xvj. ꝙ chore ⁊ sua cōgregatio pre inuidia voluerūt esse sacerdotes ⁊ offerre incensum cuz non essent electi a dn̄o: sed egressus ignis deuorauit eos. Aaron autem qui erat vere sacerdos nunꝗ lesus fuit ab incēdio. Cū vero in tabernaculo ecclesie sint duo genera sacerdotum. s. Aaron. i. boni ⁊ iusti a deo electi ⁊ multi alij mali qui se ingesserint non vocati ⁊ fauore prece vel precio fores ecclesie introeunt malo modo. Sic est ꝙ cuz semper tales iniqui murmurant contra bonos ps̄. Irritauerunt moysen in castris aaron sanctuz domini. Sed vere deus miro modo distinguit inter eos: qꝛ scꝫ tales iniquos ꝯburit per finalez inferni damnationē: ⁊ etiā in presenti permittit eos comburi per auariciā: symoniam ⁊ ambitionem: iram: inuidiam ⁊ detractionem. Aaron autem. i. bonos a talibus incendijs preseruat. Unde in ps̄. Flāma cōbussit peccatores. Aaron qui interpretatur montanus potest significare diaboluz vel quēlibet superbū qui semper affectat esse in montib⁹ dignitatum. Et talis potuit figurari Exodi. xxxij. vbi dicitur: ꝙ cū moyses esset absens aarōq₃ fuisset dimissus in loco eius: fecit aaron vitulos aureos populo et adorauerunt deos alienos: propter quos postmodum perierunt. Sic vere quando in aliqua ecclesia vel patria absens est moyses. i. quando deficit ibi bonus prelatus: qui per moysen designatur: ⁊ quando aarō mōtanus. i. malus ⁊ superbus prelatus principatur ibi: tunc vero populus faciliter inclinat ad deos alienos: id est ad aurū ⁊ argentum diuitias: carnem ⁊ mundū ⁊ tales deos sequitur diligit ⁊ frequentat per auariciā luxuriam ⁊ ambitionem: propter qd̄ in fine perpetuo permiātur: qꝛ sicut dicitur Prouer. xviij. Regnantib⁹ impijs ruine hominum. Vel per Aarō intellige superbum diabolicum: qui absente moyse. i. xp̄o in ecclesia introducit idola. i. vitia ⁊ peccata ⁊ facit per suas suggestiones ꝙ populus adoret diligat ⁊ honoret vitulos aureos. i. diuitias ⁊ peccata ⁊c. sicut supra. Vel vitulos aureos. i. malos prelatos quos ibi perficit qui sunt vituli per superbiam ⁊ luxuriam: ⁊ sunt aurei per diuitias ⁊ superbiam: ⁊ ideo finaliter talis populus moritur per peccatū et etiam per tormentū. Vide de aarō infra de sacerdote: ⁊ alijs locis pluribus.

B Nota ꝙ ista prepositio ab. idem videtur significare: sicut a: nec videtur eē differētia: nisi qꝛ a ponitur quando sequit dictio que incipit per consonantē sicut cum dicitur a deo vel a dn̄o. Ab vero tunc ponitur quando sequitur dictio incipiens per vocalem: sicut dicitur ab origine mundi vel ab euo. Igitur quicquid dictum est de a. potest dici de ab: quia scꝫ ab significat terminum a quo sicut a. siue sit A

Terminus constitutiuus vel effectiuus.
Terminus separatiuus vel diminutiuus.
Terminus inchoatiuus vel inceptiuus.
Terminus collocatiuus vel distinctiuus.

Significat dico effectiue: sicut Gene. x. vbi dicit. Ab his diuise sunt insule gentium. Et Mat. ij. Diligenter didicit ab eis tempus stelle Et in ps̄. Ego autē cōstitutus sum rex ab eo super syon montē sanctū eius. Item signat separatiue sicut Nee. ix. vbi dicitur. Separatum est semē filiorum israel ab omni alienigena. Item signat inchoatiue: sicut Eccli. xxiiij. Ab initio ⁊ añ secula creata sum ⁊c. ⁊ Job. xxxj. Ab infantia creuit mecū miseratio. Item signat localiter vel expressiue sicut in ps̄. vbi dicitur. A solis ortu vsq₃ ad occa. ex syon species decoris eius. Et illud Luce. xiiij. Multi venient ab aquilone ⁊ austro ⁊c. Secundū igitur quod est quedam separatio bona vel mala possumus distinguere de ista dictione ab. Et sic nota ꝙ est

Sepatio laudabilis.
Sepatio dānabilis
Sepatio tristabilis.

Sepatio laudabilis est qñ ꝗs separat ab hostis suggestione. A carnis infectione A mūdi deceptiōe. A mala societate ⁊ federatione. Et sic loquit in ps̄. Ab oī via mala ꝓhi. pedes meos: ⁊ sic petebat dauid alibi dicēs. Eripe me dn̄e ab ho. malo. ⁊ sic de alijs similibus. Separatio dānabilis est: qñ ꝗs separatur a deo ⁊ sanctis Mat. xxv. Sepauit eos ab inuicē sicut pastor segregat oues ab hedis. Sepatio tristabilis erit in die iudicij: qñ dānati sepabunt a societate sctōrum Exod. xxj. Quicunq₃ volēs occidere hoiem: ab altari meo euelles eū. De hoc aūt ꝙ ab signat ꝑncipiū: iuuētutē: originē vel ingressuz: vtpote qñ dr̄ ab initio: ab eterno: ab infantia: ab adolescētia: ab vtero: ab origine mūdi ⁊c. vide ī dictis titulis: vbi satis iuenies de ab. vbi aūt sigt locū seu sepationē vl ingressū a loco vl a re: vl a ꝑsōa. vide vbi aqlo: vbi venire: recedere ⁊ similia.

Abel. Nota ꝙ Abel fuit ab Adā genitus. Quib⁹ deditus. Offerēs celitus. A fratre ꝑditus. A
Et dico ꝙ per abel pōt intelligi xp̄s quē adam. i. deus genuit: qui oībus. i. fidelibus prefuit: qui seipsuz in holocaustum obtulit quē frater suus Cayn. i. popul⁹ iudaicus occidit ⁊ de medio sustulit Luc. xj. A sanguine abel iusti

abel iusti ⁊c. Uel dic ꝙ hec dictio signat bonū ecclesiasticum vel prelatum: qui cum sit pastor ouium ⁊ deo sacrificium offert a fratre suo cayn.i. a populo laicoꝝ quotidie molestatur: vel per infamationes occiditur ⁊ grauatur: vel dic ꝙ abel signat hominē: qꝛ abel interpretatur luctꝰ vanitas vel miserabilis: qꝛ.s. homo naturaliter est vanus: miserabilis: luctuosus ⁊c. Ideo de homine potest dici illud Gene.iiij. Ubi est abel frater tuus ⁊c. q.d. Iste nō habet existentiā longā: immo trāsit vt vanitas ⁊ recedit.

A **Abdias.** Interpretatur seruus domini domino seruiens: deum detestās: domino electus: ⁊ iste fuit propheta: qui cū esset in seruitio regis achab cum prophete domini occiderentur a Jezabele iste plurimos abscōdit ⁊ pauit ⁊ a crudelitate sue domine liberauit. Propter quod vt fertur ipsum dn̄s spiritu prophetie ditauit. Iste igitur pōt significare
Bonum seruitorem: quia domini seruus.
Bonum predicatorem: quia domini testis.
Bonum superiorem: quia domino electus.
Bonum magistrum seu doctorem: quia propheta.
Bonum dispensatorem: quia pauit prophetas.
Bonū apparitorem: quia crudelitati domine sue nō obediuit: sed innocentes potius liberauit. Unde de tali abdia dicitur.iij. Regum.xviij. Abdias autem timebat dominum.

A **Abia.** Abia fuit rex iuda: ⁊ quia ex toto sperauit in dn̄o: ideo hieroboam cum suo populo superauit. Interpretatur autem pater dominus vel patris dominium seu pater ibi fuit: hieroboam aūt diuisio populi interpretatur. Igitur per abiam potest interpretari quilibet bonus prelatꝰ vel princeps qui est pater ⁊ dominus subditorum. Pater dico nutriēdo et amando: ⁊ dominus gubernando: quia scꝫ talis confidit in domino hostes spirituales ⁊ tēporales superat ⁊ gloriose imperat ⁊ triumphat. ij. Paralipome. xiij. Regnauit abia super iudam. Et breuiter talis causa notabiliter regit ⁊ regnat: ꝙ vbiqꝫ videtur ipsius bona facta: ita ꝙ bene potest dici ꝙ pater ibi fuit: ⁊ ꝙ ibi est dominiū patris non tyranni: ita ꝙ subditi possunt dicere illud Malachie.ij. Pater vnus omniū nostrū.

A **Abiathar.** Nota ꝙ abiathar potest sumi in bono ⁊ in malo. In bono eīm pōt significare bonum prelatum vel religiosum. Fuit enim sacerdos domini ⁊ valde fidelis regi dauid: ⁊ ꝑ eo etiā habuit multa pati: nec eum in necessitate dimisit. Et interpretatur pater meus ros: qꝛ scꝫ iustus debet esse sacerdos.i. sacra docens ⁊ regi dauid.i. xp̄o perseuerās ⁊ fidelis. Et debet dici pater per charitatem ⁊ ros etiā per rorifluam pietatem. Item in malo potest significare malum prelatum ⁊ vitiosum. Abiathar enim filiū adonie ambitiosi fouit: ⁊ eū etiam in regem sublimare voluit. Et interpretatur pater meus suscitās peccatum: vel pater peccato vigilans. Sic vere malus pater vel malus prelatus: qui scꝫ ad peccatum vigilat ⁊ suis malis exemplis peccata suscitat semper solet ambitiosis fauere: ⁊ eos contra iusticiam promouere.

Abducere. Idē est qꝺ tollere: separare: remouere: sicut testatur Apostolus ad Hebre. Doctrinis varijs ⁊ peregrinis nolite adduci: vide autem in titulis supradictis.

Abies. Uide in tabula.

A **Abigail.** Fuit vxor nabal ⁊ sciuit taliter flectere irā dauid donis ⁊ precibus sibi missis: ꝙ virum suum nabal fatuum non occidit: ⁊ quaꝫ tandem in vxorem accepit. Sicut dicitur.j. Regū.xxv. Que interpretatur patris mei exultatio. Significare potest virginem gloriosam: que scꝫ virum suum.i. genus humanum a morte eterna liberauit. Dauid.i. filij dei iram placauit: ⁊ ei per beatam incarnationem vxor extitit. Et ideo patris sui adam ⁊ exultatio facta fuit ⁊c.

Abigere. Idem est qꝺ effugare: abijcere: vide infra de effugare ⁊ de abijcere.

Abiscere. Abiectio aliquando fit in bono: aliquando in malo. Et sic dico ꝙ est A
Quedam abiectio laudabilis.
Quedam abiectio terribilis.
Quedam abiectio damnabilis.
Quedam abiectio miserabilis.
Est ergo quedā abiectio laudabilis ⁊ virtuosa: ⁊ ista est quando homo abijcit a se illa que sunt sibi contraria ad salutem. Natura enim si sit potens per se abijcit superflua ⁊ nociua: ⁊ maxime quando iuuatur aliqua medicina. Sic ⁊ nos adiuti medicina verbi dei et gratie diuine debemus abijcere ⁊ fugere cōtraria ⁊ nociua ⁊ illa que superfluūt ad salutem. Unde Jone.iij. Surrexit rex de solio suo abiecit vestimentum suū: et indutus est sacco ⁊ sedit in cinere. Ecce igitur hec quatuor que sunt a bonis abijcienda: ⁊ si non actu tamen affectu contemnenda ⁊ fugienda. Abijcere enim debet homo dignitatem supernalem. Surrexit inꝙ de solio scꝫ temporalium facultatum: abiecit vestimentū suuꝫ id est corporalem voluptatem. Indutus est sacco.i. cordialem leuitatem: sedit inꝙ in cinere. Abijce igitur et contemne mundi dignitatem: qꝛ scꝫ tu debes surgere de solio mūdane dignitatis ipsamqꝫ vilipēdere in corde tuo ⁊ abijcere. Uidemus enim ꝙ apes quando portant mel non volāt alte: immo basse circa terram. Sic vere: si mel gratie ⁊ deuotionis voluerimus conseruare: necesse est ꝙ alta loca dignitatum officiorū ⁊ honorum abijciamus. Surrexit inꝙ de solio: quia solia praelaturarum officiorum ⁊ honorum non debemus querere vel amare. Iuxta illud Eccli.vij. Noli q̄rere a principe ducatum neqꝫ a rege cathedram honoris. Hō est contra ambitiosos: qui semper querunt ⁊ appetunt loca alta ⁊ ibi pro posse: fauore: prece vel precio: ascendūt ꝙꝙ indigni: similes hedere que est arbor debilis et infructuosa: que tamen ascendit sup altas domos ⁊ turres: ⁊ hoc nō virtute propria: sꝫ virtute alicuiꝰ alti muri: vel alicuius alte arboris cui innectitur. Sic vero ambitiosi q̄uis sint debiles ⁊ infructuosi: viles ⁊ defectuosi steriles atqꝫ vitiosi: illi tamen semper nituntur ascendere per ambitionē ad alta loca prelationū ⁊ honorū. Et inde est ꝙ multi mali hodie altis turribus ⁊ ecclesijs preferuntur. Sed hoc nō virtute propria: sed quia ipsi adherent per affinitatem ⁊ familiaritatem alicui alte arbori vel muro: id est alicui magno principi vel prelato: cuius quandoqꝫ per fictam bonitatem et applausum: ita fiunt familiares ꝙ per eos promouētur. Ideo de talibus bene loquitur Innocentius lib. de miseria humane conditionis. Ambitiosus semꝑ est pauidus: semper attentus: ne dicatur ꝙ displiceat: humilitatem simulat: honestatem mentitur: affabilitatem exhibet: benignitatem ostendit: subsequitur ⁊ obsequitur: cunctos honorat: vniuersis inclinat: frequēter curias visitat: optimates assurgit ⁊ amplexatur: applaudit et adulatur. Bene nouit illud poeticum. Et si nullus erit puluis tamen excute nullum. Non sic charissimi non sic: sed abijciamus mundi dignitatem: vt sic de mundi dignitatibus dicatur illud.ij. Regum.j. Montes gelboe nec ros nec pluuia veniant super vos quia ibi abiectus est clypeus fortiuꝫ. Surrexit inꝙ de solio suo: vt de nobis dicatur illud Esaie.xlvij. Descende: sede in puluere non est solium vltra finē caldeorū.

¶ Secundo debemꝰ abijcere ⁊ contemnere rerū facultatem. Abiecit inꝙ vestimentum suum. Sicut enim videmus ꝙ arbores in hyeme abijciunt vestimentum suum: scilicet folia: et in estate recipiunt aliqua noua pro eisdem. Sic vero nos debemꝰ modo in hyeme presentis vite turbulenta abijcere: contemnere: distribuere et erogare folia et vestimenta nostra: id est exteriora mundi bona: que fm̄ Greg. nihil aliud sunt ꝙ quedam corporis indumēta: vt sic in estate: id est in tp̄e ꝓsꝑitatis eterne ipa recupare poterimꝰ tota noua: qꝛ scꝫ-

bona eterna habebim⁹ ꝓ caducis: abiecit inq̄ꝫ v estimē
tum suum. Figura ad hoc. iiij. Reg. ij. vbi dicitur ꝙ cū
helyas ascenderet in celum abiecit ⁊ dimisit pallium
suum. Ad denotandum ꝙ illi qui volunt ascendere in
celum: necesse habent vestem bonorum temporalium
abdicare: ꝙ si non actu saltem effectu. Et hoc est ꝯtra
cupidos ⁊ auaros: q̄ istud vestimētuꝫ frigore nolūt di-
mittere: sed sibi fortius aggregare. Nam sicut frigore
inualescente solent homines vestimenta non abijcere
sed ea sibi astringere: ⁊ ita eis se inuoluere. Sic vero q̄
hodie tales frigore indeuotionis sunt artati: ideo con
stringuntur per parcitatem ⁊ in vestimentis bonoruꝫ
temporalium se inuoluunt per eorū affectum ⁊ cupidi
tatem. Dicunt enim illud Apocalip. xvj. Beatus qui
custodit vestimenta sua: ne nudus ambulet. Quia si-
cut dicitur Prouerb. xxvj. Non est bonū ꝙ hō amit-
tat pallium suum in die frigoris. Nō sic charissimi: sꝫ
C abijciamus rerum facultates. Abiecit vestimentum
suum. ¶ Tertio dico. ꝙ debemus abijcere carnis volu
ptatem: quia debemus esse induti sacco: quod est indu
mentum asperum: per quod penitentie asperitas desi-
gnatur: per quam abijcitur carnis voluptas. Sicut
enim videmus ꝙ arbores abijciunt ⁊ emittunt in esta
te humorem grossum ⁊ viscosum: sicut apparet de pi-
nis ⁊ cinis. Sic vere charissimi nos debemus a nobis
abijcere omnem viscositatem carnalitatis ⁊ volupta-
tis: quia debem⁹ indui sacco. i. duritie penitentie ⁊ aspe
ritatis. Iuxta illud Iob. xvj. Saccum consui super cu
tem meam: vt de tali abiectione dicatur illud Gen. xxi
ꝙ agar abiecit puerum subter vnam arborem. Puer
enim carnis impuritatem signat quā sub arbore cru-
cis vir prudens abijcit atq̄ domat. Et istud est contra
delitiosos qui voluptates non abijciunt sed recipiūt:
Non despiciunt: sed aspiciunt. Non detestant̄: sed eas
D totis viribus amplexātur. Non sic: sed abijciam⁹ oēs
voluptates. Indut⁹ est inquā sacco. ¶ Quarto dico:
ꝙ nos debem⁹ abijcere cordis leuitatem. Sedit inq̄ꝫ in
cinere. Per sedere enim intelligitur quies ⁊ stat⁹: per
cinerem autē intelligitur memoria mortis ⁊ nostre in
cinerationis: q̄z vere si homo sedet in memoriā mortis
sue omnes motus leuitatis penitus abijciūtur: ita ꝙ
homo abijcit ⁊ vilipendit seipsum ⁊ efficitur humilis
⁊ quietus. Est enim consideratio mortis similis cui-
dam lapidi precioso qui dicitur galatrides: qui est la-
pis colore cinereus qui inclusus in ore mētem turbat:
circūdatus collo vbera lacte replet: si cum aqua tritus
fuerit ⁊ oues inde aspergantur lacte non modico fecū
dantur. Alligatus femori facilem facit partuꝫ. Talis
est consideratio mortis. Ista enim est cinerea propter
hoc ꝙ cinis nostre resolutionis per eā intuetur. Ista
igitur primo menteꝫ turbat: quia. s. facit hominem ti-
midum ⁊ turbatum ⁊ a leuitate ⁊ insolentia alienum.
Si etiam homo ipsum circūdederit ⁊ alligauerit men
ti sue: vere lac niueum ⁊ dulcis compassionis affluen-
ter habebit: maxime si fuerit ouis simplex bon⁹ et be-
nignus. Et partum bonorum operum faciliter facit.
Et ideo faciamus s̄m documentū Hieronymi in qua
dam epistola: vbi dicit. Memento mortis ⁊ non pecca
bis: quia qui se moriturum quotidie recordetur: vilipē
dit presentia ⁊ accelerat ad futura. Habeamus igitur
considerationem mortis. Sedit inquā in cinere: vt sic
dicat quilibet illud Iob. xvj. Operui cinere carnē meā
Bene igitur dicebat Dauid. Elegi abiectus esse in do
mo dei mei ⁊c. Est igitur abijcienda leuitas mentalis
voluptas carnalis: facultas mundana: dignitas hūa
na. Ista est igitur prima abiectio que est laudabilis ⁊
E virtuosa. ¶ Secundo vlterius dico: ꝙ est quedā abie-
ctio damnabilis vitiosa: de qua Iudicū. j. Remiserunt
eos vacuos ⁊ sine honore abiecerunt: vbi ostenditur ꝙ
est quedam abiectio infidelitatis. Vacuos inquit. Itē
alia abiectio ignobilitatis sine inquit honore. Quidā
igitur abijciuntur infideliter. Remiserunt inquit va-
cuos. Et istud potissime facit diabolus: vsurari⁹: ma-

la mulier. Isti enim promittunt plenitudinem vt in-
troducant vacuitatem. Ideo isti sunt similes aranee:
que primo in laqueis suis capit muscam ⁊ statim tra
hit eam ad foramen ⁊ cauernam suam: ⁊ ibi suggit om
nem humorem ei⁹: ⁊ statim postq̄ ipsam videt vacuā
ab humore eijcit eam. Si vero charissimi diabolus in
uoluit hominem in laqueis malarum suggestionum
⁊ tentationum. Usurarius pauperes in laqueis falsa-
rum promissionū. Mulier luxuriosum in laqueis ma
lorum gestuum: aspectuum ⁊ verborum. Qui omnes
cum ita capti fuerint: procerto statim euacuantur hu
more suo. Demon enim suggerit humorem gratie ⁊ de
uotionis. Usurarius humorem temporalis possessio-
nis. Mala mulier humorem diuitiarum ⁊ subuentio
nis: ⁊ tunc hodie homine euacuato statim abijcitur:
nec ab eo amplius reputatur. Mulier enim abijcit ri
baldum si non habet qđ donet: vsurarius pauperem
si non habet quod vendat: diabolus peccatorem: scili-
cet a vita ista per mortem: si non habet humorem gra
tie: qui eum defendat Hiere. xiiij. [R]eportauerunt vasa
sua vacua. Istud fuit figuratum Iudicum. xvj. vbi san
son tonsus est a dalila: ⁊ postea abiectus ab ea ⁊ tradi
tus philisteis. Sic diabolus: vsurarius ⁊ mulier ton-
dent hominem ⁊ auferunt ei capillos. Diabolus ca-
pillos virtutum ⁊ gratiarum: vsurarius capillos ⁊ vel
lus pratorum ⁊ vinearum: mulier autem vellus vestiū
⁊ pecuniarum. Et tunc abijcitur miser homo: vt dictū
est: ⁊ philisteis traditur. i. vermibus in sepulcro: ⁊ igni
bus in inferno. s. peccator balliuis ⁊ aduocatis. s. pau
per. Et breuiter isti sunt obprobrium hominum ⁊ ab-
iectio plebis. Uacua enim est spes illorum ⁊ labores si
ne fructu. Sapien. iiij. Alij etenim abijciuntur ignobi
liter a deo: ⁊ isti peccatores ⁊ iniqui quos deus abijcit
a gratia sua qui sunt similes quem iudex abijcit con-
demnando vt suspendatur. Sic isti a deo eiecti et pro-
prie voluntati dimissi infernali patibulo deputantur
Nam sicut ribaldus a taberna abijcitur postq̄ totuꝫ
expendit totus nudus. Sic peccator a mundo tot⁹ nu
dus abijcitur in infernuꝫ. Postq̄ quicquid habebat
gratias. s. ⁊ virtutes male viuendo consumpsit in hac
vita. Homo enim solet abijcere illud de quo nō curat
Sic deus tales s̄m occultas regulas sue predestinatio
nis abijcit. j. Reg. xv. Abijcit te dn̄s ne sis rex ibidem.
Ne respicias vultu quoniam abieci eum. Ista est igit̄
abiectio terribilis ⁊ luctuosa.

Abire. Nota ꝙ oēs actus humani non sunt ni A
si vnū abire: oīa enim consistūt in trā-
situ ⁊ motu: siue bona fuerint siue mala. Sic enim ex
scriptura possumus elicere: ꝙ nos inuenimus.
Abire fluctuosum: quod est temporalitatis.
Abire luctuosum: quod est mortalitatis.
Abire virtuosum: quod est sagacitatis.
Abire gaudiosum: quod est felicitatis.
Abire vitiosum: quod est iniquitatis.
Abire dolorosum: quod est penalitatis.
Dico igitur ꝙ est vnum abire instabile ⁊ fluctuosum:
⁊ istud est abire omnium rerum temporalium: que sci
licet continue abeunt: transeunt ⁊ recedunt: siue sint
ꝓspera siue aduersa. De prosperis dicit̄ in p̄s. Abierūt
in sicco flumina. De aduersis vero dicitur Canticorū
ij. Hiems transijt imber abijt et recessit surge amica
mea et veni. Etiam celestia ⁊ terrestria localiter vel for
maliter per quasdā mutationes abeūt. Unde dicitur.
Apocalipsis. xx. et. xxj. Primum enim celum et ꝑma
terra abijt: et mare iam non est. Istud est igitur abi-
re fluctuosum. ¶ Secundo dico ꝙ inuenio abire lu- B
ctuosum et istud est cursus ad mortem. omnes enim
continue de vita ad mortem abiunt et procedunt. Un-
de Thobie. viij. Abierunt vt foderent sepulcrū. Et de
illo qui iamdiu mortuus est: acsi responderetur illi
questioni Canticorum quinto. Quo abijt dilectus
tuus. Et dicitur Prouerbiorum sexto. Non est vir in
domo: scilicet in corpore abijt via lōgissima: scilicet

in mortem. In die plene lune: idest in resurrectione reuersus est. Et istam abitionem presentiens dauid dicebat in. ps. Remitte mihi in refrigerer priusq̃ abeam ⁊ amplius non ero. Istud est igitur abire luctuosum. ¶ Tertio vero dico ꝙ inuenitur abire virtuosum: ⁊ ē istud: qñ hō abit ⁊ progreditur de bono in melius vl' de malo in bonum. Et sic nota ꝙ est abire.

Ad penitentie refrigerium.
Ad obedientie ministerium.
Ad sapientie magisterium.
Ad deuotionis oratorium.
Ad cōtemplatiōis ꝓmōtorium
Ad confessionis purgatorium.
Ad predicationis clamatorium.
Ad virtutum viridarium.
Ad sepulcri dormitorium.
Ad iudicij consistorium.
Ad inferni conflatorium.
Ad paradisi refectorium

Abeamus ad penitentie refrigerium. ij. Reg. iiij. Abierunt per viā deserti. Item ad obdientie ministerium. iij. Reg. xvij. Abijt ⁊ fecit iuxta verbum domini. Item ad deuotionis oratoriū. math. xxvj. Abijt ⁊ orauit tertio eundem sermonem. Item ad cōtemplationis ꝓmōtorium. ij. Paralip. j. Abijt cū vniuersa multitudine in excelsum. Item ad confessionis purgatorium. vnde Joh. viij. Abijt ⁊ lauit ⁊ venit vidēs. Abijt ergo plenitudo: lauit confitendo: venit videns misericordiam consequendo. Item ad predicationis clamatorium. ij. Regum. xx. Abijt amasa vt conuocaret iudam. Item ad virtutum viridarium. j. Regum. xviij. ca. Surgens dauid abijt in accaron: quod interpretat' pascua: signans virtutes que sunt pascua animarum. Item ad sepulcri dormitorium. s. cogitando de morte. j. Regum. xxij. Abijt dauid ⁊ latuit in speluca. Et. j. Regum. ij. Elchana abijt in ramatha: quod interpretatur: mortem vidit. Item ad iudicij consistorium. Joh. x. Abijt iterum transiordanem. Jordanis enim interpretatur: riuus iudicij. Item ad inferni cōflatorium: quia scilicet per considerationem: necesse est abire aliquotiens in infernum. ij. Reg. v. Abijt rex ad Jebuzeum qd' scilicet interpretatur vallis mesticie significans infernum. Item ad paradisi refectorium. vnde. j. Paral'. xj. Abijt dauid ⁊ omnis israel in Hierusalē. vñ ij. Reg. iij. dicitur. Quod abner abijt vt loquerētur dauid in ebron qd' interpretatur visio sempiterna. Istud est igitur abire virtuosum de quo. s. modo qui abierit saluus erit: iuxta illud. j. Regum. xix. Abijt itaq; dauid ⁊ aufugit atq; saluatus est. In tali igitur abitione est perseuerandum: ⁊ nunq̃ ab itinere recedendum: iuxta illud. ij. Regum. j. Sagitta Jonathe nunq̃ abijt retrorsum. Est igitur vnum abire virtuosum. ¶ Quarto dico: ꝙ est vnū abire gaudiosum

D ⁊ istud est abire beatorum: qui post presentem miseriā abeunt ad gaudia paradisi. iij. Regum. xij. Abijt israel i tabernacula sua. Uide sup̃ immediate. ¶ Quinto dico ꝙ est vnū abire vitiosum Et est illud quo mali qui nunq̃ habent statum semper abeunt ⁊ transeūt ad iniqua. Abeūt enim de bono in malum multiplici mala via: videlicet.

Per iniquitatem.
Per fallacitatem.
Per cupiditatem.
Per carnalitatem
Per pompositatē.
Per vagabilitatē.
Per infidelitatem.

Dico per iniquitatē. j. Machabeo. vj. Abierunt ad regem viri iniqui. Secūdo per fallacitatem. Matth. xxij. Abeuntes pharisei consilium inierunt vt iesum caperent in sermone. Et in ps. j. Beatus vir qui non abijt in cōsilio impiorum. ¶ Tertio per cupiditatem: sicut ille qui abiēs fodit in terram ⁊ abscondit talentū. Et ad literā auari fodiunt in terra talentum: vel spiritualiter loquendo. In terra. i. in bonis terrenis abscondunt talenta sua. i. dona ⁊ ingenia sibi a deo concessa. Unde de auaricia talium potest dici illud Osee. v. Effraym fract⁹ iudicio quoniā cepit abire post sordes. Et cum Eccli. xxxj. dicitur. Beatus diues qui inuentus est sine macula ⁊ qui post aurum non abijt. Item quarto abeunt per carnalitatem Hiere. vij. Abierūt in voluptatib⁹ ⁊ in prauitate cordis sui mali. ¶ Quinto per pompositatem exemplo Jude: de quo dicitur. Matth. xxvij. ꝙ abiēs laqueo se suspēdit: quia scz pōposi laqueo male complacētie in altum per iactantitiam ⁊ inanem gloriam se suspendunt. ¶ Sexto ꝑ vagabilitatem. Sicut inconstantes ⁊ insolentes ⁊ vagi Esa. lvij. Abijt vagus in via cordis sui vias ei⁹ vidi ⁊ dimisi eum. ¶ Septimo per infidelitatē. s. per idololatrias ⁊ sortilegia Hiere. xiij. Abierunt post deos alienos. Iste sunt vie per quas mali abeūt per abire vitiosum. ¶ Sexto vero principaliter dixi. ꝙ est abire dolorosum: ⁊ est illud per quod damnati in morte abeunt in tormentum Hiere. xiiij. Propheta ⁊ sacerdos abierunt in terram quam ignorabant Treno. j. Abierunt in captiuitatem ante faciem subsequentis. ¶ His igitur premissis dicendum est aliquid latius de abire virtuoso: qd' scz est quando homo abijt de vitijs ad virtutem: de malo ad bonum. De mundo ad patrem Luce xix. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnū. In quib⁹ verbis ostendit: ꝙ nos debemus abire de imprudentia ad discretionem Homo: de iniusticia ad perfectionem: nobilis: de indigentia ad refectionem: ⁊ de ignominia ad prelationem quia abijt in regionem longinquā accipere sibi regnū Debet enim homo abire — E

Ad scientiam vt doceatur.
Ad iusticiam vt compleatur.
Ad celi opulentiam vt repleatur.

Abire igitur debet de imprudētia ad discretionem qd' notatur cum dicitur. Homo quidā. Est enim hō animal rationale ad denotandū ꝙ nos debemus esse rationabiles ⁊ discreti: ⁊ s̄m ratiōem dirigere act⁹ nr̄os. Et istud prohdolor est contra multos qui ratione nō videntur homines sed bestie: rationes videntur penitus amisisse quia. s. s̄m sensum nec s̄m rationem faciūt facta sua. Tales maxime sunt illi quos mūdi prosperitas excecauit qui nō cogitant de futuris contenti de presentibus: sicut sunt mundi diuites luxuriosi ⁊ auari. De istis loquitur in ps. Homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus ⁊ similis factus est illis. Jumētis inquit homo enim habet faciem ⁊ staturam erectam: ad denotādum ꝙ cor eius debet esse erectum superius ad deum et ad celestia per desiderium ⁊ affectum. Sed isti sunt similes iumentis: quia cor ⁊ mens ipsorum ad terram per auariciam inclinatur. Isti sunt similes symie que habet humanam effigiem: verūtamen caret humana ratione: pilosus etiam est vt eius vultus et statura vertitur versus terram. Et sicut dicit Plinius. Symia in plenilunio multum letatur et in defectu tristatur. Reuera tales sunt mundi diuites: qui q̃uis effigiem habent humanam: tamen non rationem: quia mens eorum deberet esse erecta ad eterna: ipsi tamen more symie inclinantur inferius per auaritie appetitum. Psalmus. Statuerunt oculos suos declinare in terram. Isti etiam sunt pilosi velleri diuitiarum penitus inuoluti. Et ideo isti letantur in plenilunio: quia tota leticia mundanorum: quando luna: idest defectibilis prosperitas ad plenum eius lucet Juxta illud Esaie. xl. Ambulabūt gentes in lumine tuo: ⁊ reges in splendore ortus tui. Sed prohdolor in fine mensis. i. in fine huius vite. s. ista lune claritas deficiet: q2 mundi prosperitas eis cessabit: et tūc erunt tristes in inferno Ezech. xxxj. Merere faciā oīa lumina celi. i. claros mūdi diuites ⁊ potentes: q2 certe solē nube tegā. i. corpus impiorum ipsorū qd' solū lucere in sua patria videbatur nube sudarij inuoluā: ⁊ luna. i. mūdi ꝓsperitas nō dabit de cetero lumē suū. Nō sic charissimi nō sic. Nō simus simie nec iumenta: s3 veri hoīes rationabiles ⁊ discreti: quia vere nos debemus abire de prudentia ad discretionē. Homo quidā. Ad hec enim debem⁹ abire

vt de imprudētib⁹ docti fiamus: ⁊ vt de bestijs vel lapi
dibus hoies sim⁹: exemplo imaginis eburnee pigma
leonis. Que cum esset eburnea sine sensu in hominē
ƺm fabulas est mutata. Abijt inquit homo. Ruth. j.
Facta est fames in terra. Abijtq₃ homo de bethleem
iuda vt peregrinaretur: vt sic quilibet talis possit di-
cere illud. Apoc. x. Abij ad angelum dicēs vt daret mi
hi librum. Angelus enim signat subtilem doctorem:
liber autem signat scientiam ⁊ doctrinam. Abeam⁹
igitur de imprudentia ad discretionem. ¶ Secūdo di
co: ꝙ debemus abire de iniusticia vel de iniquitate ad
perfectionem. Nobilis enim. s. rusticitatem vitiorum
debemus relinquere: ⁊ ad virtutum nobilitatem abi-
re ⁊ transire: nobilis inquam. Nam sicut videmus: ꝙ
cinis de sua vili conditione transit ⁊ mutatur in nobi
lem ⁊ claram naturam. s. in vitrum. Sic vero nos de-
bemus conuerti ⁊ mutari ⁊ abire de vili conditione. s.
de statu peccati ad nobilem. s. ad statum virtutum.
Nobiles inqt vt de quolibet posset dicere illud. Pro-
uerb. vlti. Nobilis in portis vir eius. Unde Cassi. sup
Matheum. Ille se clarum ⁊ nobilem esse putet: qui
seruire vitijs dedignatur. Ista conuersio ⁊ abiectio fu
it figurata. Apoc. xxj. ca. vbi dicitur. Primum eniꝫ ce-
lum ⁊ prima terra abijt ⁊ mare iam non est. Celuꝫ qđ
est superius sine conditione signat animaꝫ que est de
superiori ⁊ spirituali natura. Terra autem signat cor
pus terrenum ⁊ mortale. Mare autem signat amari
tudinem in peccato. Dicam igitur: ꝙ primum celum
⁊ prima terra. i. prime conditiones ⁊ anime ⁊ corporis
defectuose ⁊ vitiose debent abire ⁊ recedere: ⁊ mare. i.
peccati amaritudo non debent in nobis de cetero re-
periri Iuxta illud Ro. xij. Renouamini spiritu men-
tis vestre. Et istud est contra multos qui reuera non
mutātur de malo in bonuꝫ sed potius de bono in ma-
lum. De quibus dicitur. Hiere. vij. Nō audierūt neq₃
inclinauerunt aurem suam sed abierunt in volupta-
tibus suis ⁊ in prauitate cordis sui mali. Non sic sed
nobilitatem virtutis acquiram⁹: nobilis inquit De-
G bemus igitur abire de iniusticia ad perfectionem no
bilis. ¶ Tertio debemus abire de indigētia ad reple
tionem. s. de amore mundi ad amorem eternorum: qꝛ
scilicet nos debemus abire per desiderium ⁊ affectum
de mundo indigenti ⁊ sterili: ad regioneꝫ longinquā
paradisi vt ibi possimus accipere nobis regnum: plā
ta vt communiter non bene proficit in loco in quo est
nata: immo vtile est ꝙ trasplantetur vt proficiat ⁊ cre
scat. Sic vere homo qui per affectum ⁊ desideriū vult
moram contrahere in loco vbi est natus scilicet i mū
do vix potest proficere immo vere necesse est ꝙ alibi. s.
in paradiso per affectum ⁊ desiderium trāsplantetur
⁊ ꝙ ibi iam per contemplationem ⁊ considerationem
accipiat regnum suum. Unde dicit Ambrosi. lib. de
virginitate. Discite in hoc mundo supra munduꝫ esse
⁊ si corpus in mundo geritis animus nobilitat in eter
nis. Exemplo virginis gloriose de qua dicitur Luce. j.
Exurgens Maria abijt in montana cum festinatio-
ne. Abeam⁹ igitur in regionem accipere nobis regnū
vt sic dicamus illud Iohan. xix. Regnum meum non
est de hoc mundo. Heu proh dolor hodie multi nō sic:
quia hodie quilibet appetit regnare in terra sua: scꝫ in
mundo: ⁊ ibi habere regna ⁊ possessiones ⁊ officia ⁊ be
neficia: ⁊ de terra lōginqua paradisi penitus nihil cu
rant. Isti sunt similes colūbis que in illo loco vbi na-
te sunt ⁊ nutrite semper volunt nidificare ⁊ pullificare
ꝙuis tam ipse ꝙ omnes predecessores sui ibi cōsueue-
uerunt amittere pullos suos. Sic vere fatui peccato-
res non volunt alicubi per affectionem morari: nisi in
mundo vbi ipi nati sunt ⁊ nutriti: nec alibi volunt cor
suum transferre: ꝙuis tam ipsi ꝙ alij fructus suos. i.
diuitias acquisitas perdere ⁊ amittere ⁊ ibideꝫ postea
derelinquere consueuerunt. Ideo dicitur Osee. xj. Ef-
fraim sicut columba seducta non habens cor. Unde
sunt illi de quo dicitur Iohā. xviij. Abierunt retrorsuꝫ
⁊ ceciderunt: quod potissime de malis ecclesiasticis di
ci potest: qui scꝫ abire ante se ad bona paradisi nesciūt
sed retro ad bona mundi que dimiserant retrocedunt
nō sic charissimi non. Nos vero non debemus abire de
mundi indigentia ad celi refectionem ⁊ repletionem:
de mētis iniusticia ad morum perfectionem de cordis
imprudētia ad mentis discretionem. ¶ Adhuc aduer H
te ꝙ est quoddam abire vitiosum quando. s. de virtute
ad vitium abitur. Sicut faciūt mali de quib⁹ potest
dici illud Iohan. vj. Multi discipulorum abierunt re
tro: ⁊ iam cum illo non ambulant: vbi videtur ꝙ mali
abeunt ⁊ recedunt a deo per mentis obstinationem.
Abierunt inquit retrorsum. Item per pacis dissipatio
nem: cum illo inquam non ambulant. Sunt igit ma
li obstinati quod ostenditur: quia ipsi vadunt retro:
quia sicut cancer non vadit in ante: immo semper va-
dit in retro: sic mali ⁊ obstinati nihil recte volunt fa-
cere: immo semper retro ⁊ econtrario veritati figurati
per vxorem Loth Gene. xix. Que contra domini man
datum respexit retro: ⁊ ideo mutata est in statuā. Sic
vere tales volunt respicere retro ⁊ oblique ad contra-
rium diuine voluntatis: ⁊ ideo fiunt statue: quia scꝫ in
inferno perpetuo statuentur ps. Iordanis conuersus
est retrorsum. ¶ Quarto dico ꝙ mali recedūt a dei so-
cietate. Iam inquit cum illo non ambulant: quia No
mali non curant de societate: nec dei nec proximi: im-
mo cuꝫ omnibus volunt habere guerram ⁊ dissentio-
nem: similes auibus predalibus que sole volūt viuere
⁊ alias impugnare: qꝛ sicut dicitur. ij. Thessa. ij. Deo
non placent: ⁊ cunctis hominibus aduersantur.

Abysai. Nota ꝙ abysai fuit frater Ioab Con- A
sanguineus dauid. Miles bellicosus et
fortis peregrinationis bellorū ⁊ negociorum ipsi⁹ da-
uid indiuiduus comes: qui interpretaᵗ patris mei in-
censum mihi vel patris mei sacrificium meum: ⁊ alio
modo pater salutis mee vel patris salutare mihi. Per
istum igitur accipe quemlibet virum iustum dauid. i.
christi: per gratiam proximum ⁊ amicum contra vitia
bellicosum xp̄i negociorum comitem: ⁊ tribulationuꝫ
eius participem ⁊ vicinum: qui cum sit pater salutis
de se tamen patre nostro deo: facit sacrificium ⁊ insen
sum. ij. Regum. xxj. Presidio fuit dauid fili⁹ sarnie.

Abyssus. Exaltauit illum Ezechie. xij. Quo-
niam charissimi abyssus est locus
vbi est tanta aquarum abundātia ꝙ dato ꝙ tot⁹ mū- A
dus ibidem hauriret nūꝙ exhaurire videtur. Maria
talis abyssus est cui⁹ aquarum: id est gratiarum tam
eximia plenitudo ꝙ nūꝙ ipsam exhaurit deuote hau
rientium: id est orantium multitudo. Deus enim istā
abyssum videtur fecisse: vt adaquaret populum suuꝫ
velut in abysso multa Psalmista. Quia tm Bernar-
dum. De plenitudine eius accipiunt vniuersi: vnde
proprie ista est illa terra filijs israel repromissa: de qua
dicitur Deuterono. viij. Dominus deus tuus intro-
ducet te in terram bonam terram riuorum atq₃ fon-
tium: in cuius campis et montibus erumpunt flu-
uiorum abyssi. Igitur de abysso tractaturi istam abys
sum angelicoꝗ salutemus de eius plenitudine gratie
stillicidia haurientes. Abyssus multis modis sumi-
tur in scriptura.

Est abyssus inillustrabilis.
Est abyssus insatiabilis.
Est abyssus inperscrutabilis.
Est abyssus inexhauriabilis.

¶ Abyssus inillustrabilis est locus damnatorum: sci
licet infernus qui dicitur abyssus ab a quod est sine ⁊
byssus candor: quasi sine candore Iob. xxxviij. Nun
quid ingressus es profundum maris et in nouissimis
abyssi deambulasti. Nunquid aperte sunt tibi porte
mortis et ostia tenebrosa vidisti. Et Apocalipsis. xx.
dicitur ꝙ angelus ligauit draconem et misit eum in
abyssum. ¶ Scđo abyssus insatiabilis est anim⁹ aua
rorū. Unī auarus est ille pute⁹ abyssi ardoris insatiabi B
lis de quo

lis de quo dicit̃. Apoc.ix. Johãnes stellã vidit in ter-
raȝ cecidisse. ⁊ data est ei clauis putei abyssi: ⁊ aperuit
puteum abyssi: ⁊ ascendit fumus putei sicut fumꝰ for
nacis magne. Auarus enim dicitur stella: ꝓpter splẽ
dorem prosperitatis. dicitur cadere in terra: ꝓpter cu
ram terrene facultatis. Dicitur puteus abyssi: ꝓpter
profunditatẽ insatiabilis. dr̃ habere fumũ fornacis: ꝓ
pter affectuȝ cupiditatis. ¶ Dixi tertio: ꝙ est abyssus
C inscrutabilis videlȝ diuinitatis profunditatis. deus
enim ⁊ res diuine dicunt̃ abyssus: eo ꝙ ꝓpter profun
ditatẽ sue immensitatis nõ possunt ab oĩbus ꝑscru-
tari: nec cognosci: apprehendi. ⁊ sicut sapiens Eccli. j.
dicit Arenã maris ⁊ pluuie guttas quis dinumerauit
Altitudinẽ celi. latitudinẽ terre. ꝓfunduȝ abyssi quis
dimensus est. sapientiã dei precedẽtẽ oĩa quis inuesti
gauit? q.d. Imperscrutabilia sũt. ps. Judicia tua abys
D sus multa ¶ Dixi quarto ꝙ est abyssus inexhausti-
bilis ⁊ est sagacitas ꝑfectoꝝ seu subtilitas sapiẽtum
et doctoꝝ: qr̃ pro certo abundantia scientie ⁊ sapientie
necnõ virtutuȝ ⁊ gratie ipsoꝝ sanctoꝝ doctoꝝ ecclesia
abyssus dr̃: eo ꝙ exhaustibiliter ibidẽ omnis populꝰ
adaquat̃: ⁊ de aquis inexhaustibilibꝰ suarũ sciẽtiarũ
totus hortus ecclesie irrigatur. Uñ illud supradictuȝ.
In cuius mõtibꝰ erumpunt flumi oruȝ abyssi: vt sic de
quolibet sctẽ ecclesie doctore dicat̃ illud Eccli. xxiiij.
A mari em̃ abundauit cogitatio eiꝰ: ⁊ cõsiliũ eius ve-
lut in abysso magna. Et sequitur statim de sapientia
talis viri. Ego sapientia effudi flumina. ego quasi tra
mes aque immẽse de fluuio. Ego quasi fluuius dorix.
exiui de paradiso dixi rigabo hortũ plãtationũ. Et qr̃
charissimi iste beatus Thomas qui etiã abyssus iter
pretatur. abyssum totius scientie in se cõtinuit et ha-
buit. Hinc est ꝙ talis abyssus em̃ suarũ scientiarũ et
gratiarum cõgrue pono thema meũ. Abyssus exalta-
uit eũ. vbi supra. Igit̃ dico charissimi: ꝙ iste beatus do
ctor verbis istis a tribus principaliter cõmendatur
videlȝ. A figuratiua promotiõe. Iste em̃ nominat̃ figu
raliter: qr̃ dicitur Abyssus. A prerogatiua promotiõe
Iste sublimat̃ supernaturaliter. qr̃ exaltauit. A demõ
stratiua perfectione. Iste predicat̃ demõstrabiliter: qr̃
dicitur eũ. Dico igit̃ primo: ꝙ iste cõmendatur a qua
dã nominatione: qr̃ dicitur abyssus. Uideo em̃ in mũ
do ꝙ preciose reliquie nõ nude hoĩbus ostenduntur.
immo cristallis vel aliȷ̃s operculis cõtegunt̃. video etiã
ꝙ fructus arboꝝ natura foliȷ̃s operit ipsosq; sub vela
mine cõtegit ⁊ abscõdit. Uideo insuꝑ ꝙ notabilia fa-
cta scripture nõ nude ⁊ publice demonstrant̃: immo
sub figuris et enigmatibꝰ inuoluunt̃. modo sic est ꝙ
iste beatus põt cõparari reliquiȷ̃s preciosis: põt eq̃pa
rari arboribꝰ fructuosis. Põt insuper assimilari ope
ribꝰ ⁊ negociȷ̃s gloriosis. quapropter bene concludo q̃
ipsius ꝓprietates debuerũt nobis nomiãri ⁊ dici sub
quibusdã nominibꝰ obscuris ⁊ enigmatibꝰ tenebro-
sis. Igitur iste abyssus dr̃: ⁊ sub isto nomine ipsius vir
tus multiplex designatur. Et sic dico bene ꝙ iste cõ-
mendatur a quadã figurali nominatiõe. Abyssus in-
quit. vt sic de talis nominis periculo intelligat̃ illud
ps. Abyssus sicut vestimentũ amictus eius. Et videte
ꝙ ꝑ istud vocabulũ abyssus: q̃ nihil aliud est q̃ aqua
rum immensitas. ⁊ potissime marinarũ. sicut de ma
ri rubro ⁊ submersione Pharaonis dr̃ Exo. xv. ꝙ abys
si operuerũt eos descenderũt in ꝓfundũ quasi lapis.
E Potest proprie intelligi iste sanctus iste doctor: ⁊ etiã
quilibet ecclesiasticus: ⁊ maxime religionis sue pro-
fessionis sectator. Habet em̃ abyssus.

Latam capacitatem.
Ymam ꝓfunditatem.
Certam inobilitatem.
Fuscaȝ obscuritatem.
Magnã sonoritatem.
Certam stabilitatẽ.
Plenã sonoritatẽ.
Multã diuersitatẽ

Sic vere iste fuit capax: ꝓ-
pter latã dilectionẽ. Profũ
dus ꝓpter hũilẽ affectionẽ
Mobilis: ꝓpt̃ sedulã subie-
ctionẽ. Obscurꝰ: ꝓpter deie
ctã ꝯuersationẽ. Sonorꝰ: ꝓ-
pt̃ altã ꝑdicationẽ. Certꝰ et
limitatꝰ ꝓpt̃ repssaȝ euaga

tionẽ. Plenꝰ ⁊ immẽsus propter sciẽtie seu gratie re-
dũdationẽ. Fructuosus propter mundanã tribulatio
nem. ¶ Persequamur igitur charissimi istas. scilicet
proprietates istius abyssi ⁊ ipsas ad vtilitateȝ nostrã
tam de ipso: q̃ de quolibet religioso ⁊ ecclesiastico et
moraliter exponamus. Et dico primo. ꝙ abyssus ha-
bet latã capacitatem: quia pro certo iste habuit latitu
dinem ⁊ charitatem dilectionis. Nam sicut latitudo
abyssi tãta ẽ ꝙ ipsa continet omnes aquas nõ solum
dulces: immo etiam amaras. Sic vere vir iustus de-
bet habere charitatem ita latam ⁊ extensam: quia oẽs
homines debet continere: non soluȝ dulces. i. amicos
familiares ⁊ notos. immo etiam amaros idest inimi
cos extraneos ⁊ remotos. vt sic de ipsa charitatiua cõ
tinentia possit dicere illud Jone. ij. Abyssus vallauit
me pelago cooperuit caput meum. quod tamẽ est cõ-
tra multos qui non videntur esse lati sed stricti. non
extenti sed retenti. nõ capaces ⁊ charitatiui: sed alioꝝ
fugaces ⁊ suiȷ̃psius constricti et conclusi. Et ideo isti
vidẽtur esse similes cuidam vasi. de quo loquitur Ari-
stotel. ꝙ si fiat de cera virginea vndiq; clausum ⁊ po-
natur in mari intrabit in eo aqua dulcis verũtamen
non amara. Sed ꝟo tales qui in mare istius mundi
amari sunt positi. videntur vndiq; constricti ⁊ clausi
quod bene apparet: quia in corde suo affectionis cha
ritatis bene potest intrare aqua dulcis: id est: illi qui
sunt eis dulces ⁊ delectabiles. s. cõsanguinei et amici.
Sed ꝓ certo aqua amara: id est: illi tristabiles ⁊ ama-
ri. s. inimici ⁊ extranei nunq̃ intrãt capacitatẽ cordis
sui. quod bene patet de nunciȷ̃s domini ⁊ prelatis qui
non curãt promouere nec in corde per dilectionẽ ha-
bere: nisi ꝯsanguineos ⁊ amicos: dimittẽtes. q̃ q̃ sint
digniores. extraneos longinquos. Isti igitur nõ sunt
abyssus lata: sed abyssus cõstricta et congelata aqua
Job. xxxviij. dicitur in similitudinẽ lapidis indurãtur
aque ⁊ superficies abyssi constringuntur. Nõ sic iste ⁊
non sic q̃libet ecclesiasticus: qr̃ pro certo iste habuit la
tam capacitatẽ charitatẽ dilectiõis. ¶ Secũdo dico: F
ꝙ iste habuit imã profunditatẽ humiliatiue affectio
nis: abyssus enim tantã profunditatẽ habere noscit̃:
ꝙ in plerisq; locis eius fundus nõ inuenitur. Et ideo
dicitur abyssus ab a. quod est sine. ⁊ basi. quasi sine ba
si. i. fundamẽto ⁊ fundo. ⁊ reuera talis fuit hic: ⁊ talis
debet esse quilibet ecclesiasticus: quia vere iste debet
esse per humilitatem ita profundus: ita debet esse in
ymum per suum despectũ subiȷ̃cere: quod cunctis de-
bet humiliter subiacere: vt sic dicat humilitas sua il-
lud Ecci. xxiiij. Gyrum celi circuiui sola ⁊ profundum
abyssi penetraui. In fluctibus maris perambulaui ⁊
in omni loco steti ⁊ in omni populo et gente primatũ
habui. Et vere bene loquitur ꝓfunditas ⁊ humilitas
istius abyssi. quia vere humilitas est ista virtus: que
gyrum celi circuit contẽplatione ⁊ occupatione: que
in fluctibꝰ maris. i. in tribulationis amaritudinẽ am
bulat patientia ⁊ mentis que in omni loco stat perse
uerantia ⁊ duratione: ⁊ in omni populo primatum ac
cipit exaltatione ⁊ promotione: quia ꝓculdubio ista
humilitas abyssalis. G

Promotionẽ facit acquirere.
Contẽplationẽ solet inducere
Perseuerantiã solet efficere.

Et mũdi tribula-
tiões solet vince
re ⁊ cõtẽnere istã.

Igitur talem profundam humilitatem habuit: quia
scilet ad modum abyssi: sicut bonus religiosus se quã
tum potuit profundauit: ⁊ ideo scientiarum plenitu-
dinem acquisiuit: quia scilicet sicut aque fluũt ad val
lem ⁊ locum profundiorem. Sic vera scientia ad virũ
humiliorem. quia sicut dicitur Prouer. ij. Ubi fuerit
humilitas ibi et sapientia. vere de ista hũilitate abys-
sali dicit̃ Deutero. xxxiij. De benedictiõe domini ter
ra eius: de pluuiȷ̃s celi et rore atq; abysso subiacente.
Sed proculdubio ista sunt hodie contra multos ec-
clesiasticos ⁊ religiosos: qui scilicet non habent humi
litatem sed pompositatẽ non querunt in profundo

ſubeſſe:ſed ambiũt in ſupremo ꝑeſſe: nõ diligũt ſtatũ
ſubiectionis: ſed appetunt ſtatum prelatiõis. Abyſ-
ſus enim ꝙ̃ ꝙ naturaliter habeat eſſe ꝓfunda.verũ-
tamen valde eſt fumoſa. valde eſt ſpumoſa.valde eſt
fluctuoſa et tẽpeſtuoſa. Sic vero dato ꝙ de eſſe reli-
giõis ſit humilitatis ꝓfunditas: iſtud tamẽ inuenio
quod inter ipſos abundat inuidiarũ et diſcordiarum
fluctuoſitas põparum: ſuperbiarum feruoſitas: de-
tractionũ ⁊ iniuriarũ ſpũoſitas:ſicut ad ſenſuȝ appa
ret et pȝ de multis religioſis q̃ magis prõpti ſũt ad tra
hẽdũ magꝭ põpoſi ad ꝓſumẽdũ.magꝭ fluctuoſi ad in
uidẽdũ ꝙ̃ plurimi ſeculares:ita ꝙ tales figurari pñt.
Apoca.xvij.vbi dicit̃ ꝙ Johãnes vidit beſtiã vnã ma
gnã mirabiliter plenã nominibus blaſphemie q̃ por
tabat illã mulierẽ que erat ebria ſanguine martyrum
Jeſu Sequit̃ qꝺ angelus dicit Jo. Beſtia inquit quaȝ
vidiſti fuit et non eſt ⁊ aſcenſura eſt de abyſſo et in in
teritum vadit. Jſta beſtia ſignat malos clericos et re
ligioſos:qui proculdubio hodie portant et ſuſtinent
mulierẽ ebriam ſanguine martyrũ ieſu'.i. malos prĩci
pes:vſurarios ⁊ raptores qui pleni ſunt ſãguĩe marty
rum.i.ſubſtantia pauperum chriſti:vel bonis eccleſia
rum et martyrum quia reuera tales non reprehendũt
ſed ipſis fauendo applaudunt. Jſti ſunt pleni nomi-
nibus blaſphemie:quia pro certo nõ ceſſant ſuperio-
ribus detrahere.omnem ſtatum ⁊ populum cõtem-
nere:ſed ſolos bonos credere ⁊ alios blaſphemare: de
quibus dicitur in canonica Jude. Dominationem
ſpernũt maieſtatem autẽ blaſphemant.⁊ſequitur. Hi
murmuratores queruloſi ſm̃ deſideria ſua ambulan
tes:et os illorum loquitur ſuperbiam. Et quid ſequi-
tur? Certe proculdubio ꝙ beſtia quã dicit figura fuit
et non eſt:ſic religioſi noſtri fuerũt:antiquitꝰ:nec tot
ſunt hodie quot fuerunt.pro certo non fuit et non eſt:
quia ſcilicet antiquitus fuerunt in ſumma morum ꝑ-
fectione:ſed modo ſunt in cõtraria conditione: ſicut
Apoca.xxi. Primum enim celum ⁊ prima terra abijt
et mare iam non eſt.⁊ hoc eſt quod ſequitur in figura
quia inquit iſta beſtia aſcenſura eſt de abyſſo et in ĩte
ritũ vadit:q̃ vt breuiꝰ cõcludat̃ iſti de abyſſo id eſt de
humilitatis profundo aſcenderunt:per ſuperbiam et
receſſerunt ad interitum viciorum acceſſerunt. Unde
Bern̄. Hi volunt eſſe humiles ſine deſpectu:paupe-
res ſine defectu:bene veſtiti ſine ſollicitudine. delica
te paſti ſine labore:alijs adulantes:alijs detrahẽtes.
mordaces vt canes:fallaces vt vulpes: ſuperbi vt leo
nes:rapaces vt lupi. Hi volunt eſſe ſine autoritate iu
dices. ſine viſu teſtes falſi accuſatores omni veritate
carentes. hec ille. Aſcenſura eſt igitur illa beſtia et in
iteritum vadit. Sic non ſicut iſte beatus chariſſimi.
quia pro certo nunꝙ̃ de abyſſo perfecte humilitatis
aſcendit:ſed in eius profundo continue latitauit: vt
ſic de eo et ſimilibus dicatur illud. Exodi decimo-
H quinto. Abyſſi operuerunt deſcenderunt in profun-
dum quaſi lapis. Habuit igitur iſte profunditatem
humiliatione affectionis. ¶ Tertio dico quod iſte
habuit perfectionis abyſſum. quia habuit mobilita-
tem obedientie ſubiectionis. Abyſſus enim ſemper
eſt in motu et in fluxu:fluit enim continue et refluit
et nunquam a motu quieſcit:et hoc quia motum lu-
ne ſequitur. Et ſecundum eius influentiam ſe dirigit
atqꝫ regit. Sic vero bonus religioſus et ſubditus ſem
per debet eſſe in motu obedientie et ſubiectionis nec
non in motu diligentie et bone ſedulitatis ad hoc:
quia debet ſequi motum et imperium lune ideſt p̃-
lati vel dei. Deuterono. Eruperunt fluuiorum abyſ-
ſi.ſicut proculdubio fuit iſte qui deo atqꝫ prelato ſem
per voluit obedire et ad eorum imperium ad bona
opera ſedule ſe mouere. diligentia enim ſua et mo-
tus laborum ſuorum quos exercuit ſtudendo: le-
gendo: ſcribendo:dictando:eſt omnibus manifeſta:
ita quod proprie poteſt dici de illo illud pſalmiſte.
Judicia tua abyſſus multa: Quod eſt contra mul-
tos qui per obedientiam et diligentiam nõ ſunt mo
biles: immo per negligentiam et inobediẽtiam ſunt
inſtabiles et immobiles: in aliquibus enim partibꝰ
ſeptentrionis. Abyſſus ideſt aqua maris propter ex
ceſſum frigoris congelatur et contra naturam ſuam
conſtringitur: et a motu proprio retardatur. Sic ve
re frigus indeuotionis.multos religioſos et clericos
ita conſtringit: quod per obſtinationem gelantur.
ita quod motum obedientie et diligentie eis tollit
Job trigeſimooctauo. Superficies abyſſi conſtringi-
tur. Et illud Job quadrageſimoprio. Eſtimabit abyſ
ſum quaſi ſeneſcentem.ideſt pre frigore ſe mouere
non valenteȝ religioſe. Sic iſte proculdubio habuit
mobilitatem obedientie ſubiectionis. ¶ Quarto di I
co quod iſte habuit perfectionis abyſſum: quia ha-
buit obſcuritatem tenebroſe meditationis et deie-
ctiue conuerſationis. Abyſſus enim propter maxi-
mam profunditatem magnam habet obſcuritatem
immenſitatem enim aque ſue lux non penetrat. Et
ideo obſcuritatem lucis carentia ibi cauſat. Sic ve-
re perfectio viri iuſti debet eſſe obſcura ideſt in exte
riori conuerſatione humilis et abiecta: et omni luce
curioſitatis penitus aliena: vt ſic de deiectione viri
boni dicatur illud geneſis primo. Tenebre erant ſu-
per faciem abyſſi:et ſpiritus domini ferebatur ſuper
aquas quia pro certo erant.

Tenebre deiecte conuerſationis.	Quia pro cer-
Tenebre meſticie et contritionis.	to debẽt abyſ-
Tenebre ſolitarie meditationis.	ſum ideſt per

fectionem humilis religioſi tegere. vt ſic ſpiritus do
mini ſuper aquas affectionum ſuarum continue poſ
ſit ferri.et ſic fuit de iſto: quia non curauit homini-
bus apparere.ſed deo obſcure: ideſt ſecrete et ſoli-
tarie voluit viuere: compoſitioni mentis vacare: de
mundi negocijs non curare: et quia famam ſeculi de
ſpiciebat: ipſam meruit ſuper omnes acquirere et
habere. vnde Alanus de complanctu nature. Hec
eſt fame bone glorioſa proprietas:vt appetitores ſu-
os contemnat et appetat contemptores. hunc fama
fugiendo ſequitur quam inſequendo perdit. vnde
Seneca in prouerbijs. Uis omibus eſſe notus:prius
effice vt neminem noueris. Quod eſt contra mul-
tos religioſos:qui nolunt habere obſcuritatem: ſed
luciditatem:nolunt eſſe in obſcuro ſolitarie medita-
tionis:ſed magis in claro publice negociationis: q̃
magis querunt hominibus placere veſtibus: quam
moribus.magis volunt eſſe mundo famoſi.quaȝ do
mino virtuoſi. vnde Bernardus in epiſtola prima.
Labor inquit et latebre et voluntaria paupertas ſunt
inſignia monachorum. noſtri autem oculi omne ſub
lune vident. noſtri pedes omne forum circuneunt:
noſtre lingue in omnibus conſilijs audiuntur.noſtre
manus omne patrimonium partiuntur. Et breuiter
multi ſunt hodie religioſi qui magis videntur eſſe ſe
culares quam regulares:et proculdubio ex hoc non
fiunt famoſiores:ſed in dei et hominum repugnatio
ne fama et moribus viliores. quia ſcilicet ſicut odor
roſe melius in loco obſcuro quam in ſole ſeruatur.
Sic vero odor bone fame in obſcuro ſolitudinis vi-
get: in ſole autem ideſt in publico euaporare et defi-
cere comprobatur. Unde ⁊ Petrus rauẽ. in quadam
epiſtola dicit. Quod qui omni tempore venantur fa-
mam ſeculi: omni tempore ſunt infames. Non ſic
chariſſimi non ſic: quia pro certo iſte fuit abyſſus ob
ſcurus et a mũdi viſibus ſicut potuit:occultatus. Et
ſic dico.ꝙ iſte habuit obſcuritatem deiectiue cõuerſa
tionis.⁊ obſcure meditatiõis. ¶ Quinto dico. ꝙ iſte
dicitur abyſſus.quia habuit ſonoritatem eloquentis K
predicationis.quia pro certo ſicut abyſſus cuȝ aquis
ſuis ⁊ fluctibꝰ ſemper emittit ſonitũ ⁊ ſtrepitũ:ita ꝙ
poſſit a lõge audiri. Sic iſte mediãtibꝰ aq̃s ſciẽtiarũ
ſuarũ:ita per predicationem ſonuit et clamauit:qꝺ in
omni

omni terra audit⁹ fuit. ps. In omnē terrā exiuit son⁹
eorū Ita q̄ de tali abysso ꝓprie dr̄ illud. ps. Dedit abys
sus voce suā. ¶ Sexto dico. q̄ abyssus habuit stabili
L tatem repressē dignatiōis. Sicut eñ videm⁹ q̄ abys-
sus: hoc est dictu aqua maris habet littora q̄ sistūt
et reprimūt fluxū suuz. que scz vltra nō progredit. sed
intra certos terminos a deo cōstitutos sistitur ⁊ tene
tur. Sic iste littora diuinorum mandatoꝝ ⁊ regulariū
statutoruz. necnō claustraliū terminoruz pro limitib⁹
habuit infra que signa indignationib⁹ ⁊ ambitionib⁹
corpus suuz tenuit ita q̄ a cunctis ⁊ animi ⁊ corporis
motibus vagatiōibus fluctib⁹ ⁊ fluxib⁹ se repssit. Un
de dr̄ Prouer. viij. q̄ certa lege ⁊ gyro vallabat abyssos
Et sequitur. qd̄ legē ponebat a quis ne trāsirēt fines
suos: Que tamē hodie sunt cōtra multos religiosos
qui pro certo nō videnť certos limites habere. immo.
totus mūdus claustrū ipsorū videť esse. ita q̄ illud Se
nece epistole vidētur dicere Uni angulo nō sum nat⁹
patria mea tot⁹ est mūdus. Et pro certo isti nō curant
in suis bñficijs: ⁊ claustris ⁊ cōuentib⁹ stare. Sed nūc
ad romanā curiā ire: nūc per vicos ⁊ plateas trāsire: ⁊
de domo in domū. de vico ī vicū. de hospitio ad hospi-
tiū discurrere ⁊ vagare. nō vacāt eñ studijs: sed nego
cijs. nō cōtēplationi: sed visitationi. nō marginibus li-
brorū. sz curijs ⁊ monitionib⁹ dominorū. Ita proculdu
bio videntur hodie precipue inter religiosos medicā-
tes qui tamē tēporalitatē nō habent: ipsi tamen in dis
cursu pre ceteris se delectant. Quod vtiqz zach. vj. pt
figurari. vbi dr̄. Quia ipse vidit quatuor quadrigas q̄
exibant de medio duorū montiū ereorū: vna habebat
equos rufos. alia habebat equos nigros. Alia habe-
bat equos albos. Quarta vero habebat equos varios
et fortes qui querebāt discurrere per vniuersum orbē
Iste enī quatuor quadrige carissimi: signant quatuor
ordines. s. ordinē. Cisterciēn. ⁊ illos qui rotātur de ve-
teri ordine. ⁊ ibi sunt equi rufi. i. monachi qui portant
rufum habitū. Itē ordinem beati Benedicti. vbi sunt
equi nigri. i. subditi portantes habitū nigrū. Item re
ligionem sancti Augustini. vbi sunt equi albi. idest
subditi portantes habitum album. Item religionem
mendicantiū. vbi sunt equi varij. i. religiosi portantes
inter se habitū variū et distinctum sed vt melius ap-
plicem: Quatuor quadrige sunt quatuor religiōes mē
dicantes que inter duos montes ereos. i. iusticia duo-
rum testamentoruz versantur. equi etiā rufi ⁊ quadri-
ga sunt minores nigri sunt augustinenses. Albi vero
carmelite. sed varij sunt fratres predicatores qui ad li
teram habituz varium. s. ex nigro et albo portant. qui
etiam inter ceteros dicuntur fortes ad sustinendum
fidei firmitatem ⁊ scientie veritatē. Sed quid pro cer
to de istis equis quatuor istius quadrige siue accipiā
tur de mendicantibus in generali. siue de predicatori
bus in speciali dicitur in figura Quod isti querebant
discurrere per vniuersum orbem. quia pcerto vt supra
dixi multi sunt inter istos qui plus debito discurrunt
et magis in secularibus negocijs. q̄ in claustri suspi-
rijs exequauerunt. Prosper in lib. de vita contempla-
tiua dicit sic. Sunt quidam qui conuersi expressiuis
moribus nihil abyciunt. quia non mutantur mēte sed
veste. non actu sed habitu. nō opere sed sermone. In re
ligione enim seculariter viuunt opinionem pro virtu
te querunt: predicant magna: non faciūt. accusant vi
cia nec deponūt Publice sibi displicere simulāt qd̄ oc
culte cōmittūt. i. magis studēt nō videri sed fieri Hec
ille. O charissimi nō sic iste: qr̄ procerto non fuit vag⁹
sed more abyssi cōpressus ⁊ legibus artatus. ⁊ infra li
mites religionis et iusticie cōstitutus. ita q̄ fuit de il-
lis abyssis de quib⁹ dr̄ Exod. xv. Et congregati sunt
abyssi in medio mari. Igiť iste habuit stabilitatē repss-
se dignationis vel diuagationis ¶ Septimo dico. qd̄
M iste habuit imēsitatē gratie sciētie ⁊ deuotiōis Sicut
eñ abyssus habet immensitatem aquarum. sic iste
immensitatem gratiarum ⁊ scientiarū. ⁊ sicut ex abys
so erumpunt fontes ⁊ flumina q̄bus terra irrigatur
sic ab isto prorumpūt diuerse doctrine q̄bus ecclesia
fecūdatur. Et reuera iste fuit quedā. q̄tum ad scien-
tias. inhaustibilis abyssus. sicut patet doctrine sue p
funditatem ⁊ immensitatē consideranti. Unde ꝓprie
potest dici illud Prouer. iij. Sapientia ipsius erupe-
runt abyssi. ⁊ nubes rore concrescunt. Cuius tamen
hodie in ecclesia paucos inuenio successores. Sed p
certo magis hodie studemus nos alij ecclesiastici in
populis: q̄ in pauli epistolis. magis in salmone q̄ in
salomone. magis in negociorum cura q̄ in sacra scri-
ptura. Et ideo proculdubio multi sunt qui non sunt
abyssus per redundantiam. sed potius per obscuram
ignorantiam vt iam voluptati tales abyssos siccanti:
possit dici illud Esa. lj. Siccasti mare aquā abyssi ve
hemens. Nō sic iste. quia pcerto ipse immensitatem
gratie ⁊ deuotionis habuit ita q̄ deo ⁊ de eius immē
sa sciētia pōt dici illud. ps. Qui deus petrā interrupit
in heremo ⁊ adaquauit scz filios israel. velut in abys-
so multa. Dic si vis quare dicitur petra. ¶ Octauo di
co. q̄ ista abyssus habuit fluctuositatem mūdane tri N
bulationis. Quia pcerto sicut abyssus nūq̄ est sine
fluctibus. sic nec iustus sine tribulationibus. Igitur
ista abyssus fluctuosa fuit. quia scz fluctus turbatio-
nis. Timoris dei. horroris sui. et terroris inferni. nec-
non ⁊ laboris cōtinue habuit ⁊ portauit. Uñ ipse fuit
de illis de quibus dicitur in Psal. Uiderunt te aque
deus viderunt te aque ⁊ timuerūt ⁊ turbate sunt abys
si. ¶ Ecce igitur charissimi: q̄ beat⁹ Thomas qui in-
terpretatur abyssus: fuit abyssus. O

Turbata. — propť Uicoris fluctuositatē. Sciē
Repleta — tie fertilitatē. Persistētie stabili
Luminata. — tatē. Prepicatiōis sonoritatem.
Sonora. — Cōuersatiōis sollicitudinē. Obe
Obsura. — diētie prōptitudinē. Humilita-
Agitata. — tis lassitudinem. ⁊ charitatis am
Profundata. — plitudinez. Et sic dico. q̄ iste fuit
Capax ⁊ dilatata. — abyssus iterpretatus ⁊ noīatus. ⁊

abysso assimilatus ⁊ comparatus. Et ideo a summo
abysso deo: ad abyssum opulentie paradisi exaltatus.
Iuxta illud Psal. Abyssus abyssum inuocat. Et sic be
ne dico. q̄ iste commendatur a figurali nominatione
Abyssus inquit. quia scilicet sub isto nomine ⁊ iste san
ctus ⁊ ipsius multiplex nominatur. ¶ Item dico. q̄
abyssus vt communiter accipitur pro profunditate.
est imperscrutabilis ⁊ accipitur pro profunditate di-
uine sapientie. sicut ecclesiastici. j. Profundum abys
si quis inuestigabit: Aliquando pro immensitate eter
ne glorie. sicut ī psalmo. Adaquauit eos velut in abys
so multa. Aliquando pro profunditate eterne miserie
vnde in psalmo. Descenderūt vsqz ad abyssos. Aliquā
do pro perfecto viro et pro profunditate humilitatis
et iusticie seu etiam scientie: vt dicitur Abacuc. iij. De
dit abyssus vocem suam. Aliquando pro profundita-
te scripture. vt Ecclesia. xxiiij. Profundum abyssi pe-
netraui. Aliquando pro peccatore seu pro prōfūditate
obstinationis et malicie. sicut Gen. j. Tenebre erāt su
per faciem abyssi. ¶ Aduerte igitur. q̄ hic intendo de P
abysso facere mentionem. in q̄tum potest significare
virum perfectum: vel etiam ipsum deum et in q̄tum
potest significare vitā eternam. Dico igiť. q̄ quadru
plex est abyssus. scz.

Uirtuosa. — Uirtuosa est deus: vel quilibet vir
Dolorosa. — perfectus. Et de hoc potest dici il
Uiciosa. — lud Job. xxxviij. Nunquid ingres
Et gaudiosa. — sus es profunduz maris. et in no

uissimis abyssi deambulasti. Nunquid sunt aperte
porte mortis ⁊ hostia tenebrosa vidisti. Ecce igitur q̄
in verbis quattuor ostenduntur que competunt cui-
libet viro iusto. sm̄ quattuor conditiones que in abys
so possunt reperiri. ¶ Est enim in abysso: quod idem
est quod aquarum immensitas. Profunditas. Ama- Q
ritudo. Insatiabilitas. et obscuritas. Dico igitur sm̄

ista. q homo pfectus habet quattuor cōditiones. De
bet enim habere hūilitatis infinitatē. Profunda in-
quit. Mobilitatis agilitatē: mare inquit. Dilectiōis
capacitatem. aperte sunt porte mortis. Discreti onis
luciditatem. hostia tenebrosa vidisti. Habet igitur vir
perfectus infinitatem humilitatis: quod ostēditur cū
dicitur profundū. Sicut enim abyssus habet profun
ditatem inferius ī infimis: ita q fundus eius vix po-
test inueniri: sic vir perfectus semper per humilitatē
alijs se reputat infimiorem ⁊ inferiorem minus dignū
et minus valentem. Ideo sibi potest dici illud Psal.
Nimis profunde facte sunt cogitationes tue. Et hoc
fuit figuratū Job. xlj. vbi dicitur. Feruescere faciaꝫ qua
si ollam profundum maris: ⁊ ponet quasi cum vnguē
ta bullient. Mare enim signat virum perfectum ama
rum per cōtritionem ⁊ per mortis meditationē. Pro-
fundum eius est, cor ipsius infimum per humilitatē
et deiectionem: q pro certo quasi olla per eternorum
desiderium feruet ⁊ bullit. sicut vnguenta per pietatē
et compassioneꝫ. Heu proh dolor q pauci sunt hodie
qui habeant istam profundaꝫ humilitatem. Moder
ni enim non querūt esse in profundo: sed in superficie
non in infimo animo gradu depresso. sed excelso. non
in humilitate: sed ī vanitate. nō in paupertate: sed in
dignitate. videntur allegare illud Senec. in epistola.
Non solum quod minimum: sed quod pessimū in fun
do est. illud maxime verum est de ambiciosis: qui pro
certo sunt similes flāme. quia sicut flāma semper ni-
tit sursum ascendere: ⁊ vt sursuꝫ ascendat. circūquaqꝫ
se agitat ⁊ se mouet. Sic vero ambitiosus semper ni-
titur ascendere ad honorem ⁊ ad officium ad dignita
tem ⁊ ad hec continue se agitat et laborat. Modo eñ
se deflectit ad vnam partē: modo ad aliam: modo tra
ctat cum vno. modo cum alio. breuiter nunqꝫ quiescit
cor eius tm̄ nititur ascēdere. Et sicut flāma comburit
circūiacētia ligna. Sic vero ambitiosus nititur alios
superiores comburere et inflāmare precibus atqꝫ do-
nis. Ideo de istis dicitur a Bern. ad Eugeniu m li. iij.
O inquit ambitio ambientium crux que omnes tor-
ques omnibus placens. nil acrius cruciat. nil mole-
stius inquietat. ⁊ cum apud miseros mortales nil ce-
lebrius negocijs eius. Non sic charissimi non: sed ha-
beamus humilitatis infinitatem. Profunda inquit.
vt sic de tali profunditate abyssi idest viri iusti possit
ipse dicere illud Ecclesiastici. xxiiij. c. Gyrū celi circui
ui: profundum abyssi penetraui: ⁊ in maris fluctibus
R ambulaui. ¶ Scdo debemus habere mobilitatis agi
litatem quia sicut abyssus vel aqua maris continue ⁊
faciliter mouetur. Sic nos debemus esse agiles ⁊ mo
biles per obedientie velocitatem ⁊ per diligentie sedu
litatem. Et hoc ostenditur cū dicitur. Maris quia scꝫ
semp mare est in motu ⁊ nūqꝫ cessat fluere aut reflue
re. Sic vo nec nos debemus cessare a motu et fluxu
obedientie et subiectionis. nec a motu diligentie ⁊ bo
ne operationis. Et ideo de isto motu maris dicitur in
ps. Moueatur mare ⁊ plenitudo eius. Nam sicut mo
tus maris sm̄ Aristotelē seruat illud a putredine. Sic
vero motus iste spiritualis seruat hominem a corru-
ptione peccati. Ideo de bonis mobilibus et agibilib9
dicitur Deutero. octauo. Erumpunt fluuiorum abys
si. Et istud est contra pigros et deliciosos et desides
qui non mouentur per aliquod bonum opus: nec per
obedientiam ad prelatos. Et ideo isti non sunt simi-
les mari: nec sunt abyssus se mouens. abyssus dor-
miens atqꝫ iacens. De quo Genesis octauo. Clausi
sunt omnes fontes abyssi. Et Genesis. xlix. cap. De
benedictionibus abyssi iacentis deorsum. Sed vere
possunt lacui comparari qui est aqua dormiens ⁊ im
mota: que vt cōmuniter cōtinet vermes ⁊ ranas: ⁊ cir
ca se consueuit arbores ex herbas infructiferas nutri
re. et quia non mouetur. Ideo faciliter corrumpitur et
putrescit. Sic vero sunt pigri ⁊ deliciosi inobedientes
et obstinati: quia tales semper volunt quiescere ⁊ dor
mire: nec per aliquem laborem vel exercitium se mo-
uere. Et tales pro certo consueuerūt in se nutrire ver
mes malarum affectionum ⁊ desideriorum peruerso
rum ranas. idest clamorem detractionis ⁊ malorum
verborum vanarūqꝫ locutionū. Et arbores infructuo
sas idest personas inutiles: vt sunt meretrices et hy-
striones solent circa se habere ⁊ de bonis suis nutri-
re. Et ideo tales per peccata plurima corrumpuntur.
Et maxime per gulam ⁊ luxuriam: auariciā ⁊ inanem
gloriā. Et de istis dicitur in ps. Fiant immobiles qua
si lapis. Non sic charissimi: sed moueamur ⁊ labore-
mus: quia bonorum laborum gloriosus est fructus.
Sapien. iij. Habeamus mobilitatis agilitateꝫ. Ma- S
ris inquit. ¶ Tertio debet habere vir perfectus dile-
ctionis capacitatē. Aperte inquit sunt tibi porte mor
tis. Mors enim que omnia recipit: signat charitateꝫ
que omnes scilicet amicos et inimicos capit. Canti.
viij. Fortis ē vt mors dilectio. Sicut enim abyssus est
locus apertus ad recipiendum omnes aquas tā dul
ces qꝫ amaras. Sic vero cor nostrum debet esse aper-
tum: capax et latum ad recipiendum per amorem et
dilectionem omnes aquas idest omnes homines nō
solum dulces idest bonos et amicos: immo etiā ama
ros idest malos et inimicos. quia scilicet diligere de-
bem9 bonos ⁊ malos. amicos ⁊ inimicos. amicos in
deum inimicos propter deum. Aperte sunt inquit ti-
bi porte mortis. quia scꝫ porte cordis sui debent om-
nibus esse aperte. De hoc Apoca. xij. Apertū est ostiū
in celo. ostium enim charitatiuorum debet ad litterā
omnibus esse apertum. Job. xxxj. Foris nō māsit pere
grinus. ostium meum viatori patuit vt de pauperib9
dicatur: q ipse adaquauit eos velut in abysso multa.
Et illud Gen. viij. Rupti sunt omnes fontes abyssi: ⁊
cataracte celi aperte sunt. Et hoc est contra multos, q
ita sunt clausi per pacitatem: necnon per odium ⁊ rā
corem et per inuidiam et liuorem: q nulluꝫ volunt re
cipere per amorem in atria cordis: nec etiam in ostio
domus sue. Quod si aliquem recipiunt: ipsi pro cer-
to non recipiunt: nisi notos, familiares et amicos.
Isti sunt similes vasi facto de cera virginea ex omni
parte clauso. in quo sm̄ Aristotelem si sit ī mari aqua
dulcis intrat amara non. Sic vere isti tenēt ita se clau
sos: q ipsi intra cor suum non recipiunt per amorem
et dilectionem nisi aquam dulcem. idest nisi illos qui
sunt sibi dulces benigni. familiares ⁊ amici. Aquam
autem amaram. idest illos quos inueniunt amaros
per correctionem. vel amaros per illatam vexationeꝫ
scilicet inimicos. nullo modo reciperent vel amarent
Iuxta illud Treno. j. Non crediderunt omnes habi-
tatores orbis. nō ingrederetur hostis per portas hie-
rusalem. Unde tales abyssi non sunt aperti: sed semp
potius clausi. Unde Prouer. viij. Certa lege vallabat
abyssos. Et illud predictum. Clausi sunt abyssi simi-
les illi mari seu abysso que est in septentrione: que scꝫ
virtute frigoris congelatur. Sic isti per indeuotioneꝫ
et auariciam constringuntur. Job. xxxix. Superficies
abyssi constringuntur. Non sic charissimi: sed habea
mus dilectionis ⁊ charitatis capacitateꝫ. Unde Ber
nardus in epistola. ij. O bona mater charitas que si-
ue foueat īfirmos: siue exerceat puectos: siue arguat
inquietos diuersa exhibens diuersis sicut filios dili T
git miseros ⁊ vniuersos. ¶ Quarto dico. q debemus
habere discretionis luciditatem. Nam sicut abyssus
habet naturam perspicuam ⁊ dyaphanā: ⁊ tamen ob
scura est propter profunditatē. Sic vere homo debet
habere virtutem perspicue discretionis: ⁊ tamen cum
hoc obscuritatem timoris mortis et finalis turbatio
nis: ⁊ hoc ostenditur cum dicitur. Ostia tenebrosa vi-
disti: quia vero homo semper debet videre ⁊ conside-
rare et in mente habere hostia mortis sepulcri et pur
gatorij: q valde sunt horribilia et tenebrosa: quia illa
est terra tenebrosa ⁊ operta mortis caligine. sicut di-
citur Job. x. Iuxta illud Hiere. ij. Uide vias tuas in cō
ualli. Dasi.

nalli. Dan.iij. Benedictus est qui intueris abyssos.
Et istud proculdubio est hodie contra multos: quia
vere quasi nulli preuident de morte nec precogitãt. Et
ideo sicut cecus qui non preuidet precipitium subito
quandoq; cadit in ipsum. Sic quia isti qui per mun-
di prosperitatem excecati sunt: non vident nec aduer-
tunt ad precipitiũ mortis et inferni: ideo sepe accidit
q subito cum nõ sperant cadunt in ipsum. Ideo de ta
libus dicitur Treno.ij. Sordes eius in pedibus eius.
nec recordata est finis sui. Non sic igitur charissimi.
sed habeamus discretionis lucidkatẽ. dilectionis ca
pacitatem. sedulitatis nobilitatem. humilitatis pro-
funditatem. Et sic patent quatuor membra autorita-
tis. ¶ Accipitur igitur abyssus pro homine virtuoso.
V ¶ Item accipitur pro tormento doloroso. scilicet pro
pena inferni. Et de hoc potest exponi illud. Apocal.
xx. Ubi ipse vidit angelum habentem clauem abyssi ⁊
cathenam magnam et apprehendit draconem serpen
tem magnum qui est dyabolus et sathanas et ligauit
eum. et misit in abyssum clausitq; ⁊ figurauit sup eu;
Angelus iste est christ⁹: qui dicitur angel⁹ magni cõ
silij. Esay.ix. Abyssus est infernus et pena eterna in-
saciabilis et profunda. In abysso igitur est cathedra. i.
eternitas durationis. q: ipsi sunt iclusi ⁊ incathenati p
petuo. Et ibi est clauis diuine sentẽtie ⁊ ordinationis
que scilicet eos includit et in ista abysso ligantur ⁊ per
petuo includuntur. Draco. serpens antiquus. dyabo-
lus ⁊ sathanas. In quibus verbis tria genera hominũ
ostenduntur. que in abysso inferni perpetuo hospita-
buntur videlicet. fallacis amicicie sectatores. ¶ Dra
co. Tenacis auaricie professores. Serpentem antiquũ
Mordacis eloquentie detractores. Dyabol⁹ inquit
et sathanas Debent igitur in infernali abysso illi qui
sunt fallacis amicitie sectatores. Et illi qui sunt socij
et concordes et amici in malo. quod ostenditur cu; di
citur. ibi est draco. Dicit enim Pli. lib. viij. ca. xiij. q
dracones per flumina et maria velificant ad pascua
meliora. Et tunc sicut dicitur decem vel vndecim inui
cem se coniungunt et se per caudas colligant vt p ma
re securius circueant et transnatent. Sunt aute; dra
cones sm Isidorum cristati quibusdam fistulis: qbus
attrahunt ventum: linguam habent venenosam. Et
ideo ictu et morsu venenant ⁊ vulnerãt quos inuadũt
Pro certo charissimi. tales sunt mundi peccatores: ⁊
maxime diuites: auari causidici. officiales ⁊ balliui. ⁊
etiam ceteri diuites ⁊ potentes tam ecclesiastici q se
culares. Isti enim ad modum draconum sunt sitibun
di per auariciam. sunt et cristati ⁊ mitrati per dignita
tis eminentiam ventum vane laudis attrahunt p va-
nitatem et Iactantiam. linguam etiam habent vene
nosam per falsorum verborum fraudulentam decep-
tionem et maliciam. Et ideo ipsi ledunt alios circun-
stantes scilicet pauperes et vicinos p iniusticia; ⁊ vio
lentiam. Et hoc pro certo quia tales se colligant inui
cem per confederationem ⁊ cõcordiam q: tales ma-
li seinuicem conglutinant vt possint alijs preua-
lere et alios ledere et grauare. quia sicut videmus
ad sensum tales seinuicem taliter sustinent: quod
nullus pauper potest ab eis ius suum reportare. vnde
dicitur Prouer. j. Marsupium omnium sit vnum no
strum Et in ps. Asisterunt enim reges terre: et prin-
cipes conuenerunt in vnum aduersus dominum. Et
sic tales hodie discurrunt sicut dracones per mare hu
ius mundi et accipiunt ⁊ occupant pabula meliora. i.
officia et beneficia pinguiora. quia sicut dicitur i ps.
Ecce ipsi peccatores in seculo obtinuerunt diuitias.
Sed pro certo charissimi. sicut draco a nigris ⁊ hyopi
bus comeditur. sic tales maliciosi a nigris demonib⁹
finaliter deuorabuntur vnde ps. Contribulasti capita
draconum in aquis. dedisti eum escam populis ethyo-
pum. Erunt igitur in abyssis inferi illi qui habẽt ami

ciciam fallacẽ draconis. Apocal. xxiij. Sicut dracone;
in abyssum. Quia vere isti sunt qui sm psal. ascendũt
vsq; ad celos. scilicet modo descendunt vsq; ad abys-
sos anima eorum in malis tabescebat. ¶ Secundo X
erunt ibi qui hanc auariciam tenacem. Serpentem
inquit. per serpẽtẽ enĩ omnes intelligũtur. auari mul-
tiplici ratione. Serpens enĩ sm q dicit Iohannes de
sancto Egidio. habet carnem frigidam: que comme-
sta lepram occultat. ventre ⁊ pectore terram tangit:
tortuose incedit. vmbra; diligit venatur sibilat. Aues
odit ⁊ eorum oua vorat. Iacta etia; et vomita resume
re consueuit. oblique etiam respicit. quia scilicet non
ante se: sed cuicunq;: ⁊ hoc quia oculi eius non sunt in
fronte: sed in lateribus. Reuera charissimi. per om-
nia talis est auarus. Primo enim dico. quod ipse est
frigidus per indeuotionem et compassionem lepram
idest peccata sua abscondit per defensione; et execra
tionem ⁊ per suorum contractuum palliationẽ et oc-
cultationem. Ex pectore. idest ex corde. Ex vẽtre. idest
ex corpore terram tangit: per terrenoru; affectum ap
petitum et dilectionem: tortuose incedit per fraudem
maliciam et cauillationem. Umbram etiam diligit.
idest malorum suorum actuum occultationem: quia
omnis qui male agit odit lucem. Iohannis tertio.
Aues scilicet que non seminant neq; metunt. idest re
ligiosos ⁊ pauperes odit: eorum oua. idest eorum diui
tias deuorat per vsuram rapinam et excoriationem.
vel aues. idest spirituales et bonos odit. et eoru; oua.
idest eorum bona opera odit et deuorat per detracti-
onem. sibilat ⁊ venatur per fallacem suggestionem ⁊
promissionem. Iacta ⁊ euomita. idest illa que alijs re
stituerant: vel peccata que per cofessionem dimiserãt
resumũt per maloꝝ suoꝝ refectionem. Iuxta illud Hie
remie secundo. Quã vilis facta es nimis iterans vias
tuas. Oblique etiam respiciunt per inuidiam et pro-
ditionem. quia scilicet ita sunt inuidi quod vix pos-
sunt aliquem respicere rectis oculis. Iuxta illud. pri.
Regũ. xviij. Non rectis igitur oculis respiciebat saul
dauid. Quia vere oculi cordis sui non sunt aperti an
te. scilicet ad bona eterna per eternorum desiderium ⁊
contemplationẽ. sed in lateribus scilicet ad bona mũ
di que sunt circa nos per auariciam et ambitionem.
Iuxta illud Ecclesiastici septimo. Oculi autem stulto
rum sunt in fines terre. Et ideo sicut videmus quod
serpens habet proprium habitaculu; in cauernis ter
re. sic vero propria domus auarorum in inferno: que
est infra terram. Serpentem inquit antiquum. Et
nota quod iste dicitur serpens antiquus. sic vero aua
rus quantomagis senescit et antiquatur: tãtomagis
fit serpentinus tenax: fallax: cupidus et ambitiosus.
Et ideo de talium serpentum damnatione dicitur
Esa. vigesimoseptimo. In die illa visitabit dominus
in gladio suo duro et grandi et forti super leuiathan
serpentem tortuosum et occidet qui in mari est. Erũt
igitur in abysso. idest in inferno illi qui habent auari
ciam tenacem. Psal. Deducit eos in abyssis sicut in
deserto. Abyssus enim abyssu; inuocat: quia scilicet
cum ipsi sunt abyssi insatiabiles. iustum est quod in
abysso inferi requiescant. ¶ Tertio quod in isto abys
so erunt illi qui habent eloquentiam mordacem scili Y
cet detractores qui dicuntur dyabolus et sathanas.
Dyabolus enim interpretatur criminator. Satha-
nas interpretatur aduersarius quia vere detractores
sunt omnium hominum aduersarij. quia omnes vo-
lunt criminari et de omnibus murmurare. contra il-
lud Leuitici decimonono. Non erit susurro aut cri-
minator in populis. Isti sunt similes serpenti qui ha
bent linguam ita venenosam: quod propter malicia;
veneni ita cito vertit eam quod videtur habere duas
linguas. vel linguam bifurcatam. Sic vero detracto-
res habent linguam ita corruptam et venenosam. q
ipsam facillime vertunt ad partes diuersas. modo sc-

detrahendo de vno modo de alio. modo de bono. modo de malo. modo de amico. modo de inimico. Duas autem linguas videtur habere. idest duo genera verborum. scilicet adulationez in presentia. detractionē in absentia. De hoc Bernar. in serm̄. super Canti. Detractores cum verecundia simulata vultu mesto voce plangenti superciliisq̧ dimissis acsi recte zelo charitatis loqueretur solent vite detrahere proximorum. Nōquidam ad hoc faciunt vt attentius audiantur. Sed sicut hospitium demonum est inferius. sic vere infernus erit hospitium detractorum. Iuxta illud Mat. decimosexto. Uade retro sathanas scandaluz mihi es. Judicum nono. Tenuit pedes eorum abyssus. Et sic patet: quod in abysso inferni erunt illi qui habēt eloquentiam mordacem. auariciam tenacem. amiciciaz

3 fallacem. Patet igitur. quod abyssus sumitur pro tormento doloroso. ¶ Tertio patet q̄ ipse sumitur pro homine vicioso. Abyssus em̄.

Est tenebrosa.
Est fluctuosa.
Est vorax ⁊ spaciosa.

Sic vero peccator est tenebrosus per ignorātiā. Gen. primo capitulo. Tenebre erāt super faciem abyssi. Est fluctuosa per turbulentiam ⁊ tristiciam p̄s. Turbate sunt abyssi multitudo sonitus aquarum. Item est vorax et spaciosa per auariciam. Unde de pauperib⁹ potest dici illud Exodi decimoquinto. Abyssi operuerunt eos. Sumitur igitur pro homine vicioso: sed videas in principio. ¶ Quarto potest sumi pro paradiso loco spacioso. vbi scilicet est locus inhostibilis omniuz bonorum. Unde de beatis dicitur in Psal. Nō de⁹ adaquauit eos velut in abysso multa. Et hec de abysso sufficiant.

A **Abominatio.** Abominari et. Abhorrere. idem est quod refugere. cōtēnere: vilipendere. detestari. Et est triplex detestatio. scilicet abominatio malorū. qui abominantur omne bonum. De quo in psal. Posuerunt me abominationem sibi. Item est abominatio bonorum: que abominantur omne malum Unde in psal. Iniquitatē odio habui ⁊ abominat⁹ sum. Item est abominatio ipsius dei. qua ipse abominatur omne peruersum. Et de hoc Prouerbio. xviii. Abominabiles deo qui agūt impie est igitur quo ad presens triplex abominatio.

Quedam que est frequentanda.
Quedam que est Detestanda.
Quedam que est formidanda.

Est dico abominatio que debet frequētari. Et hec est illa: qua q̄libet vir perfectus debet abominari omnia Sicut enim videmus q̄ natura quādo per medicinā est adiuta abominatur humores corruptos et nociuos ipsosq̧ euacuat ⁊ dimittit. Sic vero homo quando a medicina diuine gratie adiuuatur. tunc ipse abominatur humores. idest vicia et peccata: demones: infernum mundi prospera ⁊ societates malas: et cetera similia. ipsaq̧ fugat ⁊ expellit. Et ideo de tali abominatione potest intelligi illud Esaye. i. Incensum abominatio est mihi. Neomeniā et sabbatum ⁊ festiuitates alias nō feram iniqui sunt cetus vestri. In quib⁹ verbis ostenditur: quod nos debemus abominari. videlicet. Uerbositatem adulatoriam. Incensum abominatio est mihi. Prosperitatem consolatoriaz. Neomeniam et sabbatum. Societatem inquinatoriam.

B Iniqui sunt cetus vestri. Est igitur abominanda. Adulatoria verbositas. quod notatur cum dicitur. Incensum. quod incensum nihil aliud est nisi fumus euaporans a thuribulo: que olfatum delectat. intelligūtur verba adulatoria que a thuribulis. idest ab adulatoribus euaporantur. ita quod olfatus. idest appetitus vane laudis ex talib⁹ delectatur. Et istud pro certo debet homo abominari. quia sicut venenum est de se abominabile quamuis cum dulci melle propinetur. Si vero verba adulatoris que nihil aliud sunt q̄ venenū ⁊ falsitatis ⁊ mendacii melle idest verborū dulcedine palliatum. debet ab omnibus abhorreri. Incensum enim abominatio est mihi. Et ideo adulatoribus debet dici illud Hiere. vi. Ut quid mihi thus de sabba offertis et calamū suaue olentem. Per thus enim et calamum que sunt species aromatice: intelliguntur verba suauia adulatorum: que pro certo nos debemus resecare et abominari. quia sicut dicitur Prouerbio. xvii. Et qui condēnat iustum et qui iustificat impium: vterq̧ abominabilis apud deum. Sūt adulatores similes cuidam vermi abominabili. qui dicitur sanguisuga: qui ē vermis mollis et fluxuosus. os habens triangulum. et in ore fistulam habet cum qua sanguinem sugit. venenosis sepe insidet: vt eoruz sugat humorē. In aqua autem calida ⁊ in tempore calido facilius se applicat ad sugendum. vt dicit Isido. Reuera tales sunt adulatores qui sunt vermes abominabiles et despecti. Isti enim primo sunt molles. qr scz in mollicie deliciaruz volunt viuere: flexuosi autē sunt quia scilicet se deflectunt ad partem illam quaz credunt placere: sicut faciebat quidam hystrio cuiusdam regis: qui rege infirmante fingebat se infirmum rege tristi tristabatur. leto similiter letabatur. vnde illi possunt dicere illud. i. Cor. ix. Omnibus omnia factus sum. vt omnes lucrifaciam. Isti etiaz habent os triangulum. quia vere os taliuz in tres angulos. idest in tria verborum genera est diuisum. scz in adulationem. mēdaciuz et detractionē. Nā quādo alicui adulātur. necesse est vt de eius inimicis mendaciter detrahant ⁊ loquātur. Unde isti sunt signati per illā bestiā que habebat tres ordines dentiū in ore suo. idest tria genera verborum. Nā isti habent fistulā in ore suo. idest fallacem dulcedinem verborum. cum qua vere ipsi sugūt et attrahunt sanguinē ⁊ temporalia officia et beneficia diuitias atq̧ dona. quia ad hoc est tota adulatorum intentio aliquid qd̄ placet dicere: vt lucrum valeāt reportare. de hoc dicit Alanus in libro de complanctu nature. Quid est inquit adulatorum vnctio: nisi donorum emunctio? quid commendationis allusio: nisi p̄latorum delusio? Quid vane etiam laudis arrisio: nisi ipsorum derisio? Et ideo isti vermes scilicet adulatores: insident rebus et cadaueribus venenosis. idest malis principibus et prelatis. qui tales semper secuz habere volunt. ⁊ quos isti libenter audiunt ⁊ auscultant. quia vere isti eos tempore calido ⁊ aqua calida. id est tēpore prosperitatis incitāt: visitant ⁊ frequentant. vt humorem. i. dona lucra ⁊ cōmoda ab eis attrahant atq̧ sugant. Ideo de talibus loquitur Hugo de sancto victore. Adulator est amicus in obseq̄o. hostis in animo. cōpertus in omni verbo turpis in omni facto. let⁹ ad prospera. fragilis ad aduersa. Inflatus ad obsequia: anxi⁹ ad obprobria. Immoderatus ad gaudia. facilis ad humana. difficilis ad honesta. Incēsuz inquit abominatio est mihi. Et hoc bene figuratur Ezech. viii. Ubi inter abominatiōes quas ponit dicit sic. Ingredere ⁊ vide abominationes. Sequit̄. i. vnusquisq̧ habebat thuribulū ⁊ vapor nebule de thure cōsurgebat. Et bene dicit. vnusquisq̧. quia vere oīs diligunt hodie adulari. Uident enim audiuisse istos versus. Si quis honorari cupiat atq̧ laudari: simul atq̧ ditari. Discat adulari: q̄a tales sunt modo chari. Nō sic charissimi: sed abominemur incensuz. idest adulatoriam fallacitatem. Unde in Psalmo. Incensa igni ⁊ suffossa ab increpatione vultus tui peribunt. Isti igit̄ sunt abominandi. Et est cōtra multos: quia hodie p̄lati et principes non abominantur adulationem: sed correctionem. non viros mendaces. sed viros veraces non verba deceptiua: sed verba correctiua. Ideo de talib⁹ dicitur Amos. v. Oderūt in porta corripientez et

loquentem

et loquentem perfecte abominati sunt. Non sic charissimi: sed abominemur incensum. idest adulatoriam fallacitatem. Psal. Incensa igni et suffossa ab increpatione vultus tui peribunt. C ¶ Secundo debemus abominari consolatoriam prosperitatem neomeniam sabbatum et festum et araneam rc. annulosa habentia corpus infectum et rotundum mirabiliter odiunt fugiunt et abominantur et detestantur oleum vt dicit Aristoteles libro de animalibus. Et ratio est. quia pro certo oleum est talium animalium infectiuum et etiam interfectiuum. Sic vero nos alij debemus fugere abominari. et horrere oleum. idest pinguedinem mundane prosperitatis. quia vere ista est que suos dilectores et illos quos inungit inficit. et interficit et corrumpit per diuersa vicia et peccata. Psalm. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Et hoc ostenditur cum dicitur. Neomeniam et sabbatum et festiuitates alias non feram. quia scilicet requiem et festiuitatem mundane prosperitatis. neomenia etiam quod erat festum lune. idest gaudium temporalis et defectiue claritatis et dignitatis et autoritatis: que per lunam signantur debemus non ferre: sed fugere potius et horrere. de hoc Treno. ij. Obliuioni tradidit in syon festiuitatem et sabbatum. Sed heu prohdolor multi hodie non sic: quia mundi prosperitas hodie non abominatur: sed affectatur. Non negligitur: sed diligitur Non vituperatur: sed desideratur. Non occultatur: sed amplexatur. quinimmo pro certo sic est hodie quod prosperitas temporalis tantum diligitur: quod prosperitas spiritualis contemnitur et vilipenditur. Et ideo videtur quod moderni sunt similes mulieri pregnanti. que cum de nouo concepit perdit rectum appetitum: et terram et carbones et malos cibos quos gustus inordinatus debet abominari: ipsa eligit. bonos autem cibos quibus gustus debet delectari ipsa negligit et contemnit. Sic vere homo quem dyabolus amore mundane prosperitatis impregnauit: habet vt communiter appetitum idest affectum et desiderium dissipatum totaliter et submersum. Et ideo tales abominantur illa que de se sunt delectabilia scilicet bona spiritualia et eterna. Delectantur autem in illis que de se sunt abominabilia. scilicet in mundi prosperis delicijs et diuitijs. et etiam in vicijs et peccatis. Iuxta illud Esa. lxvi. Anima eorum in abominationibus suis delectata est. Nam sicut videmus: quod venter satur non bene inuenit saporem in cibis quantumcumque deliciosis. Sic vero illi qui sunt saturati et pleni amore terrenorum et mundi prosperorum non inueniunt in rebus spiritualibus saporem: immo abhorrent et abominantur. Iuxta illud Prouerb. vigesimoseptimo capitulo. Anima saturata calcabit fauum. esuriens autem etiam amarum pro dulci sumet. Isti sunt similes falconi: qui quando habet guttur plenum abominatur venire ad reclamatorium magistri sui. immo circunquaque volat et fugit. ita quod aliquando perditur. Sic vero tales qui pleni sunt mundi diuitijs et delitijs parum pro certo reputant reclamationem christi et suorum predicatorum: immo ipsum fugiunt et abominantur. Et ita quandoque fiunt vagabundi per vicia et peccata quod totaliter perduntur. scilicet corpore et anima. Et ideo isti fuerunt figurati Exodi decimosexto et Numeri vndecimo. In filijs israel. qui in deserto abominabantur manna. quamuis esset dulcissimum. Porros autem et cepas et allia egypti que sunt cibi. que faciunt hominem fetere. et calorem inflammant diligebant et desiderabant. Sic vere multi sunt in deserto huius mundi: qui pro certo abominantur manna. idest bona spiritualia et eterna. scilicet bona glorie eterne: gratias virtutes et sacramenta. et maxime eucharistie: que de se sunt dulcia et sapida anime deuote quia sicut dicitur in ps. Omnem escam abominata est anima eorum. Et ideo sequitur. Appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Sed vero porros et allia. idest bona istius egypti. istius mundi que ardorem auaricie nutriunt et augmentant: ipsi desiderant et affectant. De bonis dulcibus spiritualibus non curantes. Iuxta illud Iob trigesimotertio. Abominabiles fiunt ei in via sua panis et cibus ante desiderabiles. Non sic charissimi non sic: sed abominemur mundi prosperitatem. quia sicut dicitur. Prouerbio. vigesimoprimo. Victime impiorum abominabiles victime inquit bona mundi. ¶ Tertio abominemur malam societatem. D Iniqui sunt inquit cetus nostri. Aues nobiles non frequentant societatem. immo solitarie volunt esse. Sic vero nobiles et virtuosi: abominantur esse in societate mala. ipsamque fugiunt et declinant. Iniqui sunt inquit cetus nostri quia scilicet cetum iniquorum et malorum debemus fugere et detestari. vnde in ps. Iniquos odio habui: legem autem tuam dilexi. Et alibi. Iniquitatem odio habui et abominatus sum. Istud fuit figuratum Leuitici vndecimo. vbi dicitur. Omne quod reptat super terram abominabile erit vobis. quia reptilia que sunt in terra hoc est in mundo. hoc est dictu: omnia mala genera hominum iniquorum qui reptant et qui versantur circa terram. idest circa temporalia et terrena: debemus abominari fugere pariter et detestari. Ista reptilia sunt serpentes tortuosi. idest fallaces et proditores bufones inflati. idest superbi et contemptores scorpiones qui lambunt et pungunt. idest adulatores et detractores et cetera similia. Sed heu prohdolor: hodie multi sunt qui non abominantur malam societatem. immo pro certo ipsam diligunt et frequentant: similes mari mortuo seu lacui alfati quia secundum Isido. et sol. In se bene recipit res mortuas: eijcit autem res viuas. Sic isti peccatores mortuos diligunt societatem vero bonorum et viuorum non recipiunt: sed contemnunt. Istud de istis malis principibus et prelatis qui semper volunt in seruitijs suis malos homines scilicet mendaces: adulatores: detractores. falsos accusatores et raptores hystriones et ioculatores. Ceteri autem inferiores volunt habere mulieres. et cetera similia. Et breuiter mala societas hodie eligitur. et bona vilipenditur et fugatur. De quo Prouerbiorum decimoquarto. Ambulans recto itinere et timens deum despicitur ab eo qui infami graditur via. Isti sunt similes porco qui multum diligit societatem aliorum porcorum in luto et ceno. societatem autem lapidum preciosorum et margaritarum abominantur et abhorrent. De quo dicitur Mat. septimo. Nolite ponere margaritas ante porcos. Sic vere mundi peccatores et maxime porci. idest luxuriosi plus diligunt alios malos socios sibi similes. cum quibus in luto peccatorum versantur quam preciosas magaritas. idest quam viros iustos prouidos et honestos. vnde Prouerbiorum vigesimonono. Abominantur impij eos qui in recta sunt via. Non sic charissimi: sed abominemur malam societatem mundi prosperitatem vanam verbositatem. Est igitur quedam abominatio frequentanda. ¶ Nota vlterius. quod est quedam E abominatio metuenda scilicet illa qua deus abominatur peccatores. Nam sicut dicitur Prouerbiorum decimoquinto. Abominabilis domino vita impij. Et illud psalmi s. Abominatus est deus hereditatem suam et possessionem suam spreuit. Circa quod nota. quod hereditas domini est cor humanum: quod iure hereditario ei debetur. nec alicui alij debet dari Iuxta illud Prouerbiorum vigesimotertio. Fili prebe mihi cor tuum. Istam autem hereditatem et possessionem abominatur dominus propter ipsius immundiciam. Nam sicut dicit ille. Taxus naturaliter odit vulpem. Vulpes autem videns quod non potest preualere contra taxum. intrat cauernam eius et inficit eam stercoribus suis quod videns taxus abominatur cauernam

suam. ipsamq; derelinquit. Taxus mundum animal. est christus. vulpes autem fraudulentus est dyabolus. qui pro certo quandoq; fedat cor humanum malis cogitationibus et affectionibus et desiderijs et ceteris vicijs et peccatis figuratus per antiochum. qui abominandum ydolum posuit in templo figuratus etiam per absalonem qui patris concubinas fedauit propter quod pr̄ abominans: eas a se in domū segregratas. eiecit. et eas amplius non cognouit idest de absalon. ¶ Sic vero antiochus idest dyabolus qui est rex super omnes filios superbie. Job .xx. Ponit in templo cordis ydola abhominabilia peccatorum. et tunc taxus christus abominatur et dimittit eum. quia sicut dicitur. Prouerb. xv. Abominationes domino cogitationes male. Apis enim abominatur aluearc suū quando non est mundum. sic deus cor nostrum vnde faciam⁹ sicut Josias. ij. Paral. ca .xxiiij. Qui abominatiōes abstulit de terra israel. Sic xp̄e de terra israel. i. de corde nr̄o qd̄ dz dici israel idest vidēs deū p̄ ɔtēplationē et affectionē debem⁹ auferre abominatiōes viciorū et peccatorum. Leo abominatur leenam si qñ cum pardo fuerit fornicata. nisi priusq̄ ante ipsum veniat in flumine sit lota. ipsamq; interficit et occidit. Sic vero deus qui est leo de tribu iuda radix dauid. Apocal. v. Abominatur leenam vxorem suam. i. animam christianam et per baptismum copulatam. et per fidem desponsatam. quando cum pardo crudeli idest cum dyabolo vel mundo per peccatum fuerit fornicata. licet eidem prius fuerit amicabilis et dilecta. nisi forte per cōfessionē lota fuerit et mundata. ex de hoc Ezechie xvj. Abominabilem fecisti decorem tuum. et dimisisti pedes tuos omni transeunti et multiplicasti fornicationes tuas. quia vere deus abominatur decorem anime quando videt qd̄ cum mundo carne et demone fornicatur. et qd̄ pedes affectuum et amoris sui diuidit contrarijs et diuersis. Et ideo sicut videmus qd̄ homo solet abominari vxorem adulteram ipsamq; a lecto suo separare. Sic vero deus animam peccatricē abominatur. ipsamq; a lecto suo. i. a requie paradisi separat diuidit et disiungit figura ad hoc Apocal. vlti. vbi dicitur. Quod in ciuitate noua hierusalem non intrabit aliquid coinquinatum. aut abominationem faciens aut mendaciū: Sic vero in illa superiori hierusalem: scilicet in paradise non intrant illi qui sunt p̄ luxuriam coinquinati. per malam famam abominati. et per mendacium contaminati. Sed tantum sicut ibidem dicitur. qui scripti sunt in libro vite. dicitur. Prouer. iij. Ne emuleris hominem iniustum neq; imiteris vias eius. quoniam abominatio domino omnis illusor. Quia vero illusores et iniusti et ceteri peccatores sunt abominabiles apud deum. et a nobis etiā nō debent imitari vel emulari: sed magis haberi abominabiles et despecti. figurata est Ezech. viij. vbi dicitur Ingredere et vide abominationes pessimas quas isti faciunt. Et ingressus inquit vidi et ecce omnis similitudo reptilium animalium abominatio et vniuersa ydola domus israel depicta. et in circuitu erant in pariete per totum. Et dicitur ibi. q̄ multi homines seniores erant ante istas picturas et thurificabant eas: et de thure nebula consurgebat. Item dicit q̄ cum alibi se diuertisset: ipse vidit abominationes maiores: et vidit ibi mulieres que plangebant adonydem. qui fuerat quidam iuuenis pulcerrimus qui a paganis credebatur relicturus pro eo scilicet quia cum amatus esset a venere dea: et tandem ab oyon occisus. in florē per eam est mutatus. sicut ponit Ouidius metha lib. ix. Vertit ad hec se propheta ad aliam partem. Etiam inuenit abhominationes maiores. qr inuenit ibi plures viros qui adorabant ad ortum solis. et dorsa sua verterunt ad altare Causa autē quare isti faciebant tales abominationes sicut ibi dicitur erat quia credebant q̄ reliquisset dominus terram et q̄ dominus nō videret. et respiciamus figuram istam. et pro certo inueniemus quattuor genera hominum. qui abominatio sunt apud deum. Et isti sunt mundani diuites atq; peccatores horum satellites. atq; consultores mundi leticie. nam sectatores christi ecclesie praui seruitores. Patet igitur quod deus abominatur mūdanos diuites peccatores. Et isti significantur per reptilia animalia et ydola domus israel. Isti enim dicuntur reptilia: quia scilicet ipsi reptant circa terram et terrena per auariciam. et sunt venenosi per iniusticiam et maliciam. Isti dicuntur animalia. quia scilicet crudeles per rapinam et violentiam. et maxime principes et prelati. Sunt etiam ydola domus israel. quia scilicet ab alijs adorantur per reuerentiam et obedientiam. Et isti dicuntur depingi in parietibus. quia sicut pictura non habet existentiam: sed apparentiā tantum. Si vero tales ita sunt vani et ficti qui non habent nisi per apparentiam glorie mūdane. que ad modum picture faciliter dissipatur. quia secundū Senecam. Nihil quod simulachrum et fictum est potest esse diuturnum: nec habent etiam nisi apparentiam in promissis: quia scilicet multa promittunt et pauca reddunt. Tales igitur sunt deo abominabiles. quia sicut dicitur Luce decimosexto. Quod altum est apud homines abominatio est apud deum. Isti sunt igitur mundani precessores. ¶ Secūdo dico. quod deo sunt abominabiles magnatum consultores. Et isti signantur per seniores qui thurificabant coram reptilibus. quia vere dato quod in curijs principum et prelatorū malorum: sicut seniores scientia et etate pollētes in ipsorum officijs constituti. et eorum factores et consiliatores: cum communiter omnes student thurificare et adulari. et nebulam vanorum verborum detractionum. Adulationum falsarum accusationum cōsiliorum malorum et exactionum coram eis eleuari. Prouerbiorū vicesimoseptimo. Pauperem false accusando. et contra eum consilia dando: vbiq; abominabilis est apud deum. quia vix inuenitur vnus in seruitio dominorum qui non studeat proposse adulari. quia al's nec diligeretur nec bonus reputaretur. sed arrogans et superbus: Ideo dicit Hiero. ad celantiā Isto maxime tempore regnat vicium adulationis. qr pro certo grauissimum est quia humilitatis et beniuolentie loco assumitur. Et ita hodie sic qui adulare nescit. aut superbus aut inuidus reputetur. Sunt ergo deo abominabiles malorum cōsulatores. quia nō audent eos reprehendere: sed semper volunt placere. ¶ Tertio sunt abominabiles vane leticie sectatores: et illi plangunt adonydem. scilicet iuuenes et iuuencule: qui hodie faciunt suos plāctus et suspiria de deo amoris. Et in ista leui leticia et vanitate ponunt cor desiderium et affectum. quia hodie vix tales loquuntur nisi de suis inanibus amoribus et leticijs desiderijs ac mesticijs. sed vere illi qui modo sunt mesti propter talem fatuum amorem: erunt mesti finaliter in inferno. et de flamma ignis mali amoris quem hi vident sustinebunt ignem perpetuum quem non vidēt Ezechiel. decimoquinto. De igne egredietur et ignis consumit eos. Isti sunt ergo vane amicicie et leticie seu vane tristicie sectatores. ¶ Quarto dico qd̄ deo sunt abominabiles mali ecclesie sectatores. Et isti signantur per illos qui adorabant ad ortum solis. et qui vertebant dorsū ad altare. Et vere moderni ecclesiastici vertunt faciem ad ortum solis. idest ad lucem et splendorem prosperitatis mundane. Et ad altare. idest ad ecclesiam dei et ad seruitium eius vertunt dorsum. Sicut patet de illis: qui in estate receptis fructib⁹ statim recedūt et vertūt dorsum. De canonicis cathedralibus qui intrant vt habeant distributionē sz statim vertūt dorsum et recedūt. Et breuiter quasi oēs moderni ecclesiastici et religiosi et seculares vertūt dorsum xp̄o et vtilitati eccl'ie et bonis sp̄ualibus. Juxta illud Hiere. ij.

Hieremi. secundo Dorsum non faciem verterunt ad me. Et ideo vere dominus ostendit dorsum suum. quia scilicet non videtur de eis curare: quia dimittit eos in manus principum et tyrannorum qui persequuntur et infestant. Unde ipse dicit Hierem. xl. Dorsum ⁊ nō faciem ostendam eis in die perditionis ipsorum dicit dominus. Isti igitur sunt abominabiles deo et mundo. quia hodie ecclesiastici propter malam vitam suā nec diliguntur nec reputantur ab aliquo. Ideo de talibus dicitur Mala. secundo. Abominatio facta est in israel et in hierusalē. quia contaminauit iudas sanctificationem domini. qui dilexit et habuit filiam alieni dei. Judas confitens et glorificans signat ecclesiasticos qui deum debent glorificare et peccata populo confiteri. Alienus autem deus est mundus qui a nobis sicut deus colitur. cum tamen deberet vt alienus repelli. Filia autem istius est prosperitas. In israel igitur et in hierusalem id est in ecclesia que dicitur israel videns deum. Per discretionem et contemplationem dicitur hierusalem. pacifica per concordiā ⁊ fidei vnionem. Et hodie pro certo magna abominatio. Quare? Quia certe iudas. i. persone ecclesiastice contaminānt hodie per sua vicia et peccata totam sanctificationē domini id est totum statum ecclesiasticum. Et hoc quia certe ipsi diligunt filiam alieni dei idest prosperitatem quam deberent alienam reputare et refutare. Sed pro deo que est causa quare ista quattuor genera hominum hodie committunt tot abominationes? pro certo quia ipsi videntur credere ꝙ dominus reliquit terram et ꝙ dominus non videt. Non enim videntur imaginari ꝙ deus eos videat nec ꝙ eos puniat in futurum. Dicunt enim illud Job. xxxvij. Nubes latibulum suum nec nostra considerat. Abhominationes ergo sunt deo mali ecclesie seruitores. Malorum diuitum consultores. vane leticie sectatores. et mali seculi predecessores. Unde de muliere ebria sanguine martyrum iesu qui portabat vasculum plenum abominatione. et. c. ¶ Si autem vis notare dic ꝙ apud deum et homines abominabiles reputantur.

Fallaces mercatores.
Mendaces locutores.
Mordaces detractores.
Dolosi seductores.
Sanguinis effusores.
Superbie sectatores.
Luxurie possessores.
Crudelitatis actores.
Infidelitatis fautores.

De malis mercatoribus dicitur Prouerbio. xx. Abominatio apud dominum pondus. et pondus. De mendacibus dicitur. Prouerbio. xij. Abhominatio domino labia mendacia. Detractoribus dicitur Prouerb. xxiiij. Abominatio domino detractor. De deceptoribus vero dicitur in ps. Virū sanguinum et dolosum abominabitur dominus. De superbis dicitur Hester. xiiij. Tu scis ꝙ abominer signum superbie. et Prouerbio. xvj. Abominatio domino omnis arrogans. De impijs et crudelibus dicitur. Prouerb. xvj. Quod abominabilis domino vita impij. De hereticis ⁊ infidelibus dicitur. iij. Regum. xxj. Quod ille malus rex factus est abominabilis tantum ꝙ sequitur ydola. De luxuriosis vero dicitur. Ezechie. xxij. Abominationem in vxorem proximi sui potissime autem peccatum contra naturam est abominabile etiam apud alios peccatores. Sicut enim dicunt medici quod colera inaturalis scilicet colera nigra ita ē vilis ⁊ corrupta quod etiam musce non tangunt. sed abominātur ipsam. Sic vere etiam ipsi mali peccatum innaturale et sodomiticum detestantur. vnde Leuiti. xviij. Cum masculo non commisceris coitu femineo. quia abominatio ē. Et breuiter multis viris abominabilibus ⁊ multis viciorum abominationibus est hodie plenus mundus. et etiam ecclesie dei status. Hierc. xvj. Abominationibus impleuerūt ciuitatem meam. Et ideo quia viri abominabiles domini: abominari videntur. Iuxte illud Job. xix. Abominati sunt me quondam consiliarij mei. Non est mirū si ipsos abominatur et si eos pro ceteris detestatur. vnde in ps. Iratus est dominus furore in populum suum. et abominatus est hereditatem suam. Et hec de abominatione sufficiant.

Abortiuus.

Nota ꝙ ille abortiuus dicitur qui ex vtero matris nascitur mortuus. Et sicut possum perpēdere signat tripliciter in scriptura. A

Signat enim
Mortalē conditionē
Pcti infectionē seu voluntatis corruptionē.
Hūilitatis dilectionē.

Signat dico mortalē cōditionem. Uita em̄ p̄sens est ita breuis ⁊ misera. ꝙ quasi videtur mori añꝙ nasci. Iuxta illud Sap. v. Nos statim nati desinimus esse. Et ideo bene pōt hoc abortiuo cadaueri comparari. ⁊ maxime per peccatum originale ante moritur ꝙ nascatur. vnde Job deplangens istam miseriam dicebat Job. iij. Quare non in vulua mortuus sum? Sequitur. Nunc em̄ dormiens silerem. aut sicut abortiuū absconditū non subsisterē. Item signat peccati infectionē. Peccatum em̄ mortale est sicut malus fetus qui mortuus ⁊ corruptus in opus nascitur ab ipso vtero volūtatis. sicut ex multis causis mulier parturit abortiuum scilicet. Ex tonitrui concussione Ex lapidis percussione. Ex sanguinis effusione seu mutatione vel intuitione. Ex herbarum cōfectione ⁊ deliberata machinatione. Sic anima fetum boni propositi quod concepit: emittit mortuum per peccatū in vtero voluntatis. et spiritualiter multis causis scilicet.

Per tonitruum dyabolice tētationis
Per percussionē timoris ⁊ turbatiōis
Per euacuationē sanguinis id est
Per obliuionē dñice passionis et
Per cōfectionē male doctrine et
erronee eruditionis.

Ista enim oīa aborsum spūale faciunt bonū propositum occidunt et fetū mortuum. i. mortale peccatū emittunt. Signat igitur peccati infectionē. seu operis imperfectionem. Nume. xij. Obsecro domine ne imputes nobis hoc peccatum. nec fiat hec quasi mortua ⁊ vt abortiuum quod proycitur. Et ideo peccatori necesse est ꝙ bibat de fonte lēpnas: que est in archadia. De quo dicit Isido. Quod conceptus adunat et quod virtutem receptiuam iuuans non sinit fieri abortiuum. talis fons est lacrimatio vel deuotio elemosyna. vel compassio. quia pro certo qui istum gustauerit ⁊ habuerit abortiuum peccati seu imperfecti operis non faciet sed conceptum boni propositi retinebit Job. xxj. Bos eorum peperit et non abortiuit. vacca peperit et non est priuata fetu suo. ¶ Item dico. ꝙ signat humilem dilectionem: quia scilicet humilis se reputat abortiuum inquantum scilicet videt ꝙ per peccatum originale prius inuenitur mortuus ꝙ sit natus Et inquantum vili conditioni et modice reputationi naturaliter est subiectus. vnde apostolus de seipso dicit j. Cor. decimoquinto. Nouissime autem dominus iesus tanꝙ abortiuo visus est et mihi ⁊c. B

Abner.

Nota ꝙ abner potest mihi significare.

Malum superiorem.
Christum mediatorem
Bonum predicatorem
Simplicem seruitorem

Dico igitur ꝙ signat malum superiorem. quia scilicet abner fuit princeps exercitus regis saul qui cum deberet quadam vice custodire regem dominum suum. obdormiuit et eum in periculo dereliquit. Ideo dicitur sibi. Filij mortis estis vos qui non custoditis christum domini. sicut dicitur primo Regum vigesimosexto. Iste abner regem constituit ysboseth. nec voluit quod dauid regnaret. sicut dicitur. secundi

H bis ostenditur ꝙ boni se abscondunt Per felicitatis meditationē. q: intra in cubiculū tuū. Per prosperitatis detestationem. q: claude ostia tua. Per aduersitatis declinationē. q: abscondere do. ꝑtran. fu. ¶ Abscōdamur igitur meditando felicitatem. Mergulus est quedam auis que statim quādo ab aliquo impetitur ad aquam fugere consueuit: ⁊ in aqua taliter absconditur ꝙ a suis persecutoribus nec leditur: nec capitur nec grauatur. vt dicit Isidorus. Uere sic debent facere boni ⁊ iusti quia pro certo quando patiuntur aliquas persecutiones exterius in hoc mundo: isti statim debent refugere ad aquāt ad voluptatē eterne et supne felicitatis et ibi per meditationē ⁊ considerationē se abscondere. s. cogitādo ꝙ s:ȝ apostolū Roma. viij. Nō sunt condigne passiones huius t̄pis ad eternā gloriā que reuelabitur in nobis. Et sic ꝓcerto nulla exterior aduersitas ipsum poterit superare. Figura. iij. Regum. xvij. vbi cum helyas persequeretur ab achab nequissimo rege israel dictum est sibi. Uade contra oriētem et abscondere in torrente carith: et ibi de torrente bibes. Carith interpretat cognatio: ⁊ signat torrentem et affluentiā glorie paradisi. vbi. s. cognatio ꝑpetui amoris ⁊ firmitatis. Nam quādoq̄ achab rex israel id est dyabol⁹ vel aliquis malus princeps vel prelatus: nos prosequitur ꝓ certo optimum consiliū est ꝙ fugiamus ad torrentem carith. id est ad considerationē glorie paradisi ⁊ ꝙ ibi ꝑ affectum ⁊ desiderium abscondamur ⁊ ꝙ de isto torrente ꝑ contemplationē potemur ⁊ inebriemur ⁊ sic ab impijs nō ledemur. et ideo potest dici christo illud ps. Torrente voluntatis tue potabis eos. quoniaȝ apud te est fons vite. Et in hoc felicitatis eterne meditatio ostenditur cum dicit Intra in cubicula tua. quia. s. paradisus est cubiculū vbi est ꝑfecta requies ⁊ eterna. vñ in ps. Letabunt in cubilibus suis. Abscondamur igit meditādo felicitatem ps. Protexit me in abscondito tabernaculi sui.

¶ Secūdo abscōdamur detestādo ꝓsperitatē. Claud I
inquit ostia tua. Uidem⁹ eñi ꝙ bubo ⁊ alie aues nocturne. que debilē hñt visum. detestantur ⁊ fugiūt luminis claritatē ⁊ eidē oculos suos claudūt: ⁊ ab ea ēt se abscōdūt: charissimi. Nos oēs sumus aues nocturne. quia scilicet visus nostre discretionis est multū debilis ⁊ infirmus. Et ideo vere lux ⁊ claritas prosperitatis mūdane. nobis non debet placere. sed pro certo debemus fugere ⁊ horrere. ⁊ ei oculos cordis nostri et etiam corporis sensus debemus claudere: ⁊ ab ipsa ꝓ posse nos abscondere ⁊ celare. q: sicut excellens claritas ledit visum. Unde videmus ꝙ infantuli qui debilē visum hñt a lumine abscōduntur. Sic vere mundi prosperitas humanum visum ⁊ sensum corripit et ledit per diuersa peccata. Et ideo est vtile ꝙ ab ea abscōdamur. quia vere deus suos infantulos. id est bonos quos diligit summe abscondit ab huiusmodi luce. Iō dicitur Prouerbioꝝ. xxvij. ca. Astutus videns malum absconditus est. Sed heu proh dolor ꝓcerto non sic. q: hodie moderni prospera non detestantur. sed amplexantur. Non ea negligunt. sed ea diligunt. Non ea sicut decet. fugiūt: sed ea capiunt. Non ea declināt. s:ȝ eis totis viribus inclinant. Isti sunt similes papilioni qui non fugit lumen: immo ipsum mirabiliter frequentat. Et ideo circa lampadem taliter volat: ꝙ ei⁹ ale cōburuntur ⁊ tandē in oleū cadit ⁊ ibidē submergitur. Sic vere mundi peccatores tantū diligūt luceȝ mundane ꝓsperitatis: ꝙ reuera nihil aliud est q̄ quedam lāpas clara ⁊ pulcra: cito frangibilis et dissipabilis. in qua est ignis diuitiarū ⁊ cupiditatis ⁊ oleū deliciarum ⁊ voluptatis. circa quā discurrere et circa eaȝ volitare ipsamq̄ frequentare mirabiliter delectātur. Et ideo sepe accidit ꝙ ale sue. i. sue gr̄e ⁊ virtutes igne cōcupiscentie cōburuntur. ⁊ ipsi in oleo deliciarū per luxuriā submerguntur. ⁊ sic miseri papiliones duȝ in ista lāpade nō attendunt ardorem. sed splendorē ꝑ ipsam eternaliter moriūtur. Nō sic charissimi sed abscōdamur a mūdi prosperitate. Claude inquit ostia tua. i. sensus tuos super te. Ideo de hoc potest dici illud. ij. Reg. xiij. Ejice eā ⁊ claude ostiū post eam. Abscondamur igit detestando prosperitatē. ¶ Tertio Abscōda
mur deuitando aduersitatē. Abscondere inquit modi K
cum donec ꝑtranseat furor meus. Quia vere sapiens quando videt tribulationē bene se solet ad tēpus abscondere ⁊ absentare. Sed circa hec nota. ꝙ duplex est aduersitas. Una scȝ que impugnat mentem. s. inanis gloria ⁊ vanitas tētationis q: ꝑuersitas. Alia est que impugnat corpus. et ista est tribulationū exteriorum asperitas. Et vere ab vtraq̄ necesse est. hominē aliquotiens fugere et abscondere ne succūbat. ¶ Et primo dico ꝙ a vanitate debemus nos abscondere: sicut dicit

Isido. ⁊

Isi. et Pli. Ceruus ꝗ est pinguis non libēter vadit ꝑ vias publicas; quia scit ꝙ ibi possunt esse multa pericula. immo ꝙ̄tum potest in siluarū profunditatibus se abscōdit. Sic vere illi qui sunt gratijs ⁊ virtutibus impinguati nō presumunt de proprijs virtutibus. Et ideo a vijs publicis a locis: officijs ⁊ statibus cōmunibus vbi possunt esse multa pericula: multe vanitates multe tentationes: multeqꝫ occasiones peccandi fugiunt ⁊ recedūt. ⁊ per humilitatem se abscōdunt ⁊ ab humanis visibꝰ se absentāt. ne forte per inanē gloriā et tentationē capiant. Nam sicut videmus ꝙ candela abscōditur ⁊ in laterna includitur ne a vēti turbinibꝰ extinguatur. Si vere boni luminosi ⁊ virtuosi a vēto inanis glorie se abscondūt ne forte lumine sue perfectionis vanitatis ⁊ presumptionis flatibus extinguātur. Et illud est qđ dicitur Esa. xxxij. Erit inquit quasi vir qui abscondit se a vento ⁊ celat se a tēpestate. Sed heu prohdolor multi nō sic. quia vere multi moderni non se abscondūt sed se exponunt nō se absentant sed se presentant. nō querunt ꝑ humilitatē latitare. sed ꝑ iactantiam ypocrisim et vanitatem se aspectibus hominum presentare. Et maxime tales sunt ypocrite: ꝗ sunt similes barbitonsoribꝰ qui omēs bacinos. idest pelues suos lucentes ⁊ fulgentes solent non abscondere: nō celare: sed omibus manifestare. Sic vere ypocrite si habeant aliqua opera fulgētia ⁊ bona: ipsi pro certo nō abscondūt ea: sed ipsa ꝓ viribus manifestāt vt exinde ventum recipiant vane laudis. Cōtra illud. Ne facias iusticiam tuam coram hominibꝰ vt videaris ab eis. Math. v. ca. Charissimi nō sic: sed pro deo
M abscōdamus nos a mundi vanitate. ¶ Item charissimi abscōdamus nos a mundi aduersitate. Sicut enī videmus: ꝙ lupus aliꝗ̄ abscōdit se a canibus donec omiserint. Sic vere discretus homo abscondit se bene a canibus. idest a tyrannis ⁊ persecutoribus quousqꝫ eorum malicia cessauerit. Exēplo xp̄i qn̄ iudei voluerunt ipsum lapidare: abscōdit se ⁊ exiuit de templo. et hoc figuratū in dauid. qui abscōdit se a facie saulis ꝗ eum querebat interficere. sicut dr̄. j. Regū. xx. Item in Joas. ij. Paral. xxij. quem Achas volebat interficere sed abscōditus est ⁊ saluatus. Itē in Moyse quē pharao preceperat interfici. sed duobus mensibus abscōditus est. Quia vere charissimi bonum est cedere malicie et aduersitati quousqꝫ pax fuerit reformata. Naꝫ sicut dicitur: moyses post huiusmodi abscōsionem factus est legislator. Joas aūt et Dauid facti sunt reges. Sicut vere charissimi sepe accidit quod illi qui in talibus aduersitatibus se abscondunt ⁊ ad tempus dissimulant expectāt ad magnas dignitates ⁊ ad magna bona finaliter perueniunt et attingunt. Juxta illud Romanos. xij. Non vos defendentes charissimi sed date locum ire. Et istud est contra iracūdos fatuos et superbos similes leoni: qui tāta superbia ducitur: qđ se a venatoribus abscondere dedignatur. Et ideo sepe accidit ꝙ occiditur ⁊ vulneratur a iaculis venatorum. Sic vere multi ꝗ volunt subterfugere: nec se a tētationibus ⁊ tribulatiōibus abscōdere pre suꝑbia. Et ideo sepe accidit ꝙ ipsi pereūt ⁊ succūbunt. dicunt enī suꝑ bi illud Job. xiij. A facie tua non abscondar: manū tuā longe fac a me et formido tua non me terreat. Nō sic sed abscondere modicum ad momētum donec pertrāseat furor. vnde Abacuch. iij. Ibi abscondita est fortitudo eius. Debemus igitur abscondi charissimi: aduersitatem deuitando. felicitatem contēplando. Et hec est absconsio desiderabilis. sicut alia est absconsio vi
N tuperabilis. Nota vlterius ꝙ multa sunt alia genera absconsorum. Est enim absconsio.

Auaricie.
Verecundie.
Luxurie.
Symonie.
Diuine prouidentie.
Eterne glorie.
Eucharistie.
Penitentie.
Et infernalis miserie.

Est igitur primo absconsio auaricie. Et hec ē quādo nō abscōdit se ⁊ inuoluit in terra per immoderatum affectum et desiderium terrenorum. Et isti sunt similes talpis ⁊ cuniculis: ꝗ quasi semper volunt esse inclusi in terra. Naꝫ terra videtur esse ipsorum habitaculum ⁊ cubile. sed sepe accidit ꝙ infra cauernas suas capiuntur ⁊ occiduntur. Sic vere charissimi sunt auari ⁊ cupidi. quia reuera in terra idest in terrenis ⁊ temporalibus taliter se abscondunt ꝑ auariciam: ꝙ ibi videtur esse sua mansio sempiterna. Sꝫ vere sepe accidit ꝙ ibi occidūtur temporaliter ⁊ eterne. figura Josue. x. Ubi dicitur: ꝙ quinqꝫ reges abscōderunt se in spelunca vna: ⁊ statim Josue apposuit vnū magnum lapidem ad ostium spelūce. ita ꝙ exire nec fugere nequierunt. Et sic finaliter inde eos extraxit ⁊ occidit. Isti reges possunt significare mundi diuites et auaros: qui hodie quasi totum mūdum regūt quia vere isti hodie se abscōdūt in cauernis. idest terrenis diuitijs atqꝫ rebus per auariciam et ardorem. Et ideo isti includuntur cum quodam magno lapide: per quē ego intelligo duriciē obstinantie eius ⁊ pondus male consuetudinis quia vere Josue qui interpretatur dominatio. idest dyabolus qui talibus dominatur: mundanos diuites infra cauernam auaricie ⁊ amoris terrenorum taliter includit tantoqꝫ pondere male cōsuetudinis eos recludit: ꝙ exinde fugere nequeūt nec exire. immo in ista cauerna vel spelunca perseuerant vsqꝫ ad mortem. sicut ad oculum videmus. Et ideo ibi capiuntur per mortem temporalem et occiduntur per mortem eternalem. Et de hoc potest dici illud. j. Reg. xiij. Absconderunt se in speluncis ⁊ in abditis et in petris ⁊ in antris et in cisternis. Ista est igitur abscōsio Auaricie. ¶ Secundo dico ꝙ est absconsio verecūdie D
quando scilicet pre verecunda non vult confiteri: vel aliquod bonum opus facere omittit. Et tales sunt similes leoni. Dicit enim Hierony. in glo. super Ezech. xix. ꝙ leo sic capitur et venatur. dicitur enim ꝙ fiunt due fouee. Prima in qua ponitur aliquod delectabile leoni scilicet aliquod cadauer. Secūda fit iuxta ita ꝙ de vna potest intrare ad aliam. et in illa secunda ponitur vna cista seu pedica: que faciliter clauditur cuꝫ intratur. leo vere famescens vidēs illud cadauer ꝓpter illud habendum intrat in foueam primā: et dū comederit videt ꝙ non potest exire propter profunditateꝫ fouee. ⁊ tunc intrat in secundam foueam vt abscondatur. in quam cum intrauerit in cisterna includitur de qua vlterius exire non potest: sed in illa captus detinetur: et in illa foris extrahitur et cathenis ⁊ vinculis alligatur. Leo iste charissimi est homo quia sicut dicitur Ezech. xxxij Leoni gentiū assimilaui te. Fouea prima est pctm̄: vbi pro certo semper ē aliquod cadauer. idest aliquod delectabile. Secunda fouea est verecundia confitendi: in qua homo faciliter ingredit̄ de peccato. et inde pro certo semper est vna cista seu pedica. idest obstinatio vel desperatio seu mala consuetudo: in qua pro certo homo statim includitur ꝙ in ista secunda fouea fiunt ingressus scilicet verecundia confitendi. Dico igitur charissimi ꝙ quando leo. idest homo famescit per mala desideria pro certo venator dyabolus preparat sibi aliquod cadauer. idest aliquod delectabile. scilicet diuitias vel delicias vt potc. quia in cogitatione representant sibi per suggestioneꝫ aliquā mulierem. vel aliquam predam: vel aliquod temporale. Et tunc fatuus leo pro isto cadauere habendo intrat in foueam peccati consentit in luxuria. auaricia vel symonia. Tunc autem quando istam foueam multum profundam inuenit et difficilē ad exeundum. qꝛ scilicet difficile est exire sibi a peccato: et difficile est carere assuetis delectationibus: penitentiam facere: et similia. Tunc vere intrat in secundam foueam scilicet in verecundiam: et in propositum non confitendi. ibiqꝫ vult se abscōdere ⁊ latere. quia sicut dicitur Prouerbiorꝫ decimooctauo. Impius cum in profundum peccatorum fuerit contēnit. Et tunc iste includitur in cista male cōsuetudinis: obstinationis ⁊ desperatiōis

de qua amplius nō erit Et ideo a dyabolo per temporalem mortem de terra contrahitur et vinculis damnationis perpetue obligatur. Ideo dicitur Ezech.xix. De leone figuratiue. Miserunt eum in caueam in cathenis adduxeruntq; cum ad regem babylonis miseruntq; eum in carcerem. Quia vere cum tales intrauerunt caueam peccati et verecundie statim ligantur cathenis male consuetudinis ꝛ per damnationem eternam ad regē babylonis.id est ad dyabolū deducunt ꝛ in infernali carcere recluduntur Et talis verecundie absconsio fuit figurata Gen.iij.vbi dicitur. ꝙ adam ꝛ vxor sua postq̄ peccauerunt se cognoscentes esse nudos pre verecundia timuerunt coram domino apparere ꝛ absconderunt se dicens.s.adam. Uocem tuā domine audiui ꝛ timui eo ꝙ nudus essem ꝛ abscondi me.sic vere charissimi. Adam et vxor eius.i.vir et mulier quando peccauerunt mortaliter et vident se nudos gratijs et virtutibus ipsi pro certo timent et desperant se nō posse redire ad gratiam et se non posse abstinere a peccato. ¶ Et ideo desperant et proponunt non confiteri ꝛ abscondunt se pre verecundia a facie domini vel a facie sui vicarij sacerdotis: et maxime quando vocem domini.i.sacram scripturā audiunt dicentem. Eze.xviij. Anima que peccauerit ipsa morietur. Ideo bene docet Eccle.xvj. dicens. Non dicas a deo abscondar. Et merito.q2 sicut dicitur Prouer.xxij. Qui abscondit scelera sua non dirigetur. Ideo dicitur in ps. Iniusticiam meam non abscondi. Est igitur absconsio verecundie ¶ Tertio dico ꝙ est absconsio luxurie. Dicit enim Pli.ꝙ vrsus quando vult coire cum vrsa querit locum secretissimum.q2 summe verecundatur quando videtur in illo actu. Conueniunt autem simul. nō sicut animalia bruta.sed sicut vir et mulier. Sic vere luxuriosi multum volunt esse in abscondito et in secreto. quia act⁹ de se est vilis turpis et verecundus. Et ideo tales loca et tempora abscondita querunt sibi.q2 sicut dicitur. Joh.iij. Omnis qui male agit odit lucē. Et Job.xxiiij. Oculus adulteri obseruabat caliginem. Vn̄. Dan.xiij Uenit ad susannam adolescens qui erat absconditus ꝛ cōcubuit cum ea. Et cum hodie ista regula fallit in multis qui ita sunt inhonesti ꝛ inuerecundi ꝙ luxuriam suam non abscondunt sed eam iactando ꝛ alijs manifestant. de quibus Esa.iij. Peccata sua sicut sodoma predicauerunt nec absconderunt. Est igitur absconsio luxurie. ¶ Quarto dico ꝙ est absconsio symonie. et istam cōmittunt illi qui absconditi non p viam communē sed per dona preces et munera intrant in ecclesiam. Et isti fuerunt figurati. Dan.xiiij. vbi dicitur. ꝙ cum coraz idolo bel apponeretur quottidie maxima quantitas cibariorum venerunt de nocte per absconditos meatus sacerdotes ꝛ vxores ꝛ paruuli que totum comedebant: et tamen opinio plebis erat: ꝙ bel ipsa comederet et voraret. Charissimi per templum istud quod erat in babylone signatur ecclesia militans que in babylone.i.in confusione huius mundi versatur. Per bel quod interpretatur vetustas intelligo deum qui est vetustissimus et eternus. vnde etiam ipse dicitur antiquus dierum Dan.vij. Qui in templo ecclesie adoratur colitur et seruitur. Coram autem isto idolo.i.corā christo fuerunt antiquitus apposita multa cibaria.i. multa bona temporalia quibus ecclesia ipsa a secularibus est dotata Et pro certo ad hoc factū est vt bel.i.christus per se pauperes suos ipsa comederet quia.s. ista fuit intentio ecclesie.ꝙ christus ꝛ sui pauperes de bonis ecclesiasticis seruirent: et ꝙ boni qui sunt mēbra christi ibidem promouerentur. Ideo dicebat christus Malac.iij. Inferte omnem decimaz in horreum meū vt sit cibus in domo mea. Sed proh dolor istud hodie non sic. Quia vere hodie sacerdotes idest male vxores et viri molles imbecilles et effeminati. paruuli idest infantes ignorantes et male informati: intrant hodie in templum ecclesie: per abscōditos meatus et symonie vel oneralis amicicie qui omnia bona ecclesie que pro christo ꝛ suis fuerant apposita deuorant et manducant. Bel autem pro quo totum fuerat appositum idem christus et sui pauperes nihil exinde cōedunt neq; bibunt. Et hoc ad hoc etiam facit figura.ij. Macha.viij. dicitur. Iudas inquit et qui cum eo erāt introibant latenter in castella conuocantes cognatos et amicos. latenter enim non publice: neq; iuste introeunt. sed introeunt hodie in castella.i.in ecclesias multi sc3 prece vel precio: vel fauore. ibiq; fiunt prelati ꝛ in magnis officijs constituti. ꝛ tunc ꝓ certo ipsi conuocāt ad se sc3 ad inferiora officia ꝛ beneficia cognatos: compatriotas. ꝛ amicos quibus bona ecclesie distribuunt ꝛ propinant: ꝛ illis qui sunt filij ecclesie: qui sunt de alienis partibus penit⁹ nihil donāt. Ita ꝙ q̄libet talis potest dicere illud Esa. xlix. Loquēdo de superiore. In pharetra sua abscōdit et posuit me sicut sagittam electam. Ista etiam absconsio se potest ad munera symoniacorum ostendere. qui sc3 ipsa in abscondito solent dare ꝛ accipere. Ambitiosus idest symoniacus insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. supple ad munera danda ꝛ recipienda. Audiunt enim illud Prouerbi.xxj. Munus absconditum extinguit iram. Et illud Prouerbi.ix. Panis absconditus suauior. Sed adhuc si volum⁹ charissimi alio modo possumus exponere quid est dictū. quia vere sacerdotes templi ecclesie: de nocte in abscōdito ꝛ occulto introducūt suas vxores. idest concubinas. filios etiaz et filias qui de patrimonio christi nutriūtur. vnde christi pauperes viuere debuissent. Est igitur absconsio symonie. ¶ Quinto dico ꝙ est abscōsio diuine prouidentie. Nam sicut videmus: quod solis claritas in nocte absconditur vt in mane iterum ostēdatur. Sicut etiam videmus: ꝙ mercator thesaurum abscondit vt ipsum necessitatis tēpore ostendat et exponat. sic deus qn̄q; abscōdit hominem per paupertatem vel aduersitatem. ita ꝙ non reputatur: nec videtur: nec de eo fit mentio aliqualis: ꝙ tempore statuto et a deo occulte ordinato sua claritas ostenditur et ipse hominibus manifestatur: reputatur et promouetur: exemplo christi qui diu fuit in vita ista absconditus scilicet.xxx.annis ꝛ tandem tēpore statuto suaz claritatē declarauit. Sicut em̄ strutio abscondit oua sua in arena: que tandem virtute solis in aues transformantur: et de sabulo exeunt ꝛ apparent. Sic multi primo absconduntur et latent in sabulo paupertatis: ꝛ sunt in infimo statu: sed finaliter virtute solis.i. virtute dei. ipsi exeunt sabulum paupertatis ꝛ apparent et promouentur ꝛ fiunt aues idest viri magni et sublimes. Unde Job.xxxix. Abscondit in arenam oua sua. Istud etiam patet in spiritualibus: quia multotiens deus dimittit hoīem in peccatis per magnum tempus: vt ipse est vilis absconditus et despectus ꝛ a nemine reputatus. sed quando accidit quod sol iusticie visitat eum radijs sue gratie. s. in tempore a dei ꝓuidentia statuto: ꝛ sic facit ipsum exire de sabulo.i.de statu peccati et transformat ipsum in auem.i. in viruz perfectum et spiritualem. Exemplum de Paulo et Magdalena qui primo fuerunt absconditi in vicijs et peccatis. finaliter autem tempore a deo statuto vocati sunt ꝛ cōuersi ꝛ pfectissimi sunt effecti. Q2 sicut dicitur Rom.v. Ubi abundauit delictū ibi superabūdauit gratia. Et hoc fuit figuratū Hier.xliij. Ubi de⁹ precepit Hiere. ꝙ ipse acciperet lapides grādes ꝛ abscōderet eos sub muro. q2 illic sup ipsos lapides erat postmodū soliū regis babylonis statuendū et ponendum. Sic vere deus multotiēs vult ꝙ illi qui sunt lapides preciosi. s. viri iusti et perfecti lateāt et abscondantur vsq; ad tempus sicut patet de multis qui et quorum sufficientie non videntur: sicut demetri⁹ de se dicit fm̄ Senec. in ep̄la. Ueni in athenas inquit demetri⁹ nemo me ibi vnq̄ agnouit. vn̄ Abacuc.iij. Ibi abscondita est fortitudo eius. sed finaliter deus facit eos sedes sapiētie in q̄b⁹ reges ꝛ principes requiescunt

Spiritualiter

Spiritualiter etiā deus permittit q̄ lapides τ obsti-
nati id est peccatores qui diu in peccato latuerāt fiant p
gratiam sedes. Ideo isti dicuntur Job. xij. Lampas cō
tenta apud cogitationes diuitum parata ad tempus
statutum. Et tali absconsione potest intelligi illud
Deutero. xxxij. Nōne hec abscōdita sunt apud me. et
signata in thesauris meis? Nam charissimi in secre-
tissimis thesauris eterni dei τ occulte prouidentie p̄-
destinationis τ ordinationis absconditum est τ signa
tum statutum τ ordinatum quicquid per ipsum deus
erga homines est agendum. Hec est igitur absconsio
S diuine prouidentie. ¶ Sexto dico: q̄ est abscōsio in-
fernalis miserie. Sicut enim videmus q̄ cadauer i ter
ra absconditur. Sic vere anima peccatrix que ad mo-
dum cadaueris diuersis vicijs est corrupta. In terra. i.
inferius in inferno abscōdat̄ τ celatur. Luce. xv. Mor
tuus est diues τ sepult⁹ est in inferno. Esa. xlij. In do-
mibus carcerū absconditi sunt. Et Hiere. xiij. In ab-
T dito plorabit aīa. ¶ Itē est abscondito eterne glorie.
Luna enim qñ cum sole coniungit̄: tunc a nobis abs
condit̄ nec videt̄. iterum tñ venit tēpus quo sua clari-
tas declaret̄. Sic vere qñ homo cōiungit̄ soli iusticie
in gloria tunc p noctē huius vite nobis abscondit̄ nec
videt̄. Verūtñ finaliter in die iudicij nobis iterū p re-
surrectionē poterit apparere. Vñ Job. xxxvij. In mani
bus abscōdit lucē τ precepit ei vt rursus oriat̄. Est igit̄
abscōsio eterne glorie. vñ etiā de absconsione eterne
glorie dr̄ in ps. Quā magna multitudo dulcedis tue
V dñe. quā abscōdisti timētibus te. ¶ Septimo est abs
consio eucharistie. q. s. corpus xp̄i abscondit̄ in sacra
mēto. Sicut eñ videm⁹: q̄ cibi delicati aliqñ i pasta
siue pane abscōdunt̄: sic τ in sacramēto altaris sub pa
nis specieb⁹ abscōdit̄ corpus xp̄i. Figura. ij. Mach. j.
Vbi dicitur. Qđ sacerdotes abscōderūt ignē in puteo
et finaliter iuēta est ibi aqua crassa. Sic vere i puteo
idest in sacramēto altaris qđ recte dr̄ puteus: ꝓpter ꝓ
funditatē imꝑscrutabilitatis virtute verboꝝ indiffe-
rēter abscōdere ignē diuinitatis. q. s. deitas est i sacra
mēto altaris: ꝓpter ꝑfectā τ inseparabilē vnionē quā
habet cū humanitate. humanitatis aūt est virtute ver
borū. Ibi etiā inuenit̄ aqua crassa. i. abūdātia gratia
X rum. Ideo dr̄ Esa. xlv. Vere tu es de⁹ abscōdit⁹. ¶ Itē
est abscōditus penitētie qua. s. hō abscondit pctā sua
ne a dei iusticia videant̄. τ ne inueniant̄: sicut latro q̄
abscōdit furtū ne sup. iueniat̄: τ cū eo suspēdat̄. Figura
Exo. ij. vbi dr̄. Qđ moyses occidit quēdā egyptiū. q̄ fe
cit violētiā cuidā hebreo q̄ timēs q̄ puniret̄ abscōdit
eū sub sabulo. Itē moyses signat quēlibet bonū virū
Egypti⁹ aūt infidelis signat pctm̄. hebre⁹ signat ani
mā christianā. Qñ igit̄ moyses. i. homo videt q̄ egy-
ptius. i. pctm̄ grauat aīam suā. ipse ꝓ certo debet eū
per cōtritionē occidere p cōfessionē eijcere. τ sub sabu
lo penitētie p satisfactionē totaliter abscōdere. Et sic
a dei iusticia ad puniēdum nequibit āplius reperiri.
Y Esaie. xl. cap. Abscondita est via mea a dño. ¶ Itē no
ta q̄ est absconsio.

Humilitatis.
Mortalitatis.
Infirmitatis.
Et sagacitatis.
Fidelitatis.
Et iniquitatis.

Primo hūilitatis. videmus eñ q̄
granū in terra obscōdit̄ vt multi-
plicet̄. Radix etiā in terra abscōdi
tur vt arbor fructib⁹ amplief̄. Sic
vere charissimi ad hoc quod possit
gratijs τ virtutib⁹ augmentari. et
fructib⁹ bonoꝝ operū ampliari. necesse est q̄ in terra
idest infra mortalitatē ꝓpriā p suā terrestreitatis ɔsi
derationē abscondat̄. vel in terra idest inferi⁹ i gradu
infimo p humilitatē. vñ Apoc. vj. Absconderunt se in
speluncis. ¶ Itē est abscōsio mortalitatis. q. sicut se-
men abscōdit̄ vt renascat̄ a terra. Sic hō p mortē vt
renascat̄ p resurrectionē. Nā ad modum seminis ad
hoc q̄ hō posset habere fruct⁹ et augmētatum eterne
beatitudinis: necesse est q̄ primo sub terra per mortē
abscondatur. Et sicut radix τ semē absconsum aliquā-
do vermibus corrodit̄. Sic vere homo cū per mortem
fuerit abscōsus. s. in sepulcro q̄tū ad corpus. In pur-
gatorio: vel in inferno: q̄tū ibi vermibus in sepulcro:
vel ibi ignib⁹ τ demonib⁹. In purgatorio vel in infer-
no corrodit̄ τ vorat̄ Ideo Esa. xlij. In domib⁹ carcerū
abscōditi sunt τ facti sunt in rapinā τ nō est qui eruat
et in direptionē. nec est q̄ dicat redde. Et sic ostendit̄
abscōsio mortalitatis. Vñ in resurrectione poterit di
ci illud. j. Reg. xiij. En hebrei egrediunt̄ de cauernis
in quib⁹ abscōditi fuerāt. ¶ Tercio dico q̄ est abscō-
sio infirmitatis: qñ. s. homo timet vbi nō est timendū
et abscōdit se vbi deberet apparere. Sicut sunt multi
τ imbecilles prelati: qui tempore aduersitatis fugiūt
et se abscōdūt. nec tyrānis τ principib⁹ se opponūt. ta-
les etiā sunt falsi amici. q. tēpore aduersitatis abscon
dunt̄: tēpore tñ prosperitatis apparēt τ ostēdunt̄. Isti
sunt similes glirib⁹ q̄ sunt animalia: que in hyeme ab
scondūt se τ dormiūt per totā hyemē. In vere aūt τ in
estate euigilāt τ apparēt. Sic vere charissimi falsi ami
ci τ vecordes τ infirmi ecclesiastici in hyeme. i. in tem-
pore aduersitatis τ paupertatis abscōdūt se ab homi
nibus: τ etiā ab ecclesiasticis. Dañ. x. Fugerunt in ab-
scōditum. ego aūt relictus sum solus. i estate aūt pro-
speritatis optime inueniunt̄. qñ. s. fructib⁹ alioꝝ pñt
repleri τ habere emolumētū. De istis dr̄ Eccle. vj. Est
amicus socius mēse sed nō pmanebit in die vacuita-
tis. ¶ Itē dico q̄ est abscōsio fidelitatis. Qñ sicut vi-
demus q̄ thesaurus abscōditur vt celet̄. Sic vere con
silium dz abscondi τ celari fideliter τ secrete. Tho. xij.
Sacramentū regis abscōdere bonū est. Quarto ē ab
sconsio sagacitatis: qñ. s. ecclesia vel religio abscondit
hominē sagaciter infra claustra sua ne ei a mundo au
feratur. Ista facit sicut vxor pauonis q̄ abscondit oua
sua ne a pauone iueniant̄. q. si pauo iuenerit ipsa sibi
subtrahit atq̄ frangit. Paua signat religionē: que ꝓ
certo cū a pauone. i. a mūdo conceperit aliqua oua. i.
aliquos filios τ in claustra sua receperit: summe cauet
ne pater eoꝝ pauo. i. mūdus eos inueniat τ ei offerat
atq̄ tollat. q̄ sicut videmus mūdus multum nititur
iuuenes de claustro extrahere. nisi sagaciter abscōdā-
tur. Figura Geñ. xxxj. vbi Rachel abscondit idola pa
tris sui τ ea furata est. Sic vere cōtemplatiua religio:
que per Rachel denotat̄. libēter furat̄ τ subtrahit pa
tri suo. i. mundo idola sua. i. filios τ iuuenes q̄ sunt ei⁹
idolū τ similitudo ipsosq̄ abscōdit i claustris suis ne
pater eoꝝ mūdus. i. ipsoꝝ carnalis parentela illos si-
bi subtrahat atq̄ tollat. Et aduerte q̄ Deute. xxiij. pre
cipitur. q̄ seruus qui ad vos cōfugerit ꝓprio dño nō
reddat̄. Sic vere religio seruos mūdi vel dyaboli. s. se-
culares q̄ ad eā confugiunt nō debēt amplius eis red
dere. sed sibi potius retinere. vñ Esa. xvj. In ꝑsona dei
dicitur religioni vel ecclesie. Abscōde fugientes et va
gos ne perdas apud te latitabūt ꝓfugi mei τc. ¶ Ab
sconsio etiam sagacitatis est: qñ homo videns pericu
lum τ occasionē mali τ abscondit se cedendo malicie.
Exemplo xp̄i de quo dicit̄ Joh. viij. q̄ qñ voluerūt ip
sum lapidare. Jesus aūt abscōdit se τ exiuit de templo
vnde Prouer. xxij. Callidus videt malū τ abscondit se.
Et est alia abscōsio Iniquitatis. qñ. s. homo abscōdit
se in conspectu hominū vt faciat mala opera sua. τ isti
figurati sunt Ezechi. viij. Certe vides que seniores fa
ciunt in tenebris. Vnusquisq̄ in abscondito cubilis
sui. Et dicit ibi q̄ ipse vidit marias abominatiōes τc.
Dic figuram istam sicut supra ti. de Absconsione vbi
diuiditur et exponitur. ¶ Item est alia absconsio ti-
miditatis. vnde Apo. vj. Dicitur q̄ omnes gentes ab
sconderunt se a facie agni τc. Vide eam cap. de agno.
Sic igitur apparent due autoritates diuise de abscon
sione τ due distinctiones.

Absentia. Abesse.

Nota q̄ i scriptu
ra reperitur multi
plex absentia videlicet. Absentia prudentium τ iusto
rum. Absentia fallacium amicorum. Absentia morda
cium detractorum. Absentia vagantium clericorum.

A ¶ Absentia iustorum est. qñ quis se absentat a vicijs
et ab hominibꝰ malis et ab occasionibus ⁊ locis peri
culosis. ⁊ sic accipit̃ Eccle. ix. vbi dr̃. Longe abesto ab
hoīe potestatē hñte occidendi ⁊ nō viuificādi. Et ista
proculdubio est bona absentia. qñ aliquis abest rebꝰ
et locis viciosis ⁊ corruptiuis. Naturaliter eñ omnia
animalia absentāt se a loco vbi sibi vident periculum
imminere. qd̄ multo fortiꝰ facere debet hō. Et de ista
dicit̃ Eccli. xv. Longe eñ abest a superbia ⁊ dolo viri:
mendaces non erūt illius memores. In quibꝰ verbis
B tria ostēduntur. A quibꝰ se debet hō absentare. ¶ De
bet eñ abesse a p̄sumptuosa pōpositate. Lōge inquit
abest a supbia. idest a pditiosa fallacitate. a dolo iquit
idest defectuosa societate. qr̄ viri mēdaces non debēt
esse memores. Abesse igit̃ debet a pompositate p̄sum
ptuosa. a superbia inquit longe abest. Sicut dicit̃ ibi.
Apes quādo portāt mel absentant se a vento quanto
plus possunt. qr̄ timēt ꝙ mel earū desiccet̃ per ventū:
lapillū etiā solent in pedibus suis portare ne perven-
ti violentiam agitentur. Sic vere homo qui
Mel dulcedinis ⁊ compassionis. nis. continet atq̄
Mel gratie ⁊ deuotionis. portat debꝫ se ab
Mel scientie ⁊ discretionis. sentare a loco in-
Mel virtutis ⁊ perfectio- anis ⁊ p̄sumptio-
nis et elationis. ne forte si exinde superbiat desiccet̃.
Item lapillum sepulcri quo in morte est operiendus
debet portare per mortis consideratiōnē: vt sic infe-
rius magis ponderet per humilitatem ne circūferat̃
per iactantiam ⁊ agitetur per vanitatem Iuxta illud
Eccli. v. Non te extolles in omnem ventum. Sed heu
prohdolor multi hodie tantum delectantur in ina-
ni gloria: ꝙ vix est aliquis qui a vento huiusmodi se
absentat: immo omnes qui aliquod bonū faciūt ven-
to inanis glorie se exponunt. Unde Tullius. Gloriaꝫ
adeo immoderato affectu querimus: vt magis boni
videri q̄ꝫ esse: ⁊ magis mali esse volumus q̄ꝫ videri. Uñ
poeta. Falsus amor iurat mendax infamia terret. Nō
sic charissimi non: sed longe absimꝰ a superbia Thob.
iiij. Superbiam in tuo sensu nunq̄ꝫ dominari permit
tas. ab ipsa eñ sumpsit initiuꝫ onus perditio. Abesse
igit̃ debemus a pōpositate p̄sumptuosa. ij. ad Corin.
C xj. Mihi aūt absit gloriari ⁊c. ¶ Secundo debemus
abesse a fallacitate proditiosa: quia dolo vnūquodq̄
se debet absentare a suo contrario: duo contraria nō si
mul bene conueniunt: sicut regula recta nō bene ap-
plicat̃ rei gibbose vel tortuose. Modo sic est ꝙ fraus:
dolus ⁊ tortuositas ⁊ proditio malicie ⁊ falsitatis sunt
contraria homini quia homo naturaliter est planus
verus ⁊ rectus. sicut patet in synderesi cōsciētie. vnde
dicitur Eccl's. vij. Hoc inueni ꝙ fecit deus hominem
rectum. Et ideo se homo debet ab isto suo contrario
absentare ⁊ elongare: quia non debet esse fallax prodi
tor aut dolosus Et dolo inquit vt de eo dicatur illud
Ioh. j. Ecce vere israelita in quo dolus nō est. Sed heu
prohdolor multi hodie non sic. quia vere hodie quasi
totus mūdus gubernatur per maliciam atq̄ fraudē.
quia in seculo ⁊ in clero. quando homo non potest ha
bere alienū p potētiā ipse studet habere eū cum dolo
et malicia. Sicut patet de malis mercatoribus vsura
rijs ⁊ auaris. malis etiā clericis: q̄ sepe per dolū et ma
liciam intrant in ecclesia sancta dei. Ideo verificatur
illud hodie Hiere. vj. A maiore vsq̄ ad minorem oīs
student auaricie. A propheta vsq̄ ad sacerdotem oēs
faciunt dolum. Isti faciunt sicut aranea. Naꝫ sicut di
cit ille est quoddā genus aranee: que venatur laterculum:
quia filis suis circunligat euꝫ. ⁊ tūc saltat super
eum. ⁊ occidit. Sic venenosi ⁊ maliciosi primo caute
circunligant ⁊ inuolūt laterculos idest simplices in
filis suis idest laqueis maliciarum suarum: et malis
contractibus suis: ⁊ quando vident os eorum bene eē
ligatum quando scꝫ sunt bene per verba et promissio
nes ⁊ obligationes ligati. tunc ꝯo eos inuadunt exhe
redant ⁊ occidunt. Iuxta illud Prouer. vj. Illaquea-
tus es verbis oris tui ⁊ captꝰ es ꝓprijs sermonibus.
Ideo de talibus dolosis dr̃ Hiere. ix. Dolū locuta est
in ore suo pacē cum amico suo loquitur ⁊ occulte po-
nit insidias. Non sic charissimi nō sed absimus a pro
ditiosa fallacitate. Dolo inquit. ¶ Tertio dico ꝙ ab- D
esse debemꝰ a defectuosa societate: quia. s. viri menda
ces non debent esse nostri memores. qr̄. s. ab istis debe
mus nos absentare: nec eorum societatem frequenta
re. homo enim libēter se absentat a societate reptiliuꝫ
et ferarum. ⁊ hoc: quia scit ꝙ ista possunt eū ledere vel
corrumpere quoquo modo. Sic vere homo debet se
absentare a malorum societate: ⁊ maxime crudelium
tyrannorum ⁊ reptiliū idest fallaciū inuidorum mē-
dacium ⁊ luxuriosoruꝫ: qr̄ sicut dicitur Eccli. xiij. Qui
tetigerit picē inquiabitur ab ea. ⁊ qui cōmunicauerit
superbo induet superbiā. Et istud est proculdubio cō
tra multos qui frequentant libentius malā societatē
q̄ꝫ bonam potētes enim ⁊ prelati volunt habere socie
tatem mēdacium ⁊ adulatorum: qr̄ si sit aliquis q̄ au-
deat eis dicere veritatē ipsi nolunt: qr̄ non amat pesti
lens eum qui se corripit. Prouer. xv. Isti fuerūt signa-
ti. iij. Reg. xij. In illo roboam qui habet secuꝫ iuuenes
et lasciuos: non senes ⁊ prouectos. Et ideo vsus coruꝫ
consilio perdidit regnum suum. Sic vere multi sunt
qui dum nolunt bonam societatem sed malam et
leuem ipsi perdunt regnum paradisi. Iuuenes etiam
nostri nolunt bonam societatem. immo plus amant
videre iuuēculas q̄ꝫ maturos ⁊ prouidos sacerdotes.
Iuuencule etiam nostre plus diligunt verba vetula-
rum q̄ꝫ predicationes bonoꝝ predicatoꝝ. Et breuiter
quasi totus mundus delectatur in mala societate. Et
hoc est pessimum: quia vere bona societas multuꝫ iu
uat. Et econtra mala societas multum nocet. Est eñ
homo similis cuidam planete qui dicitur Mercuriꝰ
qui est instabilis virtutis: quia cum bonis planetis cō
iunctus efficitur beniuolus. cum malis efficitur ma-
liuolus. Sic vere homo si bonos frequentet fit bonꝰ
scilicet eorum documentis ⁊ exemplis: ⁊ econuerso si
malos malus: quia cuꝫ sancto sanctus eris ⁊ cum per
uerso peruerteris. Nō frequentemus igitur viros mē
daces: quia sicut dicitur. ij. Pet. ij. Magistri menda-
ces introducunt sectas perditionis. Sic igitur patet
ꝙ absentes esse debemus defectuose societati. prodi-
tiose fallacitati presumptuose pompositati. Sed de
tali absentia: vide, vbi sanctitudo. vbi, elongare fugere
et ideo ista est igitur absentia prudentium et bonorū.
¶ Secundo dico ꝙ est absentia fallacium amicoruꝫ E
Isti enim licet in prosperitate sint felices. In aduersi-
tate tñ semper sunt absentes. Isti sunt similes hirun-
dinibus qui tñmō veniunt in vere ⁊ in estate: quādo
tempus est serenum: ⁊ quando fructus abundāt. Sed
in hyeme quando ventus frigidus ⁊ pluuie instant ⁊
terra fructibus est nudata: tunc taliter se absentant ꝙ
non possunt inueniri. Sic vere falsi amici: quando p
speritas inest: ⁊ quādo in terra. i. in homine possunt
inueniri fructus diuitiarum lucrū ⁊ emolumentum
tūc vere ipsi veniūt ⁊ se presentant ⁊ optime inueniū-
tur. Sed pro certo si tēpus hyemis. i. tribulationis ad
uenerit si cōtingat hominē tribulationū frigoribꝰ infe
stari: ⁊ fructibus diuitiarū per pauptatē nudari. tunc
pro certo ipsi absentant se: nec amplius vident̃ vel in-
ueniuntur. qr̄ si habueris conuiuet tecum: si nihil ha-
bueris derelinquet te. Eccli. xij. Absens iquit corpore
Et de hoc Eccli. xxvij. Nō enim eos capies qñ longe
abest. effugit eñ sicut caprea de laqueo. ¶ Tertio di-
co ꝙ est absentia mordaciuꝫ detractoꝝ: qr̄ vere isti qñ f
volūt male iudicare et alijs detrahere ⁊ mordere: ipsi
querunt absentiā ⁊ nō presentiā. Similes ranis q̄ in
absentia coaxāt ⁊ clamāt. Sed qñ hō venit in presen-
tia nihil dicūt. Sic detractor in absentia loquit̃. sed si
hominē i presentia viderit nihil dicit. Uñ q̄libet talis
pōt dicere illud. j. Cor. vj. Ego aūt absens corpore pre
sens aūt spiritu iā iudicaui eū. Tales eñ pessima iudi
cia dicunt

cia dicūt de hominib⁹. Ideo de istis dr̄ Prouerbi.xix. Parata sūt derisorib⁹ iudicia. Est igit̄ absētia mordaciū detractor. ¶ Quarto dico q̄ ē absentia vagātiū clericor. q.s. quidā sunt ecclesiastici qui a suis beneficijs cōtinue sunt absentes et ex ira sine cā rationabili sunt vagantes. similes cicadis q̄ in estate qn̄.s. fruct⁹ abundant inueniunt̄ ⁊ cantantes in arborib⁹ audiūtur. sed in hyeme nūq̄ reperiunt̄. sic isti solū tempore recipiendor fructuū in suis ecclesijs sunt presentes ⁊ qn̄q3 etiā ibidē psallētes ⁊ dn̄o seruientes. Alijs vo tēporibus qn̄ nihil possunt recipere sunt absentes: sicut de canonicis secularib⁹ summe patet. Et pro certo talis absentia est mala. Constat em̄ q̄ in absentia prelati vel curati populus faciliter labit̄ ad iniqua: sicut apparuit i moyse qui q̄uis esset absens ex iusta causa populus tn̄ ipso absente idolatriā incurrit. sicut dicitur Exo.xxxij. Sic vere absente prelato subditi incurrunt qn̄q3 hereses ⁊ peccata. Gen.xliij.ca. Ipso absente nō audemus videre faciem viri. Patet igitur q̄ est quadruplex absentia. Sed vide infra in multis locis sicut tabula te conducet. ¶ De isto vero verbo. Absit quid scilicet dependet abesse possumus notare: q̄ cū absit sit verbū detestatiuū ⁊ cuiusdam displicētie execrabiliter ostensiuum nos possumus dicere per absit quod a nobis est detestanda

Iniusticia.
Immūdicia
Idolatria.
Auaricia.
Vana gloria.
Adulatio seu blādicia.

De iniusticia dr̄ Gen.xviij. Absit a te vt rem hāc facias ⁊ occidas iustū cū impio. De imūdicia seu luxuria dr̄.j.Cor.vj. tolles ergo mēbrū xp̄i facies mēbrū meretric absit. ¶ Itē de idolatria dr̄ Josue.xxiiij. Absit a nobis vt derelinquam⁹ dn̄m ⁊ seruiam⁹ dijs alienis. ¶ Itē de auaricia dr̄.j.Parat.xl. Absit vt in cōspectu dei mei hoc faciā ⁊ sanguinem istor virorum bibā. ¶ Itē de vana gloria.ij.Cor.xj. Mihi autē absit gloriari. ¶ De adulatione vero dr̄ Job.xvij. Absit a me vt iustos vos iudicem ⁊c.

Absorbere idem est q̄ deglutire: ⁊ deuorare ⁊ et accipit̄ vt communiter p voracitate ⁊ insatiabilitate. Vn̄ nota. q̄ absorbere est cōe morti auaro ⁊ inferno. Absorbet em̄ mors humanam conditionē: absorbet auarus pauperū possessionē. Absorbet infernus malor cōgregationē. ¶ Dico igitur primo q̄ mors absorbet humanam cōditionē. q2 sicut mare absorbet oīa flumina nec implet̄. sic mors omia corpora. vn̄.j.Cor.xv Mortale absorbet̄. vide infra de morte vbi multa. Absorbet igitur mors cōditionē humanā. ¶ Scd̄o dico q̄ absorbet auarus possessionē terrenā. Est em̄ i mari quoddā periculū qd̄ dicit̄ caribdis: qui est locus pfūdissim⁹ qui cōtinue aquas absorbet. imo etiā naues q̄ in mari circumiacentes sunt et pisces ⁊ alia circūiacentia: per istā voraginē absorbentur ⁊ iterū certis horis per eam emittunt̄. Et ideo scientes naute periculū ad eūdē nullatenus appropinquant. Tales p certo sunt auari. q2 vere ipsi volunt absorbere ⁊ deuorare q̄cquid est iuxta eos. q2.s. Auarus prata vineas domos ⁊ alia vicinor bōa vult absorbere rapere attrahere ⁊ sibi accumulare. ipsa tn̄ in morte euomit ⁊ emittit ⁊ remanet vacuus ⁊ inanis. Iuxta illud Job.xx. Diuitias quas deuorabat euomet ⁊ de ventre eius extrahet eas deus. Et ideo p certo periculū est iuxta illas scillas. i. iuxta tales insatiabiles incedere ⁊ morari. Ideo possunt cōqueri pauperes: ⁊ dicere illud Hie.lj. Absorbuit me quasi draco impleuit vētrem suū teneritudine mea. Auari em̄ ⁊ cupidi absorbent hodie p auariciā ⁊ ambitionem quicquid habēt alij iuxta ipsos: qui dico ad modū draconum sunt per cōcupiscentiā inflāmati. ⁊ ventrē suum. i. suā domum et sua interiora implēt teneritudine aliena. i. bonis ⁊ diuitijs vicinorū. ¶ Ecce igitur q̄ auari absorbēt diui-
B tias alienas triplici ratione.s. Vt satient voluntatē. Draco inquit. Vt amplient ventrē. Implent ventrem suū. Vt satient voluptatē. Quia volūt habere teneritudinē. Volūt igit̄ volūtatem satiare. Draco inquit: Est igitur draco animal calidissimū ⁊ ita inflāmati ardoris q̄ anhelitus suus aerē inflāmat. ita q̄ ignē videt̄ spirare. Et propter hoc p siti hmōi tpanda. Draco p mare ⁊ flumina gradit̄ vt absorbēdo aquā sitis tpet̄. Vere tales sunt auari. quia vere isti sunt ardentissimi per auariciā. ita q̄ aerē. i. patriā circūiacentē p exactiones vsuras ⁊ rapinas destruunt: dissipant: depauperant ⁊ inflāmāt. Ignē em̄ rapine ⁊ excoriationis semper emittere cōsueuerūt. Sūt em̄ ita per ambitionem et auariciā sitibundi: q̄ aquas. i. diuitias q̄ more aque cito pefluunt attrahūt rapiūt ⁊ absorbent. vt sic sitim sue auaricie satient: tēperent ⁊ refrenēt: qd̄ tn̄ impossibile est: q2 sicut dicitur. Prouer.xxx. Venter impiorū insatiabilis. Iste aūt ardor insatiabilis absorbendi figuratus est Job.xl. vbi dicit̄ de vehemoth bestia insaturabili. i. de diabolo. Absorbebit iquit fluuiū ⁊ nō mirabitur. habet em̄ fiduciā q̄ fluat iordanis in os eius q2 auari bestiales ⁊ diabolici absorbent hodie fluuiū id est: diuitias seu mūdanā prosperitatē que semper est in fluxu ⁊ refluxu. vt.s. satient suā cupiditatē quod tamen nō fit. q2 dato q̄ ipsi habeāt magnum fluuiū. i. maximā copiā diuitiarū. ipsi tn̄ de hoc nō mirant̄. immo semper cupiūt ad maiora ⁊ sperant q̄ iordanis. i. omnis alior abundantia influat in eisdem. Quia fm̄ Sene. Hoc habet pessimū cupiditas: q̄ non respicit vnde veniat. sed quo vadat. hō em̄ auarus ⁊ ingratus non aduertit vnde venerit.s. ex qua humili plebe: vel infimo statu vel exuli cōceptione et natiuitate. Sed vere semp habet oculū quo tēdat: q2 semp sperat aliqd amplius acquirere et gradū scandere altiorē. isti sunt igitur dracones insatiabiles. Ideo cuilibet taliū pōt dici illud Ezech.xxxj. Leoni gentiū assimilaui te ⁊ draconi qui est in mari: assimilātur em̄ leoni per crudelitatē draconi: q2 sunt i mari. idest i amaritudine p solitudinē ⁊ fluctuositatē. Volunt igit̄ isti absorbitores voluntarie satiare. Draco absorbuit iquit. vnde isti vident̄ dicere illd̄ Esa.xlj. Dissipabo ⁊ absorbebo simul. ¶ Itē isti absorbent: q2 volunt facultatem ampliare. Impleuit inquit vētrē suū. i. domū suā ⁊ interiora sua volunt implere diuitijs alienis. Sanguisuga sugēdo et absorbēdo attrahit sanguinē alienū. Sic vere auari absorbēt per auariciā: vsurā: rapinā. diuitias alior vt ventrē suum. i. domū ⁊ hospitiū impleant ⁊ augmētant. Figurati p illū leprosum Luce.xv. Qui cupiebat implere ventrē suum de micis q̄ cadebāt de mensa diuitis. Mensa em̄ mali diuitis. i. dyaboli est mundus mice huius mēse sunt bona huius mūdi: q̄ p certo nō sunt nisi modice mice quedā parue reliqe: q̄s cupit absorbere ⁊ quibus desiderat se replere cupida mens auaror. Absorbēt igitur isti diuitias. q2 volūt facultatē ampliare. Iuxta illud ps. Impleta est terra. i. auar⁹ possessione sua.s.o pauper. Abacuc.j. Bibent oēs gētes iugit̄ ⁊ absorbebunt. ¶ Tertio q2 volūt voluptatē satiare teneritudine inqt mea. q2.s. cibos teneros molles ⁊ delicatos volūt habere. Et hoc multi delicias absorbēt vt tandē delicijs possint vti. Sicut em̄ videm⁹ q̄ capre in arborib⁹ eligunt partē teneriorē. Sic vere diuites in isto mūdo eligūt illud qd̄ est tenerū et delicatū. Vnde de istis delicatis dr̄ Abd̄.ij. Bibent et absorbebunt ⁊ erūt quasi non sint. vn̄ dr̄ Hester.xv. Pre delicijs ⁊ nimia teneritudine corpus ferre non sustinens. Et sic igitur patet q̄ est quedā absorbitio auari-
cie. ⁊ q̄ absorbet auarus possessionē terrenā. ¶ Scd̄o C
principaliter dico q̄ absorbet infernus insanā cōgregationē. i. societatē oīu malor. Infernus em̄ absorbet et deuorat oēs malos. vbi nota. Qd̄ ifern⁹ est similis ceruo: q̄ cū narib⁹ absorbet serpētes de cauernis suis et ipsos māducat: vt dicit Isido. Sic vere dyabol⁹ absorbet peccatores serpētinos fallaces ac venenosos de cauernis hui⁹ mūdi, vt ipsos in vtero suo. i. in interiorib⁹ inferni deglutiat ⁊ transportet. Ideo in persona dei iudicantis et inferni recipientis pōt exponi illud

Esa.xlij. Tacui semper silui patiēs fui quasi pariens loquar dissipabo ⁊ absorbebo simul desertos faciam montes excelsos ⁊ colles ⁊ germē eoꝝ exsiccabo. De⁹ eñ charissimi in vita ista multū patiens est tacet ⁊ silet nō exercet strepitū iusticie. nec punit quēlibet delinquētē qꝛ sicut dicitur.ij. Pe.ij. Patienter expectat deus nolens aliquē perire. Sed ꝓ certo in die iudicij loquetur in modum mulieris pariētis.s. rigide ⁊ austere dicēs. Ite maledicti in ignē eternū. Mat.xxv. Et ibi ꝓ certo dissipabit exsiccabit ⁊ absorbebit.i. ab inferno absorberi mādabit simul ī vna massa miseros pec-
D catores. ¶ Ibi etiam desertos faciet tria genera malignoꝝ. videlicet. Per inuidiam inflatos. Quia sicut mōtes. Per supbiā elatos. Et isti sunt colles. Per luxuriā ligatos. Et isti sunt germina. Absorbenť igitur illi qui inflati sunt per inuidiā. Inuidia eñ facit hominē tumidum ⁊ inflatū. Montes inquit qui scꝫ in se sūt tumidi: ⁊ etiā qñq ꝯtinēt in se ignē. Sic inuidi ita inflati sunt ꝙ qñq vix pñt dicere verbū. Ita scꝫ in corde suo ꝑ inuidiā sunt ardentes Eccli.xl. In vētre impij ignis ardebit. Scut igitur qñq terremotus cōcutit mōtes ⁊ ꝟm Sene. facit eos sub terra in vastis specubus absorberi. Sic vere terremotus diuini iudicij istos in inferno sub terra facit absorberi. ⁊ in loco miserie ⁊ luto fecis recludi. Et isti fuerūt figurati per illum dathā ⁊ abyron. Nūe.xvj. Qui iuidi sup moysen et aaron seruis dñi voluerunt sacerdotiū vsurpare. et ad mandatū moysi noluerūt venire: ⁊ ideo aperta est terra. ⁊ absorbuit eos ⁊ descenderūt ad infernū viuentes. Reuera patres charissimi tales inuidi sunt hodie multi in ecclesia. Nā si aaron ad sacerdotiū idest aliqua bona ꝑsona ad aliquod bonū ꝓmoueať: statiꝫ aderūt dathā ⁊ abyron.i. detractores inuidi ⁊ oblocutores supbi ⁊ ꝯtradictores: qui etiā Moysi.i. prelato iusto ⁊ bono obediētia cōtēnūt ꝙ quidē indignantur qñ alius preter ipsos ad officiū ꝓmoueť. Et isti dicūtur dathā qđ interꝑtať donū sufficiēs. Et abyron qđ interꝑtatur pr̄ murmurās.q.s. tales qui videť eē p̄ res ratione autoritatis ⁊ tñ sunt murmuratores rōne iniquitatis ⁊ mordacitatis sunt sufficientes ꝙ ipi dyabolo ꝑpetuo sunt dotati. Et iō terra ipsos finaliter absorbebit vñ in p̄s. Apta est terra ⁊ deglutiuit dathan et operuit sup cōgregationē abyron. Isti igitur sunt mōtes scꝫ tumidi ꝑ inuidiā. Ideo dꝛ. Exod.xix. Totus mōs synai fumigabat. Isti eñ hñt intus ignē inuidie abscōditū. q eos stimulat ⁊ cōburit. ideo fumū detractionis blsphemāt ⁊ diffamatiōis ꝯtra illos fulmināt et emittūt. vnde de tali igne inuidie pōt exponi illud Nūeri.xj. Orauit Moyses ⁊ absorpt⁹ est ignis. Absorbet igiť infern⁹ illos qui ꝑ inuidiā sunt inflati. Montes inquit. qꝛ.s. mōs est locus tumidus ⁊ inflat⁹. Iteꝫ absorbet infern⁹ illos q ꝑ superbiā sunt elati. Excelsos inqt colles Collis eñ excelsus a valle est remot⁹ ventis ⁊ flatib⁹ expositus ⁊ sursum in aere sublimat⁹ fit aūt talis collis excelsus qñq ꝓpter ventū inclusum: qui terrā sursum eleuat ⁊ facit vnū magnū collē finaliter cū terra rūpiť ⁊ vētus exit ⁊ sic totus collis ille interi⁹ absorbeť: sicut ꝯsuetū est fieri in terremotu. Sic vere charissimi. qñ vētus supbie ⁊ vanitatis includitur in homine: ipe ꝓ certo efficiť altus ⁊ exclusus in sua reputatione. Sed vere qñ terra.i. corp⁹ suū rūpiť per mortē. tūc ventus vanitatis qui ipsum eleuabat deficit ⁊ ipse absorbeť ꝙtū ad aīam inferius in inferno Et hoc fuit figuratū Nume.xj. vbi diciť. Nā accēsus ē quidā ignis maxim⁹ qui cōburebat filios israel. Sed ad preceptū ⁊ orationē moysi ignis ille absorptus ē a terra. Ignis charissimi qui semp sursum ascendit: signat supbos qui semp volūt alijs p̄esse ⁊ p̄eminere. et alios per rapinā ⁊ crudelitatē comburere ⁊ ardere: Et ideo tales in vita ista cōburūt infestāt cruciāt ⁊ affligunt per suas exactiones filios israel.i. subditos ⁊ vicinos simplices atq iustos. Sic vere finaliter isti absorbebunť infra terrā inferi⁹ in inferno. Ideo isti sunt de quib⁹ diciť Deuť.xj. Quos aperto ore terra absorbuit. Colles inqt excelsos. Et đ hoc pōt dici illud Abacuc.iij. Incuruati sunt colles mūdi.i. alti ⁊ supbi: q.s. in morte in inferno incuruanť. Absorbenť igiť illi qui per superbiam sunt elati. ¶ Tertio absorbenť illi qui etiā per molliciē sunt roborati.s. deliciosi qui nomine germinis intelligūtur: germē inquit qꝛ sicut germen et tenerū ⁊ molle est: sic deliciosi sunt teneri ⁊ molles. nullūq possunt laboreꝫ penitentie sustinere. Et sicut videmus ꝙ talia germina faciliter desiccantur absorbentur ⁊ annihilanť gelu.s. vel calore. sic vere qñ frigus vel tēpestas eterne dānationis euenerit. Quādo etiā calor.i. ardor mortis ⁊ diuini iudicij irruerit: tūc talia germina tales molles deliciosi ⁊ luxuriosi siccabunť absorbebuntur ⁊ annihilabunť.s. in inferno. vñ Abacuc.iij.ca. Abscondeť de ouili pecus ⁊ non erit germen in vineis. Illi eñ qui sunt pecus per carnis luxuriā ⁊ petulātias: illi q sunt germen ꝑ teneritudinē ⁊ delicias. Illi dico abscindenť per mortē tꝑalē ⁊ eternam de ouili.i. de cōgregatione alioꝝ cōsimiliū. ⁊ de vinea mūdane prosperitatis penitus auferenť. Et hoc fuit figuratū. Apoc.xij. vbi dꝛ. Nā terra aperuit os suuꝫ et absorbuit vnū fluuiū qui seqbať vnā mulierē vt attraheret eā. qui quidē fluui⁹ de ore vnius draconis fuerat editus ⁊ emissus. Sic vere charissimi terra absorbebit inferius in inferno illos qui sunt fluuij.i. fluxibiles ⁊ deliciosi. ⁊ illos qui sequūtur mulieres.s. illos qui sunt incōtinētes ⁊ luxuriosi quos.s. draco.i. dyabolus ab ore sue praue suggestionis euomit ⁊ emittit ad sua mala opera facienda. Iō de absorbitiōe taliū pōt dici illud.j. Coꝝ.xv. Absorbeať illud quod mortale est Et sic patet ꝙ actus absorbendi est cōmunis in inferno pariter ⁊ auaro.

Absoluere. Absolutio.

Prima signat malitiam istoꝝ: ⁊ de tali acie intelligit̄ illa laus spōse. Cañ.vj. Pulcra es ⁊ decora filia irl'm terribilis vt castroꝝ acies ordinata. Acies ei iustoꝝ dʒ eē pulcra ꝑ honestatē terribilis ꝑ vite singularitatē vł ꝑ audacie strēnuitatē ordinata ꝑ prudētiā ⁊ trāq̄llitatē. Scđa ē acies maloꝝ q̇.s. militāt ꝯtra bonos.j. Re.iiij. Instruxerūt philistei aciē ꝯtra isrł. Tertia ē militia demonū ⁊ vitioꝝ q̇.s. ordināt acies suas ꝯtra aīam xp̄ianā.ij. Re.x. Dixerūt aciē syri ꝯtra dauid ⁊ pugnauerūt ꝯtra eū. Et no. ꝙ.j. Paralip.xviij. dr̄ ꝙ rex isrł vulneratus in acie ꝯtra suos. dicit aurige. Educ me de acie qr̄ vulnerat⁹ suʒ: qr̄ reuera i ista acie mł'ti reges isrł. i. multi iusti aliquot tētatiōib⁹ vulnerant̄. Quarta ē acies āgeloꝝ vn̄ de ista ē illa de q̄.s. dictū ē. Terribił vt castro

rum acies ordinata. Terribilis enim est scilicet demo
nibus cōtra quos ipsi pugnant et illud vide in alijs ti
tulis de bello et congregatione.

Acetum. Cum acetum sit res acra et mordica
tiua incisiua et vulneratiua purgati
ua et mundificatiua. Possumus notare ꝙ per acetū
potest omnis asperitas denotari siue bona fuerit siue
mala et sic dico ꝙ per acetum potest intelligi. Com=
passio dominice passionis. Contritio mentis affectio
nis. Afflictio mūdi tribulatiōis. Detractio acris mur
murationis. Destructio future damnationis. ¶ De
passiōe em̄ dicit̄ cuilibet anime deuote illud Ruth. ij.
Accede huc ꝛ intinge buccellam tuā in aceto. Et cete=
ra vide in tabula quia valde pauce sunt autoritates.

A **Accidere.** Accidens. Nota ꝙ accidens dr̄ il=
lud ſm logicos qđ adest vel abest ꝑ=
ter subiecti corruptionem. In scriptura aūt accidēs dr̄
quicquid quacunqꝫ causa precedente contingit eueni
re et sic accidere idem est qđ cōtingere vel euenire. Et
potissime in scriptura refertur ad infortunia ꝛ ad ca=
sus qui subito ꝛ ex insperato succedunt. Ueruntamen
ad hoc aduertendum: quia vbicunqꝫ ponit̄ accidens
in scriptura semper accipitur in malo et signat infor=
tunium vel iacturam. Et ideo qꝛ nescitur ad quē finē
talia accidētia immittunt̄ vel ex qua causa ex dei pro=
uidentia ꝑmittuntur merito qn̄ accidunt a prudenti=
bus metuuntur. Ista est enim veritas qꝛ sicut ista ac=
cidentia et iste impressiones temporum que hic quo=
tidie accidunt proueniūt vt communiter ex influentia
celestiū corpoꝝ ꝛ stellarū ſm Arist. ꝛ astrologos sic ve
re accidentia infortunioꝝ ꝓueniūt ex occulta influ=
entia ꝛ prouidentia ordinationis ꝛ ꝓuidentie dei ꝛ ex
ministerio angeloꝝ sicut em̄ dicit Hiero. Omnia pro
uidentia dei aguntur ꝛ qđ creditur esse pena medici=
na est: quia ergo scire possumus ꝙ talia accidētia ab
eterna lege ꝓueniunt ideo nullus debet de eis dole=
re sed ea poti⁹ equanimiter sustinere iuxta illud Pro
uer. xij. Nō cōtristabit iustū quicquid ei acciderit. Ex
emplo Aaron qui videns duos filios suos ex casu cō=
bustos corā dn̄o nō legitur cōtra deū murmurasse: ſꝫ
audito ꝙ a dn̄o ꝓcesserat in patientia tacuisse ꝛ solū=
modo hoc dixisse. Leui. x. Mihi aūt accidit qđ vides.
vn̄ Seneca in quadā epistola dicit ꝙ sapiēs superio=
ribus obediet fortune cōtumaciter resistet deū sequet̄
casum feret. Aduerte tn̄ ꝙ ſm ꝙ video ꝙ aliqua sunt
accidētia q̄ substātiā ꝑficiūt aliqua q̄ substātiā infi=
ciūt aliqua q̄ substātiā destruūt ꝛ afficiūt ſm hec ego
possum notare ꝙ est dare loquēdo spūaliter. Accidēs
mirabilis nature. Accidens damnabilis mixture. Ac
B cidēs tristabilis iacture. ¶ Primū accidēs signat xp̄i
incarnationem nunꝙ em̄ res ita mirabilis accidit in
hoc mundo. Istud em̄ fuit illud ꝓdigiū seu illud acci=
dens mirabile de quo facit Pli. mentionē. d. s. li. xij. c.
xxj. ꝙ sub papirio ꝛ cecilio cōsulib⁹ nocte accidit ꝙ lu
mē de celo ita fulsit ac si eēt verissime clara dies. Aliđ
ēt accidit vt ait ꝙ clipeus ardēs ab occasu ad ortum
visus est transcurrere sub Uarrone ꝛ Mario cōsulib⁹
Reuera tale accidens apparuit ꝙ illud lumen celeste
qđ illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū
sc3 dei filius benedictus in media nocte ſm aliquos.
mundi ꝛ carnis tenebras ingressus est ita ꝙ tunc mū
dum ꝑ fidem illuminauit ꝛ erroꝝ tenebras effugauit
ps. Nox sicut dies illuminabitur ꝛ Esa. ix. Populus
gētiū q̄ ambulabat in tenebris vidit lucē magnā. Ipse
em̄ fuit clipeus ardens clipeus dico ꝑ defensionē ar=
dens ꝛ flām̄as per dilectionē qꝛ sicut dr̄ Hebre. v. Ser
mo dn̄i ignitus clipe⁹ est oībus sperātibus in se. Iste
em̄ clipeus ꝑ beatā incarnationē visus est ꝑ mundum
transcurrere ꝛ de loco ad locū corꝑaliter transire vt sic
nos posset a nr̄is spūalibus hostib⁹ liberare. De isto
ergo accidens figuratū Apo. xviij. vbi vidit angelum
descendentē de celo et terra illuminata est a maiesta=
te eius. Ideo de isto accidenti mirabili possumus di=
cere illud .j. Regum. x. Quenā res accidit filio Cis. q.
dicat mirabilis. Et nota ꝙ humana natura xp̄i pro=
prie dicit̄ accidēs: qꝛ sc3 ꝑ modū accidentis in substā
tia fuit humanitatis dependentia in verbi supposito
determinata istud est accidens mirabilis nature qđ
signat xp̄i incarnationem. ¶ Secundo est accidens C
damnabilis mixture qđ signat peccati cōmissionem
sicut em̄ videm⁹ ꝙ accidētia quandoqꝫ corrūpūt sub
stantiam sicut patet ꝙ calor accidētalis quādoqꝫ cor
rumpit naturalem patet de febre de qua homo morit̄
vel in vino qn̄ per calorē acessit. Sic vere dico ꝙ quā=
doqꝫ accidit homini calor accidentalis ꝛ malus id est
concupiscentia carnalis vel mundialis q̄ pro certo ꝑ
diuersa peccata calorem naturalem sc3 charitatem ꝛ
gratiam corrumpit et hominem malum et acetosum
facit qđ bene figuratum fuit. ij. Reg. xvj. vbi dr̄ ꝙ ac
cidit vt surgeret dauid de stratu suo post meridiem ꝛ
deambulās in solario vidit bethsabee se lauantem ex
aduerso in solario domus sue qui statim cōcupiuit eā
et postea impregnauit et tandem virum suum occasio
ne ipsius interfecit. Reuera tale accidens sepe cōtin=
git homini post meridiem enim mundane prosperita
tis qn̄ quis surgit de statu .i. de statu infime pauperta
tis sepe accidit ꝙ calor accidentalis .i. carnalis cōcu=
piscentia in ipso nascit̄ ꝑ quā adulteria et homicidia
ꝑagit ꝛ sic calor charitatis ꝛ grē in eo dissipatur Gen.
xl. Accidit vt peccarent duo. ¶ Tertio dico ꝙ est acci
dens terribilis iacture qđ signat grauem tribulationē
sicut em̄ qn̄qꝫ accidit de nube fulmen ꝓrumpere ꝑ qđ
cōtingit vicinā patriā tribulari. Sic vere quotidie a
nube superioris diuine latentis iusticie ꝛ prouidentie
quotidie accidunt ꝛ veniūt fulmina infortuniorum q̄
turbāt hoīes ꝛ molestant. Sic em̄ dicit Pli. li. xij. ca.
de ꝓdigiosis pluuijs qn̄qꝫ accidit ꝙ a nubibus plue=
bat lac: sanguis: caro: lana: ferrum: lateres: lapides: si=
cut exēplificat ibidē quo tꝑe singula euenerūt: qꝛ pro
certo a nubib⁹ .i. a dei occulta ordinatione qn̄qꝫ diuer
sa accidunt in hoc mundo: qꝛ sc3 iste nobis pluit car=
nes id est eucharistiam ꝛ ꝓpriū corp⁹ in sacramento
ps. Pluit illis sicut puluerē carnes. Itē lac et lanā .i.
dulcedinē tꝑalis ꝓsperitatis ps. Pluit illis manna
ad manducandū ꝛ alibi. Qui dat niuē sicut lanā. Itē
ferrum lateres ꝛ lapides id est duriciā infortunioꝝ et
aduersitatis. iiij. Re. vj. Accidit ꝙ caderet ferrū de ma
manubrio. Et breuiter ista est veritas ꝙ ista infortu=
nia quo ad nos videntur accidentia ꝛ a casu sine cau
sa venientia apud deū ista sunt ordinata ꝛ certa ꝛ qua=
dam eterna lege ꝛ dei ordinatione emanantia sicut he
rege achab legit̄ .ij. Paral. xviij. ꝙ deus ordinauerat
ipsum occidendū in prelio ꝛ tn̄ ibi dr̄ ꝙ accidit ꝙ vn⁹
in incertū iaciens sagittā percussit regē ex qua sc3 per
cussione mortuus est vespere. Ibi ergo fuit certitudo
ex parte dei ordinātis. Casus vero ꝛ accidens ex parte
militis in incertū iacientis sed proculdubio fatui non
cōsiderant ista: qꝛ .s. accidentia talia nō credūt ex cau=
sis diuinis ꝛ ꝓpter pctā nostra procedere cū tn̄ scri=
ptum sit. Quicquid mali patimur peccata nr̄a merue
rūt. Et ideo reprehenditur Eccli. v. c. vbi dr̄. Ne dixeris
peccaui ꝛ qđ accidit mihi triste de⁹ em̄ est patiēs red=
ditor. Sicut legit̄ de vno q̄ mouebat aliū ad deieran=
dū dicēs ꝙ ipse pluries deierauerat nec vnꝙ ei malū
acciderat vox xp̄o de celo audita est. falsum est inquit
qꝛ ꝓpter primū periuriū dom⁹ tua cōbusta est ꝓpter
secundū oculū ꝑdidisti et adhuc restat tibi maior in=
teritus. Sic ergo patet quomodo accidēs pōt accipi
tribus modis vide infra de Aduenire et de fortuna ꝛ
hec sufficiant ꝛc.

Accidia. Nota ꝙ accidia est quidā animi tor=
por quo quis negligit bona inchoare
ꝛ fastidit inchoata perficere sicut dicit Bern. in quo=
dam sermone et sic possumus notare ꝙ istud est vici=
um mirabiliter detestandū. Uicia enim que sunt con
tra naturam sunt plus ceteris fugienda. Cum igitur
natura

natura ad hoc fecit hominem vt laboraret sicut dr Job. v. Homo nascitur ad laborē. Restat q accidia est cōtra naturā: et ideo fugiēda. Istud bn videbant percepisse romani: de quib9 dicit Aug. li. iiij. ca. xvj. de ciui. dei q multos deos q̄ credebant impellere hoīes ad motū receperūt in ciuitate romani et eos inter deos publicos. s. inter illos deos q̄ curā reipublice habebāt templis eoꝝ cōstructis in roma cū diligētia coluerūt. Verūtamē dea quies in vrbe nō fuit recepta: sed extra vrbē tēplū ipsius est cōstructū: noluerūt eñ aliquē deū habere secū q̄ posset quietē aut desidiā procurare: nec propter laborē deditū eneruare. Si igit romani populū pigrū habere nolebāt multofortius dñs odit eos: et de ciuitate paradisi eijci eos facit: quietēq corporis et accidie valde spernit. vñ prouerbioꝝ. xxij. De diligētibus dicit. Vidisti hoīem velocē in opere suo corā regibus stabit. Et ideo Grego. in glo. sup Exo. xij. dicit sic. Nemo in hui9 vite itinere torpeat ne in patria locū pdat. Et aduerte q accidia seu pigricia debet horrerī: qr proculdubio Accidia.

B Mentē indurat. Visum obscurat. Aurem obturat. Damna pcurat.

Dico q accidia mētē idurat qr. s. hō negligēs et piger dissuescens ab exercitio virtuoso paulatim induratur in malo a quo finaliter nō mutat. sicut eñ a fide dignis audiui. In lotoringia est vnus fons q̄ in hyeme fluit in estate siccatur: sed in hyeme qñ fluit aqua est limpida et serena. in estate vo quādo cessat fluere vel currere aqua mutat in vnuz lapidē qui omni anno extrahit ab incolis: vt rediēte hyeme fluat aqua: sic vere est de multis: qr. s. q̄diu currunt et fluūt. i. q̄diu laborāt et bonis exercitijs intendūt sicut in hyeme. i. in tribulationib9 tēpore facere solēt tādiu dico in puritate cōscientie persistūt qñ vero a fluxu et motu exercitij p accidiam desistunt sicut. s. in estate psperitatis solitū est fieri apud multos tunc paulatim per malas cōsuetudines indurescunt ita q per obstinationē in deuotione finaliter lapis fiūt. figurati in Nabal fatuo sed diuite. j. Regū xxv. De quo dicit ibidē. q emortuū est cor eius intrinsecus et factū est quasi lapis. Et ista nō solū sunt vera de induratiōe volūtatis circa moralia. imo etiā de induratiōe intellect9 et igenij circa intellectiua. Vñ de instructiōe nouicioꝝ dicit. Hugo. q si exercitio igenia in artibus: et brachia in corporib9 irrigescūt. pt3 igit q accidia mentē indurat. Secundo dico. q accidia visum obscurat: Cōstat eñ q visu intellect9 et clare cognitionis obtundit qñ hō per studiū vel exercitiū nō mouet. lorice eñ et alia arma ferrea per motū et cōtractionē clarificātur et splendēt. Per quietē vero rubiginātur et fetent Sic vere ingenia mētis speculatio per exercitiū et motū diligētia illuminant Per accidiā vero ebetant et p desidiā obscurant. Vñ Cassiodo. in epla Natura humana ocijs ebetat. duris aūt laborib9 erudit. Vñ etiā Seneca in epla. Nō refert vtrū studiū obmittas vel intermittas. igitur accidia visum obscurat. Tertio dico. q accidia aurē obturat: Cōstat eni3 q accidiosi et desides raro volūt audire verbū dei vel monitionem cuiuslibet viri iusti: non vult eñ audire qd dicitur quia timet non posse facere quod iubetur. Vnde Senec. in epistola. lxxij. Non putant desidiosi ab alijs posse fieri quod ipsi facere non possunt. Ex infirmitate enim sua de virtute alioꝝ ferunt sententiā. Nam ad hec atq imbecilles sumus dura et intollerabilia credimus: non quia hec difficilia sunt: sed quia nos fluidi et inermes sumus. vide infra de auro. et de surditate. dic si vis q dormiens nihil audit: sic piger ad nullum bonum intendit. Per dormientem enim intelligitur piger. sicut dicitur Prouer. vj. Vsq quo piger dormis. Et Prouerbio. xix. Pigritudo immittat soporem. acci dia igitur aurem obturat. Quarto dico q accidia damna procurat. Constat enim q desidiosi incurrunt Damna.

Corporalia. Temporalia. Spiritalia. Et eterna.

Incurrūt dico dāna corporalia. qr corpus faciliter infirmat qñ p accidiā torpens cōgruis exercitijs nō mouet. Item pcurat damna tpalia. qr. s. q per pigriciā inoluit solet paupertati succūbere nec dilatur. Vnde Prouer. xxj. Omnis autē piger in egestate est. Itē procurat damna spiritalia. qui. s. per accidiam incurrunt multa mala peccata. Sextalis enim serpens est in motu tardissimus est tamē mirabiliter venenosus q̄uis multis coloribus sit depictus. Sic vere illi qui sunt tardi et desidiosi: sunt pre alijs viciosi et per diuersa crimina venenosi q̄uis isti pre ceteris sint qñq in conuersatione multi coloris. vnde Sen. in prouer. In mille facinoꝝ furias mens ociosa dūcur rit. Item procurat damna eternalia. quia sicut dicit Bern. in sermone quodam. Ociositas est mater nugarum nouerca virtutum virtū suffocatrix. superbie nutrix. gehenne procuratrix patet igitur quomodo accidia mala procurat. mentem obscurat. indurat et c. transeo quia pauce sunt autoritates Vide de ocio. pigro. dormire. somno. quiete et c.

Achimaas. Interpretat fratris mei onus vl fratris mei assumptio. Fuit aūt sacerdos dñi comes fuge Dauid et exilij. qui. s. currens per compendium et victoriam sociorum dauid nunciauit eidem. Cauit tamen bene qr de morte absalon noluit facere mentionem. sciebat enim q super hoc rex doleret. Igitur iste sacerdos significare potest bonū pdicatorē. qui. s. onus fratris debet dici. pro eo q onus pnie fratribus suis. i. alijs. xpianis imponit. et fratris etiā assumptio dicitur. pro eo q alij christiani ad grāz et gloriā per eū assumūtur. ps. Domini est assumptio nostra et sancti israel regis nostri. Iste igitur dauid xp3 per imitationem in suis tribulationibus comitatur. Iste currens per compendiū penitētie victoriam sanctorum protestatur. Iste etiā de morte Absalonis tacet qr. s. magis ad misericordiā q ad iusticiā iclinat9 de peccatorū mortib9 et de alioꝝ infortunijs nō letat Ezec. xviij. Nolo mortem peccatoris. sed vt cōuertat et viuat

Actio. Actiuus. Actiua vita vide infra de agere. de operari et de facere. et etiam vide post agere vbi ponitur. A

Accingere. Idem est quod preparari. circundari et muniri. Et accipitur vt cōmuniter pro preparatione et munitione armorū. Vnde nota q est accingi diuinum. et accingi humanum. Deus enim accingitur potentie magnitudine. ps. Accingis potentia qui conturbas profundum maris et sonum fluctuum eius. Homo vero accingitur virtuali fortitudine. Prouerbi. xxxj. Accinxit fortitudine lumbos suos. Dicamus igitur aliquia de accinctione virtutum qua scilicet iusti contra demones accinguntur Sicut enim videmus milites accingunt se armis suis vt semper sint parati defendere se. Sic vere spiritualiter homo debet accingi virtutibus et gratijs vt ad impugnandum hostes spirituales continue sit paratus Iuxta illud quod dicitur in ps. Accingere gladiu3 tuū super femur tuum potentissime Et precipue per accinctionem in scriptura communiter intelligitur armatura penitentie qua homo armatur et accingitur contra carnem vt sic de quolibet posset dici illud. iiij. Re. j. Vir pilosus occurrit nobis zona pellicea accinctus renibus. In quibus verbis ostenditur q homo debet accingi Stabilitatis fortitudine Vir. Sedulitatis pmptitudine. occurrit. Mortalitatis mestitudie. pellicea Charitatis amicitia pilosus. Castitatis continentia. zona. Voluptatis temperantia. Accinctus renibus.

B Debes igitur accingi et armari fortitudine firmitatis. vir inquit habens dimicare cum forti pugile. strennuo et experto. necesse habet q sit armis et viribus pmunitus Sicut videmus q quia elephas h3 dimicare cōtra draconē. ideo necesse est q sit animal fortissimū Quia etiam leo h3 dimicare contra pardum. ideo necesse est q fortitudine sit munitus quia breuiter tāto

vnũ ꝯtrariũ dꝫ eſſe fortiꝰ quãto fortiori ꝯtrario obijcit.
Et ideo chariſſimi. qꝛ nos habemus fortiſſimũ cõtra-
F riũ. ſ. dyabolũ. qꝛ ſicut dr̄ Job. xj. Nõ eſt poteſtas ſuper
terrã q̄ cõparet ei qui factꝰ vt nullũ timeret qꝛ. ſ. iſte eſt
draco fortiſſimꝰ rex ſerpentũ. Bene dico ꝙ neceſſe eſt
ꝙ fortitudine virtute ⁊ cõſtantia ſimus accincti pari-
ter ⁊ armati vir inquit. qui. ſ. debemꝰ eſſe viri. i. viriles
virtuoſi vigiles et vigoroſi. Ideo dicit Job. xxxviij. Ac-
cinge ſicut vir lumbos tuos. Et iſtud ꝓculdubio ē ho
die cõtra multos qui nõ virtuoſi ſed vicioſi. Nõ vigo-
roſi ſed deſidioſi. Nõ ſunt in fortitudine glorioſi ſꝫ ma
gis in laſſitudine debilitati ⁊ meſticia defectuoſi. ⁊ iõ
iſti nõ viri ſed mulieres merito poſſunt dici. ⁊ hoc ma
xime verũ eſt de mollibus ⁊ delicioſis principibꝰ ⁊ pre
latis qui nihil agũt. ſed omne opus eorũ imperfectum
eſt ⁊ muliebre. Eſa. iij. Populũ meũ exactores ſui ſpo-
liauerunt mulieres dominate ſunt ei. Et ideo videt ꝙ
moderni eccleſiaſtici nõ ſunt viri. i. virtuoſi. ſed viri. i.
virides teneri ⁊ delicioſi. vel viri. i. virulenti atqꝫ vene-
noſi. Et ideo videtur ꝙ tales fuerunt figurati. j. Reg.
xvij. Egreſſus eſt vir ſpurius de caſtris philiſtinorum
nomine goliad de geth. altitudinis ſex cubitorũ arma
tus armis ereis qui exprobrabat agmen iſrael. Sed fi
naliter dauid ꝓiecit cõtra ipm̄ lapidẽ cũ funda ⁊ iter
fecit eum: Reuera chariſſimi tales viri ſpurij ſunt ho
die multi in eccleſia ſancta dei. qꝛ. ſ. iſti nõ ſunt a legiti
mo viro eccleſie. ſ. a xp̄o geniti vel ꝓmoti per debitam
promotionẽ vel vocationẽ. immo vere a dyabolo adul
tero ſunt per ſymoniã vel ꝑ carnis affectũ introducti
in eccleſia vel ꝓmoti. Iſti eni dicunt venire de caſtris
philiſtinorũ qui interpretãt poculo ruẽtes. qꝛ vere iſti
ſunt de ſecta ⁊ de exercitu demonũ qui de empyreo cor
ruerũt. dicunt etiã de geth. qui interpretat opprimẽs:
qꝛ vere mali eccleſiaſtici ſubditos ſuos opprimũt ⁊ in-
feſtant. Iſti etiã pre ceteris ſunt armati ere. i. pecunia
quã ſcꝫ. nõ ceſſant per cupiditatẽ acquirere habẽt etiã
maximã altitudinẽ. ſ. in tẽporali eminẽtia ⁊ habent lã
ceam tẽporalis poteſtatis munitã ferro attrocis cru-
delitatis. Et ideo filijs iſrael. i. bonis ⁊ iuſtis imprope
ria ⁊ iniurias faciũt atqꝫ dicũt qꝛ ſicut dr̄ Eccli. xxxiij.
Cõtra bonũ malũ eſt ⁊ cõtra vitã mors ſic ⁊ cõtra virũ
iuſtũ peccator. Et ideo dauid. i. xp̄s finaliter laxabit cõ
tra iſtos fundã occulte ſue ſententie ⁊ percutiet eos cũ
lapide. i. cũ duricie mortis eterne ipſoſqꝫ deijciet ⁊ proij
ciet. Ideo de talibus põt dici illud. ij. Re. xviij. Egrede
re vir ſanguinum belial reddet tibi deus ſanguinẽ do-
mus Saul qm̄ inuaſiſti regnũ. Talibus eni viris ſan
guinũ ⁊ doloſis. qui vere ⁊ cõmuniter nõ dimidiant di
es ſuos: qui etiam regnum eccleſie ⁊ eccleſiaſtica be-
neficia per ambitionem inuadunt finaliter quando
egrediẽtur a corpore reddet deus ſanguinem. i. penam
vltionem ⁊ vindictam: Non ſic chariſſimi non ſic ſed
ſimus accincti ſtabilitatis fortitudine vir inquit vt ſic
ſint de illis de quibus dicitur. j. Paral. vij. Ibi omnes
accincti ad prelium viri fortiſſimi. ¶ Secundo debe-
mus accingi ſedulitatis promptitudine occurrit. quia
ſ. ita debemus eſſe prompti.

Ad obediendum p̄latis.
Ad cõpatiendũ ſubditis
Ad ſubſequẽdũ ꝓximis

Quia debemus recte occur
rere ⁊ nos ei p̄ñtare. Occur-
rit iquit. j. Macha. x. Occur
rit ei frater eius ſymon in adiutorium. Symon inter-
pretatur audiẽs qꝛ vere ſtatim ꝙ nos audiuimus volũ
tatem prelati ⁊ neceſſitatẽ proximi nos debemꝰ occur
rere ⁊ circa eum ſedule laborare Et nota ꝙ dicit In ad
iutoriũ qꝛ vere omne animal naturaliter diligit ſpeciẽ
ſuam ⁊ vno leſo cetera que ſunt de eadem ſpecie contri
ſtantur occurrunt ⁊ conſolant ſicut patet de porcis ⁊
elephantibus quorum vno clamante ceteri occurrũt
vt adiuuent. Sic vere chariſſimi: nos alij alterum dili
gere ⁊ ipſum in ſuis neceſſitatibus miſerijs ⁊ clamori-
bus adiuuare ⁊ ei obſecrando occurrere ac etiam ob-
uiare Unde Eſa. xxj. Cum panibus occurrite fugienti
Unde etiam cuilibet miſericordi poteſt dici illud ps.

Accingere gladio tuo ſupple ad ſcindendum panem
egenis qđ eſt contra multos qui nec prelatis volũt oc
currere obediendo: nec proximis ſuis ſubueniẽdo. im
mo prelatis ſuis occurrunt ꝑ obſtinationem conſpi-
rationem inobediendo rixando et appellando. Pro-
ximis ſuis etiam occurrunt eos exheredando ⁊ ꝑ vio-
lentiam opprimendo. Figura Exo. xiiij. vbi dicitur fu
gientibus egyptijs occurrerũt aque: que ſcꝫ eos inuol
uerũt et in profundum ſubmerſerũt. Quia vere aque
id eſt fluxibiles peccatores hodie occurrunt egyptijs
nigris id eſt pauperibus et egenis ipſoſqꝫ per rapinas
⁊ extorſiones vſuras ⁊ deceptiones inuoluunt: deſtru
unt ⁊ confundunt. Nõ ſic chariſſimi: ſed accingamur
ſedulitatis promptitudine. ¶ Tertio accigamur mor D
talitatis meſtitudine. Pellicea inqt. Pellis enim que
detrahitur ab animalibus mortuis ſignat memoriaꝫ
mortis qua pro certo nos debemꝰ eſſe accincti ⁊ arma
ti. milites enim quandoqꝫ corijs et pellibus accingun
tur et armantur. Pelles etiam aliquorũ animalium
ſunt medicinales: ſicut pellis ſerpẽtis et pellis leonis
que ſanat emoroydas ſi ſuperſederit patiens vt dicit
Solinus. Sic vere chariſſimi milites chriſti. i. fideles
debẽt eẽ accĩcti et armati pellibus mortuorum id eſt
memoria mortis contra iacula hoſtium id eſt contra
vicia et peccata et maxime cõtra luxuriam et ſuperbi-
am qꝛ vere talis pellis. i. memoriam mortis et morta
litatis noſtre medicinalis eſt contra peccata et maxi
me pellis ſerpentis et leonis id eſt memoria mortis
malorum fallacium crudelium et raptorum qui ſcili-
cet vt communiter male moriuntur. Si quis ſuper ta
libus pellibus ſederit id eſt in talium morte cogitaue
rit tunc emorroide. i. fluxus ſanguinis ⁊ voluptate lu
xurie et alioꝝ vicioꝝ poterit ſanari: qꝛ ſicut dicit Gre.
Nihil adeo valet ad domandum carnis vicia: ſicut co
gitare qualis erit caro moritura. Figura. j. Re. v. ⁊ vj.
ca. de philiſteis qui patiẽtes infirmitatem in mẽbris
pudibundis fecerunt ſibi ſedes pelliceas. Sic vere il
li qui in membris pudibundis id eſt in genitalibus
patiuntur infirmitatem luxurie debent ſibi facere ſe
des pelliceas: quia ſcꝫ ipſi debent ſedere per iugẽ me-
ditationẽ in pellibus mortalitatis humane Exo. xij.
Renes veſtri accingetis calciamenta habebitis in pe
dibus veſtris Calciamenta eñi ſignãt mortis memo
riã qꝛ ſcꝫ ſunt de mortuis animalibꝰ qua ꝓ certo nos
debemꝰ eſſe accincti ⁊ calciati Hiere. vj. Accingere ci
licio ⁊ cõſpergere cinere luctum vnigeniti tibi fac plã
ctum amarũ. Accincti enim debemus eſſe cilicio pe-
nitentie ⁊ aſperitatis cinere id eſt memoria noſtre in-
cinerationis ⁊ mortalitatis luctu etiam amare contri
tionis ⁊ planctu lachrymoſe confeſſionis. Et ſic bene
dico ꝙ nos debemus eſſe accincti mortalitatis meſti
tudine. Pellicea inquit. ¶ Quarto debemꝰ accingi E
amicicia charitatis piloſus inquit: qꝛ ſicut res piloſa
eſt magis calida ſicut patet de foderaturis ſic nos de-
bemus eſſe piloſi id eſt calidi feruentes ⁊ charitatiui
qꝛ. ſ. in amore dei ⁊ ꝓximi debemꝰ eſſe feruentes ⁊ in-
flãmati. Unde Geñ. xxvij. Noſti ꝙ Eſau frater meus
hõ piloſus ſit Eſau eñi interpretat faciens qꝛ vere illi
qui ſunt Eſau facientes ꝑ bonoꝝ operũ executionem
qui ſunt etiam fratres ꝑ vere amicicie executionẽ qui
ſunt etiam homines ꝑ ſapientiam et rationeꝫ tales di
co piloſi ſunt per charitatem et dilectionem. Et ideo
talis accĩctio charitatiua potuit figurari Dañ. x. vbi
ipſe vidit virum vnum veſtitum lineis et renes eiꝰ ac
cincti auro obrizo ꝑ amicicie charitatem. Aurum eñi
qđ rubet et ſplendet charitatẽ ſignat in ſcriptura. Sꝫ
heu ꝓh dolor q̄ꝫ pauci ſunt hodie tales piloſi et fode-
rati armiſqꝫ charitatis accincti homo enim inter ani
malia minus piloſus eſt quia etiam homo naſcit nu-
dus ſine pilis ⁊ cornibus ⁊ ſine alijs munimentis. Et
ꝓ certo chariſſimi multi ſeruãt adhuc ſuam origina-
lem conditionem: qꝛ ſcꝫ nudi ſunt frigidi et congelati.
et foderatura charitatis: alijſqꝫ virtutũ munimentis
priuati

priuati et hoc maxime illi q̇ homines id est rõnales.s.
mundi sapientes ecclesiastici ꝛ alij: qꝛ plusq̄ aīalia .i.
plusq̄ laici ꝛ seculares sunt omnibus gratijs denuda
ti nolunt em̄ acquirere foderaturā virtutū dicētes il=
lud Job.j. Nudus egressus sum de vtero matris mee
nudus reuertar illuc: sed sicut videmus q̄ homo acci
dentaliter ꝛ post originis nuditatē acquirit pilositatē
ꝛ capilloꝝ ornamentū ꝛ vtilitatē. Sic homo q̄q̄ a na
turali origine careat charitate: debet tamen ipsam ac
cidentaliter ꝑ gratiaꝫ ꝓcurare. Figura Geñ.xxvij. vbi
Jacob qui erat lenis ꝛ sine pilis accepit aliunde fode=
raturam.s. de pellib⁹ hedoꝝ quas circūcinxit manib⁹
suis ꝛ sic acquisiuit ꝛ habuit benedictioneꝫ. Sic vere
charissimi foderaturā charitatis si nõ habuerim⁹ de
bem⁹ alibi ꝓcurare ꝛ pellibus.i. exemplis ꝛ cõuersa=
tionib⁹ hedoꝝ .i. sanctoꝝ precedentiū nos inuoluere
ꝛ ꝑ imitationē velare tegere ꝛ vestire ꝛ sic possum⁹ be
nedictionē celestis glorie vendicare. Ideo dr̄.j. Regū
xix. Pellem pilosam capraruꝫ posuit ad caput dauid.
Sim⁹ igit̄ accincti charitatꝭ amicicia pilosus vt sic de
ardore caritatis dicat̄ nobis illud Esa.l. Accendentes
ignem oēs vos accincti flāmis. ¶ Quinto simus accin
cti castitatis continentia qḋ ostenditur cū dr̄. Vir iste
f habebat zonam. Per zonam enim que corp⁹ stringit
intelligitur castitas q̄ corpus a luxuria retrahit ꝛ re=
stringit q̄ ꝓ certo nos esse debemus accincti similes
cuidam lapidi precioso qui dicit̄ Onichin⁹ q̇ aliquan
do īuenitur rubeus aliqn̄ niger sꝑ tn̄ inuenit̄ zonis cā
didis circūcinctus. Sic vere charissimi simus nigri ꝑ
penitentie austeritatꝫ vel per humilitatis vilitatem.
siue sim⁹ rubei ꝑ feruētem charitatē semꝑ tn̄ debem⁹
zonis candidis.i. puritate castitatis circūcingi. Figu=
ra Leui.xvj. vbi dr̄ de sacerdotibus. Tunica linea ci=
darim lineā ꝓponet capiti. Per linū em̄ in scriptura
intelligit̄ candor castitatis et puritatis que reuera in
nos quadruplex debet esse. ¶ Est em̄ castitas mentꝭ
que ꝑ tunicā lineā denotat̄ que.s. interius subtus aliā
vestē solet vestiri sicut cõscientia latitat subtus carnē
Est etiā castitas carnis ꝛ hec significatur ꝑ femoralia
linea que.s. femora ꝛ genitalia operiunt. ¶ Est insuꝑ
castitas cõuersationis ꝛ hec est zona linea que vestes
stringit: qꝛ scꝫ vestes honestatis debent ꝑ charitatem
ornari. ¶ Est etiā castitatis gest⁹ ꝛ hec intelligitur ꝑ
cidarim lineam q̄ caput ornabat. In quo quideꝫ quiqꝫ
sensus corporales vigēt ad denotandū q̄ castitas dꝫ
apparere. in aspectu oculoꝝ: in auditu verboꝝ: in lo=
cutiōe ꝛ gestu ꝛ ceteris similib⁹. Et tali modi accingē
di dr̄ de forti muliere. Prouer.xxj. Accinxit fortitudi=
ne lumbos suos. Et de Samuele.j. Regum.ij. Qḋ mi
nistrabat in templo accinctus ephod lineo. Et istud
ꝓh dolor est cõtra multos q̇ reuera nõ hn̄t istam qua
druplicem castitatē. Aliqui em̄ carēt castitate consci
entie sicut hypocrite q̇ sunt similes cignis q̄ hn̄t plu=
mas exterius albas: carnē aūt interius hn̄t nigrā: sic
isti q̄uis exteri⁹ i apparētia sint albi ꝑ fictā charitatē
interius tn̄ in cõscientia sunt nigri ꝛ corrupti ꝑ luxu=
rie feditatem cõtra quos Math.xxiij. Ve vobis hypo
crite qui mundatis qḋ deforis est. Intus vero repleti
estis rapina ꝛ iniquitate. Itē aliqui nõ hn̄t castitateꝫ
in carne qꝛ sicut videmus. Omnis caro corruperat vi
am suam Genesis.vj. Item castitatem nõ habent in=
honesti aliquando gestus cõuersatione: qꝛ sicut vide=
mus in populo ꝛ in clero in seculo et in claustro et vi=
ri et mulieres portant hodie habitus meretricios et
penitus inhonestos. Aliquando etiam non habēt ho
nestatem in sensuuꝫ cohertione: quia et loquēdo ꝛ au=
diendo et aspiciendo moderni derogant castitati. Et
ideo de ista quadruplici incontinentia opposita qua
druplici castitati potest intelligi illud Ezech.vij. Ve=
nit finis super quattuor plagas terre id est super quat
tuor partes castitatis que per terram frigidam deno=
tatur. Nõ sic charissimi non sic: sed simus accincti ca
stitatis continentia zona.iiij. Reg.iiij. Accinge lūbos

tuos: ꝛ tolle baculū ꝛc. ¶ Sexto debemus accingi vo= G
luptatis temperātia. Accinctis inquit renibus. Per
renes enim intelligitur voluptas ꝛ carnalitas. Iuxta
illud ps̄. Increpuerunt me renes mei: qui pro certo de
bent a nobis per temperantiam accingi: restringi pa
riter ꝛ artari. Figura.iiij. Regū.iiij. Quod quādo He=
lyseus tradidit baculum seruo suo Giesi. ꝛ misit eum
ad suscitandum filium vidue mortuum: ipse precepit
sibi q̄ accingeret lumbos suos. Quia vere charissimi
deus precipit ꝛ mandat q̄ serui sui.i. christiani: ꝛ ma=
xime ecclesiastici quibus ipse tradidit baculum regi=
minis pastoralis: ꝛ qui in mundo sunt missi ad pecca
tores mortuos per gratiā suscitandos sint accincti lū
bos ꝛ per carnalium temperantiam: ꝛ per refrenatio=
nem luxurie ꝛ carnalitatis: qꝛ sm̄ Greg. lumbos enīꝫ
precingimus dum carnis luxuriam per continentiaꝫ
coartamus. Debemus igitur accingi temperantia vo
luptatis. Continentia castitatis. Amicicia caritatis.
Mestitudine mortalitatis. Promptitudine sedulita
tis. ¶ Vir pilosus inquit occurrit nobis zona pellicea H
accinctis renibus. Nota q̄ homo accingit̄ penitentie
asperitate. Constantie virilitate. Leticie iocunditate.
Eminentie dignitate. Verecūdie imbecillitate. Pri=
mo igitur accingitur homo asperitate penitētie. ideo
dicitur.iij. Reg.xx. Accinxerunt saccis lumbos suos.
Hiere.xlix. ꝛ.ij. Macha.iij. Accincte sunt mulieres ci=
licijs. ꝛ Esa.xv.a.b. ꝛ Johel j. Quasi virga accincta sac=
co. ¶ Item accingitur homo constantie virilitate. de
hoc ps̄. Accingere gladio tuo super femur tuum potē
tissime. ꝛ.j. Mach.iij. accingimini filij potētes: ꝛ esto
te parati. Et Geñ.xlix. Gad accinctus preliabitur ante
eum. Et.j. Reg.ij. Infirmi accincti sunt robore. Et.ij.
Reg.xxj.ca. Dauid erat accinctus ense nouo. Et aba
cuc.iij. Ut ascendam ad populum accinctum nostrū.
¶ Tertio est accinctio leticie iocunditate. Vn̄ in ps̄.
Exultatione colles accingentur. ¶ Item accingit̄ hō
eminentie dignitate: sicut sacerdotes paramentis ad
quod faciunt omnes figure suprapposite. Et.ij. Reg.vj
Dauid aūt erat accinctus ephod.s. in dedicatione ar=
che. ¶ Item accingitur hō verecundie imbecillitate.
Esa.viij. Accingite vos ꝛ vincemini.

Accipere.

A Idem est q̄ a se capere: ꝛ ideꝫ est q̄
acquirere. vendicare: acceptare ꝛ si
bi procurare. Nota igitur q̄ duplex est acceptio. acti=
ua scilicet ꝛ passiua: quia scilicet homo accipit ꝛ acci=
pitur. Accipit dico. scilicet quādo homo accipit ꝛ acq̄
rit illa que sunt anime salubria. vel etiam quandoqꝫ
inutilia ꝛ nociua. Unde de acceptione virtutum dici=
tur Judith.xiiij. Accipiat vnusquisqꝫ arma sua.i. gra=
tias ꝛ virtutes. Item homo quandoqꝫ accipit scilicet
ad gloriam temporalem vel eternam. Et sic dico quod
est acceptio passiua duplex scilicet glorie temporalis
scꝫ quando quis accipitur ad aliquam dignitatē. Vn̄
in ps̄. Misit de summo ꝛ accepit me: ꝛ glorie eterna=
lis quando quis acquirit ꝛ accipit: vel etiam accipitur
ad eternam felicitatem. Unde Johannis.xiiij. Veniā
ꝛ accipiam vos ad meipsum. ¶ Item adhuc dico qḋ
est quedam actiua acceptio vituperabilis ꝛ nociua: ꝛ B
hec est quadruplex. scilicet

Munerū personarū.
Rerum alienarum.
Infernaliū penarū.
Judiciū personarū.

Acceptio munerū de qua
dicitur.j. Reg.viij. Accepe
runt munera ꝛ peruerterūt
de qua Rom̄.ij. Non est ꝑ=
sonarum acceptio apud deum. ¶ Rerum alienarum
sicut sunt auari ꝛ raptores qui accipiunt per fraudeꝫ
ꝛ rapinam. De hoc.j. Machabeoruꝫ primo. Accepit
spolia terre egypti. ¶ Item acceptio tormentorum.
Unde Matthei vigesimotertio. Propter quod am=
plius accipietis iudicium. ꝛ Johannis decimonono.
Accipite eum vos ꝛ crucifigite. De istis autem omni=
bus non omnia sed aliqua prosequamur. ¶ Dicam⁹
de acceptione actiua que est vtilis ꝛ virtuosa. Est igit̄
accipe idē q̄ grāꝫ acq̄rere. ¶ Videmus em̄ q̄ oē qḋ ē

nititur naturaliter accipere τ acquirere illud quod est
sibi p sius perfectiuũ nutritiuum τ allectiuum. Sicut
enim videm⁹ de accipitre q̃ est auis clari visus alti vo
latus τ audacis motus τ appetitus qui dicitur accipi
ter ab accipiendo eo ꝙ accipiendo predam suam dili
genter circũspicit τ attendit. Sic vere charissimi nos
alijs ꝓ posse nr̃o debem⁹ accipere τ acquirere predas
nostrã scʒ gratiã τ virtutes: que reuera sunt anime nu
trimenta ꝑfectiones τ oblectamẽta et sic dicemur ac-
cipitres ab accipiendo: τ maxime si fuerim⁹ ad modũ
accipitris clari visus ꝑ discretionẽ alti volat⁹ ꝑ cõte-
plationem audacis appetitus ꝑ constantiã et perfe-
ctionẽ. Et ideo de illis gratijs τ virtutibus que homo
precipue debet acquirere et accipere põt exponi illud
Exodi. xxv. ca. vbi nominant᷑ illa que fuerũt a Moyse
accepta a populo ad tabernaculũ federis construen-
dum: vbi dicitur. Ista sunt que accipere debetis. Aurũ
et argentũ et es iacinctum purpuram coccum bistin-
ctuʒ et bissum. Ecce igitur in ista figura multe gratie
et virtutes quas nos debem⁹ accipere τ acquirere ad
hoc ꝙ mens nostra efficiatur tabernaculũ τ habita-
tio regis xp̄i. Debemus em̄ accipere Sapientie fulgo
rem. Aurum. Eloquẽtie dulcorem. Argentũ. Penitẽ-
tie valorẽ. Es. Apparentie nitorem. Jacinctũ. Amici-
cie feruorem. Coccũ. Continentie candorem. Bissum
D ¶ Debemus primo accipere fulgorem sapientie. Aurũ
Per aurũ enim qd̾ pre ceteris metallis plus splẽdet
τ qd̾ ꝑm Isid̾. inter colores τ metalla obtinet principa
tum. Intelligit᷑ sapiẽtia atq; discretio circumspecta. q̃
et splendorẽ honestatis continet τ valorem toti⁹ bo-
nitatis. Ista em̄ inter alias v̾tutes est principalior: q2
oẽs alie. per eam regulantur cõponuntur et etiã ordi-
nantur. Et sicut aurũ est medicinale quid τ v̾tuosũʒ
q2 ꝑm platearium aurum habet virtutẽ confortatiuam
superfluorũ a corpore abstersiuam sincopis curatiuaʒ
et lepre preseruatiuã. Sic vere sapientia diuina ratio
et discretio est anime medicinalis q2 scʒ ꝑ istã despera
ti cõfortantur superflua id est diuitie absterguntur τ lar
giuntur sincopis que est timor cordis. i. remorsus con
sciẽtie mitigat᷑ lepra. i. peccatũ luxurie preseruat᷑: et si-
cut aurũ habet soliditatẽ ductibilitatẽ τ ruboris for-
mositatẽ. Sic vere sapientia τ discretio semp hʒ anne
xam soliditatẽ constantie ductibilitatem obedientie
rubrositatem charitatis τ amicicie. Et ideo consulit
scriptura Apoc. iij. Suadeo tibi emere aurũ ignitum
probatũ vt locuples fias τ nõ appareat confusio tua.
Aurũ em̄ diuine sapientie est ignitũ ꝑ annexam cha-
ritatem ꝓbatum ꝑ amotã falsitatẽ preseruat a confu
sione eterne dãnationis. Inducit locupletationeʒ su-
perne possessionis. Et sic igit᷑ debem⁹ habere fulgorẽ
sapientie aurũ. Et ideo ista acceptio sapiẽtie fuit figu
rata Apoc. x. vbi dr̃. Accepi librũ de manu angeli τ de-
uoraui et erat in ore meo tãꝙ mel dulce τ cũ deuoras-
sem eũ amaricat⁹ est venter me⁹. Charissimi. Angel⁹
iste signat xp̄m q̃ dr̃ angelus testamenti. Malachie.
iij. q̃ librum sacre scripture τ diuine sapientie continet
atq; portat q2 sicut dr̃ Col. ij. Iste est in quo omnes sũt
thesauri sapiẽtie abscõditi librũ igit᷑ scripture τ sapiẽ-
tie debem⁹ accipere τ recipere ꝑ humilitatẽ τ deuotio
nẽ ipsum deuorare ꝑ studiũ lectionẽ τ meditationem
τ inueniemus eum dulcẽ sicut mel ꝑ ꝓmissionis cõso
lationem amarũ aũt cordi ꝑ certo ꝑ dãnatõis cõmina
tionẽ ideo de tali acceptione dr̃ Prouer. viij. Accipite
disciplinã meã τ nõ pecuniã τ doctrinã magis ꝙ the
saurũ eligite. Accipite igit᷑ sapiẽtie fulgorẽ Aurũ inq̃t
E ¶ Scd̾o accipiam⁹ dulcorẽ eloquẽtie argentum. Ar-
gentum em̄ dulcissime sonat colorem candidum por-
tat balsamum optime reseruat et iaspidis virtutẽ iu-
uat. Nam vt dicit Isid̾ τ dias. Jaspis plus valet in ar-
gẽto ꝙ auro. Balsam⁹ aũt in vase argẽteo melius re
seruatur. Reuera charissimi tale argentũ debem⁹ ac
cipere et acquirere: quia scilicet dulcissime debemus
sonare per eloquẽtie benignitatẽ quia scilicet tempe-
rate et ordinate ac moderare dulciter ac amicabiliter
debemus ꝓferre verba nostra ꝑm ꝑsone τ negocij q̃li
tatem nã ꝑm Cassio. sup ps. lxxiij. Eloquẽs est ille qui
scit pua summisse magna granditer τ media dicere tẽ
perate qui scit inuenire preclare annunciare magni-
fice aperte disponere: varie figurare. Et in isto argẽto
balsam⁹ diuine gratie melius reseruatur et iaspis di
uine scientie plus valet proficit τ reputatur. Ideo dici
tur Prouer. x. Argentũ electum lingua iusti q2 ꝑm ps.
Eloquia domini eloquia casta argẽtũ igne examina-
tũ probatũ terre purgatũ septuplũ. Et istud est hodie
cõtra multos ad quos ꝑtinet habere argentũ eloquẽ
tie docendo τ ꝑdicando vel ex statu sicut sunt mendi-
cantes religiosi vel ex officio sicut sunt prelati quorũ
tamen multi qui nec aurum accipiunt nec argentum
nec sapientiã nec eloquẽtiã profitent᷑: sed magis igno
rantiam et infacundie ruditatem. Unde quilibet po
test dicere illud Act. iij. Argentũ et aurum non est mi
hi. Unde de ista acceptione eloquẽtie põt dici illud. j.
Macha. xj. Accepit Jonathas argẽtum et aurũ τ ve-
stem τ abijt. Jonatas enim interpretatur columba si-
gnãs: q2 viri simplices τ benigni auro sapientie argẽ-
to eloquẽtie τ veste spũalis apparẽtie sunt muniti τ ac
cedere ad regem xp̄m pre alijs digni. Aduerte tamen
ꝓdolor ꝙ quidã bene accipiunt argentum non pro-
culdubio inꝙtuʒ signat pecuniã τc. Vide infra de ar-
gento τ de mun⁹. iiij. Reg. iij. Nunc autẽ accepisti ar
gentuʒ τ vestes accepisti vt emas oliueta τc. sed lepra
Naaman adherebit tibi. Non sic charissimi sed acci-
piamus et acquiramus dulcorem eloquentie argen-
tum. ¶ Tertio accipiamus valorem penitentie es
inquit. Per es em̄ qd̾ ꝑm plate. si combustũ fuerit ha f
bet virtutẽ dissoluendi: consumendi vulnera purgan
di: oculos abstergẽdi τ carnes superfluas corrodẽdi τ
eas crescere nõ permittendi intelligitur virtus peni-
tentie q2 vere si igne diuini amor᷑ fuerit adusta tũc ve
re multiplicẽ habet valorem. Dissoluit em̄ ꝑ contritio
nem purgat ꝑ confessionẽ consumit per satisfactionẽ
oculos mentis abstergit per claram discretionẽ. Car-
nes superfluas id est carnes voluptatis destruit ꝑ ab-
stinentiã τ carnis macerationem. Et sanitatem spũa-
lem inducit ꝑ virtut᷑ restaurationem. τ ideo acceptio
et susceptio amare penitentie nobis figuraliter innui
tur Mathei. j. Noli inquit timere accipere Mariam
cõiugẽ tuam. Maria enim id est amara penitẽtia de-
bet esse coniunx nostra nobiscũ copulata τ coniuncta
eiusq; amaram prosperitatem non debemus formida
re vl' timere q2 sicut dicitur Job. vj. Qui timet pruinã
veniet super eum nix. Pruina enim que d̾ terra venit
est penitẽtia temporalis quã qui timuerit et accipere
neglexerit nix que de celo venit id est pena eterna a ce
lesti sentẽtia inflicta super eũ veniet τ descendet. Pa
ueant igitur deliciosi qui nullam volunt penitentiaʒ
sustinere quia vere bene possunt eterne pene miseriaʒ
expectare. Quia sicut dicit᷑ Luce. xiij. Nisi penitentiaʒ
egeritis omnes simul peribitis. Es inquit et ideo ho-
mines penitentes possunt figurari Exo. xxvij. vbi do
min⁹ preceperat moysi ꝙ ipse faceret altare de lignis
Sethim qd̾ erat incremabile lignum et imputribile:
τ ꝙ operiret illud ere et ꝙ haberet tres cubitos in al-
titudine τ tres i latitudine q̃drãgulis et ꝙ ibi faceret
vnam craticulam in modum rethis que ligna concre
manda sustineret ꝙ etiam ibi faceret anulos in angu
lis eius quibus portaret᷑ et ꝙ faceret ad ministerium
eius vasa quibus cineres τ ignis reciperẽtur forcipes
τ forciunculus τ ꝙ oia essent erea vectes etiam duos
de lignis sethim opertos laminis ereis quibus posi-
tis in anulis altare portaretur et debebat eẽ ꝯcauum
intrinsecus τ non solidum sed inane sicut dicit᷑ Leui.
vj. Ignis in altari meo semp debebat ardere charissi-
mi per altare illud põt intelligi vir penitens et etiaʒ q̃
cunq; ꝑfectus in quo deberent deo hostie bonorũ ope
rũ immolari. Iste debet esse de lignis sethim ꝑ virtu-
tem ꝑseuerãtie

tem perseuerãtie qꝛ nec aquis luxurie nec igne auari-
cie debet putrefieri vel cremari. Iste debet operiri ere
i. virtute penitẽtie iuxta illud Deuť.xxxiij. Ferrum et
es calcimentũ eiꝰ. Iste debet esse quadrus ꝑ quattu-
oꝛ virtutes cardinales. Habet etiam tres cubitos in
altitudine hi sunt. Spes: fides: charitas. Item tres in
latitudine hi sunt. Contritio: confessio: ⁊ satisfactio.
Iste debet habere craticulã. hec est virtus patientie: q̃
ligna id est tribulationes sustinet atqꝫ poꝛtat. Itez iste
debet habere anulos volubiles. i. volubilitatẽ obediẽ
tie. Item vectes ad eũ poꝛtãdũ. i. virtutẽ spei ⁊ fiducie.
Debet etiaz habere vasa ad ministeriũ suũ scꝫ vas ad
ignem continendum. hec est virtus affectionis ⁊ ami
cicie in qua ignis debet ardere ꝑpetue charitatis. De
bet etiã habere vas ad cineres recolligendum hec est
memoꝛia moꝛtis ⁊ cõsideratio que cineres moꝛtalita-
tis recolligit et reseruat. Debet etiam esse concauus
ꝑ humilitatem nõ solidus que erant instrumenta ad
accipiendum carnes ꝑ quod intelligo cõpassionem ⁊
pietatẽ q̃ carnem ꝓximi accipit tanꝙ̃ suam ⁊ omnia
ista debent esse erea vł'ere opta ꝑ anneraz penitentiã
⁊ asperitatez q̃ per es sicut dictũ est designať. Ideo de
homine penitente põt dici illud Deu.viij. Cuius la-
pides ferrũ sunt ⁊ de cuius montibus eris metalla fo-
diunť. lapides eñ ecclesie. i. inferioꝛes debẽt esse ferrũ
ꝑ constãtie firmitatẽ ⁊ habere es. i. penitẽtie asperita-
tez. Ideo de perfectis viris dꝛ Job.xxxviij. Nunq̇d ma
nus tua opata est celos q̃ solidissimi quasi ere firma-
ti sunt. Unde de acceptione penitentie põt dici illud
Apo.iij. In mente habe qualiter acceperis et audieris
G ⁊ ſua ⁊ penitẽtias age. Debemus igiť accipere valoꝛẽ
es. ¶ Quarto nitoꝛẽ apparẽtie. hyacincthũ inq̇t. Per
hyacincthũ eñ qui coloꝛẽ hꝫ celestiũ itelligiť celestis
apparẽtia ⁊ conuersatio que in nobis debet precipue
prelucere. Juxta illud Hiere.x. hyacincthꝰ ⁊ purpura
indumentũ eoꝝ. figura Exo.xxv. vbi precipiť ꝙ ipsi ac
cipiãt pelles hyacicthinas ad operiẽdũ tabernaculuꝫ
qꝛ vero pellis et opertura nostra. i. exterioꝛ cõuersatio
dꝫ esse hyacincthina. i. spũalis ⁊ celestis Philˀ.iij. Cõ-
uersatio nostra in celis est. Nõ est cõtra multos quoꝝ
cõuersatio nõ est celestis sed terrestris nõ honesta. sꝫ
molesta nõ modesta sꝫ moꝛtifera aliјs vel funesta. Et
potissime tales sunt luxurioſi qꝛ leuis ⁊ insolens con-
uersatio taliũ nõ est celestis nec spũalis: sed potiꝰ san
guinea vel carnalis nigra turpis inficiens et letalis.
Unde sicut videmꝰ ꝙ pix q̃ nascitur alba ꝓpter ignis
decoctionẽ tandẽ efficiť nigra digitos maculans cõ-
tingentis. Sic vere multi sunt ꝙuis in principio ha-
beant albam. i. puram ⁊ honestã conuersationẽ qñqꝫ
tñ accidit ꝙ in igne luxurie et carnalitatis coquũtur
tunc nigri coloꝛis infamis et turpis ⁊ infectiue con-
uersationis efficiuntur aliosqꝫ per sua mala exempla
dicta ⁊ facta inficiunt ⁊ coꝛrumpũt. vnde ipsi possunt
dicere illud Treñ.v. Pellis nr̃a sicut clibanus exusta
est. Isti igitur non accipiunt bonam conuersationem
sed malam. figurati per Anthiochum.j. Macha.j.
Qui accepit spolia terre egypti: qꝛ scilicet isti accipiũt
spolia id est conuersationem egyptiacam nigram feti
dam ⁊ coꝛruptã. Egiptij eñ declinanť ad nigredinez.
Et ideo de ista acceptione cõuersationis honeste põt
dici illud Exoď.xxviij. Accipiunt auruꝫ ⁊ hyacincthũ
⁊ purpuraꝫ coccumqꝫ bis tinctum et bissum. De istis
autem quattuoꝛ coloꝛibꝰ vide infra. Patet igiť ꝙ nos
debemus accipere apparentie nitoꝛem penitentie va
loꝛem eloquentie dulcoꝛem sapientie splendoꝛẽ ⁊ fac
paragraphos de residuo autoꝛitatis et dic ita dicitur
Exoď.xxv. He sunt inquit que accipere debetis sequi-
tur purpuram coccum bis tinctum et bissum vbi ostẽ
ditur ꝙ nos debemꝰ accipere. Patientie vigoꝛẽ. Pur
puram. Amicicie feruoꝛem. Coccum. Continentie can-
doꝛem. Bissum. Accipiamus igitur vigoꝛem patien-
tie qui per purpurã denotať qui est coloꝛ roseaceꝰ: qꝛ
sicut rosa tanti est vigoꝛis ꝙ quantoplus teriť tanto-
plus fragrat. Sic vere ꝟtus patiẽtie tante est ꝑfectio
nis ꝙ quãtomagis ꝑ tribulationes teriť tanto in ro-
boꝛe constantie foꝛtius cõualescit. Purpurã igitur de
bemus accipere. i. patientie firmitatem qđ est contra
multos qui aliquid volũt in patientia sustinere simi-
les camelis q̇ gibbũ poꝛtant super doꝛsa quoꝝ consue
tudo talis est ꝙ si magister coꝝ paulopłꝰ solito ipsos
oneret vel vltra consuetuꝫ terminũ eos ducat ipsi ex
toto resistunt onusqꝫ reijciunt ⁊ repellũt vt dicit Isiď.
⁊ Pli. Sic vere sunt multi q̇ si a magistro et p̄lato suo
aliquo graui vel difficili p̄cepto plus solito onerentur
ipsi statim impatientia moti ꝑ obstinationẽ ⁊ inobe-
diẽtiã totaliter resistũt ⁊ ꝑ desperationez totũ onꝰ in-
iũctum reijciũt ⁊ dimitũt. ⁊ maxie sunt tales illi q̇ poꝛ
tant gibbum. i. inflaturã suꝑbie ⁊ vanitatis. Uñ Hie
re.ij. A seculo cõfregisti iugum rupisti vincula dixisti
nõ seruiam. Non sic sed habeamus patientie vigoꝛez
Purpuraꝫ inquit. Unde Johis.xix. Exiuit Jesus poꝛ-
tans spineam coꝛonam et purpureum vestimentum.
Hõ enim qui habet purpureum vestimentum id est
virtutem patientie faciliter poꝛtat ⁊ sustinet spineam
coꝛonam id est asperitatem penitentie. Debemꝰ igi-
tur accipere vigoꝛem penitẽtie. Purpuram. Unde pa
tiens est ille qui dicit in ps. Calicem salutaris accipi-
am ⁊ nomen domini inuocabo. ¶ Secundo debemꝰ I
accipere ardoꝛẽ amicicie que desigãtur ꝑ coccũ bis ti
ctũ q est coloꝛ igneus ⁊ ardẽs ꝑ quem ardoꝛ ⁊ igneitas
charitatis notať q̃. s. nos debemus erga deũ ⁊ ꝓximũ
inflammari ⁊ ideo dꝛ. Coccus bis tinctus ꝓpter binã
dei ⁊ ꝓximi charitatẽ vnde cuilibet viro charitatiuo
põt dici illud Ezech.xxvij. Secretum ⁊ coccũ ꝓposue-
runt in mercato tuo id est in conscientia tua. Et hoc
est contra multos qui nec dei nec proximi habẽt amo
rem immo pleni sunt odio inuidia ⁊ rancoꝛe. Iste eñ
coccus id est coloꝛ rubeus qui nobis precipitur accipi
dicitur coccꝰ bis tinctus ad notãduꝫ ꝙ erat coloꝛ in
tense flãmeus: ardens: igneus ⁊ rubicũdus qđ signat
ꝙ amoꝛ noster debet esse firmus feruens: verus. inte-
ger ⁊ ꝑfectus. Sed vere istum coccum hñt hodie mul
ti multum male tinctum ⁊ multum superficialiter et
imperfecte illi scilicet qui tantum amant in proſperis
⁊ non in aduersis illi qui amant hominẽ non propter
se sed ꝓpter sua. Illi qui amãt non veraciter sed appa
renter. Sic est eñ de amoꝛe sicut de caloꝛe: sic est eniꝫ
ꝙ caloꝛ exterioꝛ facit euapoꝛare ⁊ moꝛtificari caloꝛem
interioꝛẽ naturalem sicut ptꝫ in aceto vbi caloꝛ exte-
rioꝛis rumpit ⁊ moꝛtificat caloꝛem substãtie interio-
ris ⁊ sic illud qđ erat vinum efficitur acetuꝫ. Illud qđ
erat calidum ⁊ humidum efficitur frigidum ⁊ siccum.
Sic vere charissimi contingit hodie ꝙ multi habent
tantum caloꝛem ⁊ ardoꝛem exterius quantum ad bo
na tempoꝛalia vel exterius id est in fallaci apparẽtia
ꝙ interius in substãtia id est in cõscientia remanent
frigidi ꝑ indeuotionẽ ⁊ sicci per incompassionẽ sicut
ptꝫ de illis qui auariciam diligunt exterius mũdi bo-
na. q̇ reuera interius per verũ coꝛdis amoꝛẽ non dilli
gũt: nec ꝓximũ: neqꝫ deum qꝛ q̇ dicit se amare deuꝫ et
mandata eius nõ custodit mendax est ⁊ veritas in eo
non est. j. Johis.ij. Coccum inquit bis tinctuꝫ. Unde
Nume.xix. precipitur ꝙ sacerdos coccum bis tinctuꝫ
in ignẽ mittat ad denotandum ꝙ coccus ardoꝛẽ cha-
ritatis designat Exoď.xxviij. Accipient purpurã ⁊ coc
cum bis tinctum. Accipiamus igiť feruoꝛem amicicie
¶ Tertio accipiamꝰ candoꝛem continentie. Bissum
inq̇t. Bissus eñ qui est coloꝛ albissimus ⁊ purissimꝰ H
signat virtutem castitatis q̃ inter ceteras virtutes est
viridioꝛ ⁊ purioꝛ ⁊ deo ⁊ angelis et etiã hominibꝰ gra
tiosioꝛ. Ideo de casta ꝑsona dicitur. Prouer.xxxj. Bis-
sus ⁊ purpura indumẽtũ eius. Et hoc est cõtra multos
q̇ reuera non habent nec accipiunt castitatis cãdoꝛez
sed carnalitatis fetoꝛem nec puritatis albedinem sed

feditatis nigredinē. nō cōtinentie puritatē sed luxurie
vilitatē. Isti debēt facere cōsiliū Thob. vj. Accipies in
quit virginem cū timore dei. Castitas em̄ est virgo pu
ra munda pulcra ⁊ placida. ⁊ ideo debemꝰ dicere cum
sansone Iudic. xiiij. Hanc accipe mihi q2 placuit ocu
lis meis. sed ecōtra isti faciūt sicut Osee q̇ accepit mu-
lierē meretricē ⁊ fornicariam: Ista est luxuria q̄ cū omi
bus ⁊ secularibꝰ ⁊ religiosis ⁊ maioribꝰ ⁊ minoribꝰ vult
fornicari ⁊ mechari. Non sic charissimi. sed habeamꝰ
bissum purissime castitatis: vt cuilibet possit dicere il
lud Ezec. xvj. Cinxi te bisso. calciaui te iacintho. Acci-
piamus igit̄ candorē castitatis. feruorem charitatis:
⁊ vigorē patiētie ⁊ firmitatis. q2 hec sunt que accipere
debemus. Ista est igitur acceptio actiua ⁊ ꝯmendabi-
lis. ¶ Secuudo dico ꝙ est acceptio passiua que ē mi
rabilis: ⁊ ista est illa qua homo a deo accipitur ⁊ ad di
L uersa per eam ordinat̄ Unde nota ꝙ deus accipit ho-
minē: sicut homo pecuniam de archa sua accipit vt eā
in vsus suos expendat: Sicut aurifaber metallū vt il-
lud diuersimode figetur ⁊ cōponat. Sicut scissor pan
num vt enim scindat. sicut magister discipulū vt euz a
magisterio repellat vel eligat: breuiter enim ista est ve
ritas ꝙ sicut artifex accipit materiaz vt ea vtatur pro
voto ad bonū. s. vel ad malū: Sic deꝰ per suā ordinatio
nem accipit hominem vt de eo vtatur sicut sua creatu
ra: ⁊ vt ipsum trāsformet in aliā formā idest in aliū sta
tuz siue bonuz siue malū ſm dispositionem sue ꝓprie
volūtatis qd̄ bene supponit apl's Roma. ix. vbi ait ꝙ
deus ad modū figuli facit de eadē massa vas i honorē
vas in ꝯtumeliā vt eam beatificet ⁊ coronet q2 reuera
homo qn̄qꝫ a deo accipit̄ ⁊ ad mūdi prelationē vel ad
celi fruitionē ⁊ etiā qn̄qꝫ ad infortunium ⁊ tribulatio-
nem. Ideo dicit dn̄s Ioh. xiiij. Ueniam ⁊ accipiā vos
ad meipsum vbi ostenditur ꝙ deus accipit hominem
M Ut tēporaliter glorificet̄: Ueniam. Accipit̄ igi
Ut eternaliter dānificet̄. Accipiā vos. tur hō vt glo
Ut supnaliter beatificet̄ Uos ad meipꝫ. rificet̄ tpali
ter veniā. Radius solis veniēs ad terrā vapores puros
ibi accipit. vt ipsos sursum eleuet ⁊ exaltet Sic ⁊ ꝓe xp̄s
veniens ad hominē per suā grām ⁊ visitationē. et per
suam specialē vocationē accipit ipsum per electionē ⁊
eū exaltat per ꝓmotionē: maxime si purus ⁊ sanctus
fuerit per vite ⁊ morū perfectionē veniā inquit: Et iō
pōt dicere dn̄s illud Exo. xx. Ueniā ad te ⁊ benedicam
tibi: Sed heu q̄ multi sunt hodie qui non expectant ꝙ
deus veniat ⁊ accipiat ⁊ ꝓmoueat eos: immo vere ipsi
se ingerunt q̄tum possunt ad ecclesiasticas ꝓmotiōes
rea de qua dicitur. Actuũ. xij. Venerũt ad portã ferreã
que ducit ad ciuitatẽ. ¶ Itẽ ad exẽplariũ vigoris: q2. s.
ad bona exempla aliorum semper debemus aspicere.
Prouer. vj. Vade ad formicã o piger ꝛ cõsidera vias
eius ꝛ disce sapientiã. ¶ Itẽ ad ministerium sapiẽtie.
Esa. xlix. Ad oĩa que mittã te ibis. ꝛ oĩa que mãdaue-
ro tibi loqueris ad eos. ¶ Itẽ ad rigatoriũ misericor
die. Thobie. iij. Ad miam venire licebit. ¶ Itẽ ad redu
ctoriũ penitentie. Osee. vj. Venite reuertimini ad do
minũ. Et Joelis. ij. Cõuertimini ad me in toto corde
vestro: in ieiunio ꝛ fletu ꝛc. ¶ Itẽ ad refectoriũ elemo
syne seu beneficientie. vñ ps̃ Oculi mei ad fideles ter
reṽt sedeãt mecũ. ¶ Itẽ ad sapiẽtie magisteriũ. vñ. iij.
Re. x. Veniebant de cũctis populis ad audiendam sa
pientiã salomonis. Bene igitur dico: ꝙ ad multipli
cem bonũ profectũ ꝓficit charitas iuste federata. Ve
g nite inquit. ¶ Scđo dico. ꝙ ad hoc ꝓficit leuitas seu
puritas ere pauperata que ostẽditur cũ dicit̃. Ascẽda
mus. Ascẽdere enim signũ est leuitatis. Ille etiã qui
ascendit terrã ꝛ inferiora dimittit. Ille insuper q̇ sur-
sum vult ascendere: debet seipsum a põderibus expe
dire. Ista aũt oĩa facit paupertas spũalis: quia scꝫ ista
onera terrenorũ bonoꝝ cõtẽnit ꝛ abdicat. ꝛ ideo men
tem leuẽ ꝛ liberã faciens ad profectum bonorũ opeꝝ
ipsum parat. Ascendamus inquit. vñ Act. iij. Petrus
ꝛ Johãnes ascenderũt in templũ ad horã oratiõis no
nam. Sequitur aũt ꝙ Petrus dixit. Argentũ ꝛ aurũ
nõ est mihi. Igitur ad ꝓfectũ virtutũ ꝓficit puritas
h ere pauperata. Ascẽdamus inquit. ¶ Tertio dico ꝙ
ad hoc ꝓficit bonitas sursum cõspicata. Ad montem
inquit. Mõs enim paradisum designat cuius bona
trahunt ad ꝓfectum: sicut enim ait Grego. Conside
ratio premij minuit vim flagelli. ꝛ isto citius excitatur
ad cursum q̇ ante se videt brauiũ. Et ideo brauiuꝫ seu
premiũ cursorum in altũ ponitur: vt ad illud cõtenti⁹
concurratur. Istud igit̃ celeste munus sui preciosita-
te debet nos trahere: vt ad illud per virtutes debeat
quilibet festinare. Pone exemplũ de gruibus que al
te ascendũt vt videat ad quas partes debeant trãsuo
lare. Pone etiã quomõ hyrũdines ꝛ alie quedã aues
omni anno transuolant ad pabula meliora. Sic vere ꝛ
nos debemus ꝑ ꝓfectũ bonoꝝ operũ trãsuolare: ꝛ sur
sum in spei altitudine consistere: vt ad pascua melio-
ra scꝫ ad gloriã paradisi que promittit̃: possimus effi
caciter anhelare. Ad montẽ inquit. Mons enim alte
cõuersationis ꝛ sublimis cõtemplationis est ascẽdẽ
dus. ꝛ exinde fructus eterne glorie speculãdus. Figu
ra de Helya: qui in solitudine cibi sumpti ambulauit
vsqꝫ ad montẽ dei. Et dr̃ ibi ꝙ in mõte vidit dñm trãs-
euntẽ: sicut ptꝫ. iij. Reg. xix. q2 scꝫ q̇ in fortitudine cibi
gratie doctrine vel eucharistie ad montẽ contempla-
tionis seu perfectionis tendit: dñm ibi inuenit: ꝛ cele
ste mun⁹ ꝛ premiũ circũspicit ad qđ currit: vñ dñs di
cit Exođ. xvij. Ascende ad me in montẽ. Igitur ad pro-
fectũ virtutum ꝓficit bonitas sursum conspicata.
¶ Quarto dico. ꝙ ad istum virtuosuꝫ profectũ profi-
i cit deitas pie supplicata. Dñi inquit. Dñs eñi quãdo
benigniter manũ ad mitẽ porrigit: vt ad eũ per bona
opera trãscurrat̃. Nauis eñi ad portũ non peruenit:
nisi quãdo ventus ipsum excitat ꝛ impellit. ferrũ etiã
ad magnetẽ nõ vadit: nisi q2 ipse lapis influens ipsuꝫ
trahit: solsequiũ etiã nunꝙ̃ ad solẽ se vertit: nisi quia
ipse sol occulte in ipsum influit siue agit. Sic vere lo-
quẽdo moraliter nullus potest ad deũ per bona ope-
ra prosperare: nisi ipsum ipsemet per suã gratiã volue
rit adiuuare: ꝛ ad hoc trahere ꝛ monere. Joh. vj. nemo
venit ad me n. isi pater meus traxerit eũ. Ad istum igi
tur debemus recurrere ꝛ eũ humiliter requirere ꝛ suũ
piũ auxiliũ implorare. ps̃. Ad te leuaui oculos meos
qui habitas in celis. Unde nota ꝙ nos debemus at-
tendere ꝛ per affectionem tendere ad

Eum videndo cõtemplationis spectaculo.
Eum querendum supplicationis oraculo.
Eum gustandũ recreationis poculo.
Eum tenendum amoris ꝛ affectionis cenaculo.
Eum fouendum dilectionis ꝛ cõpassionis roraculo.

¶ Igitur surgamus mentaliter ad deũ videndũ ocu-
lo cõtemplationis. ps̃. Oculi mei semper ad dominũ.
Exemplo aquile q̄ libenter respicit ad solẽ. vnde illud
Ego aũt ad dñꝫ aspiciã. ¶ Itẽ ad deũ q̄rẽdũ vel req̄rẽ
dũ oraculo supplicationis: q2 sicut puer lesus clamã
do venit ad matrẽ: sic hõ tẽtationib⁹ vl' tribulatiõib⁹
debet recurrere ad deũ patrẽ. Exẽplo filij ꝓdigi: Luce.
xv. c. habet̃ q̇ dicebat post famẽ ꝛ miserias quas susti-
nuerat ista verba. Quanti inq̇t mercẽnarij in domo
patris mei abundãt panibus: ego aũt fame pereo: sur
gam ꝛ ibo ad patrẽ meũ. Ideo ꝛ nos similiter dicam⁹
ꝛ ad ipsum per orationẽ clamemus cũ ps̃. Clamabo
ad deũ altissimũ deũ qui bene fecit mihi. Et maxime
q2 iste est qui libenter audit clamãtes ꝛ auxiliuꝫ eius
req̄rẽtes. ps̃. Ad dñm cũ tribularer clamaui ꝛ exaudi
uit me. ¶ Itẽ attẽdamus ad deũ gustandũ pabulo de
uotionis: similes ceruo: qui sitibundus currit ad fon-
tem vbi scit plenitudinẽ aque. Sic ꝛ nos nõ debemus
mundi bona ꝑ cõplacentiã gustare: sed ad deũ qui est
vera satietas aĩe anhelare. ps̃. Quẽadmodum desi-
derat ceruus ad fontes aquarũ: ita desiderat anima
mea ad te deus. Sitiuit aĩa mea ad te deuꝫ ꝛc. vñ ipse
est qui dicit Mat. xj. Venite ad me ꝛ ego reficiã vos.
¶ Item ꝓperemus ad deũ tenendũ cenaculo amoris
ꝛ affectionis. ps̃. Accedite ad eũ ꝛ illuminamini. Et
Joh. vj. Qui venit ad me nõ eijciã foras. ¶ Item debe
mus accedere ad eum fouendo. s. in persona pauperũ
roraculo compassionis. vnde Mat. xxv. Esuriui ꝛ de-
distis mihi manducare. Sequitur. In carcere eram ꝛ
venistis ad me. Sic igitur patet ꝙ de⁹ est affectãdus
ꝛ feruenti desiderio supplicãdus ꝙ totũ ꝓbat preposi
tio ad. dñi inq̇t. ps̃. Clamauerũt ad dñꝫ cũ tribularen
tur: ꝛ de necessitatib⁹ eoꝝ liberauit eos. Dico igit̃ ꝙ
ꝓfectũ ṽtutũ q̇ intelligit̃ ꝑ ad: ꝓficiũt vt visum est.

Deitas supplicata.
Bonitas cõspicata.
Puritas nõ grauata.
Charitas federata.

¶ Que ostẽsa sunt in auto-
ritate ꝓdicta. Venite ascenda
mus ad mõtẽ dñi. Patet igit̃
ꝙ ad: signat scꝫ motũ ṽtualẽ.
¶ Tertio principaliter dico ꝙ ad: signat motũ crimi
k nalẽ. s. affectũ maloꝝ q̇ semꝑ machinant̃ ad malum: ꝛ
semꝑ inclinant̃ ad pctĩn vt cõiter. In fructib⁹ eĩ cedri
sic accidit ꝙ si vnũ putrefieri ꝯtingat: ille corruptus
oẽs alios fruct⁹ facit ad partẽ suã pẽdere ꝛ oẽs ramos
arborꝫ solꝫ ad ꝑtẽ suã inclinare. Sic ṽe qñ fruct⁹ cor
ruptus. i. peccatũ mortale gñat̃ in arbore. i. in corde vl'
in pectore: statim oẽs rami affectionũ ꝛ oẽs fruct⁹ opa
tionũ a rectitudine iusticie flectunt̃ ꝛ ad malũ inclinã
tur. Vñ de tali ad. i. de tali inclinatiõe ꝛ putrefactiõe
maloꝝ põt dici illud. ps̃. Ascendunt vsqꝫ ad celos: de-
scendunt vsqꝫ ad abyssos aĩa eoꝝ in malis tabescebat.
Et nota ꝙ mali inclinantur.

Ad rapacitatem. Auaricie.
Ad fallacitatem. Amicitie.
Ad crudelitatẽ. Iniusticie.

¶ De rapina põt dici
illud. Esa. lvj. Oẽs be-
stie agri venite ad de-
uorãdũ. De auaricia ꝛ ꝯcordia mala taliũ dr̃. Esa. xxx-
iiij. Ibi ꝯgregati sunt milui alter ad alteꝝ. De iniusti-
cia s. ꝛ violẽtia dr̃. Job. xxiiij. Vigilãtesqꝫ ad ꝑdã ꝑparãt
l panẽ liberꝫ. Sic igit̃ dico ꝙ ad: signat motũ crimina-
lẽ. ¶ Quarto dico ꝙ ad: signat locũ infernalem. Iste
enim est terminus cõclusiuus ꝛ finalis ad quẽ omẽs
mali finaliter ꝑueniũt ꝛ attingunt. Sic enim mare est
locus plenus aquis amaris fluctibus ꝛ periculis et
beluis crudelibus ꝛ iniq̄s ad quẽ om̃ia flumina fina-
liter applicãt: sicut ad hospitiũ ꝓpriũ seu domũ. Sic
infernus est locus amarus ꝛ periculosus: ad quem ve
niũt finaliter oẽs flexibiles pctõres. vñ de isto ad. i. de

damnatis dicit illud Hiere.xv. Qui ad mortē ad mortē ꝛ qui ad gladiū ad gladiū. qui ad captiuitatē ad captiuitatē. qui ad famē ad famē. Et visitabo super eos. quattuor species dixit dominꝰ. gladiū ad occisionē: et canes ad lacerādū volatilia ꝛ bestias ad deuorādū Patet igit quō signat terminū infernalē. ¶ Quīto vero dico. ꝙ ad: q̄ſq̄ signat terminū supernalē. s. paradi
M sum. Elemēta enim habent motum suum a centro ad circunferentiam ꝛ ab inferioribus ad superiora. Sic iusti finaliter sursum habent ascendere. ꝛ ad celi circūferentiā declinare. Vñ nota ꝙ beati finalit ascēdūt. s.

Ad locum luminis. Ad locum fluminis. Ad locum culminis. Ad locum numinis.

Ascēdūt inquit ad locū luminis vt cōsolent vñ i ps. Accedite ad eū ꝛ illuminamini: ꝛ facies vestre nō cōfundentur. ¶ Item ad locum fluminis vt satientur vnde xp̄s dicit Joh.vij. Siquis sitit veniat ad me ꝛ bibat ps. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuū ¶ Itē ad locū culminis vt honorentur. Unde sancti possunt dicere illud ps. Trāsibo in locū tabernaculi admirabilis vsq̄ ad domū dei ¶ Itē ad locū numinis vt saluent ꝛ pmient vñ Gen. xxxij. Vidi deū facie ad faciē: ꝛ salua facta est aīa mea: Vñ etiā de isto premio dicit Luc. xx. Omnia parata sunt venite ad nuptias. Patet igitur quomodo ad signat paradisū: infernū peccatū. virtutem ꝛ mortē. Hec sufficiant de ista ppositione ad.

A **Adam.** Not a ꝙ Adā pōt significare multipliciter. Signat enim.

Hominem deiectum. Hominem prefectum. Hominem perfectū. Hominem infectum.

Significat dico p̄rio hominem deiectū. scilicet hominē viatorē. ꝛ mortalem. ¶ Adam enim fuit

De limo creatus. Serpente fraudatus. Labori dicatus. Exilio datus. Adam nominatus. Morti subiugatus.

Sic pcerto homo de sui natura est vilis carneus ꝛ limosus p fragilē cōditionē. Itē a serpēte ꝛ ab vxore. i. a dyabolo ꝛ a carne faciliter decipitur per ptinuā tētationē Item labori ꝛ miserie subijcitur per tribulationē ꝛ afflictionem. Item in exilio deijcitur. s. in mundo per incolatus prolongationem. Item adam proprie dicit propter nominis interpretationē: quia scilicet iste interpretatur terrenus vel indigentia propter materiā de qua est. Et propter alieni soli inhabitationem ꝛ finaliter morti exponitur propter finalē corporis resolutionē. Ideo breuiter quilibet mortalis homo potest dicere illud zacharie. xiij. Homo agricola ego sum: quoniam adam exemplum meum ab adolescentia mea. ¶ Secundo dico. ꝙ adam signat hominem perfectū et maxime ecclesiasticum vel prelatum. Adam fuit.

A deo formatus. Primus hō datus. Bestijs prelatus. Opere grauatus. Custos deputatus. Testis interptatus.

Talis adam est quilibet prelatus bonus: q̄ scʒ a deo cōstituitur. ꝛ nō a carne vel a dyabolo promouetur ps. Ego aūt constitutus sum rex ab eo sup syon primus ꝛ principalis prelatus ꝛ dominꝰ aliorum omnibus subditus preficitur Gen. xxvij. Curuentur ante te filij matris tue esto dn̄s fratrū tuorū. orti ecclesie que terrestris custos ꝛ accola efficitur. Canti. j. Posuerunt me custodem in vineis operibus ꝛ laboribus vigilijs ꝛ sollicitudinibus pre omnibꝰ supponitur exponitur. ps. Exibit homo ad opus suū Et ideo iste testificans interpretatur quia ad testificandum ꝛ predicandum hominibus voluntatem diuinā principaliter ordinatur vnde in ps. Testis in celo fidelis. Iste igitur ille adam de quo. j. Corin. xv. Factus est primus homo adam in animā viuentem. Signat igitur adam prefectum. ¶ Tertio dico. ꝙ adam significat hominem perfectum. i. virum iustum. Adam vidēs se nudum abscondit se ꝛc. Vide supra de abscondere. Adam accepit pomū a muliere ꝛc. Vide infra de Serpente: ꝛ de Muliere. Adam interpretatur testificans eos vel testimonium eorum vel homo aut terrenus. siue indigētia siue terra rubra. aut desiderabilis. Adā igitur qui erat dominus omniū et cuius viribus oīa animalia sunt subiecta: signat christum. prelatum vel virum perfectū. qui in sua subiectione habet subditos et vicinos qui debet esse testificans Testificans per veritatem. Homo per sagacitatem vel benignitatē. Terrenus per humilitatem. Rubrus per charitatem. Desiderabilis per omnimodā sanctitatē. Osee. xj. In funiculis adāhā eo tras in vinculis charitatis. Signat ergo adā virum perfectum. ¶ Sed secūdo dico ꝙ adā B potest significare hoīem imperfectū. Nā adā qui per peccatū totū mundum destruxit signat malum prelatum vel etiam quēlibet peccatorē: cuius regimen malum. vel cuius peruersum exemplum est alijs in ruinā ꝛ potest dici.

Testificans per falsitatem.
Homo per fragilitatem.
Terrenus per cupiditatem.
Indigena per virtutum sterilitatem ꝛ paucitatem.
Rubrus per carnalitatem.
Appellare.
¶ Desiderans per malorū appetitiuā multiplicitatē

Ideo de talibus dicitur. Osee. vj. Sicut adā transgressi sunt pactū. Roma. v. In adam omnes moriunt. vide infra vbi.

Adadezer. Nota ꝙ adadezer fuit rex Syrie qui habuit preliū contra dauid a quo tamē fuit superatꝰ ꝛ victus. sicut dicitur. ij. Re. viij. Interpretatur autē adadezer precipuus separator signat igitur diabolū. qui dauid. i. deo semper est contrarius. ꝛ tamē ab eo fuit victus: qui etiā syrie qui interpretatur sublimis rex dicitur. p eo ꝙ iste cūctis superbis ꝛ sublimibꝰ principatur. Job. xl. Ipse est rex super omnes filios supbie. Dicitur etiā separator pcipuus; q̄ scʒ iste animas a deo separat: ꝛ secū in peccatū trahit: ꝛ in infernū ducit ꝛ collocat. Prouerbio. xvj. Vir verbosus separat principes: vel dic ꝙ iste signat hypocritam vel detractorē. Q̄ scʒ adadezer interpretat testimonium fortitudinis vel sanctificatio siue fortitudine: vel testificatio sanctificationis seu decorū auxiliū vel pcipuus separator: q̄ p certo hypocrita quātum ad verba dat testimoniū sanctificationi fortitudini ꝛ virtuti. Iste verbaliter cōmunes dat virtutes: ꝛ tamen ipse sanctificatione siue fortitudine inquātum scʒ ipse habet sanctitudinē apparentē: sed nullatenus existentē. Et dicitur decorū auxiliū quātū ad pulchrā conuersationē: sed tamen ipse separator precipuus p detractoriā odij seminationem. Dicitur etiā rex syrie id est sublimis per inanē gloriam ꝛ elationē. Dauid tamē. i. christus ipsum conteret ꝛ vincet per finalē inferni damnationē. j. Paraly. xviij. capi. Percussit dauid adadezer regem.

Adamare. Vide infra vbi Amor: vel Amare. Nota tamen ꝙ vt cōmuniter in scriptura adamare sumitur pro corrupto amore: sicut de dyna dicitur. Gen. xxxiiij. ꝙ sichē adamauit eā ꝛ rapuit. Et de salomone. iij. Reg. xj. ꝙ ipse adamauit alienigenas ꝛc.

Adaquare. Vide vbi. Potare. Et si vis dic ꝙ in scriptura inuenitur adaquatio doctrine gratie ꝛ glorie. Doctrine dico qua scilicet predicator adaquat auditores: dicens Gen. xxiiij. Bibi ꝛ adaquaui camelos. Gratie etiam: vnde gratia est ille puteus: de quo dicitur Gen. xxix. ꝙ ex illo adaquabantur greges. Glorie insuper: vnde de filijs israel dicitur in ps. ꝙ deus adaquuit eos velut in abysso multa.

Adar. Apud iudeos erat mēsis duodecimus: et interpretatur pallium vel sublimis seu testis vigilās: aut seruus suscitator. vel alio modo interpretat grex vel populꝰ. Applica si occurrit ꝛ dic iste mēsis signat virum iustū: quia scilicet debet dici mēsis a mene: quod est defectus quia debet esse defectiuus p paupertatē. Debet esse duodecimꝰ per duodecim articulorum

ticulorū fidei credulitatē. Debet esse palliū per adiu-
torū ꝛ per pietatē. Item debet esse sublimis per con-
templationē: testis per veritatis scripture ꝛ fidei affir
mationē: vigilans per diligentiā ꝛ discretionem. Ser
uus per obedientiā ꝛ subiectionē. Suscitator.s. pecca
toꝝ in vitijs dormientiū ꝑ predicationē ꝛ correctionē.

A **Adeps.** Idem est ꝙ pinguedo: crassitudo: aruī
na. Et aliquādo accipitur ꝓ medulla.
Et pōt accipi ī bono ꝛ in malo. In bono eīn significat
Gratiam ꝛ deuotionem.
Timorem ꝛ dilectionem.
Concordiam ꝛ coniunctionem.
Benignitatem ꝛ compassionem.
¶ Nā sicut videmus ꝙ pinguedo nutrit: inflāmat:
conglutinat: ꝛ remollit. Sic vere diuina gratia.
Per deuotionem: nutrit.
Per dilectionem: ignit.
Per coniunctionem: vnit.
Per compassionem: lenit.
¶ Et ideo de quolibet viro perfecto possum intellige
re illud. Job. xxj. Uiscera eius plena sunt adipe ꝛ me-
dulla ossa illius irrigant. In quibus verbis ostendun
tur quattuor effectus diuine gratie ſm quattuor pro
prietates que possunt in adipe reperiri que superius
sunt expresse. Est eīn diuina gratia. Affectionis inflā
matrix. Uiscera eius. Deuotionis ampliatrix. Adipe
Compassionis irrigatrix. Medulla ossa illius.
B ¶ Dico igitur ꝙ diuina gratia est inflāmatrix affe-
ctiōis. Uidemus enim ꝙ adeps est nutrimentū ignis.
sicut ptꝫ in lāpade. nā res inūcta adipe: facilius inflā-
matur. Uere charissimi: talis est gratia dei. nā ista est
proprie nutrimentū ignis charitatis: qꝛ pro certo mēs
que adipe diuine gratie est inuncta per charitatis in
cendiū: faciliter inflāmatur: qđ ostendit cum dicitur.
Uiscera: qꝛ scꝫ facit hoīem viscerosum: charitatiuū.
ꝛ affectuosum. vñ Phili. j. Quomō cupiā vos in visce
ribus iesu xp̄i. Et talis adeps fuit figuratus Leuit. iij.
vbi dñs precepit sibi offerri de hostia pacificorū adi-
pē que operit vitalia ꝛ oēm pinguedinē que est in trin
secus: qꝛ vere dñs vult ꝙ de hostia pacificoꝝ. i. de per-
sonis pacificis ꝛ modestis tota adeps que operit vita
lia mēbra. i. cor vbi est sedes vite. hoc est dictū: amor et
affectio cordis eidē offerat ꝛ distribuatur: ꝛ ꝙ in alios
vsus nō expendatur: qꝛ sicut dr̄ Leui. iij. Omis adeps
dñi erit. ſiue: qꝛ. s. de⁹ sibi retinuit oēm adipē dilectio-
nis: amoris: ꝛ affectionis. Heu proh dolor talē adipē
nō habēt hodie multi: qꝛ vere multi sunt q̄ nō habēt
vncturā charitatis: sed carnalitatis: nō pinguedinē
affectionis: ſꝫ infectionis. Nō adipē charitatis ꝛ di-
lectionis: sed ꝓsperitatis ꝛ tēporalis possessiōis. Et
tales sunt similes porco: ꝛ est animal qđ mirabiliter
impinguat: intantū ꝙ qñqꝫ pre pinguedine ꝑdit ocu-
los: ꝛ in hyeme ꝓpter paucitatē motus maximā acq-
rit pinguedinē: in estate ꝓpter motū a pinguedine de
pauperatur: sicut dicit Isid. ꝛ ptꝫ ad sensum. Uerūtñ
pinguedo ipsius deo antiquitus erat abhominabilis
nec eius sacrificijs erat apta sicut dr̄ Leui. xj. Reuera
charissimi: tales sunt hodie multi: q̄ ꝓ certo ita sunt
operti: ꝙ visum discretiōis ꝛ cōtēplatiōis amiserūt:
qui scꝫ nō preuidēt nec cogitāt de futuris: immo ꝑ di
uersa vicia facti sunt ceci. Iuxta illud. Luce. xviij. Ce-
cus sedebat secus viā mendicans. Isti eīn sunt ceci q̄
per ignorātiā. sedent ꝑ negligētiā. mēdicāt per auari
tiā. Sunt secus viā. i. in publico per iactantiā. Nā pro
certo in hyeme. i. in ista nebulosa vita mali parū labo
rant: ꝛ ideo multā pinguedinē ꝓsperitatis vel etiā car
nalitatis acquirūt: ꝛ exinde etiā ad multa vitia ꝓla-
bunt: qꝛ sicut dr̄ in ps̄. In labore hoīm nō sunt ꝛ cū ho
minibus nō flagelabunt. Ideo tenuit eos supbia: op-
ti sunt iniquitate ꝛ impietate sua: ꝓdijt quasi ex adi-
pe iniquitas eorū transierūt in affectū cordis ꛁc. Et
ideo talis pinguedo carnalitatis vel ꝓsperitatis est

deo abhominabilis: nec etiā vult sibi presentari. vnde
Esa. j. Adipē pinguiū holocausta arietū sanguinē vi-
tuloꝝ: agnoꝝ: ꝛ hycorū nolui. Sꝫ vere qñ veniet estas
i. feruor iudicij ꝛ inferni: tūc oportebit istos esse in la-
bore perpetuo in inferno. Et ideo tūc carnibus mūda
ne ꝓsperitatis ꝛ pinguedine voluptatis priuabuntur
paupertate ꝛ macerie grauabunt. Esa. xvij. Pingues
carnes iacob marcescēt. Nā dicit Bernard. Iustū est
ꝙ qui in laboribus hominū nō sunt: in laboribus de-
monum occupent. Et ideo de talibus dicit in ps̄. Ne
timueris cū diues factus fuerit hō ꛁc. qm̄ cū interierit
nō su. ꛁc. Sequit. Laborauit in eternū: ꝛ viuet adhuc
in finē. Heu charissimi nō sic. Nō acquiram⁹ pingue
dinē ꝓsperitatis: sed magis adipē charitatis: qꝛ vere
ista est q̄ est inflāmatrix affectōis. Uiscera inqt. ¶ Se C
cūdo dico: ꝙ diuina grā vel charitas est āpliatrix de-
uotiōis qđ ostendit cū dr̄. plena. Sicut eīn bona ꝛ na
turalis pinguedo reficit ꝛ nutrit corpus: venas ꝛ san-
guinē replet. Sic vere gratia vel charitas mentē per
deuotionē nutrit: reficit ꝛ impiguat: ꝛ venas cōsciētie
sanguine deuotionis implet. Et ideo dicebat dauid il
lud ps̄. Sicut adipe ꝛ pinguedine repleat anima mea
Sic eīn ros celestis impinguat animā ꝑ deuotioneꝫ
ipsamqꝫ satiat ꝛ replet: ꝛ hoc maxime facit ros ille spi
ritualis qui de celo venit. i. corpus xp̄i: qꝛ iste animaꝫ
per deuotionē ꝛ per gratias ꝛ virtutes reficit atqꝫ nu
trit. vnde in ps̄. Cibauit illos ex adipe frumenti et de
petra melle saturauit eos. Boni eīn cibant frumēto:
id est sacramēto seu nutrimēto refectiōis. Petra. i. fir
mamēto durationis melle. i. lenimēto deuotiōis satu
rant. s. cōplemēto ꝑfectionis. Et istud figurat Leuit.
iij. vbi dñs ꝑcepit ꝙ adeps qui operit ilia. i. mēbra nu
tritiua eidē offeratur. Iste adeps est deuotio que nu-
trit aīam spūaliter: dū. s. ꝑ eā pascit in pascuis virtutū
per cōsiderationē ꝛ cōtēplationē. vnde in ps̄. In loco
pascue ibi me collocauit. quā ꝓ certo deus precipue
vult sibi offerri. Heu proh dolor istū adipem habent
nunqꝫ delitiosi. qꝛ vere isti nō sunt pleni deuotiōe: ſꝫ
carnalitate: luxuria: ꝛ infectiōe. Isti sunt similes gliri
bus qui per totā hyemē dormiūt: ꝛ dormiendo mira-
biliter pinguant. Sic vere delitiosi in hyeme hui⁹ vi-
te turbulente sunt in dormitiōe: solatio: ꝛ qete. nec ali
quid cogitant de futuris. Ideo per luxuriā: gulā: vo-
luptatē: ꝛ carnalitatē mirabiliter impinguantur. Et
ideo dicitur Hiere. vij. Filij colligunt bona: patres suc
cendūt ignē: mulieres conspergūt adipem ad faciēdū
placentas regine celi. qꝛ breuiter ꝛ patres ꝛ mulieres
ꝛ filij ꝛ omnis sexus ꝛ conditio vult hodie placere fa-
miliari ꝛ obedire regine celi. i. luxurie que ī celo quod
dicitur a celādo: id est in loco celato: secreto: abscon-
dito: ꝛ priuato suam volunt exercere iurisditionem ꝛ
regnum: quia sicut dicitur Job. xxiiij. Oculus adulte-
ri obseruat caliginem: vel in celo: id est in statu supio-
rum et maiorum: vel in celo: id est in statu ecclesie vel
religionis: vel in celo infra ꝙ sunt omnes creature: id
est in toto mundo dominat et imperat atqꝫ regnat.
Nam alij preparant ligna: id est mala exempla. Alij
succendunt ignem: id est mala verba sicut sunt ma-
querelle. Alij conspergunt adipem: id est mala desi-
deria. Alij faciunt placentas: id est mala opera: vel si
mulata ꝛ placida obsequia: vt istam reginam scilicet
carnalitatem ꝛ luxuriam venerantur. Non sic charis-
simi nō habeamus pinguedinem carnalis infectiōis
sed adipē gratie ꝛ deuotiōis. Ista est igit ampliatrix de
uotionis. Plena sunt inqt Eze. xxix. Comedetis adi-
pem in saturitate. Ita de tali plenitudine dicat aīa il-
lud Ecclesia. xxiiij. In plenitudine sanctorum deten-
tio. ¶ Tertio dico ꝙ charitas seu gratia est religatrix D
diuisionis: quia scꝫ per diuinā grām ꝛ charitatē religa
tur: qđ ostenditur cum dicitur. Adipe. Sicut enim di
uersa metalla nō cōsolidant nec vniunt nisi mediāte
aliquo adipe seu liquore: sed semꝑ opꝫ ꝙ sit ibi aliqđ

vnctuosum.Sic vere nec diuersa ⁊ cōtraria corda pos sunt per concordiā vniri vel cōsolidari vel cōiūgi nisi gratie vel charitatis adipe mediāte.immo vere neces se est ꝙ iste adeps interueniat ad hoc ꝙ nos per pacē ⁊ concordiā vniamur.Et hoc fuit figuratū.Leuit. vij. Ubi dn̄s retinet adipē bestiarū q̄ pacifice ⁊ gregatim viuunt dicēs.Adipē ouis ⁊ bouis ⁊ capre nō comede tis. Ad denotandū ꝙ adeps est cōiunctio ⁊ amor ho minum pacificorū: etiā deo placitus ⁊ acceptus. Et istud est contra illos qui nō querūt societatē simpli ciū ⁊ humiliū ⁊ bonorū: sed magis iniquorꝝ ⁊ peccato rum infamiū ⁊ infectorū rapaciū atqꝫ raptorꝝ quorꝫ tamē ꝯsortiū est a deo interdictū.figura Leui. vij. vbi dn̄s repudiat a suo sacrificio adipē mortuorū:qꝛ vere adeps.i.cōiunctio concordia ⁊ vnio cadauerū.i.perso narū corruptarū mortuarū per peccatū ⁊ per infamiā infectarū est a deo reprobata ⁊ nobis etiā interdicta. vnde Leuit.iij.Nec sanguinem nec adipē oīno come detis.Nō enim debemus comedere.i. nobis incorpo rare ꝑ cōplacentiā sanguinē vel adipē.i.amicitiā ⁊ cō iunctionē carnalē ⁊ sanguinem hoim iniquorū.Non sic igitur charissimi.sꝫ habeamus adipē gratie ⁊ cha ritatis:qꝛ vere ista est religatrix diuisionis.vel copula
E trix cōiunctionis.Adipe inquit. ¶ Quarto dico ꝙ ipsa est propiciatrix cōpassiōis:qḋ ostendit cū dicit ꝙ me dullis illi⁹ ossa irrigant. Sicut em̄ medulla que est quedam pinguedo irrigat ⁊ humectat totū corpus et maxime ponitur in medio ossiū vt per medulle molli ciem ipsorum durities ⁊ siccitas temperetur.Sic vere diuina gratia vel charitas cor ⁊ mentē per pietatē ir rigat ⁊ remollit ipsumqꝫ ꝑ piā cōpassionē humectat. Et ideo ossa corporis ecclesie scꝫ religiosi ecclesiasti ci vel prelati: q̄ inter ceteros debent esse firmiores et carnes fluxibiles ⁊ debiles peccatores debent confor tare ⁊ sustentare.Isti dico debēt semper in medio sui scꝫ in corde habere medullā.i.molliciē ⁊ aliquorū mel liflue pietatis qꝛ vere q̄ꝙ homo exteri⁹ appareat du rus.osseus ⁊ austerus per iustā correctionē ⁊ rigorē. Interius tamen in corde debet esse mollis medullo sus ⁊ benignus per dulcissimā pietatē. Et ideo videt ꝙ talis adeps talisqꝫ medulla sit similis adipi leonis de quo dicit Plinius lib.xxviij.ca.viij.ꝙ faciē mundi ficat candoremqꝫ sibi seruat:tumores oculorꝝ sanat ma xime si oleū rosaceū eidē adiungat.Et isto adipe si qs inūctus fuerit:morsus reptiliū non timebit. Reuera talis adeps dulcedo pietatis ⁊ compassionis quam precipue leo de tribu iuda xp̄s habuit ⁊ seruauit. Ista enim faciē.i.mētem mundificat ⁊ candidat ⁊ dealbat per innocētie puritatē.tumores etiā oculorū.i. super biā ⁊ inflaturā oculi cordialis sanat.s.per humilitatē ⁊ morsus reptiliū.i. temptationes demonum ⁊ mot⁹ de sideriorū carnaliū fugat per constātie firmitatē:⁊ ma xime si oleū rosaceū.i.dulcor ⁊ cōpassio' sanguinis ie su xp̄i eidem adiungat:quia vere homo pius et miseri cors christi passionis ⁊ fraterne miserie compassiuus vir aut nunq̄:teste Hieronymo: moritur mala mor te.Et ideo talis adeps potuit figurari. Daniel.xiiij. vbi dicitur ꝙ Daniel tulit picem adipem ⁊ pilos et coxit pariter ⁊ dedit in os draconis ⁊ diruptus est. Sic vere charissimi:si nos habuerimus picem tenacis cō cordie pietatis. Adipē viuacis clementie ⁊ vnitatis. Pilos mordacis penitentie et vilitatis. Cocturam feruentis amicitie atqꝫ charitatis. Nos pro certo po terimus contra draconem: id est contra carnē ⁊ dya bolum preualere. Habeamus igitur medullam pieta tis.medullis inquit ossa illius irrigantur: quia vere deus constituit populum suum super excelsam terrā vt comederet hircos cum medulla tritici ⁊ sanguinē vue biberent meracissimum. Hircos dico quorum pellis hirsuta: id est humilem exteri⁹ conuersationē medullam tritici: id est benignitatem ⁊ affectionem sanguinem vue:id est sanguinis ⁊ charitatem ⁊ gratiā dei:quia mera est ista.

Religatrix per cōiunctionē. ¶ Precipit ergo
Inflāmatrix ꝑ affectionē. dn̄s Leuiti.iij.ꝙ
Irrigatrix per cōpassionē. sibi offerrent qua
tuor genera adipum:scꝫ adeps qui operit ilia ⁊ nutri
tiua. Adeps q̄ operit renes: qui sunt membra genita C
lia. Adeps qui operit intestina. Iste q̄druplex adeps signat quadruplicem amorem vel affectionem quā si bi deus precipit offerri ⁊ ad eius laudem ⁊ gloriā ordi nari.scꝫ.Amorem proprie vite:hoc est adeps qui ope rit vitalia.Item amorem filiorum. hoc est ille qui ope rit renes:vbi est vis generatiua.Item amorem amico rum:hoc est ille qui operit intestina.Item amorē tem poralium: hoc est adeps qui operit nutritiua.Ideo dicitur ꝙ omnis adeps erit dn̄i ibidem. Cetera vide de pinguedine.

Adequare.

Uide vbi.Equalitas. A

Adeptus seu Adipisci

Idē est qḋ acquirere: accipere: vendicare:⁊ comprehēdere.Cōmuniter au tem adipisci accipere pro acquisitione glorie vel salu tis accipitur:sicut ad hebreos.xj.dicitur. Sācti per fi dem vicerūt regna:operati sunt iusticiam:adepti sunt repromissiones.Ubi no.ꝙ sancti laborauerunt virili ter.operati sunt iusticiam. Triumphauerunt nobili ter:vicerunt regna. Reportauerūt vtiliter:adepti sunt repromissiones.Uide infra de operari:de vincere:⁊ de repromissione.

Addere

Nota ꝙ addere idem est ꝙ adiūgere accumulare:aggregare:apponere. et signat multipliciter in scriptura. Signat enim accu mulationem virtutum:culparum: diuitiarum:glorie miserie: qꝛ proculdubio.

Iustis additur virtutum riuulus.
Malis additur culparum cumulus.
Auaris additur gazarum baculus.
Damnatis additur penarum stimulus.
Beatis additur glorie titulus. A

¶ Dico igitur ꝙ est quedam additio vel iteratio vir tualis.Et ista proculdubio est illa qua boni in virtu tibus proficiunt:⁊ qua virtutes virtutibus semꝑ ad dunt.ps.Ibunt de virtute in virtutem ⁊c.Sicut enim nōnulle sunt arbores que ita abundant in fructibus ꝙ semper fructus fructui additur: et vno collecto alius floret ⁊ alius maturitatem sumit:sicut de ma lo persico:dicunt tā Plinius q̄ꝫ Solinus.Ceruis etiā omni anno addūtur cornua que sunt ipsis contra ad uersa omnia munimēta ⁊ proprij capitis ornamenta. Sic pro certo boni ⁊ iusti semper debēt virtutes virtu tibus addere:⁊ semper in meli⁹ proficiscēdo spiritua lia cumulare:⁊ bonorum operū fructus fructibus ag gregare: vn̄ Prouer.j.Audi fili mi disciplinā patris. Sequitur.Et addetur gratia capiti tuo ⁊ torques col lo tuo.Ista est igitur additio virtualis quod etiā bene figuratur.Job.vlti.vbi dicitur ꝙ dn̄s respexit ad patiē tiā:⁊ addidit cūcta q̄ sua fuerāt addidit duplicia. Qꝛ reuera sepe accidit ꝙ diuina gratia taliter respicit ho minē ꝙ virtutes suas duplicat.⁊ addens alterā alte ri spūaliter hominē ditat. Eccle.xlviij. Retro redijt sol ⁊ addidit vitam regi.Ubi nota ꝙ ad augmentū ⁊ additamentū virtutum proficit.

Consideratio preteritorum.Retro redijt.
Illuminatio meritorum.Sol.
Inuestigatio posteriorum.Addidit regi.

¶ Ista est igitur additio virtualis: desideratio supio rum seu vtiliorum vita est. ¶ Secūdo dico ꝙ est addi tio criminalis.Et hec est quādo homo semper addit ⁊ accumulat peccatum peccato.pone si vis de peccato re continue peccante: quē heremita duxit ad nemus vbi inuenit hominē qui fecerat onus lignorum qḋ nō poterat leuare:⁊ tamē semꝑ addēs ligna iterū tenta bat si leuare posset:qḋ nō valēs:iterū ligna superadde bat.⁊ sic quātominus poterat onus leuare:tātoplus stupebat B

stupebat lignis apponere: talis inquit heremita es tu qui cū fasciculū criminum tuoꝝ portare nō possis: crimina tamen criminibus semper addis. Judic. iiij. Addiderunt filij israel facere malū corā dño. cōtra illud Eccli. xxix. Fili peccasti: ne iterū addas facere. Dic etiā de mala societate ꝙ sit quedā additio mala. q2 sc3 mali libenter adinuicē sibi addunt. j. Macha. iiij. Additi sunt ad eos exercitꝰ syrie. Ista est igitur additio criminalis.
C. ¶ Tertio dico ꝙ est additio tpalis. Et ista quādo homo addit & aggregat diuitias incessanter: sicut faciunt auari qui nō ponūt statum in rebus. vnde Seneca dicit. ꝙ hoc habet pessimū auaricia: quia non respicit vñ veniat: sed quo tendat: q2 sc3 ista nō ponit finem in quesitis: imo cōtinue cogitat de querēdis: vñ auari videntur similes illi qui continue crescebat. ita ꝙ omni die vnū cubitu3 ad staturā suā addebat: intātū aūt cubitū cubito addidit ꝙ vsq3 ad celū creuit ita ꝙ motu celi retardare conatus ictu fulminis a dijs timētibꝰ percussus occubuit. Sic reuera hodie sunt multi: qui non cessant statui suo aliquid supaddere: & agrū agro cubitū cubito: minimum minimo quotidie cumulare Esa. v. Ve qui cōiungitis domū ad domu3: et agrū agro copulatis. ita ꝙ isti vsq3 ad celū. i. vsq3 ad altū mūdi statū videnk crescere & ordinē celi. i. cōsuetudines patrie totūq3 statū & quietē vicinoꝝ student pro viribus impedire in ꝗtū omnibꝰ volūt per violētiam et potentiā se preferre. & maxime celū. i. statu3 ecclesie perturbare: & motus & iurisditiones ordinē & iura eoꝝ per iniusticia3 retardare. Qua propter sepe fit: ꝙ dij. i. deus & angeli indignari solēt cōtra tales insurgere: et eos per temporalia infortunia vel per mortē subitam et tormēta infernalia fulminare. ita ꝙ tūc potest dici illud Esa. xiiij. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris: corruisti in terrā qui vulnerabas gentes qui dixisti in corde tuo. In celū ascēdam: sup astra dei exaltabo soliū meū: ascendā super altitudinem nubium: similis ero altissimo. Verūtamē ad infernū detraheris in profundū laci. q2 breuiter ista sunt vera ꝙ illi qui cōtra exigentiā proprij status nitunk ad celu3 ascendere. i. cōditioni altoꝝ & nobilū assimilare & adequare & statū & iura celi. i. ecclesie pturbare gētes etiā idest pauperes per potentiā vulnerare. tales dico per infortunia solent cadere & in infernū ruere in lacū miserie declinare. Ideo de tali additiōe dicik Job. xl. An extrahere poteris leuiathan hamo: fune ligabis linguam eius: nūquid pones circulū in naribus eius &c. Leuiathan eñ interpretak Additamentū. significans tales auaros q̄ quotidie addūt diuitias: & ideo finaliter hamo mortis de mūdo extrahunk. fune dānatiōis ligank & circulo. i. perpetuitate penarū tenenk. De talibus igitur additiuis dicitur. j. Mach. xj. Rex egypti querebat obtinere regnū alexandri dolo: & addere illō
D regno suo. Ista est igik additio temporalis. ¶ Quarto dico ꝙ est additio glorie. que est spiritualis. Et ista est additio qua deꝰ addit anime gloriā post gratiā scdam stolā post primā. Et de hoc pōt exponi illō. j. Mach. x. Rex alexander addidit adhuc glorificare ionathan: et misit illi fibulam aureā. sicut sc3 arbori post florē additur fructꝰ: & sicut homini post laborē addik requies atq3 lectus: & post famē addik cibus. Figura Danielis. iiij. vbi dicik. Nō post ꝗ nabuchodonosor de bestia factus iterum fuit homo: magnificētia amplior addita fuit sibi. q2 pro certo quando quis de bestia in hominē de malo in bonū: de peccatore in iustū reuertik magnificētia eterne glorie eidē finaliter addik Eccli. xlv. Addidit dñs aaron gloriā & dedit illi hereditatē et primitias fructuū terre. ¶ Quinto vero dico: ꝙ est additio miserie: que est infernalis. & hec est illa qua damnatoꝝ miserie cumulank & alie alijs continue aggregank ps. Quē tu percussisti persecuti sunt & super dolorē vulnerum meoꝝ addiderūt. Sic igik patet: ꝙ multiplex est additio in scripturis. Et si vis dic adhuc de additione virtuosa. ¶ Nota igik ꝙ est additio virtuosa: q̄ si scilicet boni addunt gratias & virtutes bona opera: & meritoria. Et de hac dicik Esa. xxix. Oculi cecorum videbūt et addunt mites in dño leticiam. vbi ostēditur ꝙ nos debemus addere & aggregare. scilicet.

Sagacitatis lumina. videbunt.
Benignitatis flumina. mites.
Jocunditatis carmina. leticiam.

Item est additio viciosa qua. s. hō addit vitia & peccata malas cōsuetudines malos mores. Et de hoc dicik Jud. iiij. addiderūt filij israel facere malū incōspectu dñi & tradidit illos i manu iabin regis chanaan. vbi ostenditur. ꝙ talis additio vitioꝝ abdicat fidelitatē: q2. s. ipsi filij israel hec faciūt: vēdicat iniquitatē facere inquit malū. Implicat inhonestatē: q2 i cōspectu dñi. Applicat dānositatē. q2 ex hoc tradik hō in manu iabin. idest dyaboli qui est rex chanaan. idest inferni &c. Vide prosecutiones in suis titulis.

Adducere. Idem est ꝙ ad locū ducere vel ad se ducere. Et idē est ꝙ applicare. A
Nota igitur ꝙ est adductio virtuosa. Et est quedā viciosa. Virtuosa est illa qua hō adducitur ad deū et ad gratiā & ad gloriā. Nā sicut hō adducit amicum suu3

Ad cōuiuū vt recreek. Ad hospitiū: vt hospitetur.
Ad studium: vt informetur.
Ad preliu3 vt coronek.

Sic ducit amicos suos ad conuiuiū recreationis.
Ad preliū tentationis.
Ad studiū discretionis.
Ad hospitiū gratie et deuotionis.
Ad conuiuiū eterne glorie.

Et iō de adductione hoīs ad gratiā & gloriā pōt quilibet bonus dicere illud Ezech. viij. Eleuauit me spūs inter celū & terrā: & adduxit in hierusalē in visione dei. In quibus verbis respōdek ad oīa q̄ possunt queri de homine: q̄ adducitur de loco ad locū. Si queritur q̄s adduxit? Rñdek spūs. Si q̄rik quō? Eleuādo inter celum & terrā. Si querik vbi? Rñdek in hierusalē. Si q̄ritur ad quid. Rñdetur in visione dei. i. ad videndum deum. Dico igitur ꝙ sicut homini qui adducitur ad aliquem locum necessarius est. B

Modus expediens.
Virtus obediens.
Doctor erudiens.
Locus alliciens.
Finis sufficiens.

Sic vere homo qui vult adduci ad statū grē & glīe: debet habere modū expedientē inter celū & terrā. Motū obedientē q2 debet leuari. Ducē eruditē: q2 spm̄ Locum allicitē hierusalē. Finē vel cām sufficietē. s. vt habeat visionē dei. ¶ Dico igik primo. ꝙ necessarius est modus expediēs. Sicut eñ ille q̄ adduci vult ad aliquē locū necesse h3 ꝙ ſm modu debitū ibi vadat. Sic vere si hō vult adduci ad paradisum: necesse est ꝙ modū tutū & honestū eligat & assumat. Nā sicut ad cōclusiones non pōt peruenīri nisi p premissa & p media. Sic nec ad paradisu3 pōt hō adduci: nisi p precedētia media vel premissa. q̄ nihil aliud sunt ꝙ grē et virtutes. Et hoc oñdik cū dr. ꝙ talis debet eē inter celū & terra3 vbi iste modus describik. Quātū ad regulā eq̄tatis. inter. i. i medio. Quātū ad copulā charitatis. inq̄t ꝙ est cōiūctio. Quātū ad arcē cōteplationis: celū & terrā inquit. Quātū ad iacturā maceratiōis seu inclinatiōis.

Nā maceratio penitētie.
Cōtēplatio eminentie.
Et copula fortis charitatis.
Et regula iuste equitatis.

Sunt ꝓprie q̄dā modi perueniendi ad regnū. Inter celū inq̄t & terrā. Et iō ꝙ ibi sit necessaria penitētia habek. Deut. xxix. vbi dr. Adduxit nos p desertū quadraginta annis. s. de egypto ad terrā ꝓmissionis. ad denotandū ꝙ de egypto. i. de mūdo ad terrā paradisi nō ꝑuenitur: nisi p desertū penitētie deducamur. ¶ Itē ꝙ ibi sit necessaria cōteplatio: pt3 in ps. vbi dr. Emitte C

lucē tuā ⁊ veritatē tuam ipsa me deduxerunt ⁊ addu
xerunt in mōtē sanctū tuuz ⁊ in tabernacula tua. Nā
per lucē cōtemplationis et per veritatē discretionis:
adducitur homo ad mōtem ⁊ ad tabernaculū eterne
refectionis inter celū ⁊ terrā inquit. vt accipiat predā
suā. Sic vere hō debet se a terra.i.a terrenis sursuz ad
celū ⁊ ad celestia eleuare per desideriū ⁊ affectū: vt sic
predā eterne glorie valeat adipisci. Et de hoc potest ex
poni figura.ij.Regum.xxiiij.vbi dicitur. Eleuans da-
uid oculos suos: vidit angeluz stantē inter celū ⁊ ter-
ram euaginato gladio: versum cōtra hierusalē q̄ vere
illi qui sunt boni et angelici.debēt stare per constātie
firmitatē inter celū ⁊ terrā. Per cōtēplationis sublimi
tatē euaginātes gladiū.i.elemosynā vel orationē versi
ad hierusalē.i.ad paradisum per desideriū ⁊ affectio-
nem. Sed pro certo charissimi: hodie multi nō sic: sūt
enim multi qui nō vertūt ad paradisum: sed ad mūdū
nō ad hierusalē: sed ad babylonē. nō habent gladium
orationis: sed crudelitatis ⁊ exactionis. Nō sunt stan
tes per firmitatē: sed cadētes per fragilitatē. Nō sunt
inter celū ⁊ terrā per cōtemplationē. immo ibi sunt p
superbiā ⁊ elationē: q̄ sicut res que est inter celū ⁊ ter
ram nō est stabilis: sed mobilis. nō est firma: sed infir-
ma. nō in vno loco stabiliter cōmoratur. sed a ventis
et turbinibus agitat̄. sicut patet de nubibus. Sic vere
multi superbi sunt qui sursum inter celū ⁊ terrā.i.inter
statum summuz quod nō possunt attingere: ⁊ statum
infimū que nō cōtenti tenere per superbiā extollunt̄.
vbi pro certo nō sunt in vno proposito stabiles: sed per
vana desideria mobiles: nō per sufficiētiā firmant̄. s;
per ambitionē ventis supbie et elationis turbinibus
dyabolice suggestionis de loco ad locū. de officio ad
officiuz. de beneficio ad beneficium. de desiderio ad
desiderium agitant̄. Ideo dicitur zacha.v. Eleuaue-
runt amphorā inter celū ⁊ terrā. Et si vis pone totam
figurā de amphora in qua erat inclusa mulier que di-
cebatur impietas ⁊c. sicut infra ti. de impietas. Nō sic
charissimi. Non sumus inter celum ⁊ terram per sup
biam ⁊ elationē sed magis per desiderium ⁊ affectio-
nem ⁊ per celestium contēplationē quia pro certo cha
rissimi ad hoc q̄ homo adducatur in paradisum. iste
D est modus expediens ⁊ hoc primū autoritatis. ¶ Se
cundo dico q̄ necessarius est motus expediens. leua
uit me inquit. Na sicut videm⁹ q̄ aliquis alicubi ad-
ducitur. necesse est q̄ moueatur ⁊ q̄ ductori suo etiaz
obediat ⁊ eū sequatur. sic vere ob hoc q̄ ad deum ad-
ducamur necesse est: q̄ per agilitatem bonorum ope-
rum moueamur: ⁊ qđ ductori nostro.s.christo obedia
mus et obsequamur. qđ ostenditur cuz dicitur. Leua-
uit me. q̄ sicut res que leuata de terra facilius mouet̄
et agitatur sic si cor nostrum leuatuz fuerit a terrenis
faciliter per obedientiam mouebimur et ad celestem
gloriam adducemur. Ideo dicamus Luc.xxi. Respici-
te ⁊ leuate capita vestra. Respicite p discretionis saga
citatem. Leuate per subiectionis sedulitatem. Capi-
ta.idest corda per intentionis sublimitatē. Que sunt
nostra per coniunctionis cōmunitatem. Et ideo de ta-
li adductione obedientie potest dici illud Joh.x. Illas
oues oportet me adducere ⁊ vocem meā audient. Naz
sicut oues que vocem pastoris audiunt adducuntur
ad domum: ne a lupis deuorentur. Sic vere illi q̄ sunt
oues.idest simplices ⁊ humiles ⁊ pastori suo.i.xp̄o vel
prelato obediētes ⁊ vocē mādatorū suoꝝ audientes ⁊
perficiētes: isti dico domū paradisi finaliter adducēt̄
et a lupis infernalib⁹ tenebunt̄. Est igit̄ necessari⁹ mo
E tus obediens. ¶ Tertio est necessarius ductor erudi-
ens. spiritus inq̄t. Nā sicut ille q̄ alicubi vult adduci
et maxime ad locū ppinquū ⁊ remotuz: necesse habet
q̄ habeat aliquē ductorē de partib⁹ q̄ ip̄m dirigat ne
oberret. Sic vere q̄ nos debem⁹ ire in regionē longin
quā paradisi: que nobis penit⁹ est ignota. necesse est
q̄ habeam⁹ doctorē q̄ sit de illis partib⁹.s.xp̄z vel sp̄m
sctm̄ q̄ nos dirigat ⁊ cōducat ps. Spūsctūs deducet

me in terram rectā. Nā sicut elephas natutaliter dili
git hoīem: ⁊ ideo vidēs eum deuiatū adducit eum ad
iter rectū. Sic vere xp̄s vel spūssanctus q̄ mirabiliter
humanū gen⁹ diligit qñ videt hominez deuiatum in
hoc mūdo per errores ⁊ peccata: solet qñq; ipsum per
suā gratiā visitare ⁊ ad rectū iter salutis adducere vel
minare qđ est cōtra malos prelatos. qui gregē suū nō
adducunt per bonā doctrinā ⁊ exempla ad terram re-
ctam gratie ⁊ virtutū vel glorie paradisi: immo vere
qđ dolendū est adducūt eos in deuiuz mortis eterne:
similes sturioni quē propter pulchritudinē pellis se-
quunt̄ alij multi pisces sperantes ab eo defendi. ipse
autē adducit eos in os balene que ipsos retinet ⁊ trās
glutit. Sic vere multi sunt qui suos subditos ⁊ sequa
ces dum eis per mutationē se conformant̄ adducunt
ad os balene: idest dyaboli ⁊ ad mortis eterne pericu
lum.s.p sua mala exempla ⁊ documenta. Ideo in pso-
na subditoꝝ lamētatur. Hiere. Treñ.iij. Me minauit
et adduxit in tenebris ⁊ non in lucē q̄ vere multi sunt
qui per malos doctores ecclesiasticos minant̄ ⁊ addu
cuntur in tenebras eterne miserie ⁊ non in lucem eter
ne leticie. q̄ sicut dicit̄ Mat.xv. Si cecus ceco ducatū
prebeat ambo in foueā cadunt. figurati in Nabucho
donosor de quo dicitur.iiij. Reg.xxiiij. q̄ ipse cepit re
gem ⁊ principes fabrum ⁊ inclusorem de hierusalez et
adduxit eos in babylonem. In quo notatur. q̄ rex ba
bylonis.i.prelatus cōfusionis malus superior vel ma
lus doctor ducit hodie in babylonē.i.in infernū p ma
la documenta ⁊ exempla: ⁊ per mala etiaz incitamēta
reges ⁊ principes ⁊ alios inferiores q̄ maxime verum
est de cōsiliarijs et adulatorib⁹ et malis seruitorib⁹ re
gum et pricipū et magnatū suis malis cōsilijs ⁊ vitio
rum incitamentis: vñ q̄libet talis fraudulētus de ma
gistro suo pōt dicere illud Ezec.xij. Extendā super eū
rethe meū ⁊ capietur in sagena mea et adducā eum in
babylonē. Non sic charissimi: sed obediam⁹ bono du
ctori spūisancto et spūali: q̄ talis est necessarius.s. du
ctor erudiēs. Geñ.viij. Adduxit spm̄ sup terram ⁊ im-
minute sunt aque. ¶ Quarto est necessarius locus al
liciens: qñ aliq̄s adducitur ad aliquē locū multū pōt f
eum mouere loci quē deserit sterilitas: ⁊ loci ad quez
vadit amenitas. Sic vere q̄ dum adducimur de hoc
mundo ad paradisum nos relinquim⁹ locū indigen-
tie et sterilitatis: seuicie et crudelitatis discordie ⁊ rixo
sitatis et vadim⁹ ad locum opulentie: ⁊ fertilitatis iu
sticie et eq̄litatis concordie. et vnitatis fiducie ⁊ secu
ritatis. Bene dico. q̄ ibi debemus attrahi ⁊ moueri:
qđ ostendit̄ cuz dicitur. Hierusalē que interpretatur
visio pacis vel pacifica. q̄.s. locus ille habet pacem p-
petuā ⁊ securam. Unde.ij. Regum.xiiij. Surrexit igit̄
Joab ⁊ abijt in gersan ⁊ adduxit Absalon in hierl̄m
vbi ostendit̄ q̄ istam adductionem facit temporalis
abominatio facultatis. Surrexit ioab virtualis illu-
minatio claritatis. Abijt in gersan. quod interpretat̄
applicans lumen. Pectoralis amaricatio voluntatis
Absalon quod interpretatur amaricatio. Naz charis-
simi Si temporalem possessionem abominemur. Si
per virtualem discretionem illuminemur. Si per pe-
ctoralem contritionem amaricemur. non est dubium
q̄ ad hierusalem recreationem adducemur. Unde di
cetur nobis illud.ij. Regū.xiij. Ueni mecum in hieru-
salem: quod est contra dilectores: qui nec mundi mise
rijs retrahuntur nec celestibus solacijs attrahuntur.
Et ideo ad celestem hierusalem non adducuntur. sed
finaliter cum merore ad inferos perducuntur. Nō sic
charissimi: sed adducamur ad deū et ad padisuz: q̄ ve
re ad hoc incitat locus alliciens. Uñ de adonibezeth
quod interpretatur dominus iustus dicit̄ Judi.j. Qđ
adduxerunt eum in hierusalem. ¶ Quinto ad hoc
nos debet mouere finis proficiens: vel causa sufficiēs G
vel fruct⁹ reficiēs. q̄.s. ibi poterim⁹ videre deum facie
ad faciē. In visione inquit dei. Sicut eñ premiū ⁊ lu-
crum mouet hominē ad hoc q̄ alicubi adducat̄. sicq;
maximum

maximum lucrum et premiū nobis pmittitur.s.visio dei.que est tota merces multum debemus moueri per desideriū affectū quod ad illud celeste pallaciū adducamur.In visione inquit dei.q2.s.ibi videtur per essentiam intrinsece et immediate fm apl'm.j.Cor.xiij.Uidemus inquit nūc p speculū in enigmate tunc autem facie ad faciē:q2 sicut dicitur in ps.Ibūt de virtute in virtutē videbit deus eorū in syon ad qd requirit. Effectus operationis.ibunt.Profectus occupationis. De virtute in virtutē.Respectus vel aspectus cōtēplationis.Uidebit.fastigiū dominationis. Deus eorum refugium recreationis in syon.Qd interpretat specula. q2 sc3 ibi videt deus et speculat. Nā sicut fm Plinium In india sunt quidā philosophi qui circa littus maris de mane vsq3 ad vesperā solē in claritate sua irreuerberatis oculis intuent.Sic vere i paradiso sunt beati philosophi.s.sancti et angeli qui circa mare.i. circa eternā affluentiam beatitudinis perpetuo psistentes solem idest deū irreuerberatis oculis per beatā visionem et contemplationē perpetuo speculātur.visionē inquit dei. Uñ Ezech.xl.figurantur tales vbi dicitur.Facta est super me manus dñi et adduxit me in visionibus dei in terrā israel.et dimisit me super mōtem excelsum nimis super quē erat quasi edificiū ciuitatis vergētis ad austrū.Manus em domini mīc dei nostri fit qñq3 super hominē ipsum visitando:et adduxit eum in terram israel.i.in terram deūvidentium beatorum.s.et angelorum et statuit sup montem excelsum.i. sup celsitudinem celi empyrei.et hoc i visionib9 dei.idest vt ibi deū videat et cognoscat:in quo loco pro certo est ciuitas.i. ciuium vnitas:collegium et cōmunitas beatorum que p certo vergit ad austrum:idest ad prosperitatem et affluentiam omniū bonorum gaudiorum.Nam per partem australem in qua est sol et ceteri planete qui subsunt circulo zodiaci que est pars fertilior.Intelligitur fertilitas atq3 prosperitas glorie eterne:in qua sol.i.deus: planete idest sancti sub ipso circulo zodiaci.idest i ipo ambitu celi empyrei cōmorāt.Et ideo pulchre loquit Augusti.xxij.de ciui.dei.de ista visione.Ibi inquit vacabim9 et videbim9 amabim9 et laudabim9. Ecce qd erit in fine sine fine.sequitur.Nā qd deus preparauit diligentibus se mēte non capitur:spe nō attingit:charitate nō cōprehendit.cūcta desideria transgreditur: acquiri pōt estimari nō potest.sequit.Ibi tota virtus erit videre quod amas:et summa fidelitas amare q vi deas.Ubi beata vita in suo fonte bibitur.vbi veritas visio clarissime aperit.Sic igit patet q nos debemus adduci ad deū et ad paradisum.q2 hec nobis ondit.

Causa sufficiens.
Locus alliciens.
Doctor erudiens.
Motus obediens.
Modus expediens.

¶ Nota igit. φ nos debemus alter alterum adiuuare. Apes enim vt dicit Ambro. τ Pli. inuicē se adiuuāt vn̄ qn̄ vna venit de foris ad aluearem onusta floribus tres vel qttuor de alijs stati assunt ad eā adiuuādū τ exonerādū. Sic vere charissimi quotiēs videm⁹ aliquē apē sociū nr̄m oneratū aliquo vicio vł negocio vel aliq̄ tribulatiōe vel paupertate: vere nos statim debem⁹ iuuare. s. elemosynis τ oīb⁹ bn̄ficijs τ subuentiōib⁹: τ alter alterum ꝓ viribus supportare. Iuxta illud Gal. vj. Alter alteri⁹ onera portate. q2 sicut dr prouerb. xviij. frat q̄ adiuuat a frē sicut ciuitas firma vbi ondit triplex rō q̄ debem⁹ alter alterū adiuuare. s. rōne filis

nature. Frater. Ratione flebilis iūcture Adiuuatur. Ra
tione nobilis iuncture Ciuitas. Ratione stabilis stru
cture. firma. Nam nos habemus similē humanitatē
frater. Nam in illo videm⁹ flebilem necessitatē. Adiu-
uatur. Nā nos heremus per iuncturam cōmunitatē.
ciuitas. Nam sic manemus per fortem stabilitatē. fir
ma. ¶ Primo igitur debemus nos iuuare ratione si-
milis nature vt patet de elephantibus qui inuicem se
diligunt atq3 iuuant Unde dicitur a solino libro de mi
rabilibus mundi. Qđ inter elephātes maxima est cu-
ra alteri de altero. Nā fortiores alios vulneratos ⁊ fes
sos inter se recipiunt ⁊ eos magis ꝙ̄ se adiuuāt ⁊ defen
dunt. quando etiam vnus ipsorū innixus arbori. arbo
re fracta cadit in terram vnde. s. de se nō pōt plus surge
re ꝑpter corporis grauitatē tūc eo clamante ⁊ barrien
te alij occurrunt ipsumq3 adiuuant pro posse et suble-
uant qđ si forte nequeunt cum eo pre cōpassione bar-
riunt atq3 plangūt vt dicit Idem. Reuera charissimi ta
les debemus esse. Constat eīm qđ nos sumus eiusdem
nature ⁊ speciei. q2 omnes sumus homines. nam sicut
elephas est animal mansuetū. q2 sicut dicit Plini⁹ li.
viij. ca. j. Memoriā ⁊ intellectū in multis habere videt
sic homo naturaliter est mansuet⁹ Ratione ⁊ memo-
ria preditus ⁊ donatus. Et iō vere inter nos dꝫ eē ma
xia amicicia. pietas ⁊ societas. ⁊ maxia cura alteri de al
tero. quia vere nos debem⁹ bona aliorū nostra reputan
do ꝯgaudēdo ⁊ aliorū mala cōdolēdo. Quia sicut dr. j.
Cor. xij. Nos oēs vnū corpus sum⁹ in xp̄o: alter aūt al
terius mēbra. Siquid autē inquit patit vnū membrū
cōpatiunt oīa mēbra. fessos enim tentationibus. vul-
neratos tribulationibus miserijs ⁊ paupertatibus vel
criminibus. debem⁹ nos qui sum⁹ fortiores. i. diuitijs
potentijs, ⁊ scientijs virtutib⁹ ⁊ gratijs adiuuare. defen
dere ⁊ tueri. Et temporaliter subueniendo et spūaliter
orando vel instruendo corrigendo ⁊ castigādo suppor
tando ⁊ miserendo: Iuxta illud Ro. xv. Debemus in-
quit nos firmiores imbecillitatē infirmorū sustinere.
Unde quādo accidit qđ vnus nostrū cadit in infirmi-
tatē fracta arbore humane viuacitatis vel cadit etiā
in paupertatē ⁊ tribulationē fracta arbore ꝓsperita-
tis humane ⁊ cōfidentie humane ⁊ securitatis cui inni
tebatur. tunc vere alij audito barritu planctu ⁊ quere
la ipsius ⁊ auxilij implorationem quādo. s. dicit. Mise
remini mei miseremini mei saltem vos amici mei. de-
bent ad eum conuenire: ⁊ ipsum suis consolationibus
ab infirmitate suis orationib⁹ ⁊ elemosynis a peccato
et purgatorio suisq3 temporalibus beneficijs a tribula
tione ⁊ paupertate adiuuare ⁊ benigniter inꝙ̄tū pos
sunt subleuare. q2 si forte nequiuerimus subuenire sal
tem barritū doloris ⁊ compassionis debemus emittere
⁊ per pietatem cū eo condolere. Figura de amicis Job.
ij. ⁊ vltimo. Qui audito suo infortunio adcōuenerunt
vt cōsolarent eum cōdoluerunt ⁊ fleuerunt et pro eius
releuatiōe oues ⁊ inaures ⁊ cetera. munera ꝓbuerūt Et
ideo. j. Macha. ij. dicit Adiuuabant eum omnes fra-
tres sui ⁊ omnes qui se cōiunxerāt cum patre eius. Ad
iuuemus igitur nos charissimi q2 sumus eiusdem na
ture. Frater inquit a fratre. Et ꝙ istud debeat esse verū
satis videtur per figuram Gen. ij. vbi dicitur ꝙ cū adā
solus esset creatus creauit deus adiutorium simile si-
bi. s. mulierem. Quod est contra multos similes cani-
bus qui non parcunt nec fratri nec patri. imo si vnus
eorum percutit omnes alij canes currunt non ad eū
adiuuandum sed eum mordendum ⁊ impugnandum
Sic vere multi sunt qui videntes fratres suos notos ⁊
vicinos percussos aliqua tribulatione vel paupertate
tunc nituntur ipsos mordere infestare et extrahere da
re vel in se vel in suis sicut patet de istis qui insurgunt
contra homines mortuos filios eorum inuadendo et
impugnando ⁊c. Ideo dicitur Michee. vij. Frater fra-
trem venatur ad mortem et inimici hominis domesti
ci ei⁹. Unde iā verificat illud Gen. ij. Ade vero nō inue
niebat adiutor similis sibi. q. d. Omnia alia iuuant ho
minē nisi homo qui. s. est sibi similis ⁊ cōformis. Nō
sic charissimi nō. sed alter alterū adiuuem⁹. q2 sum⁹ C
nature similes frater a fratre. ¶ Secūdo debet alter
alterum iuuare ratione iūcture flebilis: quod ostēdi
tur cum dicitur. Adiuuatur. q2. s. supponendū est quā
do aliquis adiuuatur: ꝙ ipse patit indigētiā aliqua-
lem ⁊ aliud preiudiciū ⁊ iuncturā. Estaurus est piscis
qui cōparem suū diligit miro modo vñ si vnus sit ca-
ptus ⁊ nitat exire de sportula piscatoris: statim ali⁹ vi
dens ipsum luctantē ipsum adiuuat: ⁊ caudā ei⁹ ap-
prehendens in ore ipsum extrahit quātū potest. vt di-
cit Pli. lib. xxxij. ca. allegans Ouidiū in lib. elientico.
Sic vere alter nostrū debet alterū dirigere ⁊ iuuare.
Nam si quis inclusus ⁊ capt⁹ fuerit in aliqua sportula
piscatoris. i. aliqua tribulatiōe vel pauptate: vel etiā
in purgatorio vel peccato. pro certo alij si possunt de
bent spiritū extrahere adiuuare ⁊ liberare: ⁊ cū ore. i.
cū verbis: supplicationibus: consolationibus: instru
ctionibus: ⁊ precibus: ⁊ orationibus ipsum eripere vel
saluare. ps. Adiuuit pauperē de inopia. Et maxie qñ
videmus ꝙ ipse luctat. i. ꝙ ipse facit debitū suū ⁊ pos
se suū de exeūdo. figura habet. Deut. xxij. vbi dr ꝙ si
asinū inuenimus sub onere cecidisse non debem⁹ eū
preterire: sed eū sub onere liberare. Sic vere si inuene
rimus vnū asinū. i. vnū pauperē detentū sub onere tri
bulationis ⁊ paupertatis nō debemus eū preterire
quasi de eo nō curantes. immo debemus ipsum ꝓ vi-
ribus liberare. Eccle. iiij. Ne verearis amicū tuū in ca
su tuo. Et. j. Macha. viij. Si gēti iudeorū acciderit bel
lum prius iuuabant romā ex animo ꝓut tēpus ꝑmi-
serit: vt describitur istud iuuamen.
Ut necessarium. Si acciderit.
Ut volūtariū. Ex animo.
Ut saluatoriū. Iuuabunt.
¶ Qđ est contra multos qui nullo tribulato vel mi
sero miserant. Similes quibusdā fatuis populis orie
talibus qui sunt inter tartaros. qui ex ritu suo habent
ꝙ nulli cōpatiunt misero. nulli dant elemosynā ege-
no. nulli cōdolent tribulato. habent ꝙ nunꝙ̄ debent
iuuare quem debemus. sic decernūt derelinquere: vel
paupertate dānare. Istā enī fatuā opinionem videt
habere hodie q̇dā apud nos q̇ vꝫ nulli desolato ifor
tunato subueniūt seu parcunt. ps. Infirmati sunt nec
fuit qui adiuuaret. Sed more canū cōtra tales latrāt
poti⁹ ⁊ insurgūt. qui. s. ita fatui sunt qđ ad fortune va
rietatē nō aspiciūt. ⁊ ꝙ ad opera occulte dei ꝓuiden-
tie nō attendūt. Cōstat eīm ꝙ deus pauperes esse vo-
luit: ⁊ propter eos ⁊ ꝓpter nos: ꝓpter eos vt diuitijs
perperā vterent. propter nos etiā vt virtus pietatis in
eis exercerēt: vt sic eis mediāte pietate q̄ ad omnia va
let ꝯm apl'm quilibet meretur. Ideo dicitur. Deut. xv.
Nō deerunt pauperes de terra tua. Et dñs Joh. xij.
Pauperes semper habebitis vobiscū ⁊c. Nō sic cha
rissimi nō: sed alter alterū adiuuemus. ⁊ maxime illos
qui subsunt oneri nature flebilis. ¶ Tertio adiuuare D
debemus alter alterū ratione iuncture nobilis: quia
scꝫ nos sumus quasi ciuitas: que dicitur quasi ciuiū
vnitas: q2 sicut ciues in illis que tangūt cōmunitatē
sunt iuncti siti ⁊ indiuisi: ⁊ alter alterū adiuuat. Sic ve
re nos qui sumus eiusdē ciuitatis. s. ecclesie debemus
alter alteri iungi ꝑ amiciciā ⁊ vnitatē. Et alter alterū
adiuuare per beneficiorum ⁊ subuētionū largitatem
⁊ per mutuā charitatē. Nam sicut glires socios suos
diligunt atq3 iuuant. vt dicit Plinius lib. viij. ca. lviij.
Sic vere saltē socios cōciues ⁊ amicos ⁊ cōiunctos de
bemus diligere ⁊ iuuare ⁊ eisdē ꝓ viribus subuenire:
⁊ de hoc potest exponi illud ps. Hierusalē que edifica
tur vt ciuitas cuius participatio ⁊c. ciuitas ergo hie-
rusalē q̄ interpretat pacifica signat bonorū pacificam
vnitatē quorū participatio adiutoriū ⁊ ꝓuisio debet
esse in ipsum. q2. s. in idipsum. i. vnitate ⁊ dilectione dꝫ
alter alterū adiuuare. Sed ꝓ certo parū valet hodie ta
lis cōiunctio vel vnitas: q2 dato ꝙ hoies sint eiusdem
ciuitatis

ciuitatis collegij vel vnitatis: vix tamē aut nunq̄ volunt alter alterū adiuuare: immo qđ peius est magis hodie cōtrariant vicinis suis ⁊ cōiunctis ⁊ maior inuidia briga ⁊ rixa vel dissensio inter eos seminat q̄ in alijs extraneis ⁊ remotis. Et de hoc dr̄ Hiere. xlix. Incēderunt electā ciuitatē. Et Esa. xix. Cōcurrere faciā egyptios aduersus egyptios: ⁊ pugnabit vir cōtra fratrē suū ⁊ vir contra amicū suum: ⁊ ciuitas cōtra ciuitatem: ⁊ regnū aduersus regnū. Ostēdit q̄ tria sunt hominū genera quorū alter alterū nō adiuuat. s. Umbrositatis tegumine cecati egyptij q̄ interpretantur vmbrosi. Carnalitatis inguine ligati frater ⁊ amicus. supple carnalis. Sublimitatis culmine locati. regnū inq̄t contra regnū. Tenebrosi em̄ egyptij. i. diuites ⁊ auari quos mūdi ꝓsperitas excecat ⁊ obscurat. Itē fratres ⁊ amici carnales ⁊ mūdani. Itē illi qui in mūdi dignitatibus ⁊ diuitijs ⁊ officijs. tales dico alter alterū non adiuuant. immo pre cupiditate: falsitate: inuidia: ⁊ malignitate se lacerāt ⁊ impugnant. Quia sicut dr̄ Prouer. xiij. Inter superbos sunt iurgia. Eccle. lj. In tepore superborū sine adiutorio. Nō sic charissimi: sed alter alterū adiuuemus q: vere ad hoc ratione iūcture subtilis. ¶ Quarto ad hoc tenemur ratiōe structure stabilis firma inquit. Sicut enim videmus q̄ in domo ponuntur columne plures firme ⁊ stabiles vt vna aliā adiuuet ⁊ supportet: vt sic domus firmior ⁊ stabilior possit esse. Sic vere charissimi in vna domo fidei ⁊ ecclesie religiōis ⁊ patrie sunt plures columne. i. plures persone. quarū debet alterā altera in suis effectib⁹ adiuuare: vt sic ipsoꝝ domus ⁊ cōitas stabilior ⁊ firmior possit esse. Firma inquit. Tunc em̄ totū melius regit ⁊ etiā cōditio fortior ⁊ stabilior reperit quādo partes a partibus adiuuant. Ideo Martha dicebat dn̄o Luce. x. Dn̄e nō est tibi cure q̄ soror mea reliquit me solā ministrare. dic ergo illi vt me adiuuet. q. d. Tūc ero firmior ⁊ fortior quādo adiuta fuero per eandem. Et Luce. v. ca. Innuerūt socijs qui erant in alia naui q̄ venirēt ⁊ adiuuarēt eos. Firma inquit. Unde. j. Macha. j. Edificauerūt ciuitatē dauid muro alto ⁊ firmo. Ubi nota q̄ ad hoc q̄ per adiutoriū ciuitatis religiōis vel ecclesie sit firmata quattuor principaliter requirūtur videlicet Laboris diligentia. Edificauerūt. Uigoris ꝑmanētia. q: s. nos debemus esse dauid. Amoris consonantia. ciuitatē. i. ciuiū vnitatē. Ualoris confidentia. Muro alto ⁊ firmo. Et ista proh dolor sunt hodie cōtra multos qui ꝓ certo nō vacant ad ecclesie vel religionis edificationē sed destructionē. Nō em̄ habent diligentiā sed negligentiā: nō consonantiā sed discordiā. Nō confidentie firmitatē: sed incōstātie debilitatem. Et ratio est: q: vere quilibet vacat ad ꝓpriā vtilitatē ⁊ relinquit cōmunē. Et ideo illa q̄ sunt cōia sunt hodie in multis locis pessime gubernata. Propter hoc arguunt hodie multi. Malach. iij. Quia inquit domus mea deserta est ⁊ festinatis vnusquisq̄ in domum suā. propter hoc ꝓhibiti sunt celi ne darent rorem ⁊ terra prohibita est ne daret germē suum. Nā q: hodie multi ecclesiastici preferūt priuatā vtilitatem cōi. ideo celū. i. deus nō mittit eis rorē sue gratie ⁊ etiā terra nō profert prospere fruct⁹ suos. Nō sic charissimi: sed simus similes formicis que in cōitate viuūt ꝓ cōitate laborāt: ⁊ sese inuicē adiuuant ⁊ confortāt. Mr vere ṡm Aristo. ij. ethi. Bonū qđ est cōius est diuini⁹ Adiuuemus nos charissimi

Propter structure firmitatem.

F Propter iuncture paritatem.

Propter iacture necessitatem.

¶ Quia per hoc roboramur virtutum structura. Firma. Quia simul copulamur communi iunctura. Ciuitas. Quia ad hoc excitamur flebili iactura. Adiuuatur. Quia ad hoc inclinamur cōmuni natura. Frater a fratre. Nota q̄ deus adiuuat hominē.

Sicut pater filium nutriendo.

Sicut tutor pupillum gubernando.

Sicut doctor discipulum instruendo.

Sicut ductor exercitum dirigendo.

Sicut prelatus subditum corrigendo.

Sicut dominus famulum premiando.

¶ Est enim in rebus tanta consonantia q̄ semper superior adiuuāt inferiorem in suis effectibus. Unde etiā dicit ptholomeus. q̄ stelle fixe cum celestibus orbib⁹ cooperantur planetis inferioribus in suis influētijs ⁊ proprietatibus. Sic vere charissimi dico q̄ res superiores. s. ipse deus angeli ⁊ sancti habent iuuare ⁊ cōfortare. etiā nos alij inferiores ⁊ nos per suā gratiā visitare. ⁊ nos in nostris actib⁹ gubernare. Et ideo dec⁹ pulcerrime describit. Eccle. xxxiiij. Protector inquit potentie firmamentum virtutis. Tegimen ardoris. Umbraculum meridiani. Deprecatio offensiōis. Adiutorium casus. Exaltans animam. Illuminans oculos. Dans sanctitatem vitam ⁊ benedictionē. In quibus verbis ostenditur q̄ deus adiuuat suos. Cōferendo defensionem. Protector potentie. Roborando ꝑfectionem. Firmamentum virtutis. Temperando tentationem. Tegimen ardoris. Recreando affectionē. Umbraculum meridiani. Concedendo indulsionem. Deprecatio offensionis. Releuando depressionē. Adiutorium casus. Procurando promotionem. Exaltās animam. Illustrando cognitionem. Illuminans oculos. Confortādo conditionem. Sanitatem. Infundēdo deuotionem. Uitam. Influendo fruitionem. s. Benedictionem eternam. ¶ Dico igit̄ primo q̄ deus cōfert defensionem. quia scilicet ipse protector potētie. G Nam sicut elephas teste Solino videns hominem errantem ipsum ad viam publicam reducit: ⁊ si draco ei nocere voluerit ipsum adiuuat protegit ⁊ defendit. Sic vere charissimi deus per suas inspirationes: vel etiam per suas correctiones hominem per vitia deuiatū ad viam salutis. hoc est ad statum gratie reducit: ipsumq̄ contra draconem diabolum vel etiam cōtra alios tyrannos: ⁊ etiam contra mundi ⁊ carnis tētationes ⁊ tribulationes. defendit protegit atq̄ iuuat quando sc̄ per spem fiduciam ⁊ orationem eius auxilium implorat. Et ideo dicitur in ps. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est ⁊ nos liberati sumus. Et sequitur Adiutorium nostrum in nomine domini. quod ostendit cū dicitur. Protector potentie. Unde Geñ. xv. Noli timere abrahā quia ego protector tuus sum. Adiuuat igit̄ per defensionem. vnde in ps. xxxvj. Adiuuabit eos dominus ⁊ liberabit eos a peccatoribus ⁊ saluabit eos: quia sperauerunt in eo. ¶ Secundo adiuuat deus roborando perfectionem. s. fortificando hominem ad resistendum. quia ipse est firmamentū virtutis similis. H cypresso que ṡm Isido. imputribilis ⁊ soli de est nature: ⁊ ita firma q̄ oneri nunq̄ cedit: sed semper in eadē remanet firmitate. Et ideo inde fiunt fortissime colūne ad edificia sustinenda. Et ista est arbor rotundissime figure ⁊ iocundissimi odoris: nam figura eius rotunda est ⁊ in altum acuta. Talis vere charissimi est ipse deus: ⁊ tales etiam debemus esse. Est enim rotundus per ꝑfectionem: quia figura sphērica est ꝑfectior figurarū. Est in sursum acutus per contemplationem ⁊ eternam ꝑlationem. Est imputribilis per immutabilem durationē. Malach. iij. Ego deus qui nō mutor. Et inflectibilis ꝑ incōcussibilē firmitatē. Iocūdi odoris per sue famose fragrātie suauitatē. Et ideo iste est firma columna stabilis atq̄ sana: cui q̄libet pōt inniti ꝑ fiduciā ⁊ sanitatē: q: s. q̄diu hō ei intus fuerit a statu gratie ⁊ perfectiōis nunq̄ cadet. q: ipse sustinet ⁊ roborat perfectos firmamentū virtutis. ps. Dn̄s firmamentū meū ⁊ refugiū meū. Adiutor meus ⁊ liberator meus. Ideo de tali adiutorio dicit in. ps. Deus noster refugium ⁊ virt⁹ adiutor in tribulationibus. Ipse em̄ est q̄si cypressus in mōte syon ⁊ q̄si palma exaltata in cades. vbi suā firmitatē notat. Famositas nominata. Cypressus. Autoritas sublimata: quia in mōte syō

fertilitas ampliata quasi palma. Iniqtas abdicata.
In cades. Quod interpretatur mutata. Tales hodie nō
sunt multi. qz ita sunt fragiles ⁊ debiles ꝙ nulli one-
ri tribulatiōis vel tentationis possunt aliqualiter sub
sistere. immo statim per peccatū ⁊ per impatientiam
per leuitatē ⁊ inconstantiā deficiunt ⁊ frangūtur. Cō
tra illud Sene. Utere officio qd̄ semel sumpsisti: tur-
pe est oneri cedere. Deus igitur per suā firmitatē ro-
I borat perfectionē. ¶ Tertio iuuat qz temperat tenta-
tionem. Regimē inquit ardoris. Sicut em̄ tegimē do
mus iuuat illos qui in domo sunt: qz. s. tēperat eis ar
dorem solis vel aeris exterioris. Sic vere deus illos q̄
sunt infra se per gratiā ⁊ charitatem preseruat ab ar-
dore solis. i. a feruore tentatiōis interioris que est de
luxuria ⁊ exterioris que est de auaricia. Ideo dicebat
Esa. xlix: Sub tegumento manus sue protexit me. Fi-
guratus in nube q̄ filios israel ducebat. Exo.
xiij. que. s. de die erat densa ⁊ rorida cōtemperans eis
ardorem solis. Et eos cōtra calorē adiuuans ⁊ cōfor-
tans. Sic deus ⁊c. vnde de tali adiutorio cōtra tenta
tionis ardorē. Dicit. ij. Para. xxvi. Adiuuit eū dn̄s cō-
tra philistijm. qd̄ etiā figuraliter signatur. Hiere. xxv.
vbi dicitur. Dixit ad me Ananias filius Azur. q̄ sc3 in-
terpretatur adiutor lucidus. Cōtriui iugū regis babi
lonis. i. diabolice tentationis. Et istud est proprie ad
iutoriū manutenētie diuine. quādo. s. de⁹ tenet hoīem
ne succumbat tētationi. ipsamqz ei cōtemperat. sicut
mater iuuat filium paruulū manutenēdo eū ne cadat
in lutū. Ideo dicat hō illud p̄s. Nisi qz dn̄s adiuuit.
me paulomin⁹ habitasset i inferno aīa mea. ¶ Quar
K to deus recreat refectionē: qz est vmbraculū meridia-
ni supple caloris. Sicut em̄ vmbraculū tempore esti-
uo in meridie recreat viatores. Sic deus in estu tribu
lationum huius mundi p deuotionē ⁊ gratiā recreat
homines atqz iuuat. Ideo dicat hō Cant. ij. Sub vm-
bra illi⁹ quē desiderabā sedi ⁊ fructus eius dulcis gut
turi meo vbi ostendit ꝙ vmbra memoria vel fiducia
dei crucis vel paradisi.
Laborem abijcit. Sedi sub vmbra illius.
Amorem reficit. Quem desiderabam.
Dulcorem conficit. Dulcis gutturi meo.
Uigorem perficit. Fructus inquit eius.
Et ideo sicut elephantes frequentant vmbrā palme
⁊ eius fructus vescuntur. Sic nos debemus frequen
tare per deuotionē vmbrā. i. memoriā crucis paradisi
et dei vt fructibus sue gratie ⁊ glorie satiemur. Sz ecō
uerso quidā sunt similes Helye. de quo dicitur. iij. Re
gum. xviij. ꝙ dormiebat sub vmbra vni⁹ iuniperi que
est arbor pungitiua: ⁊ per vnū annū possunt cineres
eius seruare ignē grecum: vt dicit Isid. Talis p certo
est mundus sub cuius vmbra. i. sub cuius prosperita-
te quiescunt ⁊ dormiunt peccatores: quia vere iste est
pungitiuus per diuersas tribulationes ⁊ ignem aua
ritie continue seruat per cupiditates ⁊ ambitiones.
Ideo de mūdi diuitibus dicitur Job. xl. Sub vmbra
dormit in secreto thalami in locis humentibus. Nō
sic charissimi: sed sub vmbra dei qz vere ipse recreat af
fectionem. ¶ Quinto dico ꝙ ipse preparat indulsio-
L nem: qz ipse est deprecatio offensionis: quia sc3 p qua
cunqz offensione ipse est deprecabilis: ⁊ pro omni cri-
mine potest cum fiducia deprecari: qz semper parat⁹
est indulgere: similis leoni qui parcit animalib⁹ que
coram eo se prosternunt. Sic vere xp̄s illis parcit q̄ ve
niā implorando prosternunt se humiliter corā eo: qd̄
est contra vindicatiuos qui nulli volūt parcere delin
quēti: immo etiā vsqz ad vnguē oīa volūt punire. simi
les castori cui nō sufficit frangere carnē quā mordet:
immo pre rabie crudelitatis ⁊ ossa frangit: sicut Pli-
nius lib. viij. naturalis mūdi hystorie dicit: exemplifi
cans de muliere getulica q̄ leonē famelicū in deserto
reperiens ne deuoraretur precibus ⁊ allegationibus
impetrauit. Sic vere multi sunt quibus nō sufficit car
nem exteriorē. i. tēporalē substantiā inimicoꝝ suorum

ledere. nisi etiā ossa. i. corpora ⁊ personas valeāt flagel
lare. Cōtra quos. ij. Reg. ij. Nunquid vsqz ad internitio-
tionē gladius tuus desciuet. Nō sic i p̄s qz vere ipse in
dulget deprecantibus deprecatio offensiōis. Ideo di-
camus. Exaudi deus orationē meā cū deprecor. Di-
cat igitur quilibet deprecando illud p̄s. Deus in ad-
iutoriū meū intende: dn̄e ad adiuuandū me festina.
Quod tamen est contra multos qui ad dei adiutorium
in suis necessitatibus nō recurrunt: sed potius in suis
diuitijs ⁊ etiā in mūdanis amicicijs cōfidūt. vn̄ in p̄s.
Ecce hō qui nō posuit deū adiutorē suū: sed sperauit
in multitudine diuitiarū suarū ⁊ preualuit in vanita
te sua. Iste igit̄ p̄parat indulsionē. deprecatio inquit
offensionis. ¶ Sexto adiuuat qz releuat depressionē
Adiutoriū inquit casus: qz. s. quādo hō cadit p aliquā M
tribulationē: paupertatē: vel depressionē: peccatū vel
offensionē deus releuat. s. gratiā vel tēporalē substan
tiā cōcedendo: sicut hō asinū suū quē videt cecidisse.
qd̄ est cōtra multos qui aliquē pauperē nolunt iuua
re vel subleuare. p̄s. Et pauperē cui non erat adiutor.
Sed deus nō sic qz sicut dicitur Roma. viij. Sp̄us ad
iuuat infirmitatē nostrā. Releuat igit̄ depressionem.
¶ Septimo dico ꝙ ipse adiuuat procurando promo
tionē temporalē ⁊ eternā. Exaltas inquit aīam. Sicut N
enim res in igne posite quādoqz taliter adiuuant ꝙ
p ignē de forma vili ad formā nobilē reducunt: sicut
patet de cinere qui p ignē efficit vitrū. Sic vere artifex
deus quādoqz de igne tribulatiōis adducit hoīem ad
formā nobilē dignitatis ⁊ promotionis: qz quandoqz
deus permittit hoī multa aduersa venire vt ipsum fi-
naliter ex aliqua occasione faciat exaltari. Exemplum
de Joseph q̄ forte nūq̄ fuisset dn̄s egypti nisi proditio
sa fratrū venditio: dolor ⁊ carceri mancipatio. Fallax
mulieris accusatio precessisset: qz deus per multas de
ductiōes scit elicere conclusionē suā. s. suoꝝ honorem
⁊ promotionē: qz nouit suos deus de tētatione eripe-
re. ij. Thimo. ij. Exaltās inqt. Unde Eccle. lj. Domine
deus meus exaltasti super terrā habitatiōnē meam:
Sequitur ⁊ non derelinquas me in tempore superbo
rū sine adiutorio p̄s. Posui adiutoriū in potēte ⁊ exal
taui electū meū in plebe mea. Procurat igit̄ de⁹ p̄mo
tionē. ¶ Octauo dico ꝙ ipse illustrat cognitionē. Illu
minans inqt oculos. s. interi⁹. Sicut em̄ hirūdo pul- O
los in nido excecat os illuminat succo celidonie ocu-
los eoꝝ adiuuat ⁊ sanat eos a cecitate ipsorūqz oculos
illuminat. Sic de⁹ vidēs hoīem p vitia excecatū quā-
doqz adhibet succū amarū celidonie. i. amaritudinem
tribulatiōis vel infirmitatis vel cōsiderationē amari
tudinis mortis iudicij ⁊ inferni. Et sic eos cōtra ceci-
tatē peccati adiuuat ⁊ oculos mētis ipsoꝝ illuminat
per grām ⁊ illustrat. Tale adiutoriū petebat. Dauid.
Illumina dn̄e oc̄los meos ne vnq̄ obdormiam in mor
te ne qn̄ dicat inimicus me⁹ p̄ualui aduersus eū. Job.
xxvij. Cui⁹ adiutores nōne imbecillis? Cui dedisti cō-
siliū forsitā ei⁹ q̄ nō h3 sapientiā. Iste igit̄ adiuuat illu-
strādo cognitionē. ¶ Nono dico ꝙ de⁹ cōfortat cōdi
tionē. Sanitatē inqt. qz. s. ipe cōfert bonitatē mētis ⁊ cor P
poris. ⁊ sic hūanā fragilē infirmitatē cōfortat. p̄s. Sa
na me dn̄e qm̄ cōturbata sunt oīa ossa mea. Istud em̄
est maximū adiutoriū. s. sanitatē sp̄ualē cōferre: ⁊ ho-
minē a periculo liberare. Ad Ro. viij. Sp̄us adiuuat
infirmitatē nostrā. Adiuuat igit̄ de⁹ cōfortādo cōdi
tionē. ¶ Decimo dico ꝙ ipse infudit deuotionē. vitam
inqt. qz. s. deuotio est vita aīe p̄s. Uitā ⁊ mīam tribuisti Q
mihi. Celi ⁊ stelle p eoꝝ occultā influētiā. fm ptholo. in
almagesto. infundūt viuentibus vitā vegetabilē ⁊ sen
sitiuā: qz sine influētia celesti nihil posset viuere. Sic
vere charissimi. celum. i. de⁹: stelle. i. sancti ⁊ angeli no
bis alijs q̄ sumus inferius in hoc mūdo vitam deuo-
tionis ⁊ gratie subministrat: qz sine ista influētia ni-
hil potest in mundo p gratiā vegetare. Et sicut vide-
mus ꝙ lapides nō p̄ticipāt vitā eorū. s. ꝙ ista celi influē
tia p̄pter eorū indispositionē ⁊ duritiā ipsos nō pene

trat nec

trat nec viuificat neq̧ iuuat. Sic vere duros obſtina
tos crudeles ꝛ lapideos peccatores propter eorū indiſ
poſitionē nō viuificat: neq̧ per gratiā ꝛ deuotionem.
Unde Eſa.xxx. Morientes nō viuant. gygantes nō re
ſurgant. pſ. Nō ſit illi adiutor nec ſit qui miſereatur.
Non ſic chariſſimi. ſed diſponamus nos per peniten
tiā ꝛ confeſſionē q: vere deus paratus eſt infundere.
R ſicut dictū eſt gratiā ꝛ deuotionē Uitā inquit. ¶ Un
decimo dico ꝙ deus adiuuat influendo fruitione. ſ. ce
leſtis glorie. qđ nota ſuper verbo benedictionē. vt ſic
de quolibet dicatur illud. Eccle. xliiij. vel Sapi. xj. ca.
Benedictionē oīm gētiū dedit illi. Et ſequit. Coronā
aureā poſuit ſuper caput eius. Iſtud eſt autē ſummū
ꝛ vltimū adiutoriū. qđ. ſ. ſupplet omnes defect⁹. Ideo
quilibet beat⁹ poteſt dicere illud. pſ. Adiutor meus ti
bi pſallā: q: tibi dñe miſericordia: tu reddes vnicuiq̧
ſm opera ſua. Et illud pſ. Tu dñe adiuuiſti nos ꝛ con
ſolatus es nos. Dico igitur ꝙ deus adiuuat nos dan
do fruitionē. Infundēdo deuotionē. Illuſtrādo cogni
tionē. Cōfortando conditionē. Procurando ꝓmotio
nem. Releuando depreſſionē. Concedendo indulſio-
nem. Temperando tentationē. Roborādo perfectio
nē. Offerendo defenſionem. Et propter hoc debem⁹
ſuum adiutorium implorare. Unde pſ. Adiuua nos
deus ſalutaris ꝛc.

A **Admirari.** Admirabilis. Nota ꝙ admira-
tio nihil aliud eſt ꝙ̄ ſtupor ex ali
qua inſolita re in animo generat⁹. Cū igitur res poſ-
ſint diuerſimode inſolite ꝛ excellētes dici. ſ. in bonita-
te vel malitia: hinc eſt ꝙ admiratio poteſt accipi mul
tis modis. Eſt admirabilis.
Uoluntas ſacramentorum.
Bonitas ſanctorum.
Prauitas malorum.
Grauitas tormentorum gaudiorum.
Status vniuerſorum.
Actus iudiciorum.
¶ Iſta tantū ſunt ſeptē mirabilia que multo plus de-
bent a nobis admirari ꝙ̄ illa ſeptē mundi mirabilia
de quibus faciūt hiſtorie mentionē. Dico igit primo.
ꝙ admirāda ſunt fidei ſacramenta. q: reuera qui be-
ne conſideraret myſteriū incarnationis. ꝛ virginalis
parturitionis. Euchariſtie cōſecratiōis. Reſurrectio
nis ꝛ aſcenſionis. Sicut enim videmus ꝙ ſimplices
admirantur ſolis ortū: q: neſciūt vnde venit. Admirā
tur ſolis eclypſim ſeu defectū. q: neſciūt quomodo de
ficit. Admirantur ſolis nubeū velamentū. q: neſciunt
vbi ſe abſcōdit. Admirantur ſolis occaſum. q: neſciūt
quo vadit. Sic vere dico ꝙ circa ſolē iuſticie chriſtuʒ
multa ſunt admiranda. ſ. ꝙ̄ mirabiliter a matre naſci
tur: ꝙ̄ mirabiliter nube accidentiū in ſacramento eu
chariſtie abſcōdit ꝛ tegit: ꝙ̄ mirabiliter in cruce eclyp
ſatur ꝛ morit: ꝙ̄ mirabiliter reſurgēdo ꝛ aſcendēdo oc
cidit ꝛ reuertit. Et ideo de iſto legit: Eſa. ix. ꝙ vocabit
nomen eius admirabilis conſiliarius: deus fortis: pa
ter ſeculi futuri: princeps pacis. Quid eñ mirabilius
ꝙ̄ ordinē rerum mutari. deū hominem fieri ꝛ gen⁹ hu
manū qđ mirabiliter cōditū fuerat mirabilius refor-
mari. vt dicitur in collecta. De⁹ qui humani generis
dignitatē mirabiliter condidiſti. ꝛ mirabili⁹ reforma
ſti. Iſtud eſt mirabile ſignū qđ ſemel accidit in natura
de quo dicit Oroſius in ormeſta mundi. ꝙ ante ſecū-
dum bellū punicū multa mirabilia ꝓdigia prouene-
runt. Unde dicunt ꝙ in affrica ſol ꝛ luna viſa ſunt pu
gnare. celū in duo diuiſum eſt: ꝛ tandē viſum eſt arde
re. littora etiā maris. tunc arſerunt. Et ſic hec ꝛ alia ꝓ
digia mundū in admiratione traxerunt. Sic vere di
co ꝙ in bello punico ꝛ in bello rubeo ꝛ ſanguineo: id
eſt in incarnatione vel paſſiōe: puniceus eñ color ꝛ ru
bedinē vergit ad mirabilia prodigia: ꝛ curſum natu-
re excedentia: videt deus in incarnatione verbi feciſſe
q: ſ. ſol immutabilis. i. deus ꝛ luna mutabilis. i. natu-
ra tunc inuicē pugnauerūt: qñ. ſ. deus mortalis: ꝛ ho-
mo immortalis facti fuerunt: qñ cōtra naturam per
dei potentiā virgo parturit: ꝛ quādo in cruce per ſym
bolicam cōmunicationē deus moritur ꝛ hō reſurgit.
Illud etiā mirabile ſignū videtur innuere. Dyoniſi⁹
in epla hyſtorialiter: vbi dicit ꝙ ipſo exiſtente in egy-
pto in ipſa hora dominice paſſionis ipſe vidit lunam
que erat in ſolis oppoſitione vſq̧ ad ſolē contra pro-
prium curſum accedere ꝛ ſe ſibi ſubmittere vel ſuppo
nere: ꝛ eclypſim que tunc accidit ſic cauſare: ꝛ tandem
ſubito ad locū in quo prius fuerat receſſiſſe. Iſta igit
fuit pugna mirabilis: q̄. ſ. ſol ꝛ luna. i. deus ꝛ natura
pugnarunt: ꝛ cum nō obſtante vtriuſq̧ contradictiōe
naturali ꝛ pugna in ſimul cōuenerūt. Abacuc. iij. Sol
ꝛ luna ſteterunt in habitaculo ſuo: Tunc igitur celuʒ
eſt viſum diuidi per dei ad mundū deſcēſionem. Eſa.
lxiiij. Utinā dirūperes celū ꝛ deſcenderes: tunc celum
ardere viſum eſt. i. ipſe dei filius per ipſius dei morteʒ
ꝛ paſſionē littus etiā maris. i. ipſe fluctuoſus mūdus
tunc arſit per charitatis inflāmationem. vnde. ij. Pe
tri. iij. Celi ardētes ſoluentur. Elementa aūt ignis ar-
dore tabeſcent. Et ideo admiratio de tali ſolis ꝓdigio
ſatis videtur figurata. iiij. Reg. xx. vbi dicitur ꝙ cum
ſol retroceſſiſſet tempore Ezechie regis iuda admirā
tes babilonij rerū ordinem mutatum inquirentes a
ſuis ydolis quid hoc eſſet. Audiuerunt ꝙ hoc accide-
rat propter Ezechiā regem ſicut dicit. Joſephus: qua
propter miſerunt nuncios ad eū vt interrogarent euʒ
de portento quod acciderat ſuper terrā: quia ſcʒ iſtud
eſt verum ꝙ talis ſolis iuſticie eclypſis ꝛ mutatio ꝛ re
troceſſio ꝛ humiliatio valde fuit admirabilis ꝛ ſtu-
penda que tamen propter Ezechiam regem. i. propter
genus humanū infirmum vt ſalutem reciperet fuit fa
cta. Et ideo breuiter de tali admiratiōe pōt dici illud
Abacuc. j. Aſpicite in gentibus ꝛ videte. admiramini
ꝛ obſtupeſcite: quia opus factuʒ eſt in diebus veſtris
ꝙ nemo credet cum enarrabitur. Et ideo Dauid dice
bat in pſalmis. Domine dominus noſter ꝙ̄ admirabi
le eſt nomen tuū in vniuerſa terra. Ubi aduerte ꝙ de⁹
eſt admirabilis propter multa veʒ ꝙ
Hic cunctis preſidet eminenter. Dñe dominus.
Hunc homo poſſidet adherenter. Noſter.
Hic cuncta preuidet ſapienter ꝙ̄ admirabile.
Hic cunctis euidet loculenter. Nomen tuum.
Hic cuncta prouidet diligenter. In vniuerſa terra.
¶ Dico igitur ꝙ iſte eſt admirabilis ratiōe ſūme pre B
ſidentie. mirum enim eſt ꝙ vnus omnibus preſideat
ꝛ ꝙ vnus habeat dominium ſuper omnes: ꝛ tamē ſic
ſic eſt de iſto. Dominus inquit. Eccleſiaſtici. j. Unus
eſt altiſſimus dominus omnium omnipotens rex po
tens ꝛ metuendus nimis: ſedens ſuper thronum ſuū
dominās deus. vnde ſicut dicit Plinius libro. viij.
Elephantes inuenientes veſtigium hominis in harc
na deſerti ſtatim admirantur ꝛ ſtupent: ꝛ acſi ipſuʒ na
turali inſtinctu dominum animalium cognoſcerent:
ſtatim retrocedunt ꝛ timent. Sic vere cum deus ſit do
minus omnium ſingulariter ita ꝙ dominuʒ ſuū ap
paret in veſtigio creaturarum ſuarum: ipſum procul
dubio debemus timere ꝛ cum admiratione formida-
re ꝛ ex hoc a peccatis retrocedere ꝛ ceſſare. Qđ bene fi
guratur Heſter. xv. vbi dicitur. ꝙ cū Heſter regina vi
diſſet Aſſuerum regem indutum veſtibus regijs auro
ꝛ lapidibus refulgētem aſpectu terribilē ꝛ in ſolio pre
ſidentē: necnō furorē animi ardentibus oculis indicā
tem in pallorē collore mutato corruit ꝛ laſſum ſuper
ancillā caput reclinans in hec verba prorupit. Uidi
te dñe quaſi angelū dei ꝛ conturbatū eſt cor meū pre
timore glorie tue: valde enim mirabilis es ꝛ facies tua
plena eſt gratiaruʒ. Aſſuerus chariſſimi qui interpre
tatur beatificans ſignat deū qui premiat ꝛ beatificat
oēs ſanctos. Iſte eñ ſedet in ſolio maieſtatis ſuperne
in qua dominat ꝛ pſidet vniuerſis: qui etiā indut⁹ eſt
veſtibus regijs. i. ſuis exterioribus creaturis lapidib⁹
etiā precioſis. i. ſanctis hominibus ꝛ virtuoſis. q: ſ. in

creaturis τ sanctis sunt quidē ipsius exteriores ornatus qui ipsum reddūt mirabilē τ stupendū. ps̄. Mirabilis deus in sanctis suis. Hic inquit assuerus terribilis apparet in aspectu. q2 gladium iusticie secū tenet. Nā sicut oculi eius super iustos ad premiandu3: ita τ super peccatores ad puniendū. Unde ipse est ille de quo in ps̄. Gladium suū vibrauit. Et alibi tu terribilis es dn̄e τ quis resistet tibi. Iste vero stat in solio. i. in celo empireo. ps̄. Dominus in celo sedes eius. Nec non furorē animi pretēdit contra peccatores effectū furiētis producēs cōtinue. sicut patet in occultis iudicijs τ etiā aliquarū manifestis. Sed hic ardētibus oculis apparet: q2 τ sagittas suas ardentibus effecit. Hūc igitur Hester. i. abscondita. s. anima rationalis q̄ realiter abscōdita est τ celata sub corpore: sed etiā abscōdita quo ad operationē suam: q2 τ illa cui nihil debet esse absconditū ratione sue limpidissime cognitionis quādo corpori est cōiūcta oīa sunt ei abscōdita. immo etiā ipsa sibimet absconditur teste August. Quid enī inquit aīa mea cū tibi ipsi sis presens teipsam non cognoscis: certe q2 mole corporis est grauata. etia3 est per corpus aliqualiter excecata. vnde τ que sibi separate sunt τ erunt manifesta: abscondita sunt ei dū corpori est coniuncta. Nunc igitur abscōdita sunt ab oculis tuis. Potest dici anime cuiuslibet. Hec tn̄ abscōdita est regina. q2 ipsa regit corporis membra cūcta. Ad imperium enī anime τ eius presentiā mouentur. omnia membra qua nō operante operatio cessat omnis. Hec igitur Hester in pallorē mutato colore corruit: quippe ipsa cōsiderans dei pulchritudinē eius amore inflāmata rubescit. Sed cōsiderans eius passionis turpitudinē eius dolore nigrescit. Nigra sum sed formosa τc. Sed considerās τ cogitās iudicij seueritudinem eius timore pallescit in quo cū dolore diutius sistit. Posteriora dorsi eius in pallore auri. q2 beatus homo qui semper est pauidus. Hec postea caput habet bassum: τ super ancillā reclinat quādo vacans a contemplatione carnis necessitatē procurat: τ circa regimē proprie carnis vacat dicēs isti ancille sue proprie carni illud. Genes. xvj. Agar ancilla Sarai vnde venis τ quo vadis? Tandē in hec verba prorupit. Uidi te dn̄e

E τc. Et valde dominus inquit τc. ¶ Scd̄o dico q̄ admirabilis est ipse deus ratione seruilis subiacentie. Noster inquit. Mirū est q̄ noster est cuius sumus. nec tā mirū: q2 eius sumus effectiue. Nos aūt populus eius τc. Sed ipse noster est possessiue. Sic enī deus naturam humanā sibi vniuit vt esset noster per incarnatione3 Gen̄. xxvij. Caro enī τ frater noster est. Sic τ dū ab eo effecti siue reparati sumus per gratiā ipse noster est per spiritualem adhesionem. Nō enī est alia natio tā grādis q̄ habeat deos appropinquātes sibi sicut adest nobis deus noster. Unde ipse videt esse similis leoni regi aīaliū q̄ q̄uis sit vere τ siluestris nature quādoq3 tamen repertum est q̄ homini se donabat τ se humanis vsibus dedicabat. qn̄. s. hoiem erga se beneficum sentiebat: sicut exemplificatur in vita beati Hiero. in historia transmarina. Sic reuera deus q̄q̄ de sui natura sit ab hūana cōditione valde extraneus se cū hominibus gratis τ iustis cōsueuit dare τ eorum seruitijs se spūaliter deputare. Luc. j. Locutus est ad abrahā patrem nostrum daturum se nobis. Et ideo de tali mirabili potest dici illud Dan̄. iij. In persona hūane nature signa τ mirabilia fecit apud me deus excelsus τc. Un̄ ipse est deus sicut ignis: quia. Deut. iiij. Deus noster ignis consumens est. de quo s. dicit Dionisius ca. xv. de angelica ierarchia. q̄ dato q̄ sit incognitus immēsurabilis τ inuisus. ipse tamen in omnibus τ per omnia dare se venit tradēs se omnibus quomodo appropinquantibus sibi. Sic pro certo iste ignis deus omnibus se confert τ cōicat. τ cunctis digne ipsum requirentibus seipsu3 dat. Unde dicit beatus Thomas de officio corporis xp̄i. Se nascens dedit socium conuescens in edulū se moriens in preciū se regnans dat in premium. Iste igitur videt noster. Iste est ipse noster de quo Baruch. iij. q2 post hec etiā in terris visus est τ cum hoībus cōuersatus est patet igit. q̄ deus est admirabilis rōne seruilis subiacētie nr̄ inqt. ¶ Tertio dico qd̄ ipse est admirabilis ratione p̄clare sapientie qd̄ notat. Admirabile q2. s. nihil mirabilius in natura quā qd̄ oīa vno intellectu cōcipiant: τ ab vna intelligētia cognoscant: qd̄ tamen est in isto q2. s. omnia nouit preterita τ futura. Unde deus videtur esse sicut illud admirabile speculū de quo narrat: q̄ tante quantitatis erat qd̄ positum supra muros vnius vrbis obsesse cuncta opposita apparebant ibidem. ita q̄ milites exercitus aduersarij foris stantis dum se ibidem videbāt copiositatem militū in vrbe credebāt. Illi etiā de ciuitate quid exterius faciebāt aduersarij in suo speculo cognoscebant: τ hec q2 in illo qd̄ in loco eminentissimo erat situm omnia opposita resultabāt. Sic vere in speculo eterno. s. in deo oīa relucent τ nitent: τ cuncta q̄ sunt scibilia ibi patent ita q̄ oīa ab eius sapiētia sunt ibi intrinseca intuent: τ a beatis ipsum cōtemplantibus in ipso cognoscūtur: ipse enim est vt dicitur. Col. j. In quo sunt omnes thesauri sapientie τ scientie absconditi: q2 sicut dr̄ vni verbi de sapientia diuina fit mentio scit preterita τ de futuris exterminat: scit versutias sermonū τ dispensationes argumentorū signa τ monstra: scit anteq̄ fiāt τ euentus temporū et seculorū. Et ideo de mirabilitate istius sapiētie τ scientie dicitur in ps̄. Mirabilis facta est scientia tua confortata est τ non potero ad eā. Est igitur deus admirabilis ratione preclare sapientie. Admirabilem inquit.

¶ Quarto dico q̄ iste est admirabilis ratione patentis euidētie. Nomē inquit tuū. Mirabile enī est q̄ res incognita nominetur: τ q̄ ille cuius natura est incomprehensibilis ab intellectu tanto aliqualiter cognoscatur. qd̄ tamē ita est. q2. s. deus ex suis effectibus cognoscitur. ita q̄ a nobis sibi nomē imponitur dato q̄ proprie quid sit a nemine cognoscatur. Nomē tuū inquit. figuratus in illo angelo qui luctatus est cum Jacob. Gen̄. xxxij. ca. Item in illo angelo q̄ apparuit Manue Judic. xiij. ¶ Item in illo q̄ cōduxit filiū thobie. Thobie. j. quoru3. s. quilibet requisitus qd̄ esset nomen suū sic legitur respōdisse. Cur queris nomē meu3 qd̄ est mirabile. q2 p̄ certo sicut dicitur. Esa. ix. Uocabitur nomē eius admirabilis cōsiliarius τc. Uide infra de noīe. τ ibi pone de noībus dei. Est enī admirabilis ratione patentis euidentie. Nomen inquit tuū.

¶ Quinto dico q̄ ipse est admirabilis ratione seu ingentis seu latentis prouidentie: que. s. ostēdit cū dicitur. In vniuersa terra. Mirū est enī q̄ vnus vniuersam terrā regat τ sustineat. τ q̄ ad regimen vniuersorum per totius orbis circuitū ipsius prouidentia extēdat. Et tamen sic est de deo: τ ideo mirabilis pōt dici. Ipse enim similis est lune: cuius occulta influētia τ fluxu3 maris causat: τ in ossibus animaliū medullarum augmentū vel detrimentū in vniuerso mundo efficit et procurat. Sic vere influentia τ prouidētia occulta ipsius dei. q̄ sc3 est luna perfecta ineternum: τ testis in celo fidelis: mare magnū τ spaciosum. s. mundū et motus τ fluxus suorū actuū siue accidētiū regit τ dirigit τ augmētū vel detrimentū omniū temporaliū sua occulta τ mirabili prouidētia manuducit. ps̄. Qui nauigant mare in nauibus ipsi viderūt opera domini τ mirabilia eius in profundo. In vniuersa terra inqt. ps̄. In vniuersa terra iudicia eius. Sic igit patet quō deus est admirabilis. Quia prouidet: q2 euidet: q2 preuidet: q2 subsidet. Et hoc est primū principale. Sic ergo dico q̄ admirabilia sunt in deo fidei sacramenta. ¶ Secūdo principaliter dico. q̄ admirabilia sunt virtutu3 ornamenta: q2. s. mirabile est τ spectabile videre hominē bonis moribus ornatū. Sicut enī arcus celestis reputatur admirabilis p̄pter pulcritudinē colorum. Sic iustus p̄pter pulcritudinē virtutū. Cōpara iustū pāthere cuius colorē τ odorē admirātur stupēdo aīalia

vniuersa

vniuersa. Sic iustus dz alijs admirari ꝓpter odorem
famose redolentie ⁊ propter colores virtutū ⁊ gratie:
vnde de arcu celesti dicit. Eccle. xliij. Pulcritudinē cā
doris eius admirabit oculus: ⁊ super ymbrem eius ex
pauescēt cor. Unde nota ꝙ admirari possum⁹ in homi
ne. Honestatē vernantis decoris. Pulcritudinē. Pu
ritatem florētis pudoris. Candoris eius. Ueritatē ful
gentis splendoris. Admirabitur oculus. Pietatē flue
tis dulcoris. Super ymbrē eius. Caritatem feruentis
amoris. Expauescet cor. Probat honestatem decens
gratitudo: pulcritudinē. Probat puritatē alba pulcri
tudo. candoris eius. Probat veritatē clara limpitudo
Admirabitur oculus. Probat pietatem aque plenitu
do. ymbrem eius. Probat charitatem mentis hebetu
do. Expauesc. cor. Igitur dico ꝙ mirari debem⁹ hone
sti decoris gratitudinē. Pulcritudinē inquit q. s. pul
critudo morū est admiranda. ⁊ cū stupore et extasi de
lectabiliter est videnda. Color enim est obiectū visus
⁊ obiectum potentie. Sic vere honestatis decor obie
ctum est bene ordinati affectus ⁊ eū etiā recreat perfi
cit ⁊ custodit. Unde eccle. xl. Gratiā ⁊ speciem deside
rabit oculus ⁊ super omia virides satiōes. Pulcritu
do eñ cōuersationis ⁊ morū sup oīa mentē intuentis
delectat ⁊ ad bonū ipsum excitat ⁊ inclinat. Uñ etiam
sponsus sponsam suā de pulcritudine cōmēdabat di
cens. s. Cant. j. Ecce tu pulcra es amica mea: ecce tu
pulcra oculi tui colūbar. Et Judith. x. Mirati sunt
nimis pulcritudinem eius. Uide infra de ceď. C. vbi īn
uenies de pulcritudine honestatis que proculdubio
est miranda. Quod tamē est cōtra multos qui. s. non
delectantur in pulcritudine morū: sed potius in pul
critudine florū. nō in pulcritudine virtuali: sed in pul
critudine corporali. sicut sunt fatui iuuenes quos pul
critudo corporis ⁊ propria ⁊ aliena allicit ad peccatū.
Figurati in Naaman qui interpretatur decorus vel
pulcerrim⁹ de quo legit. iiij. Reg. v. ꝙ ipse ꝙ̄ ꝙ̄ esset di
ues ⁊ nobilis nihilomin⁹ ipe erat leprosus. q. s. hodie
illi qui sunt corpaliter pulcri ꝙuis in naturalib⁹ gra
tijs diuites fiunt. faciliter per luxuriā in se. s. corrupti
⁊ aliorū corruptiui. ⁊ spūalis deceptiui. Prouer. xxxj.
Fallax gratia ⁊ vana est pulcritudo. Et breuiter aspe
ctus ⁊ admiratio talis pulcritudinis est periculosus
q. scz inducit hoīem ad peccatū. Fabulose dr de gorgo
ni. q̄ fuerūt virgines tante pulcritudinis ꝙ cum habe
rent capillos serpētinos oēs q̄ eas videbāt in lapides
mutabātur. De quibus etiā dicit Ouidius. ꝙ cū tres
essent sorores vnicū oculum habebāt: quē altera ab al
tera mutuabat: periculosum igitur erat istas aspicere
q. necesse erat in lapides se mutare. Tales ꝓculdubio
sunt mulieres male ⁊ pulcre. q. s. iste sunt vnius oculi
per maliciā cōsimilē: q. scz quasi oēs sunt percusse eo
dem baculo. Una etiā alteri oculū suū mutuat: inquā
tum altera alterā in mulierib⁹ malicijs in aspectib⁹
impudicis informatur ⁊ male ⁊ impudice aspiciendi
altera alteri exemplum dat. Oculos habētes plenas
adulterij. j. Pet. ij. ⁊ breuiter sic fit: ꝙ illi q̄ tales aspi
ciunt periculuz peccatori incurrunt: in lapides cōmu
tantur in quantū. s. sensuz ⁊ motum deuotionis bone
operationis perdūt: ⁊ duriciā obstando acquirentes
in viros malos ⁊ reprobos cōuertuntur. Unde Eccle.
ix. Auerte faciē tuam a muliere compta. Sequit. Spe
ciē mulieris aliene admirati multi reprobi facti sunt.
Et Job. xl. ca. Cor eius indurabitur quasi lapis. Capil
li etiā eorum serpentes sunt ⁊ quātū tortuosi ⁊ petrua
ti alijs venenosi ⁊ materia ⁊ occasio peccandi fiūt. Ju
dith. xvj. Colligauit cincinnos suos mitra ad decipien
dū eū. sandalia ei⁹ rapuerūt oculos eius. Admiremur
igitur pulcritudinē morū nō corporū: q. pro certo iu
stus ⁊ moralis ⁊ honestus hō est ille sol. de quo dicit
Eccle. xliij. Sol in aspectu ꝓnūcians in exitu vas ad
I mirabile opus excelsi. Admiremur igit honesti deco
ris gratitudinem. Pulcritudinem inquit. ¶ Secun
do dico ꝙ admirari debem⁹ casti pudoris pulcritudi

nem. Cādoris inquit ⁊ castitatē designat. Unde infra
de cādore. Et infra vbi lux. Et ꝓsequere sicut habet ibi
Et reuera mirabile est ꝙ homo carneus non est carna
lis. ⁊ ꝙ homo in concupiscentia genitus fiat castus.
Unde persona casta potest dicere illud Sapiē. viij. In
conspectu potentum admirabilis ero ⁊ facies poten
tium mirabuntur me. Et bene dicit admirabilis. q. vi
ri casti pre ceteris sunt apud magnos amabiles ⁊ mi
rabiles: Miremur igitur casti pudoris pulcritudinez.
¶ Tertio admiremur veri splendoris limpitudinem K
idest sapientie certitudinem quod ostenditur cum di
citur. Admirabitur oculus. Oculus enim admiratur
super claritatis solaris excellētia Sic vere oculus mē
talis debet admirari super sapientie rationalis eminē
tia ps. Anticipauerunt vigilias oculi mei turbat⁹ sum
et non sum locutus. Mirum est enim ꝙ creatura cor
poralis ⁊ mortalis sapientiaz habeat ⁊ ꝙ homo de ter
ra psalmatus deo ⁊ angelis compar fiat. Ideo domi
nus admiratiue dicebat Job. xxviij. Quis posuit in vi
sceribus hominis sapientiam. q. d. Mirum est. Figu
ra de regina saba. iij. Regum. x. Que mirabatur in sa
pientia salomonis. Mathe. vij. Admirabant ppl'i sup
doctrina ei⁹ Miremur igit veri splēdoris limpitudinē
Quod ē tñ ꝯtra mūdanos q̄ limpidos ⁊ veros scientifi
cos philosophos nō mirant sed ipos q̄si nihilū reputā
tes q̄si sterquiliniū detestant ¶ Quarto dico ꝙ admi
rari debem⁹ iviro iusto pij dulcoris plenitudinē. Sup L
ymbrez inquit eius. Mirum est enim in natura ꝙ nu
bes ⁊ pluuie sursum in aere generantur quibus terra
inferius irrigetur: Sic vere in aeris idest in quibusdā
bonis personis admirabilis est pietas et humerosa be
nignitas que. s. terram idest inferiores pauperes bene
ficijs irrigat et eos spiritualiter et tēporaliter vegetat.
⁊ fecundat ymbrem inquit. Esaie. lv. Descendit ymber
et nix de celo ⁊ inebriat terrā. Pone si vis de enidros
lapide qui cōtinue stillat aquam. Uide supra de abscō
dere in littera A. Et nota ibi quod valde est mirabile ī
natura ꝙ aqua nō cōsumit in lapide. Ideo de talibus
benefactorib⁹ pauperū dr Matth. vij. locut⁹ ē mut⁹: ⁊
admirate sunt turbe dicētes Mar. vij. Bene omnia fe
cit: surdos fecit audire ⁊ mutos loqui. Admiremur igi
tur pij dulcoris plenitudinez. ¶ Quinto admiremur
veri amoris magnitudinez. Expauescit inquit cor. Ue M
rus eñ amator hz stupefacere ⁊ quasi insensibile red
dere. Et etiā amor ⁊ charitas aliorz nos hz in admira
tionē ducere ⁊ ad amorē etiā inuitare. q. reuera illi sūt
pre ceteris admirabiles ⁊ spectabiles. qui in vero amo
re sunt firmi atqz stabiles. Ideo dr Esa. lx. Tūc videbis
et afflues ⁊ mirabit ⁊ dilatabit cor tuuz. Et breuiter di
co ꝙ pfecti viri. s. amarosi. dulcorosi. luminosi casti seu
pudorosi. honesti ⁊ gratiosi sunt quādo inueniunt ad
mirandi ⁊ corā deo ⁊ hoībus honorādi. Uñ de viro ꝑ
fecto dicit. Ecci. xxiiij. In plenitudine sancta admirabi
tur. In multitudie electorū habebit laudē ⁊ inter bñdi
ctos benedicetur. Sic igit patet quō admirāda sunt in
iustis virtutū ornamēta. ¶ Tertio principaliter dico N
Quō admiranda sunt in malis culparū monumēta q.
reuera quidaz sunt hodie ita mali ⁊ tot culpis ⁊ vicijs
pleni ꝙ in suo gñe sunt admirabiles ⁊ stupendi. Mō
stra enim que in natura sunt deformia reputantur ad
mirabilia. sicut patet q. tunc deducunt in admiratio
nē. q̄si de ciclopib⁹ ⁊ cinopibus de acephalis ⁊ de ceno
cephalis audim⁹ fieri mentionē. Sic vere dico ꝙ illi
qui sunt in maioribus monstruosi ⁊ viciosi per viciorū
abundantiaz alijs venenosi ⁊ in mēbris virtutum de
fectuosi deformiter. Alijsqz terribiles ⁊ ꝑiculosi in suo
genere sunt admirabiles ⁊ alijs horribiles ⁊ infames.
Cōpara ipsos siuis illi mirabili bestie que dicit mauci
tora. Uide de ea vbi facies. C. finis. b. homo. b. ⁊ pone fi
guram Apoc. xvij. de muliere ebria sanguine martyrū
Jesu de qua dicit Johannes ꝙ miratus est cum vidis
set eam Uide infra Ebrietas vel pone figurā de bestia
quarta q̄ erat mirabilis ⁊ terribilis ⁊ habebat dētes ⁊

vngues ferreos deuorabat ⁊ comminuebat: ⁊ reliqua pedibus conculcabat. Dan.vij. Vide eam infra Dētes ⁊ infra vbi ferrum. Aduerte autem ꝙ non solū admiranda est in malis culparum infectio. immo etiaȝ promotio subita ⁊ subitus casus ⁊ destitutio. subito enim ⁊ mirabiliter ascendunt. figurati Apoca.xiij.ca. In illa bestia que ascendit de abysso cui draco dederat maximam potestatē ita ꝙ mirata est vniuersa terra ⁊ adorauerunt bestiam: dicentes. Quis poterit pugnare cū bestia ⁊c. Sic etiam tales iniqui hodie virtute draconis diaboli per promotiones ita ascendunt de abysso idest de statu infimo ⁊ profundo qꝺ omnibus stupor ⁊ admiratio fiūt. Tantam etiam potestatem a diabolo sortiuntur ꝙ quasi ab omnibus adorantur. Item isti subito ⁊ mirabiliter deficiūt ⁊ pereūt. figurati Ezech. xxvj. in ciuitate Tyri. cui ibideȝ dicitur sic. Principes maris in terra sedebunt: ⁊ attoniti super repentino casu tuo admirabuntur ⁊ assument super te lamentū ⁊c. Sic igitur dico ꝙ admirabilia sunt in virpijs malorū

D detrimenta. ¶ Quarto principaliter dico ꝙ admirāda sunt in beatis glorie nutrimenta vel munimēta: locus enim ⁊ actus ⁊ fructus beatorum miranda sunt et stupenda. Unde de loco dicitur in ps. Trāsibo vsq; ad locum tabernaculi: vsq; ad domum dei. De fructu vero admirabilis ⁊ de beatitudine inexterminabili dicitur .j. Pet.ij. Admirantes virtutes eius qui nos de te-

P nebris vocauit in admirabile lumen suum. ¶ Quinto vero principaliter dico ꝙ admiranda sunt in damnatis miserie nocumenta. ps. Admirati sunt: turbati sunt: commoti sunt: tremor apprehēdit eos. ¶ Sexto

Q vero dico ꝙ admiranda sunt nature ordinamenta: quia reuera ordo rerum ⁊ nature opera digna sunt oī admiratione ⁊ omni laude ⁊ commendatione: ⁊ etiam diuinorum statutorum iudiciorum ⁊ parlamenta ⁊ dictamenta. ps. Mirabilia opera tua ⁊ anima mea cognoscet nimis. Qui enim bene consideraret ordinem rerū tam celestium ꝙ terrestrium. Et qui bene consideraret quot mirabilia sunt nature pro certo iueniret materiam admirandi. inueniret enim In stellis mirabiles influentias. In lapidibus mirabiles efficacias. In aquis mirabiles ꝓprietates. In plantis mirabiles varietates. In animantibus mirabiles contrarietates. In iudicijs etiam dei mirabilia sunt. s. quomodo quandoq; bonos deprimit: malos promouet. iustos cadere permittit ⁊ malos ad salutem reuocat ⁊ ad misericordiam admittit. vide de prouidentia dei. Et de iudicijs Ideo dicitur Ecclesiastici.xliij. Admirabile opus excelsi. Et sufficit. vide infra de mirari.

Admiscere. Vide vbi Mixtio vel compositio vel aggregatio. vid' i tabula

Admonere. Idē est ꝙ recipere cōcedere cōsentire ⁊c. Vide in tabula.

Admouere. Idem est ꝙ applicare. Adaptare ⁊c. Vide in tabula.

Adnullare. Idem est ꝙ aliq̄d adnihilare destruere: dissipare. Vide i tabula.

A **Adolere.** Nota ꝙ adolere idem est ꝙ incendere vel cremare. sed potissime refertur ad adolitionem seu cremationem holocausti ⁊ incensi quod fit quando offertur in altaribus vel crematur Vide infra de cremare ⁊ de incendere: ⁊ precipue de incenso: quia sm qꝺ moraliter loquendo in scriptura icensum multiplex inuenitur. sm hoc multiplex est adolitio. s. bona seu mala. Sed si vis dic ꝙ in scriptura adolitio significat.

Carnis macerationē.
Mentis inflamationē.
Cordis deuotionē vel orationē.
Vocis adulationem.

Signat dico aspitatem penitētie ⁊ corpis macerationē. vn̄ Leui.j. de de carnibus hostie qꝺ oblata oīa adolebit sacerdos super altare. Item signat mentis ardorem ⁊ dilectionem. Unde Leui.iij. dicitur. Ꝙ sacerdos oēm adipem tollet adolebitq;. Adeps eniȝ que conglutinat ⁊ ignem nutrit. caritatem signat. Leui.vij. Adipē adoleuit igni. ¶ Itē signat orationē ⁊ deuotionē. vn̄ de altari aureo de Exo.xl. ꝙ adolebit super eo incēsuȝ dn̄o: scȝ aaron vel sacerdos. ⁊.iiij. Reg.xxij. Adolebant incēsum in excelsis ⁊c. Vide infra de incēso ⁊ de thure ⁊c. sufficit.

Adolescētia. Quātum ad p̄sens mihi occurrit ꝙ adolescētia pōt accipi tripliciter. Est enim adolescētia naturalis: virtualis: ⁊ criminalis. Naturalis idē est ꝙ iuuētus ⁊ principiū vite nostre. Uirtualis: idē est ꝙ vite ⁊ virtutū ⁊ morū perfectio. Criminalis: idē est ꝙ ignorātia vel leuis et instabilis conditio. ¶ Dico igit primo ꝙ est iuuētus seu adolescētia naturalis: ⁊ ista est sicut cera mollis A
que faciliter recipit impressionē siue pulcrā siue turpem. Sic vere adolescens qui adhuc est mollis: tener ⁊ flexibilis faciliter recipit impressionē gratie. vel peccati sm ꝙ sibi vnū mag' ꝙ aliud applicatur. Et ideo sicut videmus ꝙ plātula noua debet teneri recta: ⁊ cū aliquo recto ligno ligari: quia si pmitteret in curuitate aliqua indurari: nūꝙ posset amplius rectificari. Sic potest adolescēs per correctionem ⁊ instructionē ⁊ lignis rectis. i. bonis ⁊ iustis personis alligari per societatē ⁊ coniūctionē: quia animal si in curuitate alicui' vicij per malā cōsuetudinē induret vix aut nūꝙ ampli' ad rectitudinem cōmutatur. vn̄ Prouer.xxij. Adolescens iuxta viā suam ⁊ cū senuerit nō recedet ab ea. Et Tren̄.iij. Bonū est viro cū portauerit iugum ab adolescentia sua. vbi ostēditur ꝙ bonū immo necesse est ꝙ homo ab adolescētia sua virtutibus aplicetur quadruplici ratione. s. propter temporis aptitudinē. Ab adolescentia. Propter cordis fortitudinē. Uiro. Propter oneris asperitatē. Portauerit iugū. Propter muneris vtilitatē: quia bonū. i. vtile. Uel. Quia tempus ad hoc est cōgruū. Ab adolescentia. Quia corpus est strēnuū. Uiro. Quia opus nimis est arduū. Portauerit iugum. Quia munus datur proficuum. Bonum. Debet igitur ad hoc mouere tēporis amplitudo. Ab adolescētia inquit: quia vere adolescētia' est tempus proprie aptū ad cōuersionē ⁊ emendationem. Et triplici rōne Propter

faciliorem impressionem.
Manentiorem durationem.
Acceptiorem perfetionem.

¶ Est enim in adolescentibus facilior impressio. Nā sicut dicit ysaac in dietis. Carnes animalium iuuenilium sunt humide flexibiles atq; molles: ⁊ ideo facilius digerūtur. Nam quādo in statu veniūt duriores fiunt ⁊ ad digestionē ⁊ cōuersionē magis inepte. Sic vere charissimi illi qui sunt in iuuenili etate sunt naturaliter molles: flexibiles: humidi: ducibiles: ⁊ benigni: ⁊ ideo tunc est facilius eos dirigere: instruere: conuertere: corrigere: informare. ps. In quo corrigit adolescentior viā suā. Nam quādo est ad statū crementi ꝑueniunt tunc per malas cōsuetudines in vicijs indurātur: ita ꝙ non faciliter conuertuntur: sicut videm' ad sensum. Ideo de talibus duris ⁊ obstinatis potest dici illud. Esa.xlviij. Scio quia durus es ⁊ neruus ferreus ceruix tua ⁊ frons tua enea. ¶ Itē in adolescentibus est manentior duratio: quia. s. ꝙ in adolescentia addiscitur manentius ⁊ firmius retinetur. quia iuxta commune dictū ℣. Qꝺ testa noua capit inueterata sapit. Unde Prouerb.xxij.ca. Adolescens iuxta viā suā etiā cū senuerit non recedet ab ea. Et ideo sic debet esse de nobis sicut est de apibus. de quibus dicit Aristote. et Ambro. in exameron. ꝙ ipse recolligunt mel primo in pedibus anterioribus: deinde transmittūt illud ad pedes medios. tandē ad posteriores: ⁊ tūc cognoscit in eis pōderositas: ⁊ sic volāt ad suū alueare. Pedes anteriores signāt partē anteriorē ⁊ primā partē etat' nostre. s. statū nostre adolescentie. Medij mediū vite: scȝ iuuentutē ⁊ vtilitatē. Posteriores vltimū vite. s. senectutē. Nos igit charissimi debemus recolligere mel deuotionis ⁊ grē ⁊ bonoꝝ operū in primis pedibus. i.

in primo tempore iuuentutis atq; per persenerētiā de
bemus remittere vsq; ad medios pedes.i.vsq; ad me-
dium vite.tandem vsq; ad posteriores.i.vsq; ad finem
vite ⁊ senectutem.vt sic mel deuctionis ⁊ gratie.in pri
ma etate adolescētia colligatur ⁊ vsq; ad senectutis po
sterius perseueret vt sic gratijs ⁊ virtutibꝰ onerati ad
alueare paradisi finaliter atq; feliciter volitemꝰ. Ma
ne igitur semina semen tuum ⁊ vespere ne cesset manꝰ
tua. Quod est cōtra multos similes vasis que fiunt de
auricalco que in sui nouitate sunt splēdidissima ⁊ pul
cerrima.sed tandem paulatiue pallescunt.in fine autē
ex toto rubiginātur ⁊ deturpātur.ita q̄ liquores con
tentos corrumpūt ⁊ inficiūt si diu in eis seruant. Sic
vere multi sunt qui in iuuentute per bona opera ruti
lant atq; splendent. Sed vere quanto plus viuunt tan
to plus pallescunt ⁊ a virtuali pulcritudine deficiunt
ita q̄ in fine ⁊ senectute efficiūtur turpes et rubigino
si per diuersa vicia ⁊ peccata ita q̄ quicquid in eis cō-
tinetur.scz verba opera ⁊ exempla totuz inuenitur pu
tridum corruptum ⁊ infectum. Mors in olla vir dei.
iiij. Regū.iiij.ca. Non sic boni quia vere in bonis ado
lescentibus est manentior duratio. Item est in eis
acceptior perfectio quia.s.ceteris paribus plus placēt
deo bona facta a iuuene q̄ a sene. Exemplum de bea-
to Johanne qui erat adolescens amictus syndone sup
nudo Mat.xiiij.de quo tamen legitur q̄ iste erat disci
pulus ille quem diligebat Jesus Joh.vlti. Unde de da
uid qui interpretat vultu desiderabilis dicitur.j.Reg
xvij. Erat adolescens rufus ⁊ pulcer aspectu. Margari
ta enim que in mane concipitur melior est candidior ⁊
pulcrior q̄ illa que in vespere generatur vt dicit dyas.
et Isido. Sic vere charissimi illi qui in mane iuuentu-
tis et ab ipso tempore adolescentie concipiuntur i gra
tiā ⁊ i eē virtuali ꝓducunt meliores sunt ceteris paribꝰ
⁊ ideo acceptiores ⁊ i se puriores ꝑ innocētiā pulcioresꝑ
apparētiā.cādidiores per innocentiam q̄ illi qui in tē
pore senectutis ad deum conuertuntur quia.s.tunc est
homo sicut stella matutina in medio nebule Ecci.l. Et
sic igitur dico q̄ quia in tempore adolescentie hō con
uersus est perfectionis acceptioris.durationis manen
tioris.impressionis facilioris. Bene dico qd ad huius
modi conuersionē in adolescentia faciendā nos debet
mouere temporis aptitudo. Ab adolescentia inquit:
Ideo faciamus qd de nobis possit dici illud Hieremi.
xlviij. Fertilis fuit moab ab adolescentia sua requieuit
in fecibus suis nec est transfusus de vase in vas. ¶ Id
circo permansit gustus eius in eo.⁊ odor eius non est
immutatus. Nos enim debemus esse fertiles per bo-
norum operum abundantiam per longitudinis per-
manentiam.requiescere in fecibus per nostre vilitatis
reminiscentiam.non esse transfusi per peccatorum in-
terruptionem habere gustum per eternorum deuo-
tionem et etiam odorem per bone fame diffusionem.
debemus igitur ab adolescentia in bonis occupari q̄r
hec requirit aptitudo ¶ Secundo dico q̄ ad hoc com
B petit corporis fortitudo.viro inquit homo qui necesse
habet fortem inimicum inuadere hic potissime debet
facere illo tempore quando melius poterit armorum
pondera sustinere et quando maiori solet fortitudine
abundare. Et ideo quia nos habemus fortes inimi-
micos.s.mundum carnem ⁊ diabolum inuadere ⁊ eis
pro viribus repugnare.ideo necesse est q̄ illo tempore
quo corpus est fortius ⁊ virtuosius ad arma bonorum
operū sustinenda.s.ad scutum patientie.ad loricaz pe-
nitentie.balthеum constrictiuū amicicie.galeam que
caput intentionis ꝓtegit veritatis ⁊ iusticie.lanceaz q̄
a longe percutit orationis ensem qui ex omni parte
scindit aspere correctionis videlicet in tempore adole
scentie. Istos hostes per bona opera inuadamus viro
inquit.q̄r.s.dū sumus viri.i.fortes ⁊ virtuosi.s.in etate
adolescētia ista debemus oꝑa frequētare. Exemplū de
Goliat.j.Reg.xvij. De quo dr q̄ ipse erat vir bellator
ad adolescētia sua. Quia vere bella bonorū operū ⁊ la
borum debemus ab adolescentia atq; dum sumus iu
uenes frequentare.j.Mach.ca.xvj. Expugnauimus
hostes ab adolescentia quod etiam patet exemplo na
turali de apibus. Inter apes talis est ordo: q̄ ille que
sunt fortiores ⁊ iuniores exeunt ad laborem ⁊ ad flo-
res ad alueare portandos. seniores autem in alueari
remanēt in quiete.vbi mella ⁊ mansiones custodiūt
vt dicit Plinius. Sic vere charissimi inter nos q̄ sunt
iuuenes fortes.s.⁊ virtuosi debēt exire ad laborem ex
terioris diligentie.asperioris penitētie ⁊ ad flores ho
nestatis apparentie.⁊ etiam ad flores tēporalis sub-
stantie ipsamq; debent ad alueare conuentus vel ec-
clesie aggregare:⁊ senes ⁊ debiles suis laboribꝰ fouere
pariter et nutrire. Senes autē ⁊ debiles qui corporis
fortitudine sunt priuati:circa mellis distinctionem.i.
circa dulcoris ⁊ deuotionis ⁊ orationis cōfectionem
et celestis māsionis preparationē debēt sustinere ⁊ va
care. Quia.s.in ecclesia iuniores debēt per suos labo-
res senibus de temporalibꝰ ꝓuidere.⁊ senes per suas
orationes debēt iuuenes cōfortare vel iuuenes.i.secu
lares debēt senibus.i.maturis religiosis ⁊ ecclesijs de
floribus.i.de tēporalibus ꝓuidere.que reuera sunt trā
sitoria more floris:senes aūt debent eis de melle.i. de
dulcore spiritualiū.vt dictū est.prouidere.q̄r sicut dr.j.
Cor.ix. Si spiritualia seminauimus vobis nō magnū
est si vestra carnalia metamꝰ. Est igitur in adolescen
tia corporis fortitudo.viro inquit.j. Regū.xviij. Esto
vir fortis ⁊ preliare bella domini. ¶ Tertio dico. Qd
in adolescentia debemus operibꝰ insistere:⁊ q̄ ad hoc
debet mouere oneris grauitudo. Sicut eñ onera gra
uia ⁊ edificia ponderosa debent imponi nouis colum
nis:quia.s.magis sunt fortes stabiles atq; firme non
antiquis nec putridis nec corruptis. Sic vere quia no
bis incūbunt grauia onera.s.tentationū.tribulationū
⁊ laborū ⁊ operationū. Idcirco fortibus columnis.i.
corporibus dū sunt in nouitate adolescentie ⁊ iuuen-
tutis fortitudine ⁊ vigore:debemus īponere non colū
nis putridis.i.corporibꝰ senibꝰ:debilibus ⁊ infirmis.
qd ostenditur cum dr. Portauerit iugū.q̄r.s.iuguz di-
uersarum tribulationum laborꝝ ⁊ operationuz statu-
torꝝ ⁊ mādatorꝝ:necesse habemus per obediētiā tole-
rare. Uñ Eccli.xlix. Occupatio magna creata est om-
nibus hominibꝰ ⁊ iugū graue super filios adam a die
exitus de ventre matris sue.vsq; in diem sepulture eo
rum. Sed vere de multis pōt dici illud Hiere.ij. A se-
culo cōfregisti iugū rupisti vīcula. Mali eñ rumpūt
et frangūt per transgressionē iugū.i.punitionē impo
nes ⁊ vinculuz scz statutorꝝ ligaturas ⁊ obligationes.
hoc potissime est in religione. vbi multi sunt ita obsti
nati ⁊ supbi: q̄ nulli iugo obedire volunt siue mittere
colla sua immo sepe accidit q̄ per insolentiā ⁊ aposta
siam oīa dissipant atq; frangunt similes rinoceroti
que ē bestia ita indomita: q̄ nullo potest iugo vel vin
culo cōtineri. Sic vere nec isti vinculis regularis ob-
seruantie nec iugo laboris ⁊ obedientie possunt subij
ci vel submitti. Nam fm Plinium rinoceros viua
capi non potest nisi forte puellaris virginitas ipsam
domet. Sic vere isti mali obstinati ⁊ effrenati capi ne
queunt vel concludi in regularis vinculis discipline:
nisi forte puellaris virginitas.idest influētia virginis
gloriose ad hec suam gratiam operetur. Et ideo de
tali rinoceronte loquitur Job.xxxix. Nonne volet ri
noceros seruire tibi: aut morabitur ad presepe tuum
nunquid alligabis eum ad arandum loro tuo aut cō
fringet glebas tuas post te.quasi diceret nō. Obstina
ti enim sunt quo ad subiectionem presumptuosi quia
nolunt seruire quo ad durationez defectuosi:quia nō
morant ad presepe.idest in claustro.quo ad operatio
nem deliciosi.quia scilicet nō arant nec glebas sui cor
poris confrigunt per penitentiam:quo ad preteritio
nem iniuriosi.quia scilicet non alligātur loro discipli
ne. Non sic charissimi:sed in adolescētia laboremꝰ q̄r
ad hoc debet mouere laboris seu oneris grauitudo.

portauerit inquit iugum. Dicat igitur quilibet illud
zacha. xiij. Homo agricola ego sum: qm̄ adam exēplū
meum ab adolescentia mea: qꝛ sicut dicitur ad Gala.
vj. Unusquisqꝫ onus suum portabit. ¶ Quarto quia
ad hoc mouet̄ munerū plenitudo: qꝛ vere sicut vinea
que in sui nouitate bene colit̄ vberiorē fructū portat.
sic vere homo qui in adolescētia per penitētiā ⁊ corre
ctionem bene colit̄ plures ⁊ meliores fructus virtutū
⁊ premiorum in vita sua recipit ⁊ etiā in futura: qđ oñ
ditur cū dicitur. Bonū est qꝛ. s. bonitas gratie ⁊ gloria
per virtutis opera generat̄. Sicut dicit autor de api⸗
bus. Apes in vere ⁊ autūno cōficiunt mel sed id qđ fit
in vere magis est bonū: ꝓpter illoꝝ nouitatē ⁊ purita
tem. Sic vere ꝙuis in vere iuuentutis ⁊ in autūno se⸗
nectutis possunt cōficere mel ⁊ acquirere. i. dulcorem
virtutum gratie ⁊ glorie. illud tn̄ qđ in vere iuuentu⸗
tis acquirit̄. qñ. s. flos affectiōis purior est melius de
bet merito reputari iuxta illud. Prouer. xxv. Comede
fili mel quia bonum est. Et ideo charissimi ad adole⸗
scentiā applicemus nos bonis operibꝰ. qꝛ hic requi
ritur fructus plenitudo: pene mestitudo: status forti⸗
tudo ⁊ temporis aptitudo. Est igitur adolescentia na
D turalis. ¶ Scđo dico. Qđ est adolescentia virtualis.
Nā sicut adolescens abundat in virtutibꝰ naturali⸗
bus. Sic vere nos debemus abundare in virtutibus
moralibus. Et ideo quilibet bonus ⁊ virtuosus potest
dici adolescens idest bonis moribꝰ iuuenescēs. Ideo
de quolibet tali potest dici illud Marci. xiiij. Adole⸗
scens quidam sequebat̄ eū. s. iesum amictus syndone.
Nam sicut etas adolescentie est naturaliter feruētior
subiectior ⁊ purior: Sic vere boni debent esse.
Feruentioris charitatis adolescens.
Parentioris volūtatis. Seqb̄atur eū.
Paratioris puritatis. Amictꝰ syndone.
Debet igitur iustus seu moralis adolescens.
Charitatꝭ facibꝰ ardere. Dignitatꝭ iussibꝰ parere.
Honestatis floribus splēdere.
E Debēt igit̄ hr̄e charitatē feruētiorē. Nā sicut in estate
adeo magis viget calor naturalis. Sic vere in viris ꝑ
fectꝭ magis abūdat calor et feruor spiritualis. s. ignis
amoris ⁊ charitatis qđ oñditur cū dr̄. Adolescēs quia
adolescēs dr̄ ab adoleo les. qđ idē est qđ incēdo dis. eo
ꝙ etas illa est tota incēsa ꝑ calorē naturalē. Unn̄ in ps̄.
Ibi beniamin adolescētulus in mentis excessu. Nā si
de bonis q̄ritur vbi sunt: rn̄det̄ ibi. s. in statu gr̄e. Qui
sunt ipsi sunt beniamin. i. filij ⁊ dilectores ꝓsperitatis
eterne. Quales sunt ipsi sunt adolescētuli. i. fortes fer
uentes et virtuosi. Quid agūt ꝓ certo ipsi sunt in mē
tis excessu id est: in mētali feruore affectione cogita⸗
tione ⁊ meditatione ⁊ cōtēplatione. Sed vere ꝓh dolor
nō sic: qꝛ vere multi sunt hodie adolescētes corpo
re: qui nō sunt adolescētes mēte: et multi qui nō sunt
nec corpore nec mēte. Nā sicut vinum naturaliter est
calidum ⁊ humidū: ⁊ tamē propter exteriorē calorem
abundantē humor eius consumit̄ ⁊ calor eius destrui
tur. sicut patet in aceto. ⁊ sic non est amplius calidus
nec humidus sꝫ frigidus ⁊ siccus: Sic vere multi qñqꝫ
sunt boni. id est: viri perfecti ⁊ dei angelorū gratia le⸗
tificati. calidi per charitatē: humidi per pietatem. sed
calor exterior. id est ardor et amor exterior honorum
idest deliciarum et diuitiarum ipsorum virtutem et
naturam per auariciā ⁊ luxuriā corrūpit. ita ꝙ ipsi ef
ficiuntur frigidi: per indeuotionē. ⁊ sicci: per incōpas
sionē. ⁊ ideo tales nō sunt vinū per aliorū consolatio⸗
nem: sed sūt eis i. acetū. per tribulationū mortificatio
nem. qꝛ. s. ipsi sunt aliorū mortificatiui: per rapinā ⁊ ve
xationē. ⁊ ideo vicini eorū possunt dicere illud ps̄. In
siti mea potauerūt me aceto. Uerbū potest esse pau⸗
perū ⁊ vicinorū. Non sic charissimi nō. sed simus ado
lescentes spirituales. s. feruētioris charitatis. Adole⸗
F scens inquit. ¶ Secūdo simus paratioris volūtatis.
Sequebatur eū. Sicut enim adolescentes sunt senibꝰ
magis flexibiles ⁊ agiles: sic em̄ adolescentibus filijs
diuitum ⁊ potentū solet assignari magister ⁊ pedago⸗
gus qui eos instruat et informet: quem ipsi sequūtur
et ei obediūt. Sic vere viri q̇ perfecti humiles obediē⸗
tes ⁊ agiles sunt magistros sibi assignatos. s. deum ⁊
prelatos suos per humilitatem ⁊ obedientiam sequū
tur eorumqꝫ vocis desiderijs et mandatis suam para
tam exhibent voluntatem. Unde. j. Petri. v. Similiter
adolescētes subditi estote senioribus. omnes enim in
uicem humilitatem insinuate. vbi ista subiectio com
mendatur. Ex cōcordie vicissitudine. Similiter inq̇t
et inuicem. Ex constantie fortitudine. Estote. Ex fun
damento perfectionis. Humilitatem. Ex documēto
discretionis. Insinuate. Et ista subiectio obediētie oñ
ditur: quando dicitur. Sequebar eum scilicet Iesum.
quia vere iesum dei filium vel Iesuꝫ saluatorem. idest
bonum ⁊ iustum prelatum debemus sequi ⁊ ei obedi
re ⁊ obsequi. Unde Seneca in prouerbijs dicit. Opor
tunum est maiorum sequi vestigia. si recte processerit
Quod est contra multos: qui reuera non videntur eē
iuuenes: immo senes sunt tardi ⁊ ponderosi: nec ad se
quendum alios sunt apti. Sic multi sunt in vicijs an
tiqui et per malas consuetudines aggrauati pigricie
et negligentie hebetati. a sententia etiam discretiōis
et sapiente spoliati: ꝙ nec christum nec prelatum per
subiectionem et obedientiam volunt sequi: sed ma⸗
gis ipsum per diuersa vicia prosequi: nec volunt eis
aliqualiter obedire: sed magis eos contēnere ⁊ odire.
Unde videtur ꝙ multi sunt similes lupis qui ꝫm ho⸗
merum libro de pugnis ⁊ astutijs bestiarum: quando
senescunt fiunt pessimi. quia tūc propter corporis gra
uitatem nequeant bestias venari: cōuertuntur ad ho
mines impugnandum: occidendum: et deuorandū.
Sic vere multi sunt qui in vicijs antiquantur et per
grauitatem et pōderositatē negligentie taliter hebe⸗
tantur: ꝙ ipsi non curant nec possunt cōtra bestias
id est contra motus bestiales et sensuales: scilicet car
nalia desideria reprimendo: deo ⁊ prelatis obediendo
et se in bonis actibus occupando. immo vere ipsi ni⸗
tuntur impugnare homines. i. motus et actus ratio⸗
nis scilicet deum ⁊ prelatos contemnendo. ⁊ per obsti
nationem ⁊ negligentiam tepescendam. Ideo de illis
potest dici illud Ezech. xix. Leo factus est ⁊ didicit ca⸗
pere predam hominesqꝫ deuorare. Tales etiam lupi:
aliter exponendo: possunt dici cupidi ⁊ auari. qui vere
ad litteram quanto sunt seniores: tanto sunt nequio⸗
res et ad auariciam promptiores. quia teste Seneca.
Cum cetera vicia nobis senescentibus senescant. so⸗
la auaricia iuuenescit. Et ī hoc maxime sunt nequissi
mi. quia scilicet ipsi non nocent bestias et malos cru⸗
deles ⁊ iniquos. immo ipsos sustinent atqꝫ fouēt. Sꝫ
vere homines. idest bonos ⁊ simplices et benignos ra
tionabiles et iustos ipsi per rapinas fraudes et vsu⸗
ras quātum possunt destituunt et impugnant. Non
sic charissimi. non simus senes. tardi: pigri et iniqui:
sed simus adolescentes obedientes: scilicet et subie⸗
cti. Sequebatur inquit eum. vt sic quilibet possit dice
re illđ Matthei octauo. Magister sequar te quocūqꝫ
ieris ⁊c. Simus igitur charissimi paratioris volunta
tis. ¶ Tertio simus parentioris vel formosioris pu⸗
ritatis. Amictus syndone. Adolescentes sunt vt com⸗ G
muniter quo ad substantiam puriores. et etiam quo
ad decentiam pulchriores. quia scilicet natura nō est
in eis superfluis ⁊ corruptis humoribꝰ defedata: sꝫ san
guine rigata puriori ⁊ ampliori pulchritudine deco⸗
rat. Sic vere boni sunt ⁊ debent esse substantia pu⸗
rioris per innocentiā intrinsecā: ⁊ apparētie pulchri
oris ꝑ cōtinētiā extrinsecā: qđ ostēdit̄ cū dicitur. Ami
ctus syndone q̇ est pannꝰ lineus cādidus atqꝫ nudus
et signat cordis ⁊ corporis puritatem. Et ideo nos de
bemus esse sicut Ioseph. de quo dicitur. Mat. xxvij.
Qđ ipse accepto corporeꝭ christi inuoluit in syndone
munda. Et Marci. decimoquinto. quod Ioseph mer
catus est syndonem: quia vero Ioseph qui interpreta⸗
tur aug⸗

tur augmentum.idest illi qui volunt in gratijs augmē
tari debent mercari et acquirere syndonem.idest cor-
dis ⁊ corporis puritatem.De talib⁹ adolescētib⁹ dr.j.
Reg.xviij.Erat aūt adolescēs rufus ⁊ pulcer aspectu
decoraq; facie:vbi talis puritas cōmendatur.
A cōstantie firmitate.Adolescens.
A clementie pietate.Rufus.i.sanguineus.
Ab apparētie venustate.Pulcer aspectu.
A cognoscentie sanitate.Decora facie.
Sed heu ꝓh dolor videt̄ ꝙ pauci sūt hodie q̄ tali ado
lescētia sunt dotati.q: vere multi sunt hodie q̄ nō hñt
Innocētie puritatē.sed luxurie feditatē.
Nō decētie venustatē.sed insolentie leuitatē.
Nō sciētie sanitatē.sed inscitie prauitatē.
Nō cōtinētie castitatē.sed potius luxurie.
carnalitatem. Et ideo tales non sunt proprie adole-
scentes.immo decrepiti seu senes: qui viscerosi sunt
phlegmatici ⁊ imūdi:similes symijs que in iuuētute
sua satis sunt mūde in senectute aūt fiūt immunde.
Masculi aūt in senectute fiunt fetidi ⁊ immundi cun
ctis abominabiles et despecti. Sic vere multi sunt q̄
q̄diu durant ⁊ perseuerāt in adolescētia virtuosa.⁊ in
statu gratie ⁊ virtutis.ipsi sunt puri ⁊ mūdi per inno-
centiā ⁊ castitatē. Sed vere qñ per vicia ⁊ per malas
cōsuetudines antiquātur tunc fiunt immundi per lu
xuriā corrupti per perseuerātiā ⁊ fetidi ꝑ infamiam de
specti ⁊ abominabiles per omnium cōtemptum ⁊ dis
plicentiam. ps. Corrupti sunt et abominabiles facti
sunt ⁊c.Et ideo tales mali adolescentuli possunt dice
re illud ps.Adolescētul⁹ sum ego ⁊ cōtēptus.Et tales
fuerunt figurati Luc.xv.In adolescētiore filioꝝ qui ac
ceptā portionem dissipauit cum meretricib⁹ viuendo
luxuriose.Sic vere charissimi tales a patre suo christo
acquirunt ⁊ accipiunt in baptismo portionem suā scz
gratiam et innocentiā ipsamq; dissipant ⁊ consumunt
per diuersa vicia ⁊ peccata et maxime viuēdo luxurio
se fetide ⁊ immūde.Non sic charissimi nō sed pro deo
habeamus parentē puritatē.paratā voluntatem.fer
uentē charitatē.Et ista est adolescentia virtualis: de
qua virtuali adolescentia pulcre loquit̄ scriptura Job.
xxix.dicens sic.Quis mihi detvt sim iuxta mēses pri-
stinos sicut fui in diebus adolescētie mee quādo petra
fundebat mihi riuos olei. ¶ Circa tertiū nota: ꝙ est
adolescētia carnalis:q: per adolescētiā intelligit̄ sta-
tus viciorū ⁊ peccatorū.Et ideo de tali adolescētia po
test intelligi illud Eccl'.xj.Adolescētia ⁊ voluptas va
na sunt.vbi ostendit̄ ꝙ ſm tres cōditiōes que sunt in
adolescētia corporali:tria sunt vicia in adolescētia cri-
minali.Sunt em̄ adolescētes naturaliter feruidi: hu
midi:fluidi.ſm quas tres cōditiones peccator cupi-
ditatis facibus inflāmatur:q̄tum ad calorem adole-
scentia.Carnalitatis fecibus inquinatur q̄tuz ad hu
morē.voluptas.Stabilitatis viribus spoliatur:q̄tuz
ad fluitiōez.Vana sunt inquit. Habēt igit̄ mali ado
lescentes.idest peccatores.
Cupiditatē ardentē.
Carnalitatē fetentē.
Fragilitatem fluentē.
Habent dico ardorem cupiditatis.Nā sicut calor na
turalis abūdat in iuuenibus:qui naturales motus ⁊
appetitus incitat ⁊ inflāmat.sic peccatores abundāt
in ardore ⁊ calore cupiditatis:per quam motus et ap
petitus desideriorum suorum inflāmat̄ per auariciaz
quod ostenditur cū dicitur. Adolescentia quod dicit̄
ab adoleo les.quod idem est: ꝙ incendo dis. ad notā
dum ꝙ tales ardore auaricie sunt incensi.Nā munda
na prosperitas est similis cuidā fonti qui est in affri-
ca de quo dicit Isid.Ꝙ faces ardentes ibi extinguun
tur ⁊ extincte ibi reaccēdūt.Similis fons est in gallia
in grationopoli i delphinatu viēnensi sicut audiui ab
episcopo dicti loci.de quo Augusti.etiam facit mētio
nem de ciuitate dei.lib.xx.cap. v. Sic vere in mundo
et in mundi prosperis illi qui sunt ardentes per cha
ritatem extinguunt̄ per iniquitatē. In deuotionē.tepi
ditatem.Illi qui sunt ibi extincti.qui.s.nō sunt per ar
dorē auaricie inflāmati.si in fonte isto. idest in mūdi
prosperis immergant̄.statim eoꝝ desideria per auari
ciam inflāmantur.Sicut em̄ pinguedo ligna facili⁹
inflāmari facit si inūcta ex ea fuerint ⁊ linita sic pīgue
do mundane prosperitatis cor qđ exīde linitur per cō
placētiā facit per auariciam inflāmari.Esa.lxvj.Ac-
cendentes ignē oēs vos accincti flāmis:⁊ nota q̄ di-
cit accincti flāmis:q: tales accincti sunt ⁊ armati flā-
meis mūdi diuitijs q̄ cor humanū per auariciā cōbu-
runt.ps.Flāma cōbussit peccatores. Et tales adolescē
tes fuerunt figurati in illo Mat.xix.cui ꝑcepit Jesus
ꝙ ipse venderet oīa bona ⁊ daret pauperib⁹. qui cum
esset diues valde.abijt tristis.Sic vere illi q̄ sunt diui-
tes ⁊ diuitijs alligati.nihil reputāt tā tristabile q̄ ab
amore diuitarū recedere:⁊ bona sua pauperib⁹ eroga
re.Ideo de tali adolescētia pōt intelligi illud Job.xxij.
Ossa illius implebuntur vicijs adolescentie sue. Ha-
bent igitur ardorē cupiditatis inquit. ¶ Scđo isti ha
bent humorē carnalitatis voluptas inquit.Sicut em̄ I
videmus.ꝙ adolescētes plus habēt de humore radi-
cali:sic vere peccatores magis habent de humore car
nalitatis luxurie ⁊ voluptatis:q̄ recte est quasi radica
lis ⁊ intrinsecus humane cōditionis naturalis appe-
titus.Ezech.xxiij.Fornicati sunt ab adolescentia sua.
Voluptas inquit.Nā vt dicit ysaac. Pisces recentes
sunt cōmuniter viscosi ⁊ humidi.ideo indigēt ꝙ sali-
antur:vt eoꝝ superflua humiditas cōsumatur. Sic ve
re charissimi qui sunt spiritualiter recentes.s.persone
insolentes ⁊ immature solēt abundare in humiditate
et viscositate luxurie ⁊ carnalitatis malaq; nutrimen
ta.idest mala verba ⁊ exēpla alijs vt cōmuniter admi
nistrant.⁊ ideo summe indigēt ꝙ per sal. idest per cō-
dimentū discretionis.vel per sal.idest per acritudinē
correctionis ⁊ tribulationis a suis humidis carnali-
bus voluptatibus desiccētur.Figurati in illo adolescē
te Luce.vij.Qui efferebatur mortuus cui⁹ loculū Je-
sus tetigit dicens.Adolescens tibi dico surge.⁊ sic fuit
resuscitatus.Sic vere qñ homo est mortuus per pctm̄
et maxime per luxuriā:que ad modū mortui fetet qui
effertur ad foueā infernalē non resuscitatus per grāz
nisi Jesus tangat loculū corporis sui per correctionez
et tribulationē.Et nisi dicat adolescēs tibi dico sur-
ge.Vide figuram istā melius expositā.vbi supra.Acce
dere.Et voluptas. ideo dicūt illud Eccli.ij.Non pro-
hibui cor meū quin omni voluptate frueret̄. Et ideo
cuilibet tali adolescenti.idest cuilibet persone carnali
posset dici illud Eccli. xvj. Non es inquit recordata
dierū adolescētie tue qñ eras nuda ⁊ confusione ple-
na ⁊ conculcata in sanguine tuo edificasti tibi lupa-
nar ⁊ fecisti tibi prostibulum.Habent igitur tales hu
morē carnalitatis. ¶ Tertio dico ꝙ ipsi habent fluo
rem mobilitatis.Sicut enim adolescens naturaliter
est mobilis leuis ⁊ instabilis ⁊ etiā i corde debilis.Sic L
peccator habet mobilitatē incōstantie.Leuitatē inso-
lentie.Debilitatē negligētie.Sunt em̄ debiles ad be
ne operandū.Leues ad lasciuiendū. Mobiles ⁊ insta
biles ad perseuerandū.Quod ostenditur cuz dicitur.
Vana sunt q:.s.res vane sunt ille que non sunt dura-
biles:nec habent stabile fundamentū. Sic vere tales
sunt ita vani:ꝙ non sunt in vno proposito stabiles ne
q; firmi.sed per incōstantiā mobiles ⁊ infirmi. Vana
sunt opera ⁊ risu digna . Tales sunt similes camelio-
ni cuius pellis nō est determinata ad aliquem colorē
immo colorem suum ſm circūstantes colores variat:
atq; mutat.Oculos etiam habet multū mobiles ⁊ se
pissime eos gyrat. Parū habet de sanguine et parum
de carne splene caret:vt dicit Isido.⁊ Auicen.Reuera
tales sunt multi huius mūdi peccatores: quia ita ha
bēt oculos cordis mobiles ⁊ vertibiles ꝑ varios ⁊ mul
tiuolos appetitus quia nunq̄ in eodez proposito per
seuerant.immo de vno proposito ad aliud facillime se

conuertunt. Ecclesi. xx. Oculi eius septemplices sunt. In eodem etiam colore virtutis et perfectionis et bone conuersationis nõ perseuerãt. immo ꝑm colores rerum exteriorum. i. ꝑm aliorum circunstantium mala exempla faciliter de colore ad colorem id est de virtute ad vicium se conuertunt Ecclesiastici. xvj. Sumpsisti vestimenta tua multicoloria. Et breuiter isti nihil habent de splene. vbi est sedes melancolie que causat tristiciã id est de merore timoris: et consideratiõis. parum de sanguine et de rubore pietatis et cõpassiõis. Numeri. xij Caro eius deuorata est a lepra. Et ideo de talibus adolescentibus potest dici illud Geñ. viij. Sensus autẽ et cogitatio in malũ prona sunt ab adolescentia sua. Heu charissimi. pro deo non sic. non simus cameliones ꝑm istam cõditionem. sed simus cameliones ꝑm aliam expositionem: Habeamus igitur oculos cordis per agibilium circumspectionem. varíemus colores conuersationis per circumstantiũ mutationẽ. Abdicemus carnem et sanguinem. idest voluptatem et carnalitatem Non habeamus splen qui ridere facit. idest mundi facultatem et prosperitatem. que. s. risum introducit. hoc est dictu cordis vanitatem et iocunditatem. vertere ei debemus oculos discretionis nostre ad cõsiderandũ nunc temporalem vanitatem. nunc eternalem felicitatem. nunc infernalem aduersitatẽ. Itemq; colores debes mutare. quia vere quicquid de coloribus morũ et perfectionum in alijs que circa sunt viderimus. totum debet in pelle conuersationis nostre per mutationem apparere vt nobis possit dici illud Ezechi. xvj. Laui te aqua et mundaui sanguinẽ tuum. vnxi te oleo et vestiuire et discoloribꝰ calciaui te hyacintho. cinxi te et byssо. vbi ostenditur ꝙ nos debemus.

Vendicare corporis puritatem. Laui te aqua.
Abdicare carnis feditatem. Mundaui san. tuum.
Conseruare dulcem pietatem. Unxi te oleo.
Procurare morum honestatem. Uestiui te dis.
Refrenare iunctam voluntatem. Calciaui te Jacin.
Acceptare mundam castitatem. Cinxi te bysso.

Sed vere charissimi non sic mali et peruersi. sed vere ipsi sunt sicut dictum est. per inconstantiam fluidi. ꝑ luxuriam humidi. per auariciam feruidi Et sic est dictũ de adolescentia criminali.

Adonias. fuit filius dauid primogenitus qui sine lĩcia patris regnare volẽs confederauit sibi ioab principem exercitus patris sui et abyathar principem sacerdotum. et instructo conuiuio regni etiam nomen assumpsit. Pater vero eius hoc sciens ipsum a regno repudiauit et Salomonem minorẽ filium in regnum loco ipsius sublimauit. sicut dicitur iij. Regum. j. Adonias eleuabatur di. Ego regnabo Et dic ꝙ sicut adonias petijt sunamitem vt sic cum ea regnum vsurpare valeret propter quod etiam in templo fuit occisus. sicut patet ibidem Sic illi qui sunamitem idest beneficia ecclesiastica petunt et dignitatibus ecclesiasticis desponsari querunt videlicet. vt regnent et presint et non prosint. a salomone. id est a christo finaliter occidentur. quando scilicet in ipso templo ecclesie. prope altare domini mortis tẽporalis et eterne sententia punietur ꝛc.

Adonibeseth. Nota ꝙ adonibeseth fuit rex hierusalẽ. qui pugnauit contra Josue et filios israel aggregato sibi exercitu et cõuocatis regũ auxilijs gentiliũ cõtra ipsos visus est preualere et gabaonitas qui ad iosue cõfugerant extirpare. Fuerunt tamen a iosue victi et in speluncã admoto lapide reclusi et tandem interfecti sunt et suspẽsi Et interpretatur. adonibeseth dominꝰ pacis vel dñator iusticie. Talis potest significare quemlibet regem et prelatum hierusalem terrestris. i. ecclesie militantis qui. s. pacis et iusticie dñs debeat esse: qui tñ qñq; ita fit in regimine suo malus: ꝙ cõtra Josue et filios israel idest cõtra xp̃m et viros iustos pugnat et ad suũ xp̃um auxiliũ reges gẽtiles. i. seculares principes sibi cõfederat atq; vocat: et illos qui ad Josue. idest ad christum confugiunt scz simplices pauperes atq; iustos ex actionibus atq; depressiõibꝰ plus impugnat. ps. Ecce reges cõgregati sunt cõuenerũt in vnũ aduersus dñm et aduersus christum eius. Sed reuera finaliter tã isti ꝙ sui adiutores a iosue vincuntur. i. a xp̃o et in spelunca sepulcri apposito lapide concludũtur et in inferno finaliter suspenduntur.

Adoptio. Nota ꝙ adoptare nihil aliud est: ꝙ aliquem qui non est filius naturalis in filium volũtarie recipere vel habere: et ad certam portionem hereditatis tãq; proprium et naturalẽ filium ordinare. Et sic igitur dicam ꝙ est. A

Adoptio numinis.
Adoptio hominis.
Adoptio luminis.
Adoptio criminis.

Dico primo. ꝙ est adoptio numinis. qr scz deus adoptat homines ꝑ gratiam et eos cum vnigenito et cũ naturali filio suo ad hereditatẽ eternã admittit. et sic datur homini per gratiam quod non habuerat per naturam: qr cum homo. ꝑm apostolũ sit filius ire. ipsum tamen facit per gratiã filiũ glorie. Ista est eñ que hic inchoatur per gratiã. Juxta illud Galat h. iiij. Misit deus filiũ suum vt adoptionem filiorũ dei reciperemus. In fine vero complebitur per gloriã. Rom. xiij. cap. Adoptionem filiorũ dei expectamus. Deus eñ facit sicut illa species aquile que dicitur Ossifragꝰ. De qua dicit Plinius. Nõ pullos ab alijs auibꝰ eiectos et derelictos recipit. et in nidum suum deferẽs eos nutrit. Sic vere quia parentes nostri adã et eua eiecerũt nos de paradiso. ideo verus ossifragus dei filius per incarnationem ad nos venit et nos in suos filios adoptauit et in nidum paradisi deferens eterne glorie vberibus nos nutriuit Ephe. j. Predestinauit nos deus in adoptionem filiorum. Justi igitur filij dei adoptiui. christus autem filius solus naturalis eius. Cuius contrarium Arrius asserebat. qui scz christum creaturam esse et a deo in filium adoptatum instar Jude proditoris crepuit et in constantinopoli dum ad latrinas secederet intestina profudit: sicut ponit in historia tripertita. Ista est igitur potentia numinis. ¶ Scdo dico. Nõ est adoptio clemẽtis hominis: quia scilicet hõ pauperes per charitatem quasi in filios sibi adoptat inq̃tum bona sua ipsis communicat atq; donat. sicut de filia pharaonis dicitur Exodi. ij. Nõ ipsa moysen adoptauit in locum filij. Sed de hoc vide ifra. De elemosyna. de Pauperibus et Misericordia ꝛc. ¶ Tertio est adoptio gratie luminis. idest adoptio virtutũ quia scz cum homo nascatur cum vitio originali et naturali virtutes naturaliter nõ possidet nisi ipsas ex accidenti recipiat et adoptet. Sicut enim dicit Seneca. Uirtutes magistro indigent: sine magistro vicia discũtur; hortus enim cordis et corporis nostri spinas et tribulos solum germinat: nisi quando homo virtutes adoptat. et eas ab extrinseco sibi inserit atq; plantat. Math. xxj. Homo quidam plantauit vineã. ¶ Quarto vero dico. ꝙ est adoptio culpe vel criminis. Sicut eñ dicitur Eccl'i. vij. Deus fecit hominem rectum: et tamen ipse aliunde vicia adoptat quando voluntarie delinquit et peccat: et ea sibi radicaliter assimulat et acceptat. Unde de talibꝰ filijs põt dici illud Esa. j. Ue semini nequã filijs celeratis ꝛc. Sufficit.

Adorare. Idem est ꝙ ad plenũ orare. et idẽ est ꝙ supplicare veniam querere. grãs agere. Reuerentiam facere. grãz implorare. Personã honorare. et ei obedire et seruire. Quãtũ ad presens autem dico. ꝙ adoratio est duplex. s. A

Uirtualis et meritoria.
Criminalis et dãnatoria.

Meritoria est illa: qua adoratur deus et sancti que dicitur latria q̃tum ad deũ. Dulia q̃tũ ad sanctos et res sanctas. Dãnatoria est illa qua adoratur dyabolus. et ydolatria.

ydolatria.⁊ alia qua adoratur mūdus ⁊ res mūdane
⁊ dr̄ yperdulia. Dicamus igitur primo ꝙ ē adoratio
meritoria qua scꝫ deus debet adorari. Circa qđ nota
ꝙ omnis res in suis necessitatib⁹ recurrit ad illud qđ
ei pficit in natura vt cū ipso reperiat auxiliū ⁊ iuua-
men. Istud videm⁹ de quadā bestiola que dr̄ orix: que
per totā hyemē dormiens in ortu canicule euigilat q̄
videns visum suū debilitatū in dormiendo recurrit
ad illā stellā ipsamq̄ attentis oculis cōsiderat: ac si re
cte ipsam ex certa scientia adoraret. qđ vtiq̄ facit vt ꝑ
stelle claritatē sui visus obscuritas tꝑetur. sicut dicit
Plini. ⁊ Isido. Reuera charissimi sic debet esse de no
bis quia vere quotiēs aliquā necessitatē: infortuniū
vel aduersitatē patimur. necesse est ꝙ ad nr̄os superio
res. s. ad deum. ad sanctos ipsos deuote adorādo ⁊ sup
plicādo celeriter recurrim⁹. vnde Esa. xlix. Vultu in
terrā demisso adorabūt te. Nā si somn⁹. i. dulcor et re
quies terrenoꝝ nos excecauerit ꝑ peccatum: oculosq̄
cordis nostri lumine diuine grē discretionū in toto vl'
in parte priuauerit. ꝓ certo charissimi nos debemus
recurrere ad stellā caniculā. i. ad deū ad gloriosam vir
ginē vel ad sanctos q̄ dicunt̄ stelle ꝓpter claritatem
Dicuntur canicule ꝓpter fidelitatē. q̄r. s. canis est ani
mal fidelissimū. ⁊ ad ipsum debemus oculos cordis
aperire per confessionem. ipsum respicere per cōtem
plationem ipsum adorare per deuotionem coram co
stare per perseuerantie durationem. ⁊ sic poterimus
lumen recipere ꝑ discretionē. ⁊ ꝑ diuine grē suscepti o
nem. vn̄ in ps. Accedite ad eū ⁊ illuminamini ⁊ facies
vestre nō cōfundent̄. Et hoc maxime fieri debet in or-
tu istius canicule. i. in die ort⁹. i. natiuitatis seu appa-
ritionis dn̄i seu beate virginis: vel etiā in festo cuius-
libet scti vbi: ipse xp̄s vel ipse sanct⁹ nobis specialiter
oritur vel apparet. figura Matth. ij. Vbi magi prius
infidelitate detēti visa stella ⁊ cognito xp̄i ortu. venerūt
eum adorare: ⁊ ei thus ⁊ myrrham ⁊ aurum obtulerūt
⁊ sic per fidem illuminati fuerūt. Sic vere charissimi
nos debemus ad stellā. i. ad deū ⁊ sanctos venire per
deuotionē ⁊ eū adorare per fidē ⁊ honorationē ⁊ ei of-
ferre thus. i. fragrantē orationē Myrrham. i. amarā
penitentiā ⁊ correctionem. Aurum. i. clarā sapientiā
⁊ discretionē. ⁊ sic illuminabūtur per gratie ⁊ fidei su
sceptionē dicētes. Vidimus stellā eius in oriente. ⁊ ve
nimus cū munerib⁹ adorare dn̄m. Et ideo de quoli-
bet tali potest dici illud. j. Reg. j. Ascēdebat vir ille de
ciuitate sua statutis diebus vt adoraret ⁊ sacrificaret
dn̄o exercituum in sylo. In quibus verbis soluitur ad
oēs questiones q̄ solent fieri de homine qui vult ali-
quid facere. Soluitur eīn hic ad istas circunstantias
Quis. qūo. qn̄. ad quid. cui ⁊ vbi. Ostenditur eīn quis
debet esse qui deum depcat̄ et adorat. q̄r debet eē vir
ille. Qūo hic debet esse? q̄r ascendendo de ciuitate sua
Qn̄? q̄r statutis diebus. Ad quid? vt sacrificaret. Cui?
dn̄o exercituum. Vbi? in sylo. Diuide predictā auto-
ritatem aliter si vis ⁊ dic qđ necessariū est. Potēter in
sistere virtutis actib⁹. Vir ille. Patēter insistere in tu
tis gradibus. In sylo. Feruenter ei assistere salutis fo-
ribus. Ascendēti. Mentē subijcere cultu reuerendo.
Vt sacrificaret. Aptum eligere tēpus pro agēdo. Sta
tutis die. Laudes depromere numini verendo. Dn̄o
deo ex. Est igit̄ necessaria. Moralis sanctitudo: q̄r de
bet esse. Vir ille. Mentalis celsitudo. q̄r debet ascende
re de ciuitate sua. Localis aptitudo. q̄r in sylo. Finalis
rectitudo. q̄r vt sacrificaret. Electio tēporis cōpetētis
B statutis diebus. Prelatio numinis excellentis. Dn̄o
deo exer. ¶ Debet igitur adorans habere sanctitudi-
nem moralē. q̄r debet esse vir ille. Vir dico qui dicitur
a virtute. ille. quod est pronomē relatiuū: quia vere ta
les qui volunt a deo aliquid impetrare debent esse vir
tuosi ⁊ relatiui. i. dei ⁊ sanctorum representatiui sequē
do ipsorū regulā ⁊ exemplū. Job. j. Vir ille erat iustus
simplex et rectus ⁊ timens deū. vn̄ Soph. ij. Adora-
bunt eū viri de loco suo. q̄r vere deus vult adorari a vi
ris ⁊ virtuosis. q̄r. s. taliū oratio magis apud deum re-
putatur ⁊ etiā facilius expedit̄. Sicut eīn dicit Pli-
ni. Thus qđ i arbore antiq̄ nascit̄ magis valet. Thus
etiā qđ in insulis melius: sicut credunt quidā. vt dicit
Isido. Sic vere charissimi illi viri vel ille arbores que
sunt antique. i. viri discreti prouidi ⁊ maturi. virtuosi
et honesti ⁊ maxime. qui sunt in insulis penitētie as-
peritatis. qui. s. in mari. i. mundi amaritudinibus sunt
vallati ⁊ vndiq̄ circūcincti. tales pferūt melius thus
orationis. q̄r. s. oratio talium est melior efficatior ⁊ deo
etiā acceptior. ideo dicebat dauid. Ascēdat oratio mea
sicut incēsum in cōspectu tuo. Et istud est cōtra mul-
tos qui non sunt: nec boni nec iusti nec viri nec virtuo
si. Et iō eoꝝ adoratio nō est vtilis nec accepta. Iuxta
illud Joh. ix. Scimus q̄r deus peccatores non au. De-
bent igit̄ dei adoratores esse viri. idest iusti ⁊ virtuosi.
Vbi notandum ꝙ iusti adorant deum tripliciter. s.
Reuerendo.
Obediendo.
Gratias agendo.
Reuerendo. sicut Abraam Gen̄. xviij. Qui occurrit in
occursum angeloꝝ ⁊ adorauit in terrā in signū ꝙ nos
debemus occurrere in occursum hominū valentium
dei ⁊ etiam sanctoꝝ ⁊ eos etiā per reuerētiā adorare.
Itē obediendo sicut abraam Gen̄. xxij. Qui dixit filijs
suis. Expectate hic cum asino quousq̄ properantes
adorauerim⁹ postea reuertemur ad vos. q̄r scꝫ homo ꝑ
fectus debet properanter ⁊ celeriter adorare deū. ⁊ cō
pleta vni⁹ executione mādati inidipsum reuerti. Itē
gratias agendo. sicut filij israel. Exod. iiij. Qui audie-
runt ꝙ visitasset dn̄s israel ⁊ respexisset afflictionem
et adorauerunt proni. q̄r. s. quādo deus nos visitat bo
na conferendo. qn̄ etiā respicit afflictionē nostram de
malo liberando. Vere nos dbem⁹ eum adorare gra-
tias agendo. Sic igitur dico. ꝙ dei adoratores debēt
habere sanctitudinem. ¶ Scđo dico. ꝙ adorans de- C
bet habere celsitudinē mētalē. Ascendebat inquit de
ciuitate sua. Est eīn necessariū ꝙ illo qui vult aliquid
impetrare ab aliquo vadat ad locum vbi ipsum nouit
couersari. Et quia deus sursum in celo versatur: ideo q̄
ab ipso vult per orationē aliquid impetrare. necesse est
ꝙ ibi ascēdat vt eleuet̄ per desideriū ⁊ affectū: ⁊ ꝙ de
ciuitate sua. i. de tumultib⁹ huius mūdi se subtrahat
et extollat. Ascēdebat inquit de ciuitate sua. Vbi no-
ta ꝙ talis ascensio debet fieri. Per cordis humilitatē
Per pacis cōitatem. Per cordis humilitatē dico qn̄
dicitur ascendebat. In quo verbo innuitur. qđ ante
ascensum locū infimū tenebat. i. humilitatē: sicut di
cit Plinius. Sunt quedā aquile que in terra ⁊ i aqua
et in aere capiunt predā suam. Sic vere sunt quidam
qui predā diuinoꝝ beneficiorum adorando ⁊ supplicā
do aliquādo capiunt in terra. i. in infimo humilitatis
aliquādo i aqua. i. in dulcore deuotiōis. aliqn̄ in aere
idest in excelso contēplationis. Nā per humilitatem
cotēplationem ⁊ deuotionem potest diuina gratia vē
dicari. Et figura. j. Reg. xxv. De quadā muliere dicta
Abigail. Que ascendit super asinum suū ⁊ venit in oc-
cursum dauid. Quem cum vidisset adorauit super ter
ram ipsiq̄ munera obtulit: ⁊ sic iram ipsius placauit
⁊ indulgētiam nabal viro suo q̄ dauid offenderat im
petrauit: ⁊ rerum suarum. i. liberationem suis precib⁹
procurauit. Sic vere charissimi q̄ vult placare dauid
idest deū nobis per pctīn offensum ⁊ sui ⁊ suoꝝ libera
tionem impetrare. debet ascēdere sup asinā. i. se eleua
re supra ⁊ vltra carnem per contēplationem ⁊ affectio
nem debet occurrere dauid. i. xp̄o. per amorē ⁊ deuoti
onem. Debet etiā eum adorare sup terrā. ꝑ humilita-
tem ⁊ deuotionē debet etiā ei munera offerre ꝑ pieta
tem ⁊ cōpassionē vel in se vel in mēbris suis. ⁊ sic pote-
rit impetrare dei ⁊ hominū placationē. Ideo dicitur
Exod. xix. Ascende ad me in montem ⁊ esto ibi. Fit igit̄
talis ascensus per cordis humilitatē. ¶ Scđo habet
fieri per pacis cōmunitatē. quia scꝫ qui est in odio ira

vel inuidia ⁊ discordia ꝑ nihilo deum adorat. Ideo necesse est qđ sit in pace. charitate. cõcordia ⁊ vnitate De ciuitate inquit sua. q. d. ipse habebat ciuitatē. i. ciuilem vnitatem Unde Esa. xvij. Adorabunt in monte sancto in hierusalem: que interpretatur visio pacis in qua. s. dꝫ fieri adoratio nostra. Qđ est contra multos qui non habent pacis vnitatē sed rixarum malignitatē: Non affectionē sed infectionē: non deuotionē sed ambitionē. Nõ humilitatē sed pompositatē Nõ ꝯtemplatiõē sed temporaliũ amorē et dilectionē. Et ideo tales non habent iustā nec vtilē adorationē: Contra quos Eccĩ. xxviij. Homo homini reseruat irā ⁊ a deo querit medelam q. d. frustra fit. Non sic charissimi sed habeam⁹

D celsitudinē mentalē Ascendebat ⁊c. ¶ Tertio habeamus aptitudinem localem. q. s. in loco oportuno. s. in statu gratie ⁊ infra ambitũ. fidei debemus adorare: In sylo qđ interp̃tat̃ amissio ⁊ erat locus vbi priusq̃ templũ fundaret̃ deus adorabat̃ ad significandũ qđ ĩ fide ecclesie vbi peccata euelluntur a cordibus nostris ⁊ vbi deus in presenti colitur ⁊ adorat̃ quousq̃ veniamus ad tēplum glorie paradisi debemus facere adorationē nostrā Unde. j. Reg. j. Adduxit samuelem in domo dñi in sylo: Et ideo de tali locali aptitudīe potest figuraliter dici illud Apoca. xxij. Hic deum adora Locus enim aptus ⁊ deuotus multũ facit ad deuotā orationē ⁊ multũ etiā solet mētē mouere sicut enim celestes influentie plus influunt ⁊ abũdant in vno loco q̃ in alio ſm aspectus magis directos vel indirectos ſm Albertũ de natura locorũ: Sic vere certa sunt loca deo locata ꝑ spiritualē dedicationē placida ⁊ accepta ⁊ ad impetrādũ influentiā diuine gratie oportuna. sicut scilicet sunt templa ecclesie ⁊ altera. i. Paral'. xxxij. Corā altari adorabitis ⁊c: Aligamus igitur aptitudinē localē In sylo inq̃t s. vbi erat antiquitus tabernaculũ ⁊ interp̃tatur dimissio seu restitutio q. s. ĩ ecclesia quādo ibi adorat̃ deuote peccata dimittũtur ⁊ virtutes restituunt̃ Ps. Adorate dominũ in atrio sancto eius ⁊c. ¶ Quarto debem⁹ habere rectitudinē finalē: vt sacrificet inquit Qr qñ adoramus habere debemus rectā intentionē. s. vt deuꝫ honoremus mala a nobis pellamus nobis vtilia procuremus: qr recte talis oratio est sacrificiũ deo eiq̃ gratiosa ⁊ accepta. Iuxta illud Ps. Sacrificiũ deo spũs ꝯtribulatus Unde Exo. xxj. Eamus viā triũ dierũ in solitudine vt sacrificemus dño deo nostro vbi ostenditur ad hoc neccessariā esse ꝑgressionē. Eamus viā triũ dierũ idest. ꝑ spem: fidē ⁊ charitatē: Disgressionē localē quia in solitudine debemus esse ⁊ disgredi ⁊ fugere a tumultu negociorũ huius mũdi. Incēsuꝫ causalē. vt sacrificemus dño deo nostro. Proficit eñ ad deuote orandum

Uirtualiter ꝑgredi Ibimus viā. Manualit̃ ꝯgredi. Actualiter disgredi In solitudine vt sacrificemus inquit. i. vt bona opa faciam⁹ ⁊ sic pꝫ q̄ nos debemus hr̃e finalē rectitudinē qđ ē ꝯtra illos q̃ adorāt deũ ĩ tpali ꝓsperitate ꝑ carnali corpalitate ⁊ ꝑ suoꝝ inimicoꝝ dānositate. qb⁹ dr̃ Iac. iiij. Petitis ⁊ nõ accipitis eo q̄ male petatis. Nõ sic igit̃ charissimi. sꝫ habeamus vt dictũ

F est rectitudinē finalem. ¶ Quinto dico qđ nos debemus captare cõgruitatē tpalē: Statutis inq̃t diebus q. s. ſm qđ dies ē sanctior ⁊ celebrior magis debemus orationi insistere ⁊ vacare Dicit Plinius li. viij. ca. j. Qđ sup oĩa aĩalia elephātes sunt maioris discretiõis dicit eñ qđ elephātes in nouilunio cõueniũt in flumine se abluũt ⁊ nouo syderi cõmuniter post inclināt ⁊ sic ad loca sua redeunt atq̃ vadũt. Charissimi per nouilunium possum intelligere quodlibet festum vbi luna. i. xp̃s vel beata virgo vl' ille sanctus de quo fit festum specialiter oritur ⁊ apparet maxime qñ de xp̃i ortu vel virginis in mũdo vel de alioꝝ sanctorum ortu in paradiso spiritualis solēnitas celebratur tũc enim debemus simul cõuenire ꝑ fidei ⁊ cõcordie vnionē. In aqua nos lauare ꝑ deuotionē ⁊ lachrymarũ effusionē. lune idest deo ⁊ sanctis inclinare ꝑ reuerentiā: adorationē ⁊ gratiaruꝫ actionē: ⁊ sic loti ⁊ purificati ad deũ nostrā. s. ad paradisum poterimus redire ꝑ eterne glorie acceptionē. Statutis inq̃t diebus. s. in diebus festiuis ab ecclesia statutis. j. Mach. j. Isti sunt dies quos celebrare debetis. Io. xij. ca. Cõscenderāt vt adorarēt in die festo. Qđ est cõtra multos q̃ in dieb⁹ festis nõ adorant. immo ludos: coreas: prostibula ⁊ tabernas plus q̃ in alijs visitant ⁊ frequētāt: de ecclesia aũt penitus nihil curāt ipamq̃ nõ adeunt nec subintrant figurati Eze. viij. In illis q̃ vertebāt dorsum ad altare ⁊ adorabāt ad ortũ solis. Uide. s. de abominatiõe: vbi bene exponitur. Nõ sic charissimi sꝫ obseruem⁹ cõgruitatem

tēporalē. ¶ Sexto debem⁹ attendere sublimitatē pastoralē. q. s. nõ debem⁹ adorare carnē sicut luxuriosi: qui flectũt genua sua coram mulierib⁹. vñ Eccli. xlvj. Nudasti femora tua curuasti genua tua mulierib⁹ dedisti maculā in gloria tua. Et loquit̃ salomon. Itē nec mundũ nec diuitias. sicut cupidi contra quos Esa. ij. Adorauerũt opus manuũ suaꝝ. Itē nec dyabolũ sicut faciũt supbi. Sopho. j. Adorāt sup tecta militiam celi. sed pastorem nostrum deum sicut faciunt iusti quod ostenditur cum dicitur. Domino deo tuo exercituuꝫ. Et de hoc dicitur Mat. iiij. Dominũ deum tuũ adorabis ⁊ illi soli seruies. Ubi ostenditur q̄ de⁹ est adorandus ⁊ Propter incõmutabilē bonitatem. quia de⁹. Propter inhaustibilē pietatem. quia tuus. Propter vituperabilem potestatē. quia dominus. Propter incomparabilem dignitatem. quia solus. Et ideo sicut elephas ſm Plini. est animal boni intellectus in tantum q̄ docetur cognoscere regem ⁊ ipsum adorare et in signũ reuerentie coram eo genua aliquātulum incuruare. Sic vere charissimi nos regem nostrum. scꝫ christum debemus cognoscere per fidē ⁊ discretionē. ipsum adorare per obedientiā reuerentiā ⁊ subiectionem: ⁊ corā eo genua cordis inclinare ꝑ benignitatem et deuotionē. Unde. j. Paral'. xix. Inclinauerũt ⁊ adorauerunt regem deuꝫ: qđ est cõtra eos qui adorāt dyabolũ. carnē ⁊ mundum. Dyabolum eius suggestionibus obediendo. figurati in Sennacherib. Qui cũ adoraret in tēplo nefrat deũ suum duo filij occiderũt ipm Sic vere dum peccator huius mundi adorat dyabolum ei obediēdo. statim assunt duo filij sui scꝫ delectatio ⁊ cogitatio qui ipsum ꝑcutiunt ꝑ malos cõsensus et ipsum interficiũt ꝑ malos actus. De talibus dr̃. iiij. Reg. xviij. Seruiuit baalim adorauitq̃ eũ. talia ēt voluit dyabolus: q̄ christus faceret sibi dicens Luce. iiij. Hec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Sed bene sciuit xp̃s per scripturā soluere ad obiecta. Item alij adorant carnem scꝫ mulieres per luxuriam: sicut supra dictum est de salomone. Alij mundum et diuites mundanos. Nonc sic charissimi non: sed adoremus dominũ deuꝫ exercituũ. Iuxta illud Ps. Omnis terra adoret te deus et psallat tibi. Attēdamus igitur in oratione nostra.

Sublimitatem supernalem.
Congruitatem temporalem.
Finalem rectitudinem.
Localem aptitudinem.
Mentalem celsitudinem.
Moralem sanctitudinem.

¶ Nota q̄ adorare debemus. H
Ut deus pacificetur.
Ut homo concilietur.
Ut sensus illuminetur.
Ut demon exuperetur.
Ut anima purificetur.
Ut gloria distribuatur.
Uel vt gloria lucrificetur.

ni generis cōtraxit. imo semꝑ sine diminutiōe mure-
nicā naturā retinuit. i. diuinā. Joh. iiij. Sibilū aure le
nis audiui. Sic etiā charissimi si nos volumus ꝙ ista
murena dei filius veniat ad nos per suā gratiā: ꝓ cer
to non restat nisi ꝙ dimittamus venenū peccatorum
per confessionē: ⁊ ꝙ sibilemus per desiderium ⁊ affe-
ctionē ⁊ ꝑ deuotā orationē: ⁊ statim ꝓ certo ipse adest
per sue gratie infusionē: ⁊ per sui adiutorij distributio
nem: ⁊ nobiscum copulabitur per charitatē ⁊ dilectio
nem. Clamabis ⁊ ipse exaudiet. vociferabis ⁊ ipse di-
cet ecce assuȝ Esa. lviij. Sed heu proh dolor ꝙ sunt ho
die alia genera sibiloꝝ in mundo. ¶ Sibilat enim dia
bolus: vsurarius: luxuriosus: ⁊ peccator venenosus.
Serpens enim. i. diabolus sibilat per suggestionem
⁊ tentationē vt murenā. i. aīam de fluuio deuotionis
extrahat. ⁊ eā ad littus mundi per amorem terrenorū
attrahat: vt sic cum ipsa per vicia ⁊ peccata societatē
cōtrahat. Ezech. xxvij. Sibilauerunt super te. s. diabo
lus: caro: ⁊ mundus: ⁊ ad nihilū redacta es. ¶ Itē si-
bilat vsurarius. quia vere serpentes venenosi ⁊ mali-
ciosi vsurarij ⁊ auari sibilant hodie murenis. i. paupe
ribus ⁊ vicinis per falsas inductiones: suggestiones:
⁊ promissiones: vt sic eos ad copulā suā. i. ad malos cō
tractus inuocent ⁊ inducant: ⁊ vt eos de fluuio suo. i.
de hereditatibus suis extrahant ⁊ euellant. ¶ Item si
bilat luxuriosus. Nā quādo serpens corruptus ⁊ ve-
nenosus. i. luxuriosus vult prouocare ad copulam suā
murenā. i. iuuenculam mulierem: ipse vere mittit sibi
sibilū suuȝ. i. malas suggestiones ⁊ promissiones vel si
bilum suū. i. vetulam maherellā. ⁊ sic eā sepe ad sui cor
ruptam copulam attrahit et inclinat: quia corrūpunt
bonos mores colloquia praua. ¶ Item sibilat pecca-
tor viciosus: quando enim serpens. i. peccator vult ad
mitti ad copulam murene. i. ad copulam christi in sa
cramento quandoq̄ȝ accidit in quadragesima ꝙ ipse
sibilat per orationem venenum peccatorum suorum
euomit per confessionem: ⁊ sic ad copulam murene. i.
christi in pascate admittitur per sacramenti commu-
nionem. Uerūtamē transacto actu istius copule trās-
acto festo pascatis ad venenum vomitū. i. ad peccata
dimissa reuertitur per recidiuationē ⁊ in idipsum re-
uersionem. ij. Pet. ij. Canis reuersus ad vomitum et
sus lota in volutabro luti vbi describit̄ talis peccator
vt irreplebilis cupiditatis carnis. q: nō satiatur vt cō
mutabilis debilitatis: quia reuertitur ad vomitum.
vt inquinabilis carnalitatis: quia dicit̄ sus vt impur
gabilis fetiditatis: quia dicitur lota in volutabro lu
ti quare vero tales peccatores sunt fetidi ⁊ impurga-
biles: sunt carnales ⁊ inquinabiles sunt debiles ⁊ mu
liebres: sunt cupidi ⁊ irreplebiles. Non sic charissimi
sȝ sibilemꝰ ad deū ꝑ feruorē deuotiōis ⁊ orōnis: q: ve-
re in suo aduētu q̄etat̄ amor desiderās. s. desideriū san
ctoꝝ patrū vt dictū est. Ueniat inq̄t. Deꝰ cuiꝰ aduen-
tu gaudebat. esaias dicēdo. Esa. xiiij. ꝓpe est vt veniat
tp̄s eiꝰ: ⁊ dies eiꝰ nō elōgabunt̄ miserebit̄ eñi dn̄s Ja-
cob: ⁊ israel saluabit̄. ¶ Scđo dico ꝙ in xp̄i aduētu in D
flāmat̄ amor cōfederās. Dilectꝰ meꝰ inq̄t. Sol q̄ñ ad
terrā appropinq̄t ⁊ venit causat calorē in mūdo. Naȝ
vt dicit Isid. Per reflexionē radioꝝ solariū ad corpus
cōpositū. s. ad terrā p̄sentialiter calorē amoris: affectio
nis ⁊ charitatis in seculo ĝñauit. Nā q: tunc radiꝰ so-
lis dei patris videlicet ipsa ꝑsona filij: fuit inclinatus
ꝑ humilitatē vsq̄ȝ ad terrā. i. vsq̄ȝ ad terrestrē hūanam
naturā sibiq̄ȝ per beatā incarnationē se reflexit. Ideo
calorē amoris ⁊ charitatis. s. eiꝰ erga nos ⁊ nr̄i erga ip
sum causauit ⁊ ĝñauit: qđ ondit̄ cū dr̄. Dilectꝰ meus.
Cañ. v. Dilectꝰ meꝰ cādidus ⁊ rubicūdus electꝰ ex mi
libꝰ: vbi amor ipsius cōmēdat̄. Ex innocētie puritate.
Cādidus. Ex verecūdie venustate. Rubicūdus. Ex ex-
cellētia bonitatis. Electus. Ex eminētia sanctitatis.
Ex milibꝰ. Et ideo de isto feruore mutue dilectiōis dr̄.
Luce. xij. Ignē veni mittere in terrā. Et q̄d volo nisi vt
ardeat. ¶ Et aduertamꝰ charissimi. ꝙ in triplici rōne E
debemꝰ diligere dei filiū in isto aduentu. s. Qr hostis
malignitas ꝑ hūc supat̄. Qr mūdi ꝑuersitas per hūc
reparat̄. Qr celi felicitas per hunc declarat̄. Iste eñi ve
niēdo superat hostis malignitatē. Elephas eñi q̄ñq̄ȝ
cadit in foueā. vñ nō pōt surgere. ⁊ tunc venit vnus ve
nator qui pungit ipsum cū lancea: tandē venit aliꝰ ve
nator q̄ quasi adiuuās elephantem de fouea liberat:

eiq3 pabulū administrat. Quod vidēs elephas ipsum liberantem tāto amore diligit q statim domesticat̄ et tāti beneficij memor ipsum sequit̄: et ipsum de cetero gubernat. Elephas charissimi est homo qui a primaria sui cōditione cecidit in foueā peccatorum: quā sibi venator diabolus in tentatione ade in hui9 nemore preparauit. ps. Foderūt ante faciem meā foueā et inciderūt in eam. In qua quidē fouea iste venator diabolus hominē lanceis diuersarū tētationum et tribulationum pungebat. Et ideo secūdus venator xps in isto aduentu venit primū venatorē diabolū fugauit cōtra ipsum in cruce pugnauit: et elephātē. i. humanū genus de fouea peccati mortis etiā et inferni: et de iurisditione liberauit. sibi etiā pabulū sui ppri corporis preparauit. et ideo tanti beneficij memores ipsum summe debem9 diligere et ipsum per bona opera sequi et iugiter obedire. Nos igitur diligamus eum. q2 ipse prior dilexit nos j. Joh. iiij. Veniēdo igitur ipse superat hostis malignitatē. Esa. xxxv. Ipse veniet et saluabit nos. supple ab hostis malignitate &c. ¶ Secūdo est diligēdus. q2 veniē-

f do reparat mundi peruersitatē: similis cyconie que in hyeme ppter frigoris tempestates deserit nidū suum sed in estate reuertit̄ ad eundē: ipsumq3 inueniens dissipatum diligēti studio reparat et reformat. Sic vere deus in primo ppter tempestatē peccati Ade quasi visus fuit de nido suo: sc3 de ecclesia mūdo et hūana natura recedere et abire: dum. s. sibi subtraxit gratiā et gloriā. Sed p certo adueniēte tēpore veris. i. tēpore gratie et legis noue: et finito tēpore hyemis. i. legis antiq3: ista cyconia dei filius voluit p beatā incarnationē ad nidū suū. s. ad mundū ad ecclesiā et ad naturā humanā venire et reuerti. Et q2 iste nidus dissipat9 erat pluribus vicijs et peccatis. Ideo voluit ipsum donis et gratijs et virtutibus reparare. Ideo dicebat zach. j. Reuertar in hierl'm in misericordijs: et domus mea edificabitur in ea. Vñ. j. Macha. x. Venit Jonathas in hierusalem. sequit̄. Et cepit edificare et innouare eā. Diligamus igitur xpi aduentū. q2 per hūc reparatur mo-

G rū peruersitas. ¶ Tertio diligamus: q2 per hunc declaratur celi felicitas sicut et hirundo nō videtur: q2 tunc in remotis vel transmarinis regionibus credit̄ habitare. In vere tamen solet venire et estatē propinquā temporisq3 nouitatē suo aduētu infallibiliter declarare. Sic dei fili9 q̄ ab eterno in vltra marinis partibus. i. in paradisi remotis partibus habitauit: ita q in istis nostris partibus p p̄sentiā corporis nullatenus videbatur. Finaliter voluit venire: et per nostre nature assumptionē mundo visibilis apparere. Juxta illud Baruc. iij. Post hec in terris visus est: et cum hominibus cōuersatus est: et suo benedicto aduentu tēp9 nouum gratiarū et virtutū estatē etiam in q̄ sunt fructus i. vbertatem felicitat' eterne huic mūdo voluit declarare: preuenire: et nunciare: distribuere pariter et donare. Unde illud p̄dictū Esa. lx. Venit lumen tuum hierusalem: et gloria dn̄i super te orta est. Aduentus aūt iste figuratur Hiere. viij. Turtur et hirundo et cyconia cognouerūt tempus aduentus sui. Turtur em̄ q̄ sum me cōparē suū diligit intantū q eo mortuo nulli alij se coniungit. signat aīam q̄ cōparē suū. i. corpus intantum diligit q post eius separationē nulli alteri copulatur. Cyconia aūt que carnibus et piscibus vescitur. signat carnē humanā cuius carnes et pisces sunt ppria nutrimenta. Hirūdo aūt q̄ est auis agillima. signat diuinitatē q̄ est agilitate et virtute plenissima. Ista igitur tria que in xpo deo et hoie fuerūt. Turtur hirūdo et cyconia. i. diuinitas aīa et corpus: modo cognouerunt tempus aduētus sui. q2. s. per beatā incarnationē ad mundū presentialiter in vno hoie xpo istis temporibus aduenerūt: qui sc3 ad ueniens vt dictū est declarauit. Celi felicitatē. Reparauit moru3 peruersitatē. Superauit hostis malignitatē. Propter quod merito diligēdus est: et super omnia venerandus. Et ideo bene dico q per istū benedictū aduentu3 inflāmatur amor cōfederans. Dilectus inquit meus. qd̄ bene videtur supponere sponsa. Cañ. vij. vbi dicit. Veni dilecte mi. ¶ Tertio dico q per istū aduentū pcurat̄ va-

lor. s. vbertas virtutū et gratiarū et fertilitas etiā glorie sempiterne: qd̄ notatur cū dicit̄ In ortū suū. Nā sicut sol adueniēs et appropinquās in vere ad terrā: facit eā et arbores eius radio sue influentie virere: florere: fructus quoq3 multiplices generare. Sicut etiā agricola veniens ad ortū suū ipsumq3 diligenter excolēs et frequentans facit eū fructificare. Sic vere ille sol iusticie et celestis agricola xps deus noster: dū per beatā incarnationē ad hortū suū. i. ad ecclesiā ad mūdū vel ad animā voluit aduenire. ipsamq3 p doctrinā et predicationē rigare per correctionē et per penitētiā colere et putare ipsum fecit virere per honestatē: florere per virtutū amenitatē: fructificare p eterne beatitudinis voluptatē. vt sic ipse p̄sone diuine dicat ecclesia vel aīa de seipsa illud Cañ. Veni in hortum meu3 soror mea sponsa. Hortus igitur iste est ecclesia vel aīa virtuosa: q2 sicut hortus claudit̄: fodit̄. putat̄: rigatur: purgat̄. et sic fructibus pluribus fecundat̄ et auibus dulciter cantantibus frequentat̄. Sic vere ecclesia vel aīa post xpi aduētum fuit Per mandatorū custodiā clausa. Per penitentiā fossa. Per correctionē putata. Per deuotionē rigata. Per confessionē purgata. Et sic fructibus virtutū gratie et glorie fuit multipliciter fecundata: et extunc ab auibus. i. ab angelis vel a viris cōtemplatiuis modulantibus et deū magnificantibus frequentata In ps. Sup ea volucres celi habitabūt &c. Cant. iiij. Hortus conclusus soror &c. Ubi describit̄ ecclesia vel aīa. Ut discretionis regulis vallata. q2 hortus conclusus. Ut dilectionis modulis ligata. q2 soror. Ut cōpassionis situlis rigata: q2 fons &c. Sic igitur patet q in xpi aduētu pcuratur valor exuberās &c. ¶ Adhuc nota circa xpi aduentum: q legat9 a sede apostolica de- I

stinatus tria attendit. Locū deputatu3. Temporis limitatum. Modum ordinatum. Sic in xpo legato fidelissimo ad rebelles huius mūdi attēdim9. Loci deputationem: q2 venit in mundum. Tēporis limitationem: q2 non erat ibi mansurus. Modi ordinationem q2 venit humiliter. Hec tria continentur Job. xxxviij. vbi dicitur. hucusq3 venies. vbi ostēditur Termini deputatio. Huc. Temporis limitatio. Usq3. Operis ordinatio. Venies. Vel ostenditur q xps fuit nobis Supplemētū necessitatis. Huc. Complementū fertilitatis. Usq3. Fulcimentum humilitatis. Venies. ¶ Fuit primo christi aduent9 necessitatis supple. quia venit k

huc id est ad istum mundum indigentem: vt per ipsum ipsius indigentie supplerentur. Sicut em̄ pluuia desursum adueniēs ad terram aridam et siccatam supplet eius indigentiam et defectum. Sic vere dei filius veniens et descendens per incarnationem ad terram siccam et aridam. i. mundū a gratiarū et virtutum humoribus desiccatū: suppleuit eius spirituales miserias et defect9. Et ideo admirātes de isto aduentu possum9 sibi dicere illud. Mat. xxij. Amice quomodo huc intrasti. Et ipse potest respōdere: q ipse intrauit. Seruato solio maiestatis. Seruato lilio castitatis. Seruato folio puritatis. ¶ Intrauit enim sine maiestat' di-

minutione. Sicut enim imago intra speculum efficitur: et tamen in se nō minuitur vel mutatur. Sic dei filius carnem et in mundum ibiq3 factus est visibilis per carnis assumptionem: et tamen celsitudo sue maiestatis: deitatis: et diuinitatis: non fuit ppter hoc diminuta. nec in aliquo cōmutata. Eccle. xlij. Neq3 adiectum est: neq3 minuet̄: neq3 eget alicui9 auxilio. Ideo dicitur Math. xxij. Intrauit rex vt videret discumbentes. Rex inquit. q2. s. ppter istum introitum non desijt esse rex. Item intrauit sine castitatis violatione. Sicut enim sol intrat et exit per vitrum splendidum et puru3 sine vitri fractione et destructione: coloratur tamē fm colorem vitri. Sic vero sol iusticie dei filius per vitrū splendidissimum. i. per corpus virginis purissime intrauit

trauit per incarnationē: exiuit per natiuitatem sine
sui puritatis ⁊ castitatis aliqua lesione. ibiq̄ coloratꝰ
fuit ⁊ exteriori apparentia picturatus ſm ipsius vi-
tri qualitatem: quia .s. ibi formam serui accepit habi-
tu inuētus: vt hō ad Philip. ij. Et ideo dr̄ Joh. xx. Ue
nit iesus clausis ianuis: qr̄ scʒ ianue beate virginis fue
runt clause per integritatem puritatem ⁊ castitatem
ante partum ⁊ in partu ⁊ post partum. Figurata Eze.
xliiij. vbi dicitur. Erat porta in domo domini clausa.
sequitur. Porta hec clausa erit et non aperietur ⁊ vir
non transibit per eam: quoniā dominus deus israel
ingressus est per eam. Eritq̄ clausa principi ⁊ sedebit
in ea. Talis porta ꝓ certo est beata virgo: quia ꝙuis
deus israel princeps totiꝰ vniuersi in isto benedicto
aduentu sederit in ista per spacium nouem mensiū ⁊
per istam transierit incarnando ⁊ nascendo: fuit ta-
men semper clausa per virginitatem: illesa pariter et
intacta per integerrimam castitatem: nec vnq̄ fuit
aperta per aliquam voluptatem mali desiderij: nec
vir transiuit per eam per aliquam luxuriā. Unde .ij.
Parali. xxiij. Fecerunt descendere regem ⁊ introire ꝑ
medium porte domus domini. vbi cōmēdatur iste in
introitus. Ab humilitate mundo declarata. Fecerunt
descendere. A sublimitate digne nominata. Regem
inquit. A virginitate deo dedicata: quia. scʒ beata vir
go est porta domus domini. ¶ Sed adhuc dico ꝙ ip
se intrauit sine puritatis defedatione. Sicut eñ lux
intrat super feces: et tamen sua puritas non contra-
hit maculam aliqualem. Sic vere deus intrauit per
incarnationem ⁊ aduentum eius super feces: id est su
per mundum fetidum ⁊ corruptum: ⁊ fecibꝰ .i. pecca
catoribus fuit in hoc mundo sociatus ⁊ coniunctus: ⁊
tamen sua puritas nequaq̄ extitit maculata: immo
semper est et fuit in puritate perpetua perseuerans:
quia sicut dicit Sapien. vij. Candor eñ est lucis eter
ne: et speculum sine macula: ⁊ imago bonitatis dei:
quomodo igitur huc intrasti solutū est. Et ideo sa-
piens illa mulier. ij. Regū. xx. dicebat Joab. Appro-
pinqua huc ⁊ loquar tecum. Sic vere sapiens mulier
ecclesia vel humana natura dicebat antiquitus i. id
est xp̄o ꝙ ipse appropinquaret huc: id est ad munduʒ
istum per aduentum per carnem: vt scʒ per eum defe
ctus ipsius supplerentur. Nam sicut lux incorporat
se aeri: et sic defectus ipsius supplentur. quia scʒ per
eius aduētum aeris obscuritas fugatur. Sic vere dei
filius veniens huc in hunc mundum ⁊ aeri: id est ob-
scure et caliginose nature humane se copulans. de-
fectus ipsius suppleuit: qr̄ obscuritatem errorum et
ignorantie ab ea effugauit. Fuit igitur aduentus ne-
cessitatis supplementum. huc inquit. iiij. Regū. viij.
Uir dei venit huc. ¶ Secundo dico ꝙ christi aduen
M tus fuit felicitatis complementum. Et hoc ostendit
cuʒ dicitur vsq̄. vsq̄ enim est aduerbium quod signat
terminum finem ⁊ complementum. Ad denotanduʒ
ꝙ xp̄i aduētꝰ fuit finis ⁊ terminꝰ vicioꝝ ⁊ ꝟtutū cōple
mētū ⁊ p̄mioꝝ. Sicut eñ gloriosus ⁊ sapiēs artifex nō
libēter dimittit opus qd̄ incepit īꝑfectū ⁊ incōpletū.
Sic ꝟe deꝰ q̇ vniuersuʒ mūdū inceperat ⁊ fecerat no
luit ip̄m incōpletū dimittere: imo seip̄ʒ q̇ est p̄ncipiū
voluit finire. i. hoi vltimo creato ꝑ incarnationē cōiū
gere. vt sic totū vniuersum ꝑficeret ⁊ cōpleret. Jp̄e eñ
fuit cōplemētū celestiū terrestriū ⁊ infernoꝝ. Celestiū
s. angeloꝝ coꝝ ruinā reparādo. Terrestriū. s. viatoruʒ
eos in tētationibꝰ adiuuādo. Infernoꝝ. s. scōꝝ pa-
trū q̇ in libo erāt eos ad celi q̇etē ⁊ gl'iam deducēdo.
Ideo de tali cōplemento loquit. ij. Paral. vij. Comple
uit salomon domū dn̄i vbi videt ꝙ iste aduētus est si
milis cuidā lapidi precioso qui dr̄ Ceraunis. De quo
dicit Isid. ⁊ Dyasco. ꝙ est lapis germanicus ⁊ hyspa
nicus rutilās vt flāma q̇ venit de nubibꝰ: vbi in locis
tonitrui ⁊ cū tonitruo gn̄at: ⁊ exīde īferiꝰ deriuat. Cu
ius ꝟtꝰ est ꝑsonā domū ⁊ locū in quo est a fulmine ⁊
tonitruo tutū reddere. facit etiā cās vincere ⁊ suauiter

dormire reuera charissimi. talis est christꝰ qui reuera
fuit lapis preciosissimus sursum in ventre nubis. i. pu
rissime virginis ꝓcreatus ⁊ incarnatꝰ. vbi reuera erat
locus tonitrui idest sp̄ūs scti q̇ tonitruo cōparat ⁊ exin
de in isto aduētu ad nos inferius deriuatus Nam iste
hʒ mirabilē ꝑtātem. qr̄ vere si homo istū habeat ꝑ grāʒ
fiduciā ⁊ amorē fulmen eterne dānatiōis nō timebit.
In causis etiā mūdanorū tētationū ⁊ tribulationū p̄-
ualebit ⁊ somnū suauē eterne delectatiōis ⁊ felicitatis
finaliter obtinebit. Et sic ip̄m lapis iste sic descēdens
et veniēs ⁊ tēporaliter per virtutes ⁊ eternaliter ꝑ glo-
rias ꝑficiet ⁊ cōplebit. Et ideo de isto cōplemento: et
de isto vsq̄ potest dici illud Joh. ij. Implete inquit idri
as aqua. Et sequitur. Et impleuerūt vsq̄ ad summum
Istud cōplementū accipiunt boni ⁊ in vita ista ꝑ grām
et finaliter per gloriā. Ideo dicitur Sap. xviij. Usq̄ ad
celū attingebat stans in terra Boni enim qui stāt per
cōstantie firmitatē in terra per humilitatē Attingunt
per cōtemplationē vsq̄ ad celū. i. vsq̄ ad celestiū ꝟtutū
complementū ⁊ ꝑfectionē. heu deus ꝙ pauci sunt ho-
die qui sunt cōpleti talibus complementis qr̄ prohdo-
lor multi sunt qui nō sunt completi in virtutibus sʒ in
criminibus. Non in gratijs sed in vicijs Nō in gloria sʒ
in miseria. Isti igitur non habēt istud vsq̄. sed habent
aliud de quo dicit in p̄s. Ascendūt vsq̄ ad celos ⁊ descē
dūt vsq̄ ad abyssos. anima eorum in malis tabescebat
Mali enim ascendunt per ambitionem vsq̄ ad celos. i.
vsq̄ ad excelsam prelationē. Et ideo descendunt finali
ter ꝑ dei iudiciū ⁊ ordinationē vsq̄ ab abyssos per eter
nā damnationē Et ideo anima taliū finaliter tabescet
⁊ deficiet per tristiciā ⁊ desperationē Nō sic charissimi
nō. Nō habeamus cōplementū viciorū. sed meritorū.
non culparū sed gratiarū. nō tormētorū sed premiorū
Quia vere charissimi xp̄i aduentus fuit vt dictū est fe
licitas complementū vt de isto aduentu exponat illud
ij. Para. xij. Sesach venit vsq̄ ad hierl'm Sesach eñ īter
pretatur magnus signans xp̄m qui est dextera dei p̄ris
qui ad hierl'm ad litterā venit. Ubi suū vsq̄. i. suū cōple
mentū perfecit. qr̄ sicut dr̄ in p̄s: A solis ortu vsq̄ ad oc
casum ex syon species decoris eius. ¶ Tertio dico ꝙ N
xp̄i aduentus est humilitatis fundamentū. Veniēs in
quit. Uenire enim idē est ꝙ de termino a quo vsq̄ ad
terminū ad quē ire. Et qr̄ dei filius venit de termino a
quo. i. de excellentia sublimitatis ipsius diuinitatis et
de celesti habitaculo ad terminum ad quem. i. ad mū-
di infirmitatem: ⁊ ad nature humane vtilitatem. Ideo
dico ꝙ ibi apparuit humilitatis maxime fundamētū.
Ueniens inquit. Est eniʒ humilitas ꝙ rex venit ad po
pulū: doctor ad discipulū: dn̄s ad famulum. Et ideo de
humilitate ⁊ vtilitate sui aduentus loquitur August.
venit inquit medicus ad egrotos. redemptor ad perdi
tos. ad errātes viator ad ignaros veritas. ad mortuos
vita. heu deus ꝙ pauci sunt hodie qui velint venire ad
humilitatem; nec ad facta et negocia modica. nec ad
promotiones onerosas et laboriosas sicut fecit chri-
stus. Quia vere charissimi hodie non queruntur hu-
milia sed sublimia. Non onerosa sed gloriosa. non spi
ritualia sed temporalia non celestia sed terrestria. Nō
inferiora sed superiora. Moderni enim sunt similes
lepori qui optime ascendendo ⁊ currendo venit ad mō
tem sed difficiliter descendit ad vallem. et ratio est. qr̄
pedes sui anteriores sunt pedibus posterioribus bre-
uiores: et ideo magis potest currere versus montem
ꝙ versus vallem Sic vere sunt multi ita ambitiosi ꝙ
semper volunt ascendere ad dignitates et promotio-
nes et optime sciunt currere et venire ad montes idest
ad excellentias dignitatum. sed ad valles idest ad sta-
tus humilitatis ad opera laboriosa ad bene merito-
ria et onerosa. ipsi pro certo non veniunt nec accedunt
Et est ratio. qr̄ cum ipsi habeant pedes affectionū an
⁊ retro. Ante dico. i. ad bona paradisi ad que opʒ nos
trahere. Retro etiam. i. ad bona mūdi de quibus opor
tet nos viuere posteriores pedes idest affectus ad tem

poralia sunt anterioribus spūalibus lōgiores: largio
res ⁊ ampliores: ⁊ ideo isti plus diligunt ascendere ꝑ
superbie vanitatē: ꝙ descēdere ꝑ virtutē ⁊ humilitatē
Et ideo figuraliter potest de eis dici illud. Ezech. j. Ec
ce ventus veniebat ab aqlone nubes magna ⁊ ignis
inuoluēs. Isti dicunt ventus propter vanitatē: dicun
tur nubes ꝓpter voluntatē: qr nubes ex humida: di-
cuntur etiā ignis ꝓpter crudelitatē dicunt inuoluen
tes propter cupiditatē ⁊ rapacitatē: dicuntur venire
ab aquilone. i. a peccato ꝑ iniustā promotionē ad ex-
cellentiā ⁊ dignitatē. Heu nō sic xp̄s: qr magis quere
bat infirmitatē humilitatis ꝙ celsitudinē dignitatis
hoc apparuit. Joh. vj. vbi ipse fugit qn̄ voluerūt ip̄m
facere regē. Et ideo sicut dictū est bene dico: ꝙ suus
aduētus fuit humilitatis fulcimētū: felicitatis cōple
mentū: necessitatis supplementū. Et sic bene dr. huc-
usq₃ venies: ⁊ hoc sufficit ad presens. Sed vide de xp̄i
incarnatione in alijs multis materijs: sicut est mare
appropinquare ⁊ descendere. Adhuc nota ꝙ sicut lux
de se est impassibilis indefectibilis immortalis: et
ab humana habitatiōe ita remota: ꝙ suum originale
principiū nō potest a nobis ꝑcipi ⁊ palpari. Rebus tn̄
corporalibus mortalibꝰ ⁊ defectibilibꝰ se incorporat
⁊ de remotissimis suis habitaculis hic apud nos su-
bito se presentat. Sic vere charissimi dei filius nobis
ab eterno incognitus sua ꝓpria natura impassibilis
indefectibilis immortalis: qui quantū ad corporalē
presentiā a mundo fuit remotissimus ab eterno: qr lō
ge est dominꝰ ab impijs. Eccle. xij. Rebus corporalibꝰ
s. hūanis carnibus ⁊ sanguinibus voluit dn̄s incorpo
rari: per istū aduentū. ⁊ in eis incarnari: ⁊ ab impijs
remotis latibulis paradisi hic nobiscū corꝑaliter su-
bito presentari. ⁊ ideo dicebat illud. Joh. xij. cap̄. Ego
lux veni in hūc mundū. In q̇bus verbis ostēdit: ꝙ si-
cut lux corporalis habet nobilitatē: luciditatē: calidi
tatē. Sic vere lux spūalis xp̄s dinoscitur habuisse no
bilitatē dignitatis. Ego ꝓnomē primitiuū. Lucidita
tē claritatis Lux. Caliditatē charitatis. Ueni in mū-
dum. Ecce igitur ꝙ hic ostēdit Nobilitatis dignitas
humiliter inclinata. Luciditatis claritas humiliter
eclypsata. Caliditatꝭ charitas benigniter declarata.

D ¶ Dico igitur ꝙ in isto benedicto aduentu superna
diuinitas inclinat. Ego. s. nā per istud pronomē ego
qd̄ est primitiue speciei ⁊ prime persone ⁊ nominati-
ui casus: ⁊ numeri singularis: intelligit excellentia ip
sius dignitatis que reuera ꝓpter sui excellentissimā
dignitatē est in primitiua. s. in specie intellectualium
immo proprie loquendo super oēm speciē atq₃ genus
prime etiā est persone: qr. s. ipse est qui dicit Apoca. j.
Ego sum primꝰ ⁊ nouissimus: principium ⁊ finis. Al-
pha ⁊ o. Iste etiā propter suas virtutes ⁊ perfectiones
nominatiuus est ⁊ nominabilis ⁊ dignus ab omnibꝰ
nominari. Esa. xlij. Ego dn̄s hoc est nomē meū. Nu-
meri etiā est singularꝭ. s. solus in dignitate singularis
in maiestate. vnꝰ ⁊ vnicus in diuinitate Et ideo de ista
singulari excellentia dignitatis potest intelligi illud
p̄s. singulariter ego sum. vbi ostendit ꝙ deus est Emi
nentis perfectionis: qr singularis. Residentis dura
tionis. Sum. Presidentis ꝑlationis Ego Et tamen
charissimi ista prelationis residentia. Durationis pre
sidentia. Perfectionis euidentia. fuit in isto tempo-
re per summā humilitatē ad nos inferiꝰ inclinata. qn̄
sc₃ in isto benedicto aduentu quasi visus fuit sublimi
tatē suā relinquere: ⁊ hic inferius nobiscum presentia
liter in humano corpore se transferre. Et ideo dicebat
illud. Esa. lij. Propter hoc sciet populus meus nomē
meum: qr ego qui loquebar ipse assum. Et ideo videt
ꝙ iste ego. i. dei filius sit similis cuidā lapidi qui dici
tur topazion qui est lapis splendēs rarus ⁊ fulgidus:
⁊ omniū gemmarū ⁊ lapidū superans claritatem. cete
ris maior ⁊ pulcrior: accipientes recreans ⁊ delectās
⁊ ideo in thesauris regum ⁊ principū nihil preciosius
inuenitur. Inuenitur eīm tāte magnitudinis ꝭm Pli.
ꝙ Philadel fecit exinde imaginē quattuor cubitorū.
Reuera charissimi nihil preciosius est ꝙ ipse deus in
hoc aduētu humiliter incarnatus. Ipse eīm est rarus
quia non nisi vnus. Deut. vj. Dn̄s deus tuus vnꝰ est.
Iste etiā est splendēs. s. ab eterno: habet ⁊ habuit splē
dorem glorie sempiterne. Et ꝭm apl'm. j. ad Thim. vj.
Lucem inaccessibilem inhabitat. Et ideo omniū gē-
marū ⁊ oīm creaturarum claritatē ⁊ bonitatem supe
rat ⁊ excellit. ⁊ proopter aspicientes. i. propter bonos
viatores cōtemplantes vel sanctos ⁊ angelos ipsum
in patria speculantes delectat recreat ⁊ confortat: qr
ipse est in quē desiderāt angeli prospicere. Iste etiam
omnibus rebus potest dici maior ⁊ quidditate digni
tate ⁊ bonitate. qr. s. ipse est infinitus ⁊ immensus. Et
ideo de sua incomprehensibili infinitate pulcre loq̇-
tur scriptura. Job. xj. Excelsior celo est. ⁊ quid facies
profundior inferno: ⁊ vnde cognosces: lōgior terra mē
sura eius ⁊ latior mari. Et ideo ꝓ certo charissimi: tā-
te magnitudinis fuit iste lapis: ꝙ ipse se extendit vsq₃
ad nos per beatam incarnationē: ita ꝙ philadel qui
a philos qd̄ est amor. i. spūssanctus qui amor est am
borꝝ. s. p̄ris ⁊ filij. istū fabricauit in imaginē. i. in homi
nem imaginatū ⁊ corporeū: faciamus hoīem ad ima
ginē ⁊ similitudinē. Gen̄. j. Et ista imago. i. iste xp̄s in
carnatus dr esse quattuor cubitorꝝ: propter quattuor
substātias que in xp̄i constitutione conueniūt duas
s. corporales que sunt caro ⁊ sanguis. Et duas spūales
que sunt deus ⁊ anima: ⁊ ꝙ breuiter loquendo nihil
eo preciosius: nihil isto nobilius: nihil isto meliꝰ vel
tutiꝰ in thesauro paradisi: nec etiā in thesauro deuo-
ti cordis humani. Et ideo dicebat Job. xxviij. Trahi-
tur inquit sapientia de occultis. Nam adequabitur
ei topazion de ethiopia. qr. s. illi qui dr sapiētia pater-
ne discretionis qui de occultis eterne predestinatio-
nis trahit. Sed ad humilitatem incarnationis. isti di
co q̇ est captiuus eterne cōditionis nō pōt adequari:
vel cōparari topazion de ethiopia. i. valor alicuiꝰ mū-
dane perfectionis. Iste est igit. s. superna dignitas in
clinata. Ego inquit. Quod est contra multos: qr vere
prohdolor illi qui habent hodie altas dignitates no-
lunt inclinari sed sublimari. Non diligunt humilita-
tem sed pompositatem: nolunt deiectionem sed pre-
lationem: nolunt descendere per subiectionem: s₃ ma
gis ascendere per ambitionem. Et ideo multi pre su-
perbia dicunt illud qd̄ in persona babylonis dr. Esa.
xlvij. Ego su₃ ⁊ nō est preter me amplius. qr. s. tales cre
dunt plus valere ꝙ omnes alij. Sed non sic xp̄s quia
ꝓ certo in suo benedicto aduentu Superna dignitas
inclinat. Ego inquit. Mat. viij. Ueniā ⁊ curabo eum
sc₃ humanū genus languidū ⁊ infirmū. ¶ Secūdo di
co ꝙ in xp̄i aduētu eterna claritas eclypsat. s. lux. lux P
quādoq₃ tantā habet excellentiā claritatis: ꝙ hūanꝰ
oculus ipsam nō posset nudā videre: maxime quando
est debilis ⁊ infirmus. Et ideo oportet ꝙ aliquo me-
dio interposita ostendat. per qd̄ sua excellētia aliqua
liter retundatur. Quia. s. dicit p̄hs. Excellentia sensa
torum corrumpit sensum. ⁊ inde est ꝙ infirmis ⁊ incar
ceratis ⁊ habentibus debilem visum ostendit lumen
in laterna: vt. s. claritas luminis debilitati sensus cō
temperet. Sic vere charissimi: qr claritas ⁊ excellentia
deitatis tanta est ꝙ hūanus oculus est ad eiꝰ cogni-
tionem totaliter ineptus improportionatus ⁊ debilis
⁊ infirmus. Et ideo pater voluit ipsu₃ quodam inter-
medio in quadā laterna nobis ostendere. s. in corpore
humano vt se cordi nostro infirmo ⁊ peccatorū carce-
ri a principio seculi mancipato sua claritas aliquali-
ter hebetata: obfuscata ⁊ eclypsata cōtemperaretur ⁊
proportionaret. Lux inquit. ⁊ hoc Esa. lviij. dicitur.
Orietur in tenebris lux tua. lux enim diuinitatis fuit
orta in tenebris humanitatis. Unde Job. xvij. Rursu₃
post tenebras spero lucem. qr. s. post cognitionē tene-
brarum humanitatis in via: speramus videre facie ad
faciem lucē diuinitatis in patria. Istud aūt totū fuit

in isto

in isto aduētu:quādo verificatū est illud Esaie.lx.Ue
nit lumē tuū hierusalē.⁊ gloria dñi super te orta est.qꝛ
ecce tenebre operiēt terrā.De ista aūt obfuscatiōe cla
ritatis eterne habemus exēplum mirabile in natura.
Dicit eñi ille Isiđ.ꝙ est quidā lapis preciosus qui dici
tur elitropia:qui est lapis viridis sanguineis venis re
spersus.qui si in aqua positus solis radijs confundat
ipsum aerē ita immutat ⁊ obnubilat:ꝙ sol sanguine⁹
et eclypsatus esse videt̄. Uñ đꝛ in lapidario.Sangui=
neum reddit mutato lumine solem.eclypsimqꝫ zonaз
terris effundere cogit.Et ideo dicitur ab eli.qđ est sol
et tropos cōuersio:quasi solē cōuertens in sanguinē.
Reuera charissimi videtur ꝙ talis lapis fuit istis tē
poribus beata virgo.Ista fuit viridis per honestatem
sanguinea : ꝑ verecundā castitatē.In aquis posita:ꝑ
deuotionē ⁊ pietatē. Nam ista quādo solis radius.i.
gratia ⁊ influentia filij dei ipsam ꝑ gabrielē visitauit
tunc ꝓo totū aerem.i.totū cursum nature mirabili=
ter mutauit:qꝛ.s.ipsum solem iusticie dei filiū fecit per
carnis assumptionē esse sanguineū: et ab excellentia
sui luminis aliqualiter eclypsatum.Et ideo đꝛ Elitro
pia:idest solis cōuersio.qꝛ.s.in isto benedicto aduen=
tu sol iusticie dei filius fuit in suo vtero cōuersus ī ho
minem ⁊ mutatus.Unde Johel.ij. Sol cōuertetur in
tenebras.⁊ luna in sanguinē.Nā sol.i.splendor eterne
⁊ inobfuscabilis claritas.luna etiā.i.natura vel perso
na perpetue durabilitatis cōuersi sunt in sanguinem
nostre humanitatis ⁊ in tenebras humane mortalita
tis.Istam cōuersionē desiderabat dauid in ps̄.Cōuer
tere dñe vsqꝫquo ⁊ deꝓcabilis esto super seruos tuos.
Et nō ponitur in ps̄.alibi:nisi vbi dicitur.Deus tu cō
uersus viuificabis nos ⁊ plebs tua letabit̄ in te.Quia
vere charissimi qñ dei filius fuit per aduentū ⁊ incar
nationē in hominem cōuersus ⁊ mutatus: populus
eius fuit vita gratie viuificatus:⁊ eterna leticia iocū=
datus.Moraliter autē exponendo possumus dicere
ꝙ cū nos fuerim⁹ elitropia per viriditatē honestatis
per sanguinitatē benignitatis positi etiā in aqua de=
uotionis.percussi radijs diuine gratie ⁊ illustrationis
tunc vere nos cōuertemus nobis solē christum in san
guinē pietatis ⁊ cōpassionis.qꝛ.s.xp̄m ad nos ipse fiet
sanguineus.i.pius dulcis ⁊ benignus ⁊ a rigore sue iu
sticie misericorditer eclypsatus. Iste est igitur lux. Iō
sibi dicitur illud Esa.xlix.Dedi te in lucē gentiuз. Et
nota ꝙ iste bene dicitur lux . quia proculdubio sicut
lux est naturaliter.

Illustratiua.
Inflāmatiua.
Consolatiua.
Iocūdatiua.

Sic christus in suo aduentu nos illustrauit per veri=
tatis informationē.Joh.iij.Lux venit in mundū ⁊ di=
lexerūt homines magis tenebras ꝙ lucē. ¶ Itē nos
inflāmauit per charitatis estuationē. Luc.xij. Igneз
veni mittere in terrā: ⁊ q̇d volo nisi vt ardeat.¶ Iteз
nos cōfortauit ꝑ benignitatis cōsolationē. Joh.xiiij.
Non vos relinquam orphanos vado ⁊ venio ad vos.
¶ Itē nos etiam iocūdauit per hylaritatis ministra
tionē.Et sic đꝛ.Joh.xx.ꝙ venit iesus ianuis clausis ⁊
dixit eis.Pax vobis. Et sequitur. Gauisi sunt igitur
discipuli viso dño.Ista est igitur lux vera que illumi=
nat omnē hominē venientē in hunc mundū.⁊ tamen
sui eū non receperūt.Joh.j.Sic igitur charissimi dico
Q ꝙ in xp̄i aduentu Eterna claritas eclypsatur. ¶ Ter
tio dico ꝙ in xp̄i aduentu superna claritas declaratur
Ueni inquit in munduз. Sicut eñi ignis inferius ve=
niēs ⁊ descēdēs inuenitur in se feruēs ⁊ calidus.Alia
etiam cōtinentia calefacit ⁊ vrit.Sic vere dei filius ad
nos inferius veniens incarnatus.ostendit ī seipso ha
bere calorē:amorē:feruorē ⁊ charitatē:ipamqꝫ ꝙtum
potuit ad alios destiauit.Ueni inq̄t ī mūdū.Et iō ip
se dicit Lu.xij.Ignē veni mittere ī terrā ⁊ q̇d volo nisi
vt ardeat.Et iō videt̄.ꝙ dei filius fuit sicut in aduētu
cuidā lapidi q̇ dicit̄ pirites q̇ recte videtur esse natu=
re ignee.quia quicquid ab eo tangit̄ statim cōburitur
⁊ inflāmatur.Est eñi lapis colore igneus ⁊ fulmine⁹
scintillarum etiā emissiuus.vt dicit.Isido.Reuera ta
lis est xp̄s in suo aduētu. qꝛ vere ipse fuit tot⁹ flāme⁹
igneus ⁊ fulmine⁹ ꝑ fluētissimā charitatē.⁊ ideo quasi
totū mundū succēdit isto igne: ⁊ maxime illos q̇ ipsuз
tangebāt.s.fideles:discipulos ⁊ amicos. Naз sicut illi
qui volūt eijcere serpētes de insula piperis.piperqꝫ ad
partē suā sumere:ponūt ibi ignē vt serpētes effugēt ⁊
ipsum piper decoquūt ⁊ denigrāt.Sic vere deus in in
sula huius mūdi in ignē charitatis ⁊ amoris in suo ad
uentu accēdit ⁊ sic serpētes.i.demones effugauit ⁊ pi=
per suū.i.fideles suos ad partē suā accepit ipsosqꝫ per
charitatē decoxit et inflāmauit.Et per humilitatē et
patientiā denigrauit. Et ideo de isto aduētu pōt dici
illud Joh.xviij.ca.Uenit illuc cū laternis ⁊ fustibus ⁊
armis.Ubi nota ꝙ xp̄i aduentus.Inflāmat desideria
qꝛ venit cū laternis.Reuelat iusticiā.qꝛ venit cū fusti
bus.Cōdēnat vituperia.qꝛ cū armis.Et potissime cha
rissimi ista duo vltima facit ⁊ faciet xp̄i aduentus ad
iudiciū.qꝛ sicut ignis habet illuminare.habet cōsume
re ⁊ cōflagrare.Sic vere dei filius veniens ad iudiciū
reuelabit ⁊ illuminabit abscōdita tenebrarū.s.vicia et
peccata.qꝛ nō est opertū qđ nō reuelabit̄ neqꝫ occultū
qđ nō est sciat̄.Marc.iiij.Quilibet eñi leget in cōsciē
tia alterius qualib⁹ fuerit vicijs irretit⁹.cōsumet idest
deuorabit.qꝛ.s.ardore et rigore sue asperrime iusticie
dānatos atqꝫ reprobos inflāmabit: ipsosqꝫ in inferno
perpetuo deuorabit.Cuius quidē signū erit ignis ille
cōflagrationis q̇ faciē iudicis precedet. De quo đꝛ in
ps̄.Ignis ante ipsum ꝓcedet ⁊ inflāmabit in circuitu
inimicos ei⁹.de quo etiaз đꝛ.ij.Pet.iij.Adueniet dies
dñi sicut fur:in quo celi magno impetu transiēt : ele=
menta calore soluentur.terra aūt et q̄ in ipsa sunt oīa
opera exurent̄.Tūc eñi erit xp̄s realiter sicut pirrites
igne⁹ ⁊ inflāmine⁹. qꝛ.s.dānatos igniet ⁊ inflāmabit
et cōtra ipsos durā suā sentētiā fulminabit dicēs illđ
Mat.xxv.Ite maledicti ⁊c.Nā sicut vt supra dictū est
Ignis missus in insula serpentes facit fugere.⁊ sic pi=
per purgatū remanet in arena. Sic vere ignis diuini
rigoris ⁊ sentētie serpentes.i.dānatos ⁊ demones vsqꝫ
ad inferni ꝓfundū fugabit: ⁊ sic piper.i. electos suos
ab eoꝝ fedo cōsortio separabit.ipsosqꝫ in horreo para=
disi recolliget ⁊ locabit.Ipse quasi ignis cōflās ⁊ emū
dabit filios leui.Malach.iij.ps̄. Deus noster manife=
ste veniet deus noster ⁊ non silebit.Ignis in cōspectu
eius exardescet.⁊ in circuitu ei⁹ tēpestas valida.Sз nō
sic in aduentu isto nō:qꝛ vere vt dictū est in isto aduē
tu.Inflāmat̄ fraterna charitas. Ueni. Declarat̄ sup=
na veritas Lux.Inclinat̄ eterna dignitas.Ego.¶ Itē
nota ꝙ de quadruplici aduētu xp̄i pōt intelligi auto=
ritas illa Ezechi.j.Ecce inquit ventus turbinis venie
bat ab aquilone nubes magna ⁊ ignis inuoluens.vbi
aduertendū est.ꝙ sicut rex ad ciuitatē suaз venit qua
druplici ratione.scilicet.

Ut cōsoletur ⁊ cōcordetur
Ut visitet̄ ⁊ castigetur
Ut reparetur ⁊ cōstruatur
Ut condēnetur ⁊ destruatur

Sic vere xp̄s ad mundū istuз dicit̄ quadrupliciter ad
uenire.videlicet:Per dulcoris cōsolationē.qꝛ ventus.
Per rigoris castigationē.qꝛ turbinis ab aq̄lone. Per
presentie visitationē.qꝛ nubes. Per iusticie executio=
nem.qꝛ ignis inuoluens. Deus eñi. Per gratiā: nos
recreat ⁊ defendit.Uent⁹.Per rigorē nos corrigit ⁊ of
fendit.Turbi.Per turbationē nos reparat ⁊ īfundit
Nubes.Per aduentū aūt ad iudiciū malos extermi
nat ⁊ cōfundit.Diuidamus adhuc aliter ⁊ dicamus ꝙ
christi aduentus est.Recreatiuus estuantiū.Uentus.
Castigatiuus delinquentiū.Ab aquilone ⁊ tur.Repa
ratiue conditionis.Nubes.Imperatiue prelationis.
Ignis.¶ Dico primo:ꝙ xp̄i aduentus est estuantium R

refrigeratiuus vēt⁹. Sicut em̄ vētus suo flatu recreat estuātes. Et sicut rex veniēs ad suā ciuitatē cōfortat laborātes. cōcordat discordantes. ⁊ roborat militantes. Sic dei filius qn̄ venit ad ciuitatē suā. i. ad aīam p̄ gratiā: ipsamq̧ flatu bonarū inspirationū vegetat. tūc dico: solet estū tētationū tēperare. Laborē penitētie p̄fortare. Cōcordiā cū deo ⁊ angelis p̄curare. ⁊ bonoꝝ operū militiā roborare. Iste igit vētus q̄ sc3 refrigerat ⁊ cōfortat. Vn̄. iij. Reg. xviij. vbi dicit. q̄ ob tenebrati sunt celi ⁊ vētus ⁊ nubes ⁊ facta est pluuia grādis. Nā qn̄ a celo. i. a deo venit obtenebratio cōsiderationis ⁊ vētus gratie ⁊ diuine inspirationis. Nubes pietatis ⁊ deuotionis: tūc fit in corde humano pluuia grādis spūalis cōsolationis. Ideo de isto aduētu dr̄ Hiere. ij. In desiderio aīe sue attraxit ventū: Sed heu p̄h dolor q̄ pauci sunt hodie q̄ attrahāt istū ventū. nec ad quos veniat vētus iste: Multi em̄ volūt ad se venire ventū gratie: sed supbi nō ventū inspiratiōis: sed p̄sumptionis. Nō ventū diuine influētie ⁊ bonitatis: sed ventū dyabolice pestilētie ⁊ pōpositatis: ventūq̧ inanis glorie ⁊ vanitatis. Et iō de multis pōt dici hodie illud hieremie. xiiij. Onagri steterūt in rupib⁹ attraxerūt ventū quasi dracones. Vbi nota tria genera hoim qui ventū attrahunt vane laudis. s. Nobilitatis virib⁹ dotati Onagri inq̄t. q̄d. s. teste scriptura Job. xxxix. est aīal liberū: Itē sublimitatis currib⁹ elati. q̄. s. stāt in rupib⁹ dignitatū Itē cupiditatis facib⁹ artati. Dracones inq̄t: S3 heu deus quot sunt tales in eccl'ia. q̄. s. p̄ cupiditatis ambitionē. Per sublimitatis elationē. Per nobilitatis presumptionē. ventū vanitatis ⁊ supbie attrahūt icessanter: Et ideo p̄h dolor videt. q̄ eccl'ia est hodie similis cuidā regioni q̄ dicit Eolia q̄ est regio ventoꝝ: in qua sunt cauerne plene sulphure q̄ statim ventoꝝ accense continue spirant s̄m Isid. Reuera charissimi: talis regio videt hodie esse ⁊ mūdus ⁊ eccl'ia: q2 vere ibi flant hodie vēti infinitaꝝ vanitatū. s. vētus Presumptōis. Ambitiōis. Turbatiōis. Inuidie. Supbie. Arrogātie. Innanis glorie ⁊ iactātie. vanitatis ⁊ pōpositatis ⁊ presumptuose nobilitatis. Et iō ista pōt dici. Eolia regio ventoꝝ. Ibi em̄ sunt hodie multe cauerne: id est: multi cōcaui peccatores: q̄ q2 sunt pleni sulphure: idest: mūdi p̄speritate ardēte ⁊ fetēte. Ideo ad flatum istoꝝ vētorum semper spirare ignem videntur. s. Ignem.

Luxurie ⁊ feditatis.
Seuicie ⁊ crudelitatis.
Auaricie ⁊ cupiditatis.
Iniusticie ⁊ rapacitatis.

Et iō de tali aduētu dicit Job. j. Vētus inq̄t vehemēs irruit a regione deserti. q̄ irruit sup angulos domus ⁊ oppressit filios Job. Sic vere talis vētus q̄ a deserto. i. a dyabolo p̄cedit. subuertit hodie domū eccl'ie sancte matris ⁊ filios dei. s. ecclesiasticos ⁊ xp̄ianos interficit per vicia: ⁊ finaliter destruit p̄ tormēta. Iste est etiā vētus vrens q̄ siccauit hederā Jone. q2. s. tales improbi vēti siccāt hodie ⁊ destruūt q̄cquid hodie in eccl'ia viride ⁊ virtuosum inueniūt. vnde de aduētu talis vēti dicit Matth. vij. Venerūt flumina. ⁊ flauerūt vēti ⁊ irruerūt sup domū illā ⁊ cecidit. Heu charissimi nō sic xp̄s nō: q2 vere ipse qn̄ venit ad aīam a tētationib⁹ refrigerare: ⁊ bonis oibus fecūdare: similis illi vēto q̄ dicit fauoneus: q̄ dicit a fouēdo. eo q̄ sup̄ terram veniēs omnia vegetat atq̧ fouet. Et ideo deus venit in mentem humanam.

Ad mentem illustrandum.
Ad mentem expiandum.
Ad tecum spaciandum.
Ad tecum hospitandum.
Ad mentem inflammandum.
Ad mentem fecundandum.

Iste em̄ veniēdo solet illuminare. Esa. lx. Venit lumen tuū hierl'm: Itē veniēdo solet expurgare. Malach. iij. venit ad templū sanctū suū dn̄ator dn̄s ⁊c. Sequitur. Ipse em̄ quasi ignis conflans ⁊ purgabit filios Leui: Itē veniēdo solet habitare Job. xiiij. Ad eū veniemus et mansionē apud eum faciemus: Itē veniēdo solet inflāmare. Luce. xij. Ignē veni mittere in terrā: Itē veniēdo solet aīam virtutib⁹ fecundare. vn̄ Apoc. xxij. Ecce venio cito: ⁊ merces mea mecū est. Patet igit charissimi q̄ primus christi aduētus est estuantiū refrigeratiuus vetus inquit.

S ¶ Secundo dico q̄ christi aduētus est delinquentiū exasperās reuerberatiuus vel vituperatiuus. Et iste est quidā aduētus diuine correctionis quo aliqn̄ venit ad peccatorē. vt ipse ipsum p̄ tēporales tribulatiōes corrigat ad ⁊ viā salutis redigat et reducat. Nā sicut rex aliqn̄ venit ad ciuitatē suam rebellē: vt eā puniat ⁊ castiget. Sic christus aliquādo venit ad hominem peccatorem deo contrarium ⁊ rebellē: vt ipsu3 p̄ tribulatiōes ⁊ infirmitates edomet et deuincat. j. Coꝛ. iiij. In virga veniam ad vos. Et hic aduentus ostenditur cu3 dicitur. Dō turbo veniebat ab aquilone. Ventus enim qui ab aquilone venit est frigidissimus. ⁊ ideo lutum desiccat et aquam congelat puluerem abstergit: corpus cōstringit: flores euellit et vestimenta sumere compellit. Sic vere per omnia facit ventus aduentus diuine correctionis ⁊ tribulationis. Ista enim quādo a deo nobis aspere immittitur: desiccat lutum carnalitatis: congelat ⁊ fortificat aquam fluxibilitatis ⁊ fragilitatis: astringit puluerem cupiditatis. tollit et euellit flores curiositatis. stringit corpus: idest mētem. ne per desideria vana defluat. facit sumere vestimēta gratiarum et virtutū: vt homo per charitate3 affluat. Et de hoc Ecclesiastici xliij. Frigidus ventus aquilo flauit ⁊ gelauit cristalus ab aquis. quia scilicet per frigus correctionis per aq̄lonem tribulationis. gelatur aqua carnalis interfectionis: et efficitur cristallus spiritualis perfectionis Nam s̄m Aristo. Flante vento aquilonis masculi generantur. et flante austro femelle. Sic vere charissimi. quandoq̧ per aquilonem tribulationis homo efficitur masculus ⁊ perfectus. qui in austro mundane p̄speritatis esset femineus. idest peccator fluidus et despectus. Job trigesimoseptimo. Ab aquilone aurum venit. idest virtus ⁊ perfectio. Et breuiter. Deus qn̄q̧ venit subito dum non speratur ipsum fortune casib⁹ submittendo: ⁊ eū subito de mundo aliquotiens auferendo. Luce duodecimo. q̄ si dixerit seruus ille moram facit dominus meus ⁊ ceperit comedere ⁊ bibere ⁊ percutere familiam: veniet dominus serui illius die qua nescit. ⁊ hora q̄ua ignorat ⁊ partem eius ponet cū infidelibus. Et sequitur. Sic et vos estote parati: quia qua hora nō putatis filius hominis veniet. Sic igitur charissimi aduentus est delinquentium reuerberatiuus.

T ¶ Tertio dico. q̄ christi aduentus est reparatiue conditionis. Sicut rex veniens ad ciuitatem ⁊ inuenit eam desolatam ⁊ dissipatā: solet eam reparare et restaurare. sic christus ciuitatem ecclesie voluit personaliter visitare per incarnationem: ⁊ ipsam donis: virtutibus ⁊ gratijs reparare. Dō ōndit: cū dr̄ Nubes. Nam sicut nubes naturaliter est media inter celum et terram: aquam et pluuiam mūdo mittit per quam sterilitas effugatur: ⁊ bonorum fertilitas procuratur Sic dei filius qui inter celu3 et terram idest inter deū et homines est medius gratiarum affluentiam nobis misit. et maxime in passione quia nunc ista nubes p̄forata. et aperta gratiam suam per quinq̧ riuulos distillauit: ⁊ sic mūdum sterilem et aridum bonis operibus fecundauit: et eum reparauit et restaurauit: ⁊ per fidem et gratiam reformauit. Nubes inquit. Iudic. quinto celi et nubes distillauerunt aquis. Ista nubes bene fuit figurata Ezechiel. primo. Vbi ipse vidit vnā mulierē in qua erat vnū animal q̄d habebat quattuor facies. s. a parte ante facie3 hominis. a parte dextra faciē leonis. a p̄te sinistra faciem bouis. et desuper faciē aquile. Reuera charissimi talis nubes fuit dei fili⁹ benedictus in suo aduentu. Ipse em̄ nō solu3 fuit nubes: immo etiā fuit animal quattuor facierū s̄m quattuor eius sta-

eius status. Fuit enim homo q̃tū ad incarnatiōis hu
militatē. Uitulus q̃ tum ad passionis toleratam acer-
bitatem Aquila q̃tum ad ascensionem ¶ Homo per
temperantie sanctitudinem. Bos per cōstantie forti-
tudinē. Leo per iusticie rectitudinē. Aquila per prudē
tie limpitudinē. Homo in anteriori iuuentutis. Bos
in sinistra aduersitatis. Leo in dextera ꝓsperitatis A-
quila in superiori dignitatis: Sicut em̄ aquila de sup̄-
mo suo habitaculo vidꝫ pisces in aqua natare ad quos
subito descendēs predā suā accipit ⁊ tandem reascēdit
Sic dei filius misertus pisciculis peccatoribus quos i
mari huius mūdi videbat vagari subito venit ad eos ꝑ
incarnationem predamq̄ꝫ suam. idest humanā naturā
assumpsit ⁊ tandē sursum ad celsitudinem paradisi ite
rum reascendit. Figura Ezech. xvij. vbi dicitur: Aquila
grandis longo membrorūꝫ ductu plena plumis venit
D ad libanū tulit medullā cedri ⁊ summitatē frondiū ei⁹
auulsit ⁊ transportauit illam in terram chanaan. et in
vrbe negociorum posuit illam. Ista aquila charissimi ē
dei filius qui reuera dicitur plenus plumis. i. virtuti-
bus atq̄ꝫ donis ⁊ varietate omnium gratiarū. Longa
etiā membra dicitur habere: q̄ꝛ sicut dicit Scōs phus.
Deus est sphera incircūscriptibilis cuius centrū vbiq̄ꝫ
est circūferentia nusq̄ iste dicit̄ venire ad lybanū ad li
teram: q̄ꝛ scꝫ ad terrā illā in qua est libanus. s. ad iudeā
per incarnationē voluit aduenire. Et ad quid certe vt
tolleret medullā cedri. Cedrus enim excelsior inter om
nes arbores est et humana natura humilior inter om
nes naturas: ⁊ istius cedri medulla pars. s. purior ⁊ me
lior est illa portio humane nature quam sibi dei filius
in virgine copulauit. Ad libanum igitur. i. ad iudeam
et ad mundū ista aquila venit medullā cedri. i. florem
humane nature sibi per incarnationeꝫ assumpsit quā
in terra chanaan. i. in celum in vrbem negociatorum.
i. in paradisum vt perfecti negociatores. i. sancti habēt
perpetuā mansionē ipsamq̄ꝫ secum in ascensione fina
liter transportauit. dicens illud Joh. xvj. Exiui a patre
et veni in mundū: ⁊ iterū relinquo mūdū ⁊ vado ad pa
trem. Exiui dico a patre Per eternalem generationeꝫ
Ueni in mūdum per temporalem incarnationem. Re
linquo mundum per corporalem resurrectionem. Ua-
do ad patrem per supernalem sublimationem: ascēsio
nē ⁊ promotionē. Et ideo pulcre loquitur Beda super
Cant. lib. iij. Uenio inquit vt errantes corrigā. vt infir
mantes adiuuem: vt dubitantes confirmem. vt bene
agentium fructibus pascar. vt certantes defendam vt
vincentes coronem. Et reuera charissimi loquēdo de
nobis moraliter tales aquile debemus non esse: ⁊ etiā
talia animalia. Debemus enim esse aquile per cōtem
plationis limpitudinem sumentes medullam. i. dulce
dinem pietatis et compassionis habere plumas mul
tas gratiarum perfectionis: longa membra perseuerā
tie ⁊ durationis. et nos ipsos transferentes ad vrbem
eterne negociationis felicitatis ⁊ consolationis. Qua
tuor etiam facies debemus habere. q̄ꝛ vere a parte an-
te idest in presentia nos debemus esse homines per be
nignitatem. a parte sinistra idest in aduersitate debe-
mus esse boues per constantie firmitatem. In dextera
prosperitatis debem⁹ esse leones quod est animal li
berale per clementie pietatem. A parte autem superio
ri. s. in statu dignitatis non debemus esse aquile per cō
templationis sublimitatē. Sed vere multi sunt quib⁹
ista competunt ſm aliū modū exponendi. Multi eniꝫ
a parte interiori idest in presentia sunt homines ꝑ blā
dimentum adulationis ⁊ deceptionis. sed in parte si-
nistra idest in absentia sunt boues per mugitum de-
tractionis et diffamationis. In dextera prosperitatis
sunt leones per seuiciam et crudelitatem. In superiori
statu dignitatis sunt aquile per superbiam et prospe-
ritatem. Sic non christus in aduentu suo non charis
simi. quia vere iste fuit nubes per reparatiuam condi
tionem. Et de hoc Job. xvij. Nubes latibulum suum.

Et illud ps. Operit celuꝫ nubib⁹ ⁊ parat terre pluuiā
Luc. xxj. Uidebunt filium hominis venientē in nube.
Habuit igit̄ xp̄s in aduentu cōditionē reparatiuam.
¶ Quarto dico ꝙ ipse habuit conditionē imperati- V
uam. Ignis inquit inuoluēs. Et istud potissime perti
net ad vltimū xp̄i aduentū. s. ad iudiciuꝫ. Nā sicut rex
q̄n venit personaliter ad ciuitatē rebellē. vt ipsaꝫ q̄nq̄ꝫ
destruat ⁊ cōfundat ⁊ ibi rigorem sue vindicationis
ostendat. Sic vere dei filius finaliter veniet perso-
naliter ad hunc mundū. sicut ad locū impiuꝫ ⁊ rebel-
lem ⁊ per rigorē iusticie ipsum in iudicio destruat: ⁊ vt
potestatē sue iusticie omnib⁹ manifestet. ⁊ hoc osten
ditur cuꝫ dicit̄. Ignis inuoluēs. q̄ꝛ vere sicut ignis om
nia deuorat ⁊ cōsumit: sic christus in iudicio ad modū
ignis peccatores deuorabit ꝑ suā sententiā: ⁊ ipsos in
inferno inuoluet ⁊ alligabit. De hoc Esa. lxvj. dicitur.
Ecce dn̄s in igne veniet quasi turbo. vbi ostenditur: ꝙ
christus veniet ad iudiciū Patenter. Ecce. Potenter.
Dominus. Ardēter. In igne. ¶ Primo dico patenter X
q̄ꝛ. s. ipse veniēs apparebit totus em̄ mūdus. sicut dici
tur Johel. iij. Erit in valle iosaphat ⁊ in aere circūstā-
ti: ⁊ ipse christus de celo veniēs: ⁊ super montē oliueti
descendēs se sursum in aere in forma serui: in qua iudi
caturus est omnibus demōstrabit: quod ostendit̄ cū
dicitur. Ecce. vnde Apoc. j. Ecce venit cū nubibus ⁊ vi
debit eū omnis oculus. Patēter etiā fiet iudiciū quo
ad alios. q̄ꝛ quilibet de socio suo sciet ⁊ cognoscet in cō
sciencia sua leget quare debet saluari vel damnari. Si
cut enim in estate nidus in arbore ꝓpter folia non ap
paret. In hyeme aūt defluentib⁹ folijs omnibus de-
claratur. Sic vere charissimi in nobis dū durat estas
huius vite: vix possunt apparere vicia nidusq̄ꝫ dyabo-
li qui in nostra conscientia hospitatur. s. propter folia
excusationum que nostra interiora cōtegunt atq̄ꝫ ve-
lant. ſꝫ quādo hyems. s. asperitas iudicij aduenerit: tūc
omnia talia cessabūt. ⁊ per cōsequēs nidus peccatorū
et nostre male cōscientie omnibus apparebunt. Esa. j.
Erubescetis inquit super ortis quos elegeratis cū fue
ritis sicut quercus defluētibus folijs ⁊ aqua si hortus
sine aqua. fiet igit̄ iudicium Patenter. Unde illud ps.
Deus noster manifeste veniet. ¶ Secūdo fiet potēter
Dominus inquit. Et de hoc. j. Regū. ij. Dominū for-
midabunt aduersarij eius ⁊ super ipsos in celis tona-
bit. Ubi nota. ꝙ iudiciuꝫ cōparatur tonitruo. q̄ꝛ toni
truū nihil est aliud q̄ ruptio ⁊ diuisio nubiū. Et ideo
ſm densitatē vel raritatem nubium tonitruum diuer
simode sonat: nunc alte: nunc basse: nūc mediocriter.
Sic vere dei iudiciū ⁊ diuina sententia nihil aliud est
q̄ diuisio nubiū. s. hominū agnoꝝ ab hedis. bonoꝝ a
reprobis saluandoꝝ a damnandis: ⁊ ecōuerso. Et ideo
ſm diuersitatem merita ⁊ demerita istarū nubium. i.
istoꝝ iudicādoꝝ ipsum tonitruum. i. ipa dei sententia
inequaliter resonabit. s. nunc alte ⁊ horribiliter ⁊ terri
biliter dānatos condēnando. dicens illud. Ite maledi
cti in ignē eternum ⁊c. Item nūc basse ⁊ benigniter. s.
beatos aduocādo ⁊ dicendo Mat. xxv. Uenite benedi
cti patris mei percipite paratū vobis regnū ⁊ ab ori-
gine mundi. ⁊ sic bene dico ꝙ iudicium fiet potenter.
Mat. xxiiij. Uidebunt filiū hominis veniēteꝫ in nubi
bus celi cum potestate magna ⁊ maiestate. ¶ Tertio
dico: ꝙ iudiciū fiet. s. cum rigore magne iusticie. Ideo
dicitur. In igne veniet ⁊ quasi turbo. q̄ꝛ sicut dicit̄ ibi-
dem Esai. lxvj. In igne dn̄s dijudicabit ⁊ in gladio suo
ad omnem terram. Ueniet igitur ardenter ⁊ rigorose.
Unde Mat. xxiiij. dr̄. Nō sicut exit fulgur ab oriente ⁊
apparet in occidente. sic erit in aduentu filij hominis.
Et si vis compara christū veniendū ad iudiciū fulguri
quia fulgur cito venit clare lucet. violenter ardet: et
cum tonitruo apparet. Sic vere christus cum subito.
Ueniet apparendo cum celeritate. Ueniet ardens et
cum seueritate. Ueniet illuminans et cum claritate.
Ueniet tonans et cuꝫ maiestate. Dico igitur ꝙ veniet
subito apparendo. Et ideo iste dicitur venire sicut fur

prima. Thes. v. Pro eo ꝙ ex insperato veniet. vñ Apo. iij. Ecce venio cito. ¶ Dico aũt ꝙ veniet aspere vrendo. qꝛ.s. malos seueriter ledet ⁊ vret. Esa. lxvj. Ecce dominꝰ ĩ igne veniet. Dico isup̱ ꝙ veniet clare illuminãdo. qꝛ tũc cõsciẽtie alterutrũ patebũt. j. Corint. iiij. Ueniet dñs qui illuminabit abscõdita tenebrarũ ⁊c. Dico nihilominꝰ ꝙ veniet magnifice tonãdo qꝛ.s. ipse veniet cũ maiestate. Unde Mat. xxv. Cum venerit filius hominis in maiestate sua ⁊ angeli eius cũ eo. Et Esa. iij. Ecce dñs veniet ⁊c. Et sic igiṯ potest apparere: ꝙ aduentus christi ẜm statũ ipsius quattuor habet. Prelationẽ imperatiuã. Cõditionẽ reparatiuã: Correctionẽ deputatiuã: Infusionẽ cõsolatiuã. Et hec sufficiũt ad presens. Sed vide de christi incarnatione ⁊ in multis alijs materijs: sicut ẽ. Ueire Appropinq̃re ⁊ Desẽdere.

A **Aduenire.** Idem est ꝙ ad aliquẽ locũ venire. vel ad aliquez hominẽ venire: vel ad aliquid venire. Et est idẽ aduenire ꝙ accidere. Accidere Appropinquare. Est igiṯ aduẽtus multiplex in scriptura. Aduenit eñ homini Tẽporalis tribulatio. Eternalis cõdemnatio. fraternalis adiuuatio. Spiritualis illustratio. Supernalis ꝯsolatio. Mũdialis visitatio. ¶ Nota igiṯ ꝙ homini qñq3 aduenit vel accidit ꝙ a deo salubriter inspiraṯ. ꝙ a malis fallaciter defraudaṯ. ꝙ in bonis vberiter ꝓsperaṯ. ꝙ iustis benigniter adiuuaṯ: ꝙ in mũdo seueriter tribulaṯ. ꝙ in celo feliciter sublimaṯ. ꝙ ĩ inferno crudeliter tumulaṯ.

B ¶ Aduenit igiṯ homini spiritualis illustratio. et hoc nihil ẽ aliud q̃ gratia dei: spiritussancti dona ⁊ virtutes ⁊ merita. Nam sicut fortis vẽtus vel aquarũ inundatio qñq3 aduenit ꝙ arbores eradicat et subuertit. Sic vere qñq3 ex occulta dei ordinatione aduenit inundatio gratiarũ ⁊ ventus ⁊ inspiratio spũssancti: qꝛ arbores que terre inherebãt. i. peccatores qui tẽporalia ⁊ peccata diligebant: p̱ cõtritionem ⁊ conuersionẽ de huius terra eradicat atq3 colit. sicut patet ĩ multis peccatoribꝰ qui per diuersam gratiã ad deũ subito cõuertuntur. Exemplũ de Paulo ⁊ Magdalena. Unde Act. ij. Factus est repente de celo sonus aduenientis spũs vehemẽtis. Et ideo videtur ꝙ dñs sit similis balene. fetus eñ balene dũ incaute appropinquat ad littus. aliqñ adheret zabulo. ibiq3 recedente mari ꝓpter paucitatẽ aque sistitur: ita ꝙ matrẽ suã sequi non preualet in profundũ. Et ideo mater videns eũ in periculo de profundo maris apportat ⁊ euomit super ipsuz magnã quãtitatẽ aque sicut fluuiũ. ⁊ sic cuz illa aqua a zabulo ⁊ a littore retrahit. ⁊ a piscatoꝝ periculo ipm̃ liberat ⁊ reducit. vt dicit Jorath in libro suo. Balena est deus: cuius fetus est homo. Accidit igitur charissimi ꝙ iste fetus. s. homo qui in mari penitentie vel diuine gratie in quo per spem ⁊ fidem ambulãs. Sequiṯ matrem suã. s. deũ imitando ⁊ ei obediendo: qñq3 ĩcaute ad littus huius mũdi per amorẽ ⁊ desideriũ appropinquat. ⁊ zabulo. i. mũdi sterilibꝰ diuitijs atq3 bonis taliter per affectum adheret: ꝙ de mari diuine gratie exit. sicq3 xp̃m sequi p̱ bona opera dimittit. Quod vidẽs ista pia mater xp̃s qñq3 euomit sup̱ ipm̃ magnã quãtitatem aquarũ gratiarũ. s. ⁊ virtutũ ⁊ flumẽ donorum spiritussancti. Et isti fluctus aduenientes ipm̃ ad mare diuine gratie. i. ad statum penitentie p̱ cõuersionẽ attrahunt ⁊ a littore mũdi ⁊ ab amore bonoꝝ tẽporaliũ et per cõsequens infernalium piscatorum a periculo ipsum retrahunt ⁊ educunt. figura Apoca. xij. vbi dicitur: ꝙ quidam draco misit quendam magnum fluuium vt attraheret vnam mulierem que fugiebat ad desertum. Sic vere charissimi christus qui dicitur serpens ereus in scriptura: qñq3 de speciali gratia mittit et emittit vnum magnum fluuiũ gratiarum et donorum: vt vnam mulierẽ: idest debiles ⁊ fragiles peccatores: qui ab ipso fugiunt ⁊ recedunt ⁊ ad solitudinez huius mũdi per auariciam ⁊ immoderatũ affectuz accedunt ⁊ ad se retrahat ⁊ vt eos de mortis eterne p̱iculo liberet et reducat. Ideo dicat quilibet peccator deo illud Cant. j. Trahe me post te: curremꝰ in odorẽ vnguentoꝝ tuoꝝ. Est enim gratia ⁊ misericordia diuina sicut vnguentũ attractiuũ quo deus attrahit peccatores ad salutem ⁊ hoc ostenditur cũ dicitur. Respiciẽs dñs. quia. s. dominus respicit hominẽ suam gratiam infundendo. Et de hoc Eccli. xj. Est homo marcidus deficiens virtute: abundãs aũt paupertate: et oculus dñi respexit illũ in bonũ. Sic igiṯ patet ꝙ homini aduenit visitatio spiritalis. ¶ Secundo dico ꝙ homini accidit crimĩalis defraudatio. qꝛ.s. sepe accidit: ꝙ aua C ri ⁊ vsurarij ficti ⁊ falsi amici decipiunt hominẽ suis verbis fallacibus ⁊ promissis similes balene ⁊c. Sic vere vsurarij qñ volunt ꝙ aliquis vicinus eoꝝ separetur a terra. idest a tẽporali sua possessiõe: qñ sc3 ipsuz volũt trahere ad se: vt eis det vendat aut distrahat bona sua: qñ etiã ipsum ad mare. i. ad amaritudinẽ paupertatis ⁊ exheredationis volunt producere. ipsi procerto operiunt eum fluctu magno fallacium promissionum. qꝛ.s. bona sua accõmodant ⁊ promittunt facere multa bona: ⁊ nunq̃ ei deficere. sed ipsum iuuare: ⁊ eum per fluctus suarũ deceptionuz ipsum ad mare. i. ad amaritudines exheredationis: tribulatiõis ⁊ paupertatis perducunt. Istud etiam patet in malis mulieribus que fluctibus versorum suorũ ita attrahunt homines ⁊ decipiunt: qꝛ priuant eos a terra sua. idest: a prosperitate bonoꝝ: ipsumq3 perducũt ad amaritudinem paupertatis. Istud etiã patet in falsis raptoribus ⁊ balliuis. qui fluctibus accusationum impositionum ⁊ exactionum separãt homines a bonis suis terrenis: ⁊ eos sequi ⁊ obedire cõpellunt: ipsosq3 ad mare. i. ad multas amaritudines cõuenire procurãt. Unde Job. ix. Non concedit quiescere spiritum meum et replet me amaritudinibꝰ. figurati in illo dracone ⁊c. sicut supra. Sic vere draco. i. vsurarius balliuus vel raptor mulier vel fictus ⁊ deceptor amicus: vel fluctibꝰ falsorum beneficiorum promissionum verborum deceptionum ⁊ accusationum: mulierem. i. pauperes vicinos ad se trahunt ⁊ eos bonis proprijs spoliãt. Et de ista aduentione dicitur Prouer. j. Ego autem in interitu vestro ridebo cum vobis quod timebatis aduenerit. Uerba sunt deceptorum. Patet igitur ꝙ homini aduenit noxialis defraudatio. ¶ Tertio dico ꝙ ei aduenit consolatio mundialis. Sicut videmus: ꝙ homo D subito de paupere fit diues. Sicut eñ videmꝰ: ꝙ aqua per occultos meatus a mari veniens facit crescere fontes ⁊ fluuios atq3 riuos et exuberare. Sic vere diuitie quas occulte per fraudes ⁊ vsuras homo acquirit: faciunt eum diuitem atq3 plenum: ita ꝙ influentiã maris. idest dyaboli status eorum abundans ⁊ exuberãs est. Unde Job. xij. Abundant tabernacula predonuz qui audacter irritant deum. Unde de aduentione tali quo ad malos dicitur Exo. xiiij. Jam aduenerat vigilia matutina. ⁊ ecce respiciens dominus super castra egyptiorum per columnã ignis: ⁊ nubis interfecit exercitum eorum. Deus enim dando egyptijs idest: malis bona temporalia et nubes diuitiarum concedendo videtur eos dulciter respicere. finaliter tamen solet eos cum columna ignis infernalis interficere ⁊ delere. Et nota quod status talium dicuntur castra egyptiorum. Egyptij qui interpretantur tenebrosi: significant mundi diuites peccatores: qui obscuri sunt per peccata: quorum pro certo status hodie intantum crescit: ꝙ castris. i. antiquis statibus comparatur. Sicut patet de causidicis ⁊ balliuis: ita ꝙ ipsi sunt terribiles pauperibus vt castrorum acies ordinata. j. Reg. xxviij. Uidit saul castra philistinoꝝ ⁊ timuit. Et ideo dyabolus facit talibus sicut balena que vomit fluuiũ post fetum suum. sicut dictum est supra. Sic vere dyabolus quãdo timet ꝙ homo adhereat terre. i. deo per fiduciam. iusticiam ⁊ gratiaz. ⁊ ꝙ ad littus diuine gratie se conuertat. ipse procerto quandoq3 facit: ꝙ aduenit super eum per vomitum dyabolice occulte malicie vnus magnus fluuius prosperitatis: vel etiaz fluuius malarũ

malarum tentationū ꝛ suggestionū: vt quia procurat ꝙ sit diues ꝛ potens: ꝛ sic ipsum ad se per multa peccata attrahit: ꝛ ad mare infernalis amaritudinis secū ducit. Figura Apoc. xij. vbi draco misit fluuiū post mulierem: vt faceret ipsam attrahi ne fugeret in desertū. Sic vere draco venenosus dyabolus: quādo videt hominem a se fugere ꝛ ad desertum penitētie: statumq; gratie euolare post eum mittere vnum magnum fluuium prosperitatis mundane vel etiam magnum fluuium tentationum: delectationum ꝛ malarum suggestionum vt ipsum ad se retrahat ꝛ ad peccatum attrahat et adducat. Ideo Hiere. lj. dicitur. Absorbuit me quasi draco. Et ideo de fluuio isto: ꝛ etiam de talibus potest dici illud Job. xxij. Nunquid semitas seculoꝝ custodire cupis quas calcauerunt viri iniqui qui sublati sunt ante tempus suum ꝛ fluuius subuertit fundamenta eorum. vbi ostendit tres rationes: quare debemus isti fluuio obedire. sed terre. i. deo firmiter obedire: ꝛ non in fluuio mundane prosperitatis nos implicare. s. quia dei correctiones restringit qui. s. dicit. Nunquid semitas seculorum custo. ꝛc. quia praua correctio nos restringit. s. viri iniqui eam calcauerunt. quia breuis duratio comminatur. quia sublati sunt ante tempus suuꝫ: quia grauis damnatio memoratur fluuius inquit subuertit fundamenta eorum. Aduenit igitur homini: vt dictum est: consolatio mundialis. vnde ipsis diuitibus potest dici illud Jaco. v. Agite nunc diuites plorate ꝛ vlulate in miserijs vestris que aduenient vobis. Et nota ꝙ non solum tentationes ꝛ tribulationes dicuntur miserie: verumetiam nunc mundi consolatiōes. Unde. Sen. in epistola. Illos potius miseros dixerim qui nimia felicitate torpescūt. ¶ Quarto aduenit homini sustentatio fraternalis. quia. s. quilibet
E debet aduenire fratri suo si videt eū indigere vt ipsum adiuuet ꝛ sustentet. similis balene cuius fluctus adueniens liberat filium a zabulo et periculo. sicut dictum est supra. Sic vere si aliquis fetus noster. i. aliquis cōsanguineus vel amicus deueniat ad zabulum. i. ad sterilitatem paupertatis ꝛ ad asperitatem aduersitatis: et perdat plenitudinē maris: idest: affluentiam prosperitatis procerto nos debemus ei fluuiuꝫ beneficiorum mittere: ꝛ ipsum ad mare. i. ad affluentiam status sui: reducere ꝛ a zabulo aduersitatis et paupertatis a piscatoribus etiam. i. a suis inimicis pro viribus liberare. Aliam etiam sustentationem ꝛ visitationem spiritualem debemus proximis nostris facere: quia vere si videmus eos adherentes terre. i. peccato vel terre. i. temporalibus per auariciam. vel terre. i. tristicie nos debemus eis mittere fluuium consolationum. instructionum ꝛ informationum. ꝛ ipsos ad mare. i. ad statū gratie veritatis ꝛ glorie reducere ꝛ attrahere. ꝛ a piscatoribus demonibus liberare. Figura etiaꝫ in dracone qui mittit fluuium post mulierem vt dictum est: q. s. si videmus aliquem de nostris qui appropinquet deserto paupertatis peccati vel inferni: nos debemus sibi mittere fluuium beneficiorum. consolationū. instructionum. vt eum ad viam salutis ꝛ gratie retrahamus Et talis fraternalis: spiritualis ꝛ temporalis sustentatio ostenditur cuꝫ dicitur. Columna. quia. s. debemus esse alter alterius columna fundamentum ꝛ fulcimētum. Et ideo de talibus potest dici illud. iij. Regū. vij. Cumq; statuisset columnam dexteram vocauit nomē eius Jachin. i. firmitatem. vbi ostenditur ꝙ debemus alterum sustentare triplici ratione. s. Quia ad hoc sumus deputati. Cumq; inquit statuisset. Quia per hoc sumus sublimati. Uocauit inquit nomen eius. Quia per hoc sumus roborati. Jachin. i. firmitatem. Quod est contra multos similes columnis plumbeis que exterius sunt pulchre. interius autem concaue atq; vane. et ideo facillime franguntur. Sic vere falsi fratres et amici videnꝰ in apparētia esse veri: sed intus in corde sunt vani. ꝛ ideo faciliter falluntur atq; decipiuntur ꝛ franguntur. nec in amicicia perseuerāt. Figurati per baculum harundineum egypti. de quo supra ti. de Acubaꝫ. Heu charissimi non sic. sed simus. Jachin. i. veri stabiles ꝛ in amicicia permanētes. Unde quolibꝫ tali beneficio adiutori potest dici illud Sap. xvj. Misericordia tua dn̄e aduenies curabat illos. Patet igitur ꝙ homini Aduenit sustentatio fraternalis. ¶ Quinto aduenit hoī tribulatio tp̄alis. q. s. sicut aurifaber aurū f
in igne purgat. sicut etiā medicus p ignē vulnera lauat Sic deus vel etiam prelatus quando videt hominem impurū: ꝛ diuersis vicijs vulneratum. adhibent igneꝫ correctionis ꝛ tribulatiōis vt ip̄m purificēt atq; sanēt q. sicut dicit Eccli. ij. In igne pbat aurū ꝛ argentū. sic ꝛ hoīes receptabiles in camino humiliationis. Et ideo tam deus ꝙ̄ bonus p̄latus sunt similes balene q̄ sicut dictū est fluctū euomit sup fetum vagantē ꝛ herentem terre vt scꝫ ip̄m liberet a periculo Sic q̄n aliq̄d incaute vagaret circa littus huiꝰ mūdi ita ꝙ zabulo. i. rei delectabili p inmoderatū affectū adheret vt pote diuitijs delicijs vel eminētijs per luxuriā. auariciaꝫ. supbiā ita ꝙ matrē suā. s. deuꝫ vel prelatuꝫ non sequit obediendo vel operando. Tunc vere deus qui non vult hominem periri sed omnes ad penitētiā reuerti. sicut dicitur. ij. Pet. iij. vel etiā bonus p̄latus euomit sup ip̄m quandoq; magnū fluctum maris aque. i. amaritudine tribulationum ꝛ correctionū vt eum ad profundū maris idest ad statū penitētie reducat et a piscatoribus inferni liberet atq; saluet. Figura de dracone qui misit fluuium vt attraheret mulierem que fugiebat in desertū Quia vere deus quando videt hominē fugere per vicia ꝛ peccata ad desertū inferni: ip̄m quādoq; cū flumine fortis tribulatiōis attrahit ꝛ adducit Prelatus etiā subditum volentē fugere ad desertū mundi p apostasiam vel per nimiā implicationē ipse pro certo debet sibi mittere fluuium. i. dulcem ꝛ benignam monitionē. et instructionē quod si nolit dꝫ adhibere duraꝫ ꝛ fortē correctionem. vt ipsum reducat ad saluationem. Ideo dicebat dauid. Omnes fluctus tuos induxisti sup me. Unde d̄ aduētu huiusmodi correctionū ꝛ tribulationū dicitur Cant. ij. Tempus putatiōis aduenit. Putatio enim sectionem tribulationis designat. Aduenit igit homini tribulatio temporalis ¶ Sexto aduenit homini sublimatio seu visitatio eternalis. s. eterna gloria. de cuius aduentu dicitur Mat. vj. Adueniat regnū tuuꝫ Naꝫ sicut nubes naturaliter est humida. ita ꝙ pluuia eius adueniens: terrā aridam irrigat et fecundat Sic vere deus qui pius ꝛ roridus est naturaliter humoreꝫ eterne affluentie terre aride idest bonis ꝛ penitentibꝰ tribuit ꝛ diffundit. ps. Qui operit celū nubibus et parat terre pluuiam. Et ideo adhuc videtur q̄d deus est similis balene. q. s. q̄n videt ꝙ fetus suus. i. bonus x̄pianus satis diu adhesit terre. i. terrene vite: vel statui penitentie. ip̄e pro certo immittit fluctibus infirmitatis ꝛ mortis: ꝛ sic eum ad profundū maris idest ad profundum paradisi ꝛ ad affluentiā voluptatis eterne secum trahit ꝛ euꝫ a venatoribus inferni ꝛ mundi ꝛ a cūctis periculis liberat atq; sanat. Esa. lx. Tunc videbis ꝛ affiues ꝛ mirabit ꝛ dilatabit cor tuū quando cōuersa fuerit a te multitudo maris. Sic igit aduenit homini supernalis visitatio. ¶ Septimo dico ꝙ aduenit ꝛ infernalis condemnatio Et ideo adhuc dyabolus est similis h
balene. quia quando videt ꝙ fetus suus idest peccator bene adheret per desiderium ꝛ affectum terre idest bonis terrenis atq; ꝙ non cogitat de futuris. sed per diuersa vicia circa littꝰ eius mundi vagat. tunc vere mittit ei fluctus infirmitatis ꝛ mortis vt eum per damnationem eternam ad profundum maris idest ad inhaustibilem amaritudinem inferni secum ducit Figuratū in dracone qui cum fluuio volebat ad se trahere mulierem. quia draco dyabolꝰ mulieres. idest fluxibiles peccatores ad se ad infernum trahit quando fluctus mortis eis mittit Et ideo de tali aduentu pene eterne dicit Jaco. v. Agite nūc diuites plorate ꝛ vlulate in miserijs estris: que aduenīēt vobis. Ubi damnatio inferni de

scribitur A mentali merore. Plorate. A verbali clamore. Ululate. A penali dolore. In miserijs vestris que aduenient vobis: ⁊ Apocalip. xj. dicitur. Irate sunt gẽtes et aduenit ira tua ⁊ tempus mortuorum iudicare ⁊ reddere mercedeꝫ. Sic igitur patet charissimi ꝙ homini aduenit Infernalis calamitas Eternalis felicitas. Tẽporalis aduersitas. Mũdialis prosperitas. Fraternalis subuentio. Criminalis deceptio. Spiritalis infusio. Et hec sufficiant de aduenire ad presens ⁊c.

A **Aduersari.** Idem est ꝙ cõtradicere. Rebellare. Opponere. Inimicari. Infestare. Impugnare ⁊ tribulare. Circa qđ nota ꝙ est triplex aduersitas scilicet.

Tentationis.
Tribulationis.
Dãnationis.

Tentationis est illa: qua scꝫ mũdus. caro demonia. diuersa mouẽt prelia. Mundus eñ aduersaẗ tẽtãdo de auaricia. Caro de gula. Pigricia ⁊ luxuria. dyabolus de odio. iuidia: despatiõe: ãbitiõe ⁊ supbia. vñ Nũeri. xxxiij. Aduersabunẗ vobis in terra habitationis vr̃e. Et de talibꝰ aduersationibꝰ vide titulo de Tẽtatione ¶ Itẽ est aduersatio tribulatiõis qua aduersaẗ nobis deus: vt ab iniquitatibꝰ retrahamur. De qua Nũeri. xxij. Ego veni vt aduersarer tibi. qꝛ peruersa est via tua mihiꝗ contraria: qua etiã auersaẗ nobis mundus. vt suis impugnationibus terreamur. Cõtra qđ Phyl. j. Ne terreamini ab aduersarijs qua etiam aduersaẗ nobis dyabolus: vt a bonis operibus retrahamur. j. Petri. v. Aduersarius vester dyabolus tanꝗ leo rugiens circuit querẽs quẽ deuoret. ¶ Itẽ est aduersitas damnationis. ⁊ de hac Job. xxx. Mutatus es mihi in crudelem ⁊ in duricia manus tue aduersaris mihi. Et de istis aduersitatibus: ⁊ earũ obuiationibus qualitatibus ⁊ cõditionibus: vide in suis titulis: Sed nota hic ꝙ aduersarius idẽ est quod rebellis: contrarius inimicus. Et ideo aduertendum est ꝙ sunt aduersarij contrarij ⁊ inimici dei. quibus etiam deus est inimicus. s. peccatoribus. de quibus dicitur Exodi. xxiij. Aduersor impium dicit dñs. Item aliqui sunt aduersarij hominum. Item aliqua que sunt aduersaria animaruꝫ. Dicamus igitur primo de aduersarijs dei. idest de peccatoribus. Et dicamus ꝙ illa res est magis cõtraria alteri: que habet qualitates magis cõtrarias. sicut ptꝫ de igne ⁊ aqua. q̃ ex omnibꝰ suis qualitatibus sibyinuicẽ cõtrariantur. qꝛ scꝫ ignis calidus est ⁊ siccus. Aqua aũt frigida ⁊ humida. Sic vere charissimi peccator ex omnibus suis qualitatibꝰ est deo cõtrariꝰ ⁊ rebellis. deꝰ ignis. iste aqua. Deꝰ dico est ignis. s.

Per dilectionẽ calidus.
Per desertionẽ: frigidus.
Per potentiã: actiuus.
Per clementiã: purgatiuus.
¶ Peccator aũt est aqua. s.
Per leuitatẽ: mobilis.
Per carnalitatẽ: fluxibilis.
Per defectionẽ: humidus.
Per indeuotionẽ: frigidus.

Ideo dico ꝙ deus ⁊ peccator sunt inuicem aduersarij Et ideo sicut duo aduersarij solẽt se inuicẽ impugnare: ⁊ fortis cõtra debilẽ preualere. Sic peccator ⁊ deus inuicẽ se impugnãt: qꝛ scꝫ peccator impugnat deũ inobediendo peccando ⁊ cõtra volũtatẽ eius faciendo. Deus aũt impugnat peccatorẽ in peccatis: eũ dimittendo: prospera ei cõferendo: ⁊ tandẽ mortẽ eternã infligendo. qꝛ scꝫ deus est fortior. et ideo in fine preualet cõtra istũ. vñ Leuit. xxvj. Si inquit nõ audieritis me. sed ambulaueritis cõtra me: ego aũt incedã aduersus vos in furore cõtrario: ⁊ corripiã vos septẽ plagis propter peccata vestra: Septẽ inquit. i. vniuersis plagis penis miserijs ⁊ tormẽtis. Et propter hoc de quolibet dei aduersario peccatore: dicitur illud Job. xv. Cucurrit aduersus deum erecto collo ⁊ pingui ceruice armatus est. In quibus verbis ostẽdũtur quattuor: que peccatorem dei constituunt inimicum videlicet.

Leuitatis inconstantia. Cucurrit. B
Uanitatis extollentia. erecto collo.
Facultatis inundatio. Pingui.
Uoluntatis obstinatio. Ceruice.

Dico igiẗ ꝙ peccator aduersaẗ deo per inconstãtiam leuitatis. Cucurrit inquit. Sicut eñ videmus ꝙ ille qui teneẗ alicui seruare cõstantiã ⁊ fidelitatẽ. efficitur eius aduersarius qñ eã sibi frãgit. Sic vere homo qui deo teneẗ esse fidelis ⁊ cõstans ⁊ nulla aduersitate vel voluptate ab eo euelli: qꝛ fit qñꝗ leuis: imperseuerãs insolidus ⁊ incõstans. Ideo dei aduersarius efficitur ⁊ eius inimicus reputaẗ. Cucurrit inquit aduersus deũ ⁊c. Naꝫ sicut ille qui currit nõ stat in eodẽ loco. sed de loco ad locũ incessanter ⁊ velociter se transportat. Sic vere multi sunt q̇ nõ stãt in eodẽ loco. i. in eodẽ proposito per cõstantie firmitatẽ: immo de loco ad locũ. de desiderio ad desideriũ. de bono ad malũ. faciliter se conuertunt per incõstantie leuitatem: vnde Prouer. iiij. Pedes eoꝝ ad malũ currũt ⁊ festinant. Et ideo multi sũt similes cuidã bestie mirabili que diciẗ hyena. que ẜm Pli. nõ perseuerat in eodẽ sexu: immo mutat sexũ cõtra naturã omniũ bestiarũ: qꝛ in vno tẽpore inueniẗ sexus masculini. ⁊ in altero feminini: ⁊ est animal qđ se fingit habere vocem humanã. Et ideo tabernacula pastoꝝ frequentat: ⁊ ad se canes eoꝝ euocat vt eos deuoret ⁊ consumat. Reuera charissimi tales sunt multi peccatores. qꝛ vere multi sunt qui in eodẽ sexu. i. in eadem cõditione bonitate ⁊ perfectione minime perseuerant. immo multotiẽs per leuitatẽ ⁊ incõstantiã mutant sexum. i. cõditionẽ ⁊ voluntatẽ. qꝛ vere aliqñ inueniunẗ masculi. i. viri iusti boni ⁊ perfecti: fortes ⁊ fideles amici: vt videẗ. Sed procerto sepe accidit ꝙ ipsi ab isto statu mutanẗ ⁊ inueniũtur femelli. i. praui peccatores ⁊ iniqui. Istud patet de illis qui in pascate videntur deũ diligere ⁊ cũ eo se tenere. qꝛ scꝫ tũc masculi boni ⁊ cõfessi ⁊ cõtriti qui statim post efficiũtur femelli. et sicut prius impij ⁊ iniusti. Patet etiã in mũdi amicis: qui qñ credũtur esse masculi. i. fideles ⁊ firmi: ipsi inueniũtur femelli. i. debiles atꝗ falsi. Masculi sunt in prosperis: sed femelli in aduersis: Masculi sunt in promissione: sed femine in execucione. Masculi sunt in apparentia: sed femine in existẽtia. Et ideo isti deo et mũdo nõ sunt amici: sed potius aduersarij ⁊ inimici. Et de hoc dicitur Eccli. xxxvij. Sodalis amico iocũdabitur in oblectatione. ⁊ in tẽpore tribulationis aduersarius erit. Isti scꝫ falsi mũdi amici: vocẽ se fingunt habere humanã. qꝛ scꝫ fingũt se esse homines bonos ⁊ iustos. prouidos ⁊ maturos. cũ tñ sint bestie: ⁊ iniq̇ scꝫ ⁊ crudeles. tabernacula. i. curias principũ ⁊ pastoꝝ frequentãt. vbi verbis suis fictis ⁊ adulatorijs canes. i. iudices ⁊ prelati dñici gregis custodes ad sui amorẽ aduocant ⁊ appellãt: ipsosꝗ decipiũt ⁊ defraudant. Isti igitur nõ stãt immo currũt: nec in eodẽ perseuerãt. immo motibꝰ incõstãtie semper subsunt. Cucurrit inq̇t aduersus deũ. vnde. j. Regũ. xvij. Festinauit ⁊ cucurrit ex aduerso. Et Hiere. xxiij. Est cursus eoꝝ malus ⁊ fortitudo eoꝝ dissimilis. Isti igitur sũt aduersarij ꝑpter incõstãtie leuitatẽ. ¶ Scđo sunt alij aduersarij dei ꝑpter extollentie vanitatẽ. Erecto inquit collo. Superbi enim sunt erecto collo: q̇ scꝫ se nõ dignãtur ad alios inclinare. immo seipsos preceteris reputantes elati et erecti: sicut stipites solẽt ire. Similes leoni: cuius collum est inflexibile semperꝗ rigidum et erectum. et est animal bestiarum simplicium inimicũ. sanguinis cupidum atꝗ vorax. Et ideo superbissimũ ⁊ crudelissimũ animal reputatur. Sic vere charissimi: illi qui sunt hodie leones per crudelẽ rapacitatẽ. qui scꝫ sanguinẽ et aliorum substantiam deuorant: ⁊ simplicibus pauperibus et vicinis se reddunt aduersarios inimicos: Isti dico sunt hodie superbissimi: ita ꝙ collum eorum. idest mens et intentio per humilitatem nequeunt flecti: immo C

eti. immo semper habent collum per superbiã rigidũ ⁊ implicabilē.⁊ per humilitatem inflectibile. Et ideo isti taꝫ dei ꝙ pauperũ aduersarij possunt dici illud. j. Petri.v. Aduersarius vester dyabolus tanꝙ leo rugiēs circuit querens quem deuoret. Habēt enim tales.
Nequitie peruersitatem. Aduersarius.
Superbie pompositatem. Leo.
Iactantie verbositatem. Rugiens.
Seuicie crudelitatem. Querens quem deuoret.
Et hec sua superbia ostenditur cũ dicitur. Erecto collo. Et ideo dicitur Esa.iij. Eleuate sunt filie syon ⁊ ambulauerunt extēto collo: ⁊ sequit. Decaluabit dñs verticem filiarũ syon ⁊ crinē earũ nudabit. filie syon: sunt persone superbe que dicunt filie syon: quod interpretatur specula. q: scꝫ tales omnia volũt speculari. videre ⁊ explorare. idagari ⁊ perscrutari. Sed vere q: isti modo ambulant extento collo per superbiam. Ideo finaliter vertex sue superbie decaluabit: ⁊ crinib9 mũdane prosperitatis ⁊ glorie nudabit propter extollētievanitatē. Erecto inquit collo. Eccli.xxxvj. Extolle aduersarium.
D Ideo de istis dicit. j. Thessal.ij. Deũ nõ timēt ⁊ oibus hominibus aduersant. ¶ Tertio dico. ꝙ quidaꝫ sunt deo aduersarij propter facultatis inundationē. Pingui inquit. Sicut em̄ ille q̃ accipit munera ab aduersario alicuius ipsius aduersarius censet. Sed illi qui ab aduersario dei. scꝫ a mundo accipiũt munera sua. s. delectatiua ⁊ prospera ⁊ maxime indebite ⁊ iniuste: tales dico dei aduersarij possunt dici: ⁊ talia mũdi prospera ostendunt: qñ dicit. Pingui. Per pinguedinē intelligitur mũdi prosperitas: q: sicut res pingues ignē inflammãt. Sic vere mũdi prospera ignē luxurie ⁊ auaricie inflãmant: excitãt: stimulãt ⁊ augmētant. Et ideo dicit Prouerb.xxj. Qui amat vinũ ⁊ pinguia nõ ditabit: supple diuitijs paradisi. Quia sicut dicit in Psalmo. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eoꝝ. Sicut em̄ animalia pinguia recalcitrãt: sicut patet de equo: ludunt sicut patet de vrso: luctant sicut patet de tauro. Sic vere isti qui per prosperitatē facti sunt pingues: recalcitrant deo ⁊ prelatis per inobedietiã. ludũt per inanē gloriã. luctant scꝫ cõtra pauperes per exactionē rapinã ⁊ iniusticiã. Et ideo dicant pauperes illud ps. Tauri pingues obsederũt me. Ideo de mũdi diuitib9 dicit Hiere.v. Domus inquit eoꝝ plene dolo magnifi cati. ditati impinguati sunt ⁊ dilatati ⁊ preterierũt sermones meos. Mali em̄ hodie per dolũ: fraudē: rapinam ⁊ vsurã magnificant: impinguãt ⁊ dilatant. ⁊ dei mãdata trãsgrediunt. Et ideo finaliter cõcludet illud ps. vbi dicit. Occidit pingues eoꝝ ⁊ electos israel impediuit: q: scꝫ tales ad modũ bouis ad hoc permittuntur in pascuis huius mũdi per diuitias ⁊ delicias impinguari: vt in inferno finaliter occidant. Ideo de talib9 aduersarijs põt dici illud ps. Irritat aduersarius nomē tuũ in finem. Et finaliter dicent pauperes illud Exod.xv. In fortitudine manus tue deposuisti aduer-
E sarios meos. Patet igit ꝙ isti sunt dei aduersarij propter opulētievbertatē. ¶ Quarto fiũt sibi aliq̃ aduersarij propter pertinacie fatuitatem. propter volũtatis obstinationē Ceruice inquit. q: scꝫ homines ceruicosi et obstinati deo: per multa vicia se opponũt. sicut em̄ res dura ⁊ res mollis sibinuicē aduersant ⁊ cõtrariant. Sic vere illi qui sunt duri inobedientes obstinati ⁊ indomabiles deo: qui est sicut mollissimus ligni vermiculus. sunt aduersarij cõtrarij ⁊ rebelles: Ideo tã deus ꝙ prelatus potest dicere talibus illud Job.xxx. Mutatus es mihi in crudelē: ⁊ in duricia manus tue aduersaris mihi. Et ideo tales obstinati sunt similes rinoceronti seu vnicorni: quod nõ habet nisi vnum cornu in fronte quod est ceruicosum: intantũ ꝙ nõ potest capi ligari vel domari. Sic vere charissimi: ⁊ in ecclesijs et in claustris sunt multi ita ceruicosi: ita inobedientes ⁊ obstinati: ꝙ etiam in fronte: idest: in apparētia portant cornu superbie inuasionis: rixe ⁊ dissensiones iniuriarum ⁊ male respõsionis: q: scꝫ prelatis ⁊ maiorib9 semꝑ sunt parati opponere frontē suũ ⁊ aperte indomite. Irreuerēter respõdere. Et breuiter tales vix possunt cõcludi vel capi: corrigi vel domari. Unde supra: de adolescētia. vbi diffusius dicit. Et ideo talibus ceruicosis ⁊ indomitis loquitur scriptura Esa.xlviij. Scio em̄ ꝙ durus es tu: ⁊ neruus ferreus ceruix tua: ⁊ frõs tua erea. vbi ostendit: ꝙ isti sunt diffamati. Scio em̄. q.d. ab omnibus sunt quales sunt indomiti: durus es tu. Induratiq; sunt ferrei obstinati. Ceruix tua: effrenati. q: ipsi hñt frontē ꝯcitati: q: ipi sũt erei. i. faciliter clamãtes ⁊ iniuriosi. Sicut em̄ ferrũ est durissimum metallũ nec domari potest nisi fortiter igniat. sic etiã es est ita sonoꝝ: ꝙ q̃uis modicũ percutiat statim clamat. Sic vere tales ita sunt obstinati. ⁊ per malas cõsuetudines indurati: ꝙ domari nequeunt vel cõuerti nisi igne fortis tribulationis ⁊ correctionis suffragãte. Ita etiã sunt sonori ⁊ litigiosi: brigosi ⁊ iniuriosi: verbosi etiã ⁊ clamosi. ꝙ si a deo vel prelato aliqua tribulatione: vel correctione tangunt: statim sonãt: litigant atq; clamãt. s. impatiētia. deũ etiã blasphemijs feriendo: Minas ⁊ iniurias fulminando: ⁊ de prelato ⁊ suis sequacibus detrahendo ps. Aduersum me oēs cogitationes eoꝝ in malũ. Et ideo talibus ceruicosis loquit deus Deut.xxxj. Scio inquit contēptionē tuã ⁊ ceruicem tuã durissimã: adhuc em̄ viuente me semper cõtētiose cõtra dominũ ⁊c. Sic igit apparet ꝙ deo sunt aduersarij illi qui sunt.
Obstinate voluntatis. F
Cumulate facultatis.
Effrenate vanitatis.
Euagate leuitatis.
Itē nota ꝙ sunt aliqua que sunt anime cõtraria ⁊ aduersa. Sicut em̄ dicit in Exameron. Multa sunt que grauant apes ⁊ eis aduersant. scꝫ ventus: pluuia: puluis ⁊ etiã fetor grauat eos maxime: Sic vere charissimi: multa sunt que anime aduersant. scꝫ vētus dyabolice suggestionis. Mat.xiiij. Erat em̄ ventus cõtrarius illis. Iteꝫ pluuia carnalis delectationis: ⁊ maxime qñ cõcomitat fetor luxurie ⁊ infectionis. Gal.v. Caro cõcupiscit aduersus spiritũ. Et. j. Petri.ij. Abstinete vos a carnalibus desiderijs que militant aduersus aiam. Item puluis tēporalis possessionis. vnde Exodi.viij. Percute puluerem terre: et sicut cinifes in omi terra egypti. ¶ Item nota ꝙ mundana aduersitas. G
Nobis infertur vt castigemur.
Nobis offertur vt informemur.
Nobis offertur vt consolemur ⁊c.
Concordare si vis: vide de tribulatione. Sed si vis adhuc dicere: ꝙ sicut video ꝙ in natura sunt aliqua que a sua totali cõplexione sunt alijs cõtraria et aduersa. Sicut patet de venenis que aduersant humane cõplexioni. sicut etiã patet de pena aquile. que quadã occulta virtute aduersat pēnis gallinaruꝫ ipsas. s. cõsumit ⁊ rodit. Sic vere dico ꝙ in morib9 quidã sunt alijs cõtrarij ⁊ aduersi. ⁊ coꝝ ineuenatiui ⁊ nociui. ⁊ quasi a tota specie ad nocēdũ oib9 alijs apti nati. sicut ptꝫ de quibusdã obstinatis ⁊ peruersis: q̃ bonis oib9 aduersantur. et qui semꝑ rodere ⁊ infestare alios moliunt. ps. Aduersuꝫ me loquebant qui sedebãt i porta. Unde nota. ꝙ tales pũersi solent aduersari deo supbiēdo. iusto cõtrariãdo alijs malis rebellãdo. Nõ aduersent deo: patꝫ Deut.ix. vbi dr duro populo. Semꝑ em̄ aduersus dñm cõtēdisti. Itē ꝙ aduersent sibijpsis mutuo: ptꝫ. j. Coꝝ.iiij. vbi dr. Un9 aduersus aliũ inflat. Sicut enim ponit Plini9. Alique sunt herbe venenose sibinuicē cõtrarie ⁊ aduerse: itatũ ꝙ q̃uis q̃libet hominē occidat si cũ homini vna earũ deuenenato dat illũ sanat. ⁊ aduersus aliud venenũ pugnãs: hoiem liberat atq; saluat. Sicut exēplificat idē li.xxj.ca.xiij. De pdalichen herba venenosa q̃ sanat hoiēs a veneno scorpionũ: qd vtiq; ad hoc applicabile est. q: etiã ipsi venenosi ⁊ maliciosi pctõres sibijnuicē aduersant. ⁊ iter se etiã pliantur ⁊ cõtrariant. ⁊ diuersis iris: litigijs ⁊ odijs conci-

tantur. quando vtiqꝫ qñqꝫ bonis ē vtile. qꝛ scꝫ dũ mali contra se inuicē occupant a nocumēto corporis hũani i. bonorũ hominũ impediunt Gal'. v. Hec em̄ inuicem sibi aduersantur Sufficit. vide infra de contrarietate

Aduertere. Idē ē ꝙ ad aliā parē vertere. Auertere vero ē ab aliquo loco vertere Et sic videt̄ supponere ꝓ eodē Uide ĩfra d' Auertere ⁊c

Aduocatus. Est ille qui pro iusticia alicuiꝰ cause vel ꝑsone apud aliquē iudicē interpellat. Et ideo sicut duplex est curia. s. temporalis ⁊ eterna Jdeo possumus distinguere duo genera aduocatorum scꝫ. Tēporales: ⁊ isti sunt illi qui in causis ⁊ curijs huius mundi pro negocijs aduocātur. Itē spirituales: ⁊ isti sunt illi qui pro nobis apud deum deprecantur sicut sunt sancti: beata virgo christꝰ: qui apud deum pro humanis negocijs interpellant. In generali igr̄ loquamur de iusto ⁊ legitimo aduocato Et dicamꝰ illud. j. Johānis. ij. Aduocatum habemus apud patreꝫ iesum christum iustum. Ubi ostenduntur tres conditiones que in christo aduocato humani generis eē dinoscuntur. que etiā quilibet iustus debet habere vicꝫ.

Utilitas bonitatis. Jesum
Benignitas volũtatis Christũ.
Stabilitas firmitatis. Justum.

Dico igitur ꝙ aduocatio xp̄i vel Marie vel cuiuslibet sancti habet Bonitatis vtilitatem Jesum. qui interpretatur. saluator. Sic enim corpora superiora sunt vtilia: qꝛ saluant iuuant ⁊ defendunt ista inferiora: ipsaqꝫ ⁊ eorũ artus regulant ⁊ gubernant: ſm phm. Sic vere christus ⁊ sancti nobis sunt vtiles atqꝫ boni quia per eorꝫ aduocationem orationē ⁊ interpellationem apud deum nos qui sumus inferius in hoc mundo regulamur. dirigimur ⁊ iuuamur quod etiam debet esse in aduocatis huius mundi quia scilicet per eorum patrocinia bona et vtilia debēt oia inferiorũ negocia gubernari ⁊ fine debito terminari. Quod ostenditur cuꝫ dicitur. Jesũ. quod saluare interpretatur. qꝛ scilicet isti debent esse salus ⁊ tuitio aliorũ. vt de quolibet dicitur illud p̄s. Operatus est salutem in medio terre. Et hoc est hodie contra multos: qui pro certo non sunt negociorꝫ et partium saluatores: sed potius destructores. De hoc narratur in fabulis. Quod pica videns niduꝫ suum ab auibus predalibus infestari: furata est vnum ouum accipitris ⁊ fouit illud cogitans ꝙ pullus natꝰ optime defenderet nidũ suũ. Cuius contrariũ factũ est qꝛ cum pullus natus quadā die esuriret: ipsam picam que ipsum fouerat deuorauit Sic vere charissimi: pica. i. pauper homo vidēs nidum suũ. i. possessioneꝫ: statum vel hereditatem suam: ab auibus predalibus. i. a mũdi raptoribus: vsurarijs et diuitibus infestari: ipse conducit ouum accipitris oua dyaboli. i. aliquem malum aduocatum: ipsumqꝫ fouet salarijs atqꝫ donis. vt scilicet causam ⁊ hereditatem suam sibi protegat ⁊ defendat Sed pro certo sepe accidit ꝙ iste accipiter. i. malus aduocatus qui dicitur accipiter ab accipiendo. scꝫ munera: fame tristicie cruciatur ita ꝙ cibus quem apportat sibi pica. idest salaria que dat sibi pauper sibi n̄ sufficiunt. ideo in suum insurgit patronũ atqꝫ suum interficit nutritorem scilicet ipsum prodendo. negociuꝫ eius remisse tractando. et cum parte opposita paciscēdo. Esa. viij. Cũ esurierit irascatur ⁊ maledicet regi suo Isti igitur non sunt iesus: nō sunt saluatores vel veri defensores: immo remissimi tractatores pecuniarũ absorptores partiũ depauperatores. sceleratissimi ꝓditores Ideo de talibus potest dici illud Marci. xvj. Jesuꝫ queritis nazarenum crucifixũ nō est hic. Qñ enim maria i. aliquis amarus ⁊ tribulatus credit venire ad iesuꝫ. i. ad bonuꝫ aduocatũ vt ipsum vngat salarijs ⁊ donis pro certo potest sibi dici Surrexit nazarenꝰ crucifixus non est hic. hoc est dictu. ꝙ pars aduersa crucifixit ipsum pecuniam cruciatam sibi dando. ⁊ ideo nō est hic quia scilicet nō adimplet quod promisit O deus quot sunt hodie tales crucifixi. Nō sic charissimi non: sꝫ exēplo xp̄i habeamus Bonitatis vtilitatem. ¶ Secundo dico. ꝙ xp̄s aduocatus noster habuit. Pietatis benignitatē. christum inquit. Christus em̄ interpretatur vnctus qꝛ scꝫ bonus aduocatus debet esse vnctus ⁊ linitus per pietatē ⁊ benignitatē. qꝛ scꝫ pauperes debet misericorditer adiuuare. Quod est cõtra multos q̄ nolunt vngi pietate: sed donoꝝ multiplicitate ⁊ mundana prosperitate. Et ideo ipsi nō hn̄t benignitatem sed seuiciam ⁊ crudelitatem. Nam sicut res inũcta faciliter inflāmatur. Sic vere aduocati qui donis et lucris quotidie inungũtur per cupiditatē ⁊ crudelitatē faciliter inflāmantur. Et inde est ꝙ tales sine aliqua pietate pauperuꝫ munera accipiũt: ipsos in suis causis decipiunt alienas diuitias depascũtur: per frudes et rapinas hereditates alias assequunt̄. tales sunt similes pardo. Pardus em̄ est animal crudele. preceps ad sanguinem. cuius pelles varijs maculis picturant̄. q̄ mirabiliter est crudelis: qñ filios suos perdit: vt dicitur Ozee. xiij. Reuera charissimi: tales sunt hodie mali cõsiliarij ⁊ aduocati. quia vere ad litterā crudeles et ꝓcipites possunt dici: qñ scꝫ magis sunt proni ad cõdēnandũ q̄ ad absoluendum. Delectat enim eos videre sanguinē. i. iudiciũ. condēnationem. mortem ⁊ penam p̄s. Ueloces pedes eoꝝ ad effundendũ sanguineꝫ. Ueloces dico: quia scꝫ multi sunt qui velociter ⁊ sine deliberatione ad sententias proferendũ prorumpunt. Et isti pro certo charissimi infinitis sunt oculis ⁊ maculis picturati. idest cautelis ⁊ malicijs fraudibus ⁊ nequicijs totis pleni. quia vix aut nunq̄ deficit eis malicia vel cautela ad quodcũqꝫ negociũ: siue etiam iustum siue iniustũ fuerit ꝓtrahendũ. Jdeo de eis loquitur Cassiodorus multũ seriose. Hi inquit sunt quoꝝ si nares afflauerit cuiusdā rubiginosi aura marsupij. cõfestim videbis in illis. ⁊ oculos argi ⁊ manꝰ hyarei. spinginarũ vngues ⁊ periuria laomedontis: et vlixis argutias: ⁊ synonis fallacias: ⁊ fidem plometoris. et pietateꝫ pygmaleonis. achitophel cõsilia. absalonis oscula. Et ideo tales pardi versipelles fuerunt figurati Ezechi. j. In illa bestia que erat plena oculis añ ⁊ retro que etiā habebat quattuor facies: a parte ante habebat facieꝫ hominis. a parte sinistra bouis. In dextera leonis. a parte autem supra erat facies aquile. Reuera charissimi tales sunt mundi sapientes causidici et balliui. quia vere isti in circuitu sunt pleni oculis. i. fraudibꝰ malicijs ⁊ cautelis ante. s. ⁊ retro. Hoc est dictu q̄tum ad preterita ⁊ futura qꝛ scꝫ isti vident clarissime in negocioꝝ regimine mũdanoꝝ. quia filij huius seculi prudētiores filijs lucis in regione sua sunt. Luc. xvj. ca. vnde zach. iij. Suꝑ lapidem vnũ septē oculi sunt. Ubi nota. isti sunt. Indurate volũtatis. Lapidē. Cõsummate prauitatis. Septē. per quod intelligitur vniuersitas. Informate claritatis. Oculi sunt. Et isti pro certo habent quattuor facies. idest quattuor status ⁊ decursus vite sue. videlicet.

Statũ primitiue paupertatis.
Statũ laboris ⁊ penalitatis.
Statũ sequētis ꝓsperitatis.
Statum honoris ⁊ dignitatis.

Pars em̄ ante que est prima significat statũ iuuentutis. qñ scꝫ incipiũt esse aduocati balliui ⁊ cõsiliarij. Et in ista parte isti sunt homines: quia homo est animal naturaliter nudum ⁊ mansuetum. quia scilicet tũc in suo ingressu. isti sunt nudi per paupertatem. qꝛ vt cõmuniter ipsi veniunt de humili plebe. Sunt etiā tũc mansueti ⁊ affabiles per benignitatem. Pars sinistra in scriptura signat aduersitatem ⁊ penalitatem. Et in isto pro certo sunt boues. i. diligentes ⁊ laboriosi. scꝫ in suis causis. officijs ⁊ negocijs ꝓpter lucrũ. qꝛ vt cõmuniter plus laborāt tales ad suā dānationē q̄ boni ad suā saluationē. Hiere. ix. Docuerunt linguā suā loqui mēdaciũ: vt inique agerēt laborauerũt. Pars dextera signat statũ ꝓsperitatis. p̄s. Delectatiões ĩ dextera tua Et ꝓcerto ĩ ista pte vos inuenietis faciē leonis: qꝛ isti qñ ad ꝓsperitatē veniũt efficiũt̄ scꝫ ipij raptores ⁊ crudeles

deles.Ezech.xix.Leo factus est ⁊ didicit capere predā
Et vt dicit poeta.Crudelius nihil est homine cuꝫ sur-
git in altum.Pars superior signat statū dignitatis:
officij vel sublimitatis.Et ibi pro certo tu inuenies fa
ciem aquile:quia vere tales quādo ad statum dignita
tis prelationis: iudicarie vel alicuius excellētie per-
ueniunt:pro certo ipsi efficiunt aquile:que est auis al
te volans:acute pungens sanguinem ⁊ carnem come
dens ⁊ auiculas innocentes deuorans ⁊ consumens:
quia vere tales volant per superbie vanitatem: acute
pungunt per exactionis rapacitatē:sanguinem vorāt
per seuicie crudelitatē.Auibus simplicibus.i.paupe-
ribꝰ subditis ⁊ vicinis sunt inimici per iniusticiā ⁊ ini
quitatem.Et de illis loquit Hiere.xlix.Ascendet qua
si aquila ⁊ volabit : extendet alas super bosram.i.cir-
ca totam circūiacentie patriam per rapinam ⁊ cupi-
ditatem.Non sic xp̄s nō charissimi:quia ipse fuit vn-
ctus per pietatem benignitatis.p̄s.Unxit te deus:deꝰ
D tuus oleo . ❡ Tertio dico. ꝙ xp̄s aduocatꝰ noster ha
buit firmitatis stabilitatem.Justuꝫ inquit . Justū eñ
est illud quod nihil habet superfluum nec aliq̄d dimi
nutum.Sicut ⁊ rectum est illud qđ nec ad vnam par-
tem flectitur nec ad aliam:sed in equalitate ⁊ rectitu-
dine debita perseuerat.Qualis pro certo debet esse ad
uocatus:quia ad ipsuꝫ pertinet esse iustum.Sicut eñ
colūna debet esse recta ⁊ firma:sic aduocatꝰ debet esse
rectus per iusticiā:⁊ firmꝰ per constantiam:sicut fuit
xp̄s qui apud deum patrē iuste ⁊ firmiter pro peccato
ribus intercedit vt sic talibus consiliarijs ⁊ aduocatis
balliuis ⁊ iudicibus posset dici illud p̄s.Justus es do
mine ⁊ rectū iudicium tuū. Et hoc est contra multos
qui reuera non sunt iusti nec veri nec stabiles neqꝫ fir
mi:immo facillime de parte ad partem: de proposito
ad propositum:de vno ad alium se conuertunt:simi-
les lingue statere:que statim se inclinat ad illā partē
vbi plus pōderat de pecunia.Unde dato ꝙ modo ad
vnā partē ponderat:si tamen maius pondus pecunie
in parte altera apponatur:ad illam protinus inclina
tur.Reuera tales sunt mali aduocati:qr q̄uis sint ex
vna parte retenti: dum tamen pars alia habeat ma-
ius pondus.i.dum offerat se maius munus: ipsi sta-
tim ad eam se conuertunt : quia sicut dicit Eccles.x.
Pecunie obediunt omnia.Sicut enim cameleon ad
modicuꝫ flatū venti mutat colorem:sicut dicit Aristo.
Sic aduocati:mali officiales ⁊ balliui: ad flatum pro
missionum munerum ⁊ donorū ipsi mutant colorem
suū:quia si videretur esse vnius coloris.i.ex vna parte
si tamen insuffletur per ꝓmissiones ⁊ dona in aures
eorum ad colorem oppositum.i.ad partem contrariā
se conuertunt publice vel occulte : Nam sicut gallus
qui est supra campanile ad flatū venti se mutat de par
te ad partem.Sic vere tales q̄ supra campanilia alta
rum dignitatū president ad flatū munerū ⁊ promissio
num firmitatem ꝓpositi ⁊ fidelitatis stabilitatis dese
runt:⁊ ad partē alterā occulte vel publice se cōuertūt.
ita ꝙ de eis potest dici illud.Sap̄.xvj . Uniuscuiusqꝫ
voluntati deseruiens ad quod quisqꝫ volebat cōuerte
batur.Nō sic charissimi xp̄s nō:quia vere ipse vel bea
ta virgo:vel iste sanctus qui aduocatꝰ noster est apud
deum habet:sicut ⁊ boni aduocati debent habere.
Firmissimam stabilitatem.
Pijssimam benignitatem.
E Uerissimam vtilitatem.
❡ Adhuc nota ꝙ sub noīe aduocatoruꝫ possunt intel
ligi mali ⁊ fraudulenti consiliarij ⁊ balliui principum
⁊ potētū qui eos ad exactiones faciēdas:rapinas exer
cendas iusticias cōmittēdas premuniūt ⁊ informant.
Et possunt tales iniqui cōparari salamandre que cir-
cūstādo arborē spuma sua inuenenat fructꝰ. Cuiꝰ qui
dē natura est in igne posse viuere ⁊ sine cōsumptiōe du
rare:vt dicit Pli.lib.xxiij. cap.ix. Reuera charissimi:
tales iniqui mali sapiētes:qr vere quādo aliqui arbo-
rem.i.aliquē principē vel prelatū circūstāt ⁊ ei astant
ipsi pro certo cuꝫ sua spuma venenosa.i.cū verbis suis
⁊ consilijs fraudulētis ⁊ peruersis oēs ramos eius: id
est oēs ipsius subditos inuenenant inficiūt ⁊ corrum
punt.qr scꝫ ipsi consulunt fieri exactiōes tallias ⁊ rapi
nas.Esa.xix.Sapiētes cōsiliarij Pharaonis dederūt
cōsiliū insipiens.Isti etiā in igne viuunt:qr scꝫ dū sunt
in vita ista semper volūt esse in igne auaricie:luxurie :
iracundie.post mortem autē erunt in igne eternalis
miserie: vbi sine defectu aliquo ꝑpetuo mori nō pote-
runt vel finiri:⁊ sic fiet de igne culpe trāsient ad ignē
pene.Ezech.xv.De igne egrediunt ⁊ ignis cōsumet eos
Ibi etiā mori nō poterūt.p̄s.Laborabit ineternū et vi
uet adhuc in finē.Et ꝓpter hoc de taliū venenoso con
silio potest dici illud p̄s. Super populū tuū maligna
nerunt consilium.In quibus verbis peruersa taliū cō
silia qudrupliciter describuntur:scꝫ
Prelationis regimine.Super inquit.
Subiectionis gramine.Populum tuū.
Ab intentionis iniquitate . Malignauerunt.
A punctionis peruersitate.Cōsiliū a con qđ est simul
et sileo siles.
❡ Habēt igit primo tales mali consiliarij regimina
prelationis qđ ostendit cū dr̄.Super.Quia vere tales
sunt hodie in curijs regū principū ⁊ p̄latoꝝ supꝰ alios F
constituti.Sicut enim accipiter a magistro suo dilligi
tur:eo.s.ꝙ accipiter predā ⁊ pro se ⁊ ꝓ magistro suo ac-
cipit ⁊ predatur super partica ponitur ⁊ super manuꝫ
honorabiliter deportatur.Sic vere tales mali cōsilia-
rij balliui ⁊ aduocati a magistris suis scꝫ p̄latis ⁊ prin-
cipibus honorant ⁊ super partica dignitatū ⁊ in offi-
ciorū celsitudine collocant ab ipsis.Et ratio est:qr ve
re ipsi magistri de coꝝ p̄dis exactionibꝰ ⁊ rapinis ⁊ de
lucris ⁊ cōmodis tallijs ⁊ emēdis taliū fraudibꝰ circū
uētis ⁊ cinctis sentiūt se habere emolumētū.vn̄ Gen̄.
xxv.ca.In hoc diligebat esau: eo ꝙ de venatiōibus eiꝰ
vescebat . qr scꝫ ipsi predant ꝓ se et pro magistris suis
Et ideo sicut videmus ꝙ accipiter siluestris non tan
tum ledit auiculas innocētes sicut domesticus dome
sticas . Et hoc qr siluestris tantum habet predare ꝓ
se:domesticus aūt habet predare ꝓ se ⁊ magistro suo.
Sic vere inter latrones publicos ⁊ priuatos talis est
differentia: quia latrones et raptores publici nō tan-
tum ledunt aut dānificant rem publicā:vt priuati la-
trones.s.causidici ⁊ consiliarij ⁊ balliui . Et ratio est.
qr illi pro se tantūmō habent rapere:⁊ vltra qr semper
timent suspendiū.Isti aūt ⁊ ꝓ se ⁊ ꝓ magistris suis ha
bent exigere ⁊ extorquere:qr al's nisi magistris suis ꝓ
ficerēt:ipsos in suis officijs ⁊ curijs nō tenerēt. Et vl-
terius:qr isti de suis exactiōibus nihil timēt. Et ideo
mundū pre ceteris dānificāt atqꝫ grauāt.Supra inq̇t
Ideo dicant pauperes illud p̄s.Super me confirma-
tus est furor tuus:⁊ oēs fluctus tuos induxisti supꝰ me
verba sunt ipsorum pauperū ad p̄latos ⁊ principes q̄
furorē suū ⁊ fluctus suos.i.ipsos malos consiliarios ⁊
balliuos furibūdos litigiosos ⁊ fluctuosos inducunt
⁊ cōstituūt supꝰ eos.Qđ figuratum est.Apoca.ix.vbi di
citur ꝙ ille locuste habebāt regē supꝰ se angelū abyssi
q̄ hebraice dicebatur abadō:grece aūt appollion: la-
tine vere exterminās. Qr reuera charissimi:tales ma
li qui sunt reges ⁊ rectores super locustas.i.super pau
peres subditi constituti:possunt dici angeli per subti
litatem abyssi per malignitatē exterminātes ꝑ rapa- G
citatē.Habēt igit tales cōsiliarij mali regimina prela
tiōis.Supra inquit ⁊c. ❡ Secūdo dico.ꝙ ipsi sunt gra
uamina subiectiōis:qr.s.sicut totus respectꝰ ⁊ affectꝰ
figuli est supra lutū suū ad eū cōculcādū ⁊ dequoquen
dū.Sic totus respectus taliū est supꝰ subditos ad eos
cōculcādos:grauādos:spoliādos:⁊ deprimēdos: ⁊ tri
bulationū ignibus dequoquēdos. Supꝰ populū tuuꝫ
inq̇t.Tales sunt sic̄ cornicibꝰ q̄ s̄m augures dicunt
curas hoīm agere suo gestu ⁊ cātu.insidiaꝝ abscōdita
reuelare futura.Et maxie pluuiā p̄dicere: vt dicit Isi
do.⁊ Piliniꝰ. Sꝫ quicq̇d sit de opiniōe augurū: istud

tamen verū est φ ista auis incolis est nociua: qꝛ corūȝ semina diripit ꝛ deuastat: ipsosq̄ suis clamoribus horridis sepe turbat. Aues etiā nobiles scȝ accipitrem et aquilā suis clamoribus persequi nō formidāt: ex quo sepe accidit φ aues nobiles indignate ipsam percutiūt ꝛ occidunt. Reuera charissimi: tales sunt mūdi sapiētes ꝛ precipue aduocati. Isti em̄ a fatuis auguribus .i. a mūdanis credunt totū mundū regere ꝛ suo gestu et cantu .i. suis dictis factis ꝛ consilijs totius mundi regimen pertractare: causarū euētus predicere: ꝛ ipsarūȝ abscondita reuelare: ꝛ pluuiā ꝓsperitatis promittere se donare. Sed reuera qualitercunq̄ de hmōi munda norū augurū sit opinione. Istud tñ possum⁹ videre et dicere φ tales incolis terre in qua sunt .i. vicinis suis ꝛ subditis sunt infesti: qꝛ scȝ eorū semina .i. bona temporalia ꝑ rapinas ꝛ exactiōes deuorāt: ꝛ ipsos suis horridis cōminationibus clamoribus ꝛ terroribus pturbāt. Aues insuper nobiles .i. ipsos bonos ꝛ generosos viros qui suis magistris subsunt persequi ꝛ inuadere suis malis exactionib⁹ ꝛ cōsilijs nō formidant: ex quibus aliquando mortis solatiū recipiunt ꝛ reportant: qꝛ vere tales ita sunt presumptuosi. obstinati. superbi. ꝛ ceruicosi: ꝛ in potētia magistrorū suorū ita confisi φ nulli φφ nobili volunt reuerentiā aliquā exhibere: qꝛ sicut dicit .j. Thessal. ij. Deū nō timent ꝛ cūctis hominibus aduersant. Et sicut videmus φ cornices gregatim volant: pullos suos cadaueribus nutriunt: ꝛ quātoplus viuūt tantoplus nigrescūt. Sic vere tales mali gregatim volant: qꝛ scȝ oēs vident vni⁹ gregis et societatis: qꝛ alter alterū adiuuat ꝛ supportat. pullos etiā suos .i. filios ꝛ successores de cadaueribus .i. de bonis ꝛ diuitijs corruptis .i. corrupto modo nutriūt atq̄ ditāt Et quātoplus in hoc mūdo viuūt: tanto ꝑ peccata et vicia plus nigrescunt Baruc. vj. Nigre sunt facies eorum de fumo qui in domo fit. Istorū igitur ꝯsilia sunt grauamina subditorū. Populū inquit tuū. Et de hoc dicitur in ps. Populum tuū dn̄e humiliauerūt ꝛ hereditatē tuā vexauerunt. Describit igit cōsiliū taliuȝ ab exactionis austeritate. ¶ Tertio describitur ab inten-
Mutabilitatis. remias volēs lamētari destructionem hierusalem Trenorū. j. Aleph. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domina gentiū rc. ¶ Itē lamentū pro nostra ignorātia r obscuritate. Treñ. ij. Aleph. Quō obtexit caligine filiā syon piecit in terrā inclitā israel ¶ Itē lamentū pro nostra calamitate. Treñ. iij. Aleph. Ego vir vidēs paupertatē meā in virga indignationis eius: Item lamentuz pro nostra mutabilitate. Treno. iiij. Quomodo obscuratū est aurū mutatus est color optimus. Et breuiter dico q in omi actu psalmi vel lamenti semper debemus ponere. Aleph. i. deum qui est principium omnium bonorum operum r virtutum Sufficit rc.

Alexander.

Nota q alexander interptatur alleuans tenebras vel auferens angustias tenebrarū Et sic pōt significare xpm qui alleuauit tenebras errorū r temperauit angustias tribulationū r dolorū. Alexander enim fuit rex orbis r magnific⁹ r gloriosus. qui cū modica manu. s. cū quatuor milibus equitū r triginta milib⁹ peditū orbē subiecit fm Orosium Sic xps gloriosus r sublimis cū paucis milibus. i. cū paucis predicatoribus r apostolis infinitos populos sue fidei subiugauit. Unde. j. Macha. j. dr q Alexāder egressus de terra cethiz debellauit darium et constituit prelia multa r omniū obtinuit munitiones Cethim interpretatur fix⁹ Darius interpretatur fertilis q2 vere Alexander: xps de terra fixa: r eterna patria paradisi egressus darium fertilem. i. mundū vicit r contra sectas errorum constituit prelia predicādo earū munitiōes obtinuit a vana crudelitate populū reuocādo. Uel si vis p Alexandrū q mundū occupauit r tñ satiat⁹ nō fuit: r tñ in fine veneno perijt: signat dyabolū vel ambitiosum qui non satiatur honoribus Et qui finaliter mortis eterne subiugatur doloribus.

Alleluia.

Nota q alleluia est cātus gaudij r exultationis. qui. s. in scriptura signat gaudiū. letitiā exultationē r laudē. Interptatur em Alleluia laudate dominū. Et ideo istud canticuz dicitur esse canticū beatorū qui. s. deū laudādo letantur. Et euz benedicendo r amando cōtinue occupantur. Unde thobias de celesti hierusalem loquens dicit Thobie. xiij. Per omnes vicos eius alleluia cantabitur benedict⁹ dominus qui exaltauit eam vt sit regnū eius in secula seculorū Istud est enim canticum ecclesie q2. s. inter cetera que in ecclesia cantātur ecclesia alleluia sepius replicatur. Est autē alleluia titulus quorundā psalmorum ad denotandū q laus diuina debet omnibus summe placere. et q ipsam debemus pre ceteris indefinēter replicare, et omnes psalmos nostros. i. omēs alias cordis leticias a laude diuina incipere et intitulare. Igitur laudetur deus De iusticia erga delinquentes De misericordia erga penitētes. De munificetia erga triūphantes. De indulgentia erga supplicantes De mundicia erga innocentes De clementia erga credentes r eum confitentes. Deus enim fecit iusticiam delinquētibus ideo laudatur Apoca. xix. vbi dicitur: Audiui vocem in celo tubarum multarum dicentium alleluia. laus et gloria r virtus deo. q2 vera r iusta iudicia eius sunt Et iterū dixerunt alleluia. r seniores adorauerūt dicentes amen alla. Itē facit misericordiā penitentib⁹ Ideo dicitur in ps. alla Confitemini dño qm bonus qm in seculū misericordia eius r alibi Alla. Laudate dñm omnes gentes rc. Item indulget supplicātib⁹ ps Alla Dilexi qm exaudiet dñs vocē orationis mee. Itē munificus est triumphātibus Apoc. xix. Audiui vocem quasi tonitruū dicentiū alla Gaudeamus r exultemus: q2 venerunt nuptie. Nuptie enim satietatem designant. et quādam munificētie largitatē. ¶ Item ipse sibi cōplacet in innocētibus ps. Alla. Laudate pueri dñm. Et alibi. Alleluya. Beati immaculati in via. Itē deus cōgaudet credētibus r eū ɔfitentibus. Et id in ps. dr. Alla. Credidi ppter qd locutus sum rc. Et alibi. Alla. Cōfitebor tibi dñe rc. Uide infra de laude.

Alleuare.

Nota q alleuatio est dei r diaboli Deus em alleuat hominē misericorditer adiuuando ne corruat per desperationē ps. Adiuuat dñs oēs qui corruūt r erigit oēs elisos. Suū em alleuare idē ē q suū adiuuare. Itez alleuat dyabolus hoīes per superbiā erigēdo vt corruāt ad damnationē. Unde potest sibi dici illud ps. Deiecisti eos duz alleuarentur rc. Uide infra de eleuare vbi ad plenum Et de leuare rc.

Alleuiare.

Uide de Leuitate.

Allicere.

Idē est q attrahere aliquē ad aliqd faciēdū per verbū vel nutū vel factuz applausiuū. sicut faciūt adulatores. Et nota q homo quādoq allicitur ad bonū: quādoq ad malū. Nota etiā q hoīem alliciūt ad malū carnalia temporalia. Adulationes munera rc. Sed nihil ad presens. q2 nō sunt auctoritates. Uide infra de attrahere: inclinare: inducere rc.

Allidere.

Nota q allidere idē est qd ad aliqd ledere. Est em allisio quādo aliquid cōtra aliquid durū ita impingit r quasi penitus dissipatur. Et ideo in scriptura loquēdo moraliter per allisionē intelligitur. Tentatio que mentē eneruat. Derisio que manus aceruat. Tribulatio que mala coaceruat. Elatio que mentē proteruat. Alliditur dico quis p offendiculū tētationis. Esa. lxiij. Allisisti nos in manu iniquitatis. Item alliditur per ictū tribulatiōis. Uñ Esa. xxx. dr q dñs ostēdet cōsummationē furoris sui r allidet in turbine r in lapide grādinis. ¶ Itē alliditur hō p flatū elationis. vñ ps. Eleuās allisisti me. ¶ Item allidit hō manū ad manū per applausum derisionis. Unde Hiere. xlviij. dicitur Allidet manū moab in vomitu suo r erit in derisum etiam ipse rc. Uide de offendere. Percutere rc. A

Alimētū.

Est illud qd ad restitutionē vel restaurationē humanorū q per actionem caloris in corpore ɔtinue deperduntur a natura animalibus est concessum. Nā q2 calor naturalis r etiam innaturalis continue humores dissoluit r consumit Ideo necessariū fuit alimentū q in humores conuerteretur. vt corpus aīalis in sui status cōditione nutriretur. vt dicit Auicenna. Sic vere spūaliter charissimi illud est alimentū spūale quo humor aīe. i. ei⁹ gratia virtus deuotio r dilectio qñ deperditur restauratur. Naz q2 calor concupiscentie r ardor mūdane prosperitatis continue agit in aīam ipsam. s. per tentationes r desideria calefaciendo r mouendo. Ideo humor deuotionis r gratie virtutis r pariter meriti in ea cōtinue desiccatur. Et ideo necesse est q ad hmōi hūoris restaurationis alimenta spūalia cōtinue ministrentur: q quidē alimenta sunt lectio: deuotio: eruditio: donorum infusio: r eterne glorie cōsolatio. Talia ergo alimēta spiritualia debemus appetere r amare. Iuxta illud Gen. xlj. Clamauit populus ad pharaonē alimēta petens. In quibus verbis ostenduntur tria necessaria ad hmōi alimenta habenda r procreanda fm tres cōditiones que possunt in alimētis corporalibus inueniri. ¶ Alimento enim corporalia alliciūt expediūt proficiunt. Desiderantur enim ab omibus: ideo alliciūt. Clamauit inquit ad pharaonē. Cunctis etiā viuentibus sunt necessaria: ideo expediunt. q2. s. eis indiget omis populus. Sustentāt etiā corpus humanū: ideo pficiūt. Alimenta inquit petens. s. tanq pficua r necessaria. Sic vere dico. q ad ista alimēta spūalia habenda requiritur r cōsideratur feruor deuotionis desideratiue. Clamauit enim. Uidemus enim q omē animal naturaliter r B

quid

auide et feruenter suũ desiderat nutrimentũ intantuz q̃ pro ipso habendo rugit: mugit: circuit: vociferat atq̃ clamat: sicut patz de viso qui tanta auiditate fert in suũ alimentũ. s. in mel quãdo põt ipsuz inuenire q̃ nõ obstante ascẽsus difficultate oneris sui corporis grauitate apũ punctiõe: mallei percussiõe vsq̃ ad locũ mellis gradit et ascẽdit vt dicit Theofrastus. Sic vere charissimi tanto ardore et feruore: auiditate et cupiditate: deuotione et affectione debem⁹ appetere alimenta spũalia. s. doctrinã: gratiã et gloriã: vel eucharistiã: q̃ nõ obstante aliqua tẽporali pũctiõe seu percussiõe tribulationis vel aliqua grauitate laboris et pnie et vexatiõis ibi debemus ascẽdere: attingere: et venire: vt sic possimus appetitũ et desideriũ satiare: et iste feruor desiderãs ostendit cũ dr. Clamauit. qr. s. clamor vocalis locutiõis ostẽdit quid sit ardor mẽtalis affectionis. Et de hoc Judith. iiij. Clamauit oĩs populus ad dñm instãtia magna: qd cõtra multos qui reuera alimẽta habẽda seu pcuranda nõ sunt feruẽtes sed torpẽtes nõ diligẽtes sed negligentes: nõ ad hoc laborãtes sed ad cõtrariũ operãtes. qr. s. nõ curãt hodie de spũalibus alimẽtis. Sed magis de tpalibus et corporalibus nutrimentis vtilitatibus et oblectamẽtis. Sicut eñ ciconia venenosis alitur et nutrit: cibos aũt delicatos nõ curat. Sic mundi peccatores rebus venenosis. i. mundi delectabilibus et prosperis nutriuntur: et ipsa cũ totis desiderijs amplexant. Alimenta aũt delicata. s. bona spũalia et eterna vilipendũt proijciũt et cõtemnũt. Jdeo de talibus malis et malorũ alimentis dr. Geñ. xlvij. Dedit eis alimẽta pro equis et ouib⁹ et bobus et asinis. Qr vere mũdi bona sunt tantũ alimenta pro mũdi peccatoribus. s. p carnalibus et delitiosis eqs: p debilib⁹ et affectuosis ouibus: p cupidis et laboriosis bobus: p stolidis et desidiosis asinis. Et isti fuerunt figurati in illo populo carnali. Nume. xj. Qui non delectabatur nisi in alimentis egypti. s. in cucumeribus et peponib⁹ allijs atq̃ porr. Nõ sic charissimi: sz alimẽta spũalia nõ cordialia affectemus: qr vere ad hoc reqritur affectio desideratiua. Clamauit inqt. ❡ Scdo dico. q̃ circa huiusmodi alimẽta psideraf collectio. Populus inquit. Nã sicut videmus q̃ alimẽta nõ sunt vni tantũ homini vel aĩali necessaria: sz oĩb⁹. Et ideo oĩa aĩalia naturaliter cõueniũt in alimẽtorũ pquisitiõe: pcuratiõe: et puisiõe. Sic vere charissimi alimẽta spũalia de quibus supra dictũ est necessaria sunt nõ vni sz oĩbus. Jõ oẽs debem⁹ inuicẽ p amorẽ et pcordiã. charitatẽ et amicitiã puenire: vt hmõi alimẽta possim⁹ puidere pcurare. Similes formicis q̃ ad alimẽta pcurandũ simul vadũt. simul laborãt. sic viuũt et diligẽter in estate puident et de quo in hyeme tandẽ viuãt. Sic vere nos debem⁹ tandẽ simul p fedus charitatis viuere et in estate ad pcurandum huius vite alimenta spũalia q̃ tempore future hyemis post hãc vitã nobis proficiãt et valeãt cũ diligẽtia laborare. Popul⁹ inqt. Et de hoc potest dici illud. ij. Reg. xiij. Ecce populus multus veniebat pariter. Sicut eñ papa libenter audit collegium abbas capitulũ rex populũ: ita q̃ eis insimul multa conceduntur q̃ singulis nõ darent. Sic vere nos oẽs per cõcordiã: et charitatẽ cõueniamus et alimenta gratie et glorie: ceteraq̃ dei beneficia a dño postulem⁹ facilius poterim⁹ obtinere. Qd est cõtra multos qui in cõgregatione amoris vnitatis et societatis nolunt viuere nec manere: qñimmo alter ab altero per rixas inuidias et discordias segregant. Et ideo nõ mir si hmõi alimenta eisdẽ minime cõferant. Et de hoc dr. iij. Re. xvj. Populus aũt diuisus est in duas partes. Non sic sed sit in nobis collectio cõfederatiua. Populus. Tertio dico q̃ cõsideraf in alimẽtis refectio exuberatiua alimenta. Alimẽta eñ possunt dici eo q̃ alãt mẽtem qr sicut alimẽta corporalia alunt et nutriũt: impinguãt et reficiũt corpus. Sic ista spũalia cor et mẽtem nutriũt spũaliter et impinguãt. ideo dicebat apls. j. Thimo. vj. Habentes alimẽta et qbus tegamur his cõtenti sim⁹. Quia vere alimenta mentalis refectionis et tegumenta moralis cõuersationis dant homini sufficientiam eterne cõsolationis. Cõtenti inqt sim⁹. Sed heu proh dolor. talia alimenta mẽtis et animi refectiua non accipiũt hodie multi. immo alimenta carnalia corporalia oblectamẽta q̃ sunt tã aĩe q̃ corporis infectiua qd maxĩe faciũt auari q̃ alunt diuitijs: luxuriosi delicijs: superbi vanitatibus iactantijs et extollentijs: presumptuosi vanis scientijs curiosi vanis leticijs: hypocrite inanib⁹ glorijs: sicut eñ hõ ab infantia veneno nutritus venenũ recipit p alimentis. Sic tales q̃ ab adolescentia sua talibus venenosis sunt nutriti et talib⁹ mũdi bonis delectati et assueti nõ querũt alia nutrimẽta: qr scz de alimentis spũalibus q̃ mentẽ impinguãt et reficiũt nihil curãt. Jdeo lamentat. Joel. j. Perierũt alimenta de domo dñi. s. spũalia. qr reuera. qd dolendum est in domo domini. i. in religione vel ecclesia perierũt et defecerũt alimenta deuotionis et lectionis et elemosyne et cõpassionis eucharistie et cõtemplationis vnde Hie. lij. Nõ erũt alimẽta populo terre. Sz reuera alia alimenta. s. delicie et diuitie ibidẽ affluũt et abundant nã sicut aquila nutrit pullos suos carne et sanguine. Sic vere diabolus peccatores nutrit carne et sanguine id est delicijs et oblectamentis carnalibus et terrenis. Eccli. xl. Alit enim aiam suã cibis alienis. Bona eñ mundi dicunt aliena qr aliũde veniũt: qr alienis remanent. Et qr a domino nos facim⁹ alienos. Nõ sic charissimi: sed habeam⁹ alimenta spũalia quibus. s. prelati debent nutrire pecora cõmissa. Unde Geñ. xlvj: Uiri pastores sunt et curã habent alendorũ gregũ. qr reuera vt dictum est ista sunt alimenta. Que tribuũt refectionem Exuberatiuã. Que requirunt collectionem. Confederatiuam. Que satiant affectionẽ. Desideratiuam. Et si vis nota q̃ sunt alimenta pauperum que sunt exteriora: scz elemosyne. De quo Thob. j. dicitur. q̃ esurientes alebat. nudisq̃ vestimenta prebebat. Jtẽ sunt alimenta deuotorũ que sunt interiora et ista sunt lectio: deuotio: gratia: eucharistia: que interi⁹ nutriũt piam matrem. Et ista sunt alimenta quibus debet castrum cordis esse munitum. Unde illud predictum. j. Thimo. vj. Habentes alimenta et quibus tegamur his cõtenti simus. Unde Geñ. xlvij. dicitur q̃ Joseph alebat fratres suos omnemq̃ domum patris sui prebensq̃ singulis cibaria. ❡ Jtẽ sunt alimenta bonoruz que sunt superiora: vñ de muliere stellata. i. de anima beata dicitur Apoca. xij. q̃ ipa sumptis alis volauit in desertũ: vbi alitur per tempus et tempora. Unde de nutrimento cibo et manducare: et cetera similia.

Alienum.

Dicitur omne illud qd nõ est proprium nostrũ. Et dicitur alien⁹ quasi aliunde natus. Et potest accipi in bono et in malo. A
Jn bono quando quis est alienus a mũdo vicio et peccato. Et sic alienus signat viros perfectos quos mundus nõ potest vocare suos. Et de hoc in persona dei dicit Dauid. Mihi alienigene subditi sũt. Et alibi Mihi alienigene amici facti sunt. Unde et Job in persona viri iusti dicebat. Job. xix. Jnquilini mei quasi alienuz habuerũt me et quasi peregrinus fui in oculis eorum. ❡ Jtem potest accipi in malo: et sic signat illos q̃ alieni sunt a deo: a fide: a gratia: a morib⁹: a paradiso: et ita alien⁹ põt dici tã diabolus q̃ peccator q̃ mũdus. Demones etiã dicunt alieni: qr q̃uis in principio fuerãt domestici in casu tamẽ facti sunt alieni. Unde dominus potuit dicere illud. Job. xix. Noti mei q̃si alieni recesserũt a me. Jsti aũt pprie dñr dij alieni: qr. s. ab ill q̃ sũt a fide alieni credũt ẽẽ dij: et iõ isti adorari phibẽt. Geñ. xxxv. Abijcite deos alienos. Et Exo. xx. Nõ habebis deos alienos. Et ibidem. Nõ adorabis deũ alienũ ❡ Dico igit q̃ pctõr põt dici alien⁹. qr. s. nihil hz cõe cũ deo. Sicut ei videm⁹ q̃ alieni seu extranei nõ diligunt sicut domestici: sz q̃si q̃ ad tps ampli⁹ honorant. qñim B

mo si sit eis solatium seu festum cito tamen deficere cõprobantur. Sic mali nõ diligunt a deo: licet quandoq3 hic in mũdo in diuitijs τ promotionibus temporalibus fiat eis a dño breue festũ. a quo tñ finaliter sicut alieni recedũt τ impẽsos honores tanq̄ alienos dimittũt. Hiere. xxx. Nõ dominabũtur amplius alieni. Potissime aũt mali ecclesiastici alieni dicunt ꝑ eo ꝙ esse legitimi viri ecclesie nõ videtur inquãtũ iniuste in beneficijs alijs ꝑsonis debitis inducunt. Ecclesia eñ modernis tẽporibus sibi videtur ꝑdici q̄ fouet filios alienos. Cuculus eñ auis fraudulẽter oua sua in nido ꝑdicis fouenda ponit q̄ perdix tanq̄ sua fouet τ diligit ipsi tamen finaliter suã nutricẽ dimittũt τ cũ cuculo tẽpore suo recedũt. sicut ponit liber de naturis rerũ. Sic vere prohdolor cuculus. i. diabolus oua sua. s. peccatores perdici. i. ecclesie fouẽdos tradit in quãtũ in nido suo. i. in ipsius ecclesie bñficijs ipsos ꝓmouet τ extollit. ita ꝙ ista mater ecclesia sic delusa istos hodie fouet τ nutrit τ bona q̄ debebantur filijs istis alienis tradit. Ideo iam possunt filij ecclesie dicere illud Tre. iiij. Hereditas mea versa est ad alienos domus nostra ad extraneos. Et Esa. j. Regionẽ vestrã corã oculis vestris alieni deuorãt. Isti tñ filij alieni qñ sunt bene foti τ ditati de nutrice nõ curãt nec ei bona faciũt aut ꝓcurãt. immo mrĩ sue diabolo derelicta ecclesia se sociãt. Unde in ꝑs. Filij alieni inueterati sunt filij alieni mentiti sunt τ claudicauerunt a semitis suis. vñ Hieremi. xvij. Perdix fouit q̄ nõ pepit: fecit diuitias τ nõ in iudicio in medio dierũ suoꝝ derelinquet eas. Uñ alienisq̄ nõ curãt de vtilitatibus ecclesiaꝝ põt dici illud. Baruch iiij. Obliti eñ estis eũ q̄ nutriuit vos τ contristatis nutricẽ vestrã hierl'm. Sic igitur ꝑ3 ꝙ mali ministri ecclesie dicunt alieni: quos etiã tanq̄ alienos deus a ministerio suo iudicat repellendos. Uñ isti debẽt timere illud qd̃ dr̃ Nume. iij. Si quis alienus accesserit morietur: In quibus verbis ostẽditur ꝙ sicut alienus in terra aliena habitãs semꝑ h3 statum dubietatẽ mentis peruersitatẽ. q: sc3 semꝑ nititur suppeditare illos de partibus. ꝑs. Diripiant alieni labores eius: habet etiam nullã hereditatẽ sepe patitur diuersitatẽ. Et sic dico ꝙ peccator alienus dr̃ Qr dubius τ suspiciosus. Si. Qr superbus τ presumptuosus. Quis. Quia egenus τ penuriosus. Egenus. Qr afflictus τ laboriosus. Moreẽ.

C ¶ Dico igitur ꝙ peccator agitatur dubietate. Si. Sicut enim status peregrinorum τ alienoꝝ nõ est stabilis neq3 firmus: immo semper habent esse in pendulo τ in dubio τ in incerto. sic vere peccator in vita ista semper est in dubietate: timore: anxietate: τ incertitudine status sui: q: sc3 teste Ambro. Et de preterito meminit habere qd̃ doleat τ de futuro videt sibi superesse qd̃ timeat. Dubitat enim de interioribus sc3 ꝓpter criminum immensitatem. Dubitat de exterioribus sc3 temporaliũ defectũ τ tenuitatẽ. Dubitat de posterioribus sc3 future damnatiõis aduersitatẽ. Iste igitur nihil h3 stabile neq3 firmũ neq3 certũ. q: sicut dr̃ Job. xv. Sonitus terroris in auribus impij: τ cũ pax sit inimicicias suspicatur qd̃ ostẽditur cũ dr̃. Si q̄ est cõditio naturalis dubia τ incerta. Ad denotandũ ꝙ status peccatoꝝ est conditionatus dubius τ incertus mobilis pariter τ infirmus. Ideo pre desperatione videtur loq̄ peccator in ꝑs. Quo ibo a spũ tuo τ quo a facie tua fugiã: si ascẽdero in celũ tu illic es: si descendero ad infernum ades. Si habitauero in extremis maris τc. Et breuiter quocunq3 se vertat peccator semꝑ est in dubio τ in incerto. Si ascẽdit in celũ ꝑ cõsiderationẽ inde repudiatur. Si descẽderit ad infernũ: ibi cõdemnatur. Si ambulat per mare. i. per mundũ: ibi flagellat. Nã columba est auis dubia: q: si descẽdit ad terrã dubitat de laqueo vel sagitta. Si ascendit ad aerẽ dubitat de accipitre. Et breuiter nũq̄ est in tuto quousq3 redierit ad foramen. Sic vere charissimi peccator semꝑ dubitat τ timet accipitrẽ. i. diabolũ sagittã. i. mortẽ laqueũ. i. eterne dãnationis vinculu3: nec vnq̄ est certus vel tutus quousq3 ad locũ τ foramẽ suũ. i. ad deũ τ ad ecclesiam τ ad statũ gratie redierit per charitatẽ gratiã τ amorẽ. Dubitant iterũ peccatores in hoc mũdo amittere. sc3 ꝓsperitatẽ: incurrere penalitatẽ τ perdere carnalitatẽ. Sed prohdolor ipsi nõ dubitãt amittere beatorũ societatẽ vel sanctitatẽ: offendere dei maiestatẽ τ incurrere eterne mestitudinis grauitatẽ. Et quare nõ dubitant certe: q: nõ cogitant neq3 vident aliquid de futuris. Et ideo sicut cecus qui nihil timet qñq3 vbi esset merito dubitandũ ibi nõ dubitat nec timet. Sic vere mali et per maliciã excecati q̄ pericula sibi imminẽtia non vident: timent vbi timere nõ deberent: s. in mũdi aduersitatibus: q: trepidauerunt timore vbi nõ erat timor ꝑs. Ubi aũt summe est timendũ τ dubitandũ. s. in dei offensione τ futura dãnatiõe ipsi nõ dubitãt neq3 timẽt vñ Eccl'i. vij. Sunt inquit impij q̄ ita securi sunt acsi iustoꝝ facta habeãt. Isti sunt siles ceruo q̄ dum est in nemore nihil videtur dubitare: immo elatis cornibus circuit τ discurrit. Sed qñ a venatoribus concluditur: a canibus persequitur in chordis τ laqueis cõstringitur. tũc incipit lachrymare ꝑm Isido. dubitare pariter τ timere. Sic vere charissimi peccatores q̄uis sint in statu dubitabili τ periculoso: ipsi tamẽ nõ videtur aliq̄d timere: immo cornibus superbie elati ceruicose obstinate τ proterue vndiq3 efferũtur. Sed prohdolor qñ multitudo canũ. i. infirmitatũ eos inuaserit quãdo venator. i. mors eos i sepulcro cõcluserit. quãdo etiã laqueus diuine sententie eos in inferno ligauerit tũc timebũt τ trepidabunt: tunc stridebunt τ dubitabũt: tunc etiã flebũt τ formidabũt: ibi eñ erit fletus τ stridor dentiũ. Mat. xxij. Dico igitur charissimi ꝙ peccator agitatur dubietate. Si inquit. Unde isti dubitãdo videntur dicere illud ꝑs. Quomodo cantabimus canticũ dñi in terra aliena. ¶ Secũdo dico ꝙ peccator est alienus q: instigatur peruersitate. s. sup̄bia τ presumptione. Qr alienigene vt cõmuniter qñ possunt habere dñm nitũtur suppeditare illos de partibus quibus deberẽt potius obedire τ eisdem pro viribus obuiare. Et hoc est quod dicitur Deut. xxviij. Aduena qui versatur tecu3 ascendet super te: et erit superior tu autem descẽdes τ eris inferior. Sic vere peccator tanta aduersitate percutitur ꝙ ille qui est alienus a deo illos qui sunt eius compatriote vicini pariter τ propinqui. s. bonos τ iustos quibus tenentur obedire: τ maxime prelatos dominos τ magistros: ipse ꝓ certo semper per superbiã nititur suppeditare: vilipendere: τ calcare: τ eisdẽ peruerse obsistere atq3 pro viribus contraire. Esa. vj. versa est in prauũ vinea aliena. Unde quilibet a talibus impulsus potest dicere illud Abdie. j. Quis detrahet me in terrã. Et merito: q: sicut dicitur Job. ix. Quis transtulit mõtes τ nescierũt hi quos trãstulit in furore suo. Uide infra de Quis. qd̃ ostenditur cu3 dr̃ Quis. Istud enim pronomen quis cũ tota prosapia posterioritate τ consanguinitate sua vnã h3 peruersitatẽ: q: semꝑ in omi cõstructiõe vult preire illã partẽ orõnis a qua regitur τ gubernatur. vt dicit Priscianus Joh. v. Alius añ me descẽdit. Et Joh. xx. Alius discipulus precucurrit citius petro. Et tamen petrus erat prelatus q̄ poterat rõnabiliter ire primus. Sic vere charissimi mali: peruersi: superbi: τ obstinati: semper volunt per superbiã precedere illosq3 post se ponere a quibus debent regi gubernari τ regulari. s. bonos ꝓuidos τ maturos. Et maxime suos principes τ ꝑlatos qd̃ potissime videtur inter clericos τ religiosos: vbi mali peruersi τ obstinati τ superbi semper volunt alijs ꝑeminere. Quis inquit. Isti sunt siles hyrco q̄ q̄uis sit aĩal fetidissimũ s3 cũ sit in vno grege sẽꝑ vt cõiter vult oẽs alios ꝑcedere: et añ oẽs alios primus ire. Sic vere charissimi q̄uis peccator sit fetẽtissimus ꝑ luxuriã: infamiã: τ peccatũ. alios tñ ꝑ sup̄biã vt cõiter vult añire. Iste est igit Quis vñ. Esa. xxj. Tu q̄ es aut quasi q̄s es. vbi ostenditur ꝙ isti sunt Despectiue cõditiõis: q: dr̃ tu es. Presumptiue volitionis. Quis disiũctiue dissensionis. Aut Defectiue durationis.

rationis:qꝛ ipsi ꝓprie nō sunt sed quasi sunt quasi q̄s
es.Ideo de talibus alienis potest quilibet bonꝰ dice
re illud ṗs. Alieni insurrexerunt aduersum me. qꝛ scꝫ
tales insurgūt cōtra bonos quibus debuerāt obedire
E stimulant̄ igitur ꝑuersitate. Quis inquit. ¶ Tercio
dico.ꝙ peccatoꝛ dꝛ alienus: qꝛ spoliat̄ hereditate: qđ
ostendit̄ cū dꝛ Alienus accesserit. Sicut enim alieni
vt cōiter nō habēt hereditatē in terra aliena in q̄ sunt
vt cōiter bonis moꝛibꝰ acquisitis ⁊ aduēticijs sunt cō
tenti. Sic vere charissimi peccatoꝛes nihil habent in
hereditate paterna paradisi: immo bonis mobilibꝰ
⁊ aduenticijs.i.bonis tēpoꝛalibus defectibilibus ⁊ ac
cidentalibus mundanisq̄ꝫ ꝓsperitatibus sunt conten
ti qđ ostēdit̄ cū dꝛ Alienus.qꝛ.scꝫ isti quasi aliūde nati
alieni sunt ⁊ extranei ab hereditate paradisi.Ideo pos
sumus dicere deo illud Prouer.v.Ne des alienis ho-
noꝛē tuū ne foꝛte impleantur extranei viribus tuis et
laboꝛes tui sint in domo aliena.Sed scitis ꝙ recte vi-
detur ꝙ talibꝰ accidit sicut pullis aquile: aquila em̄
alienat ⁊ ꝓijcit vnū a se de pullis suis:qꝛ vltra duos nō
vult nutrire. Sed est quedā auis q̄ dꝛ hyn ſm Aristo.
que inueniens hmōi pullū ita a patre suo alienū ⁊ pꝛo
iectū ipsum in filiū recipit ⁊ adoptat.Sic vere charis-
simi: quādo verus aquila deus hoīes peccatoꝛes a se
alienauerit ⁊ nido suo.i. hereditate paradisi pꝛiuaue-
rit:⁊ ip̄os ab amoꝛe ⁊ gratia sua abiecerit ⁊ repudiaue
rit statim inueniūt aliū receptoꝛē.s.diabolū seu mun-
dū q̄ nullū cōsueuit degenerē refutare q̄ statim ipsos
recipit ⁊ adoptat ⁊ bonis ⁊ pꝛosperis huius mūdi nu-
trit ⁊ recreat ⁊ impinguat.Et ideo de mūdo ⁊ diabolo
pōt dici illđ.Eccli.xlix.Dederūt em̄ regnū suū alijs ⁊
gloꝛiā suā aliene genti.Diabolus em̄ ⁊ mundus dant
hodie alijs ⁊ genti aliene.i. mūdi peccatoꝛibus a deo
⁊ ab hereditate paradisi alienis regnū suū ⁊ gloꝛiā suā
gloꝛiā.s.honoꝛē totius mūdane pꝛosperitatis. ideo ta
libus dicitur illud Baruch. iij. Inueterasti in terra
aliena coinquinatus es cū moꝛtuis:deputatus es cuꝫ
descēdētibus in infernū. In quibꝰ verbis ostendit̄ ꝙ
mundus dicit̄ locus ⁊ regnū alienoꝛū.i.peccatoꝛū qua
druplici rōne:videlicet.Propter pigritie senectutem.
Inueterasti.Propter nequitie seruitutē.In terra alie-
na.Propter letalē societatē.coinq̄.inquit cū moꝛtuis
Propter finalē anxietatē: qꝛ deputatus es cū descēdē
tibus in infernū.terrena.s.terrā alienam huius mun-
di in qua mali imperāt atq̄ꝫ regnāt ipsi veniūt ⁊ descē
dunt in infernū ⁊ hereditate paradisi ꝑpetuo spolian
F tur. Dicit̄ igit̄ peccatoꝛ alienus qꝛ nō dotat̄ heredita-
te.¶ Quarto dicitur alienus quia flagellatur aduer-
sitate. Moꝛietur inquit. Sicut em̄ videmus ꝙ alieni
⁊ aduene multis laboꝛibus exponunt̄ parū ab alijs re
putant̄ ⁊ incōmoda plurima patiunt̄.Sic peccatoꝛ fi-
naliter laboꝛibꝰ moꝛtis exponit̄ a deo ⁊ angelis ⁊ san-
ctis cōtemnit̄ tandem in inferno perpetuis incomo-
dis subiugatur. Moꝛietur inquit.s. moꝛte tēpoꝛali et
eterna.Vñ Esa.xxvij.In gladio moꝛient̄ peccatoꝛes po
puli mei.Vñ de talibus alienis dꝛ Ezech.xiiij. Homo
de israel si alienatus fuerit a me faciā eū in exempluꝫ
⁊ in pꝛouerbiū ⁊ disperdā eū. Pone si vis quomō alie
nati a sensu finaliter moꝛiuntur.figura.j.Macha.xv.
Alienatus mente antiochus ⁊c. Vide ibi. Patet igit̄
ꝙ peccatoꝛ dicitur alienus.qꝛ sicut dictū est.

Aduersitate grauatur.
Hereditate priuatur.
Peruersitate tumescit.
Dubietate tremescit.

¶ Nota vlterius.ꝙ alienꝰ dicitur mūdus:diabolus:
tyꝛanus:mūdus vñ in ṗs. Relinquēt alienis diuitias
suas. Et Hie.xix. Alienū fecerūt locū istū. Mūdana
etiā ꝓsperitas dꝛ Aliena.Prouer.xxiij.Puteus angu-
stus os aliene.Mulier etiā mala dicitur aliena.Pro-
uer.vij. Vt eruaris ab aliena q̄ verba sua dulcia facit.
Et etiā oīa bona mūdi aliena dicunt̄: ⁊ hoc qꝛ aliūde
⁊ ab extrinseco nobis veniūt ⁊ alienis etiā post nos re
manent.vñ Sene.ep̄la.j. Mi lucilli aliena sunt ⁊ tp̄s
tantū nostrū est.Et breuiter mūdus dꝛ ꝓprie terra alie
na.Itē diabolꝰ Osee.iij. Respiciūt deos alienos.Item
tyꝛānꝰ.Esa.j.Corā oclīs vestris regiōes vr̄as alieni de
uoꝛāt.⁊ Osee.vij.Comederūt alieni robur eiꝰ ⁊c.sufficit.

Alienigena.

Dicit̄ ille q̄ est aliunde genitꝰ
Et potest significare hominē A
peccatoꝛē:sicut dictū est de alieno.Et nota ꝙ populꝰ
philistinoꝛū q̄ semper fuit filijs israel cōtrariꝰ ⁊ rebel
lis dicebatur populus alienigenarū:ad denotandū ꝙ
peccatoꝛes semꝑ sunt deo ⁊ populo eiꝰ cōtrārij ⁊ rebel
les.istos in pluribus cōflictibꝰ expugnauit Dauid si-
cut ipse dicit in ṗs.Mihi alienigene subditi sunt. Ad
denotandū ꝙ dauid manu foꝛtis.i.xp̄s peccatoꝛes per
moꝛtē coꝛpoꝛis impugnabit.⁊ eos in inferno seruitu-
ti perpetue subiugabit. ¶ Nota igit̄ ꝙ per alienigenā
intelligit̄ peccatoꝛ multiplici rōne. vcꝫ. qꝛ repꝛobatus
letaliter. Qꝛ maculatus carnaliter. Qꝛ disgregatꝰ dis
pariter.Quia castigatus crudeliter.Isti em̄ sicut indi
gni a deo repꝛobant̄.Nō vult em̄ deus ꝙ ad altaris sa
crificiū admittātur vel ꝙ ad dignitates ecclesiasticas
recipiātur.Vñ de agno pascali dꝛ.Exo.xij.ꝙ alienigena
nō comedet ex eo.⁊ Neemie.xiij.dixit. Neemias in per
sona boni pꝛelati.Mūdaui eos ab oībus alienigenis
⁊ cōstitui oꝛdines sacerdotū ⁊ leuitarū. Cuius tñ iam
fit hodie cōtrariū.qꝛ.s.mali pꝛe ceteris in ecclesia acce
ptātur.Vñ.j.Mac.v.dꝛ.Repleta est oīs galylea alieni
genis. figura.j. Mach.iij. vbi dꝛ.ꝙ antiochus misit
ad conterendū iudeā vt cōstitueret habitatoꝛes eiꝰ fi-
lios alienigenarū.Isti vt immundi per luxuriam ma-
culātur.ij.Esdre.viij. Terra polluta est abominationi
bus alienigenarū.Et ideo Neemias pꝛecepit ꝙ viri is
rael.i.viri ecclīastici dimitterēt oēs vxoꝛes alienigenas
qui scꝫ Neemias.i.bonꝰ ꝓlatus valde debet cauere ne
ecclīci cū malis mulieribus inquinent̄. Et tñ pꝛoh do
loꝛ de salomone dꝛ.iij.Reg.xj.ꝙ ipse adamauit mulie-
res alienigenas. Item isti socialiter nō ligātur. Non
enim solent mali per bonā societatē ligari:nec chari-
tatis federe colligari. Nee.iij. Separauerūt oēm alie
nigenā. Boni etiā debēt a talibus separari. Nee.ix.
Separatū est semen filioꝝ ab omni alienigena.Nō de-
cet enim ꝙ filij israel.i. boni maloꝝ societatē sectētur.
Et tamen ipsi pꝛoh doloꝛ dicunt illud ṗs. Mihi alie-
nigene amici facti sunt.Itē isti finaliter eternalit̄ cru-
ciantur ⁊ puniunt̄.s.in inferno.j. Mach. xj. Occidit
alienigenaꝝ in die illa tria milia. qꝛ scꝫ isti in inferno
collocabūtur damnabūtur ⁊ cruciabūtur: ita ꝙ tunc
poterit dici illud ṗs. Ecce alienigene ⁊ tyꝛus ⁊ popu-
lus ethiopū hi fuerunt illic.Illic dico.s.in mundo fue-
runt deum offendendo: ⁊ nūc illic.s.in inferno erunt
peccata luēdo.Ostendit̄ igitur hic ꝙ illic.s.in mundo
in deo vel in inferno erūt tria genera peccatoꝝ scꝫ So
litudinis sectatoꝛes.s.Alienigene. Multitudinis tur
batoꝛes. Tyꝛus.Angustians vel tribulans limpitudi-
nis cōtemptoꝛes:vel turpitudinis ꝓfessoꝛes:populus
ethyopuꝫ interpꝛetatur caliginosi.Dico igitur ꝙ illic
erūt sectatoꝛes solitudinis q̄ scꝫ noīe alienigenaꝝ intel
liguntur. Alienigena enim est ille qui nō est de patria B
de ciuitate vel de villa. ⁊ signat hoiem solitariū. qꝛ scꝫ
nō est de ciuitate.i. de ciuiū vnitate qꝛ oēm cōmunita
tē concoꝛdiā ⁊ societatē videtur fugere vilipendere et
hoꝛrere.immo moꝛibus ⁊ cōditionibus colloquijs et
cōsilijs vult ab oībus separari claudi pariter ⁊ velari.
Et ideo de talibus alienigenis dꝛ Nee.ix. Separatuꝫ
est semen filioꝛū israel ab omnibus alienigenis. Sicut
em̄ teste Isido. Aues ṗdales quoꝝ rostrū est curuum ⁊
vngues acuti solēt viuere soli.⁊ a cōitate aliarū auiuꝫ
separi ⁊ ab oībus alienari ⁊ segregari. Sic multi sunt
mali peccatoꝛes ⁊ in seculo ⁊ in claustro: q̄ ꝑ quandā
vite asteritatē solitudinē ⁊ parcialitatē:nihil volūt ha
bere cōmune cū alijs:sed ab omnibus esse distincti diui
si pariter ⁊ disiuncti.Et maxime tales sunt aues rapa
ces ⁊ detractoꝛes q̄ carnes crudas non cessant deuoꝛa

re. Tales etiam sunt auari ⁊ raptores quoꝝ rostrum .i. verba habent curuitatem fallacitatis ⁊ vngues .i. opa habent acuitatē rapacitatis. Isti dico soli ⁊ solitarij a bonorū societate ⁊ frequentia diuisi perpetuo volunt esse soli. Tre. iij. Sedebit solitarius ⁊ tacebit. Isti em̄ habent tepiditatē. Sedebit. Horrent societatē. Solitarius. Tenent procacitatem. Tacebit. Et ideo de tali maloꝝ distinctione dicitur Nume. xviij. Alienigena nō miscebit vobis. ⁊ Nee. xiij. Separabunt oēm alienigenā. Isti nō erant digni comedere de hostijs ⁊ sacrificijs sanctificatis nec intrare templū dn̄i: ⁊ maxime de agno paschali. sicut dr̄ Exo. xij. ⁊ Leui. xxij. Ad denotādū ꝙ hmōi solitarij alienigene: nō sunt digni ad cibuꝫ sanctificatum sacramēti altaris accedere: nec templū paradisi intrare: maxime cū tā in eucharistia ꝙ̄ in paradiso sit maxima societas cōitas ⁊ charitas intellecta. Sunt igitur sectatores solitudinis. ¶ Secūdo dico. ꝙ illic erūt turbatores multitudinis impij. s. tyrāni qui populū sibi subditū ⁊ vicinū rapinis ⁊ exactionibus angustiant ⁊ infestant qđ ostenditur cū dicitur Tyrus. qr̄ tyrus interpretatur angustians ⁊ tribulans Et ideo Dauid inter alios qui ipsum infestabāt ⁊ grauabant noiat alienigenas cū habitantibus tyruꝫ. Isti igit̄ sunt turbatores multitudinis. ¶ Tertio dico. ꝙ ibi sunt possessores turpitudinis qđ ostendit̄ cū dicit̄. Populus ethiopū. Ethiopes enim sunt populi nigri solis ardorib⁹ infestati ⁊ interpretant̄ caliginosi. Sic vere in mundo isto sunt plures peccatores qui sunt inflāmati per auaritiā ⁊ ambitionē. Qui sunt denigrati per infamiā ⁊ malā cōuersationē. Qui sunt caliginosi ⁊ excecati ꝑ ignorātiā ⁊ indiscretionē. q. s. limpitudinē discretionis ⁊ sapientie claritatē abdicant deserūt ⁊ cōtemnūt: ⁊ omnē mortalē turpitudinē atq; nigredinē profitent̄. Ideo talibus obscuris: tenebrosis ⁊ caliginosis nigris ⁊ viciosis peccatoribus dicit̄ Hiere. xiij. Si mutare potest ethiops pellē suā ⁊ pardus ꝓprietates suas: sic ⁊ vos poteritis bonū facere cū didiceritis malum. Sūt igitur alienigene moralis turpitudinis possessores vulgariter multitudinis turbatores localis solitudinis sectatores. Si vis aūt per alienigenā intelliguntur cōuersi ⁊ penitētes. Vn̄ Luc. xvij. Nō est inuētus q̄ rediret ⁊ daret gloriā deo nisi hic alienigena. Itē per alienigenā intelligitur proditor ⁊ deceptor Eccle. xj. Admitte alienigenā ⁊ subuertet te in turbine ⁊ alienabit te a vijs proprijs ⁊c. sufficit.

A **Alius.** Idē est ꝙ alter ⁊ signat hoiem ab alio distinctū ⁊ diuersum. Et pōt intelligi in bono. Et sic alius est ille qui a mūdo ⁊ mundanis vicijs est diuersus distinctus pariter ⁊ diuisus. Et de hoc Johan. x. Alias oues habeo q̄ nō sunt ex hoc ouili. Alius etiam potest dici ille qui est superadditus ⁊ adiunct⁹. Et ita potest significare quēlibet bonū sociū ⁊ amicuꝫ qui nobis in necessitatibus adiungitur ⁊ per pietatē ⁊ adiutoriū aggregatur. Et de hoc Prouer. xj. Alij diuidunt propria ⁊ ditiores sunt. ¶ Item alia significant multa vniuersaliter aggregata. Joh. xxj. alia signa multa fecit iesus. Et omnibus istis modis potest accipi in bono. ¶ Scđo dico. ꝙ pōt accipi in malo. Et sic alius

B. signat hominē diuersum diuisum ⁊ distinctū ab alijs per odiū ⁊ malignitatem: vel per vite dissimilē qualitatem. Et de talibus dicit̄ Prouerb. x. Alij rapiunt non sua ⁊ semper in egestate sunt. Et .j. Corin. xj. Alius quidem esurit: alius aūt ebrius est: vbi nota ꝙ homo de sui natura est eiusdē speciei cum alijs non diuerse: habet etiā os paruuꝫ ad denotandū qđ debet esse aial tēperatū ⁊ faciliter satiatuꝫ. Est etiā aial rationale atq; nudū a quibus tribus peccator videtur esse alius triplici ratiōe vꝫ. Propter moruꝫ difformitatem. Alius quidē. Propter mētis cupiditatē. Esurit. Propter mūdi prosperitatem: vel propter sensus obscuritatē. Ali⁹ autem ebrius est. ¶ Dico igitur ꝙ isti sunt difformiter ab alijs segregati quod ostendit̄ cū dicit̄ Alius quidem. Dicūtur em̄ alij: qr̄. s. diuisi sunt ab aliena cōuersatione. Quidā etiā sunt alij .i. singulares in sua mala conditiōe. Isti enim non volunt esse eiusdē speciei cū alijs .i. per amicitie vnitatē ⁊ charitatē: sed volūt esse alij per diuisionē ⁊ diuersitatē. Tales sunt similes squalle cepe canine q̄ qn̄q; inuenit̄ sola: ⁊ tunc mortifera est ⁊ venenosa: ⁊ est in littoribus maris ſm Pla. Sic vere tales qui ita sunt solitarij singulares ⁊ difformes coītati alioꝝ. q. s. iuxta maris littus .i. iuxta fluctus mūdanorum negocioꝝ semper inueniuntur plātati. Isti dico vt cōmuniter mortiferi sunt ⁊ venenosi per vicia et peccata ⁊ per mala opera ⁊ exempla. Et ideo de taliuꝫ difformitate dicit̄ .j. Corin. xv. Alia est caro volucrum ⁊ alia bestiaruꝫ vbi ostenditur ꝙ isti sunt separati difformitatibus: alia ⁊ alias. inq̄nati carnalib⁹: qr̄ sunt caro bestiarum. Eleuati pompositatibus Volucrū inq̄t. Ideo de eis dicitur. Sap. ij. Grauis est nobis etiaꝫ ad videndū qm̄ dissimilis est alijs vita eius tales sunt figurati Dan̄. vij. Ecce inquit bestia quarta terribilis atq; mirabilis ⁊ fortis nimis. dentes habens magnos ⁊ ferreos comedens ⁊ diminuens: ⁊ reliqua pedibus cōculcans: dissimilis aūt erat ceteris bestijs quas viderat an̄ eā ⁊ habebat cornua decē. Vere charissimi talis sunt hodie multi pctōres. qr̄ isti sunt terribiles pauperibus per aduersitatē. mirabiles diuitibus per ꝓsperitatem: fortes nimis per tēporalem potestatem. Dētes id est verba habentes ferrea per mordacitatem. Ideo isti comedunt alios per rapacitatem. Iterū dico ꝙ isti diminuūt. s. de fama aliorum per detractionem ⁊ de tēporali substantia per rapinā: vsurā ⁊ exactionē: ⁊ reliquos etiam de quibus .i. nō possunt aliquod malū dicere cōculcant ⁊ vilipendūt per sue laudis suppressionem vel aliqualē detractionem: vel cōculcant. s. ꝑ oppressionē ⁊ suppeditationē. Et ideo isti sunt dissimiles alijs. s. bonis per vite ⁊ fame excellentē imperfectionē. Cornuti sunt etiam per supbiam ⁊ elationē. Ideo de talibus alijs dicitur Dan̄. vij. Ecce alia bestia quasi pardus. Sic igitur patet ꝙ peccator dicitur alius propter morum diuersitatē. ¶ Secūdo dico ꝙ dicitur ali⁹ propter mētis cupiditatē. Esurit inq̄t. Peccatores enim

C per cupiditatem ⁊ ambitionē semꝑ esuriūt ⁊ sitiūt bona mundi: nec possunt aliq̄liter satiari: ⁊ ideo isti sunt alij ꝙ̄ deberent. Cū em̄ hō habeat inter aialia os minimū quasi alienū ⁊ cōtra ꝓpriā naturā imputat̄ ei quādo tāta auaricie estuat ꝙ eius appetitus neq̄t diuitijs satiari. Bona enim mundi sunt sicut fons tantali. de quo dicitur ꝙ quāto quis magis bibebat tanto plus sitiebat. Sic vere quāto plus de bonis mūdi biberis ⁊ acquisieris tanto plus sities ⁊ esuries .i. ardor ⁊ appetitus auaritie magis crescet. Eccle. xxiiij. Qui edunt me adhuc esurient ⁊ qui bibunt me adhuc sitient. Mundi ꝓsperitas loq̄tur q̄ nō facit nisi desideriū ꝓuocare. ⁊ ideo debemus esse similes ceruo q̄ quādo calefactus est ⁊ sitibundus dato ꝙ inueniat aliquē riuulū nunq̄ tamen ibi sistit: qr̄ scit ꝙ nō satiaretur nisi desideriuꝫ ꝓuocaret. Et ideo currit vsq; ad fontē vt ibi in aq̄ abūdantia suū repleat appetitū: vt dicit magister in libro proprietatū. Sic vere charissimi: nos q̄ in hoc mundo sumus diuersis tentationibus calefacti ꝓ deo non sistamus in riuulo mundane ꝓsperitatis: quia vere ista nō satiat neq; replet. immo desideriū ꝑ auariciā prouocat ⁊ accendit. Vn̄ Esa. v. Nobiles eius interierunt fame multitudo eius siti exaruit. Sed curramus ꝑ desiderium ⁊ affectū vsq; ad fontē viuuꝫ glorie paradisi: vbi ad plenū satiabitur nostri capacitas appetit⁹ ps. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et illud quēadmodū desiderat ceruus ad fontes aquaꝝ ⁊c. In mūdo aūt isto ē ↄtrariū. qr̄. s. bona mūdi de se nō dāt sufficientiā sed indigentiā. Nō satietatē ſꝫ anxietatē. Nō fertilitatē ſꝫ cupiditatē. Et istud pꝫ in mundi raptoribus ⁊ auaris q̄ quāto plus accumulāt tāto plus indigēt desiderāt ⁊ mēdicant. Vn̄ de talib⁹ alijs dr̄ Prouerb. xj. Alij rapiūt ⁊ nō sua ⁊ semper in egestate: qr̄ breuiter teste Sene. Diues est nō qui magis hꝫ: ſꝫ q̄ min⁹ cupit.

Causas autē quare mundi bona nō satiant. Vide Sa
turare. Bene igitur dico. ꝙ pctōr pōt dici Aliꝰ ꝓpter
mentis cupiditatē. Esurit inqt. ¶ Tertio dico ꝙ pctōr
D dicit alius ꝓpter mūdi ꝓsperitatē vel ꝓpter sensus ob
scuritatē: Aliꝰ inqt ebrius ē Hō naturaliter est nudus
Iuxta illud Job. j. Nudꝰ egressus sum de vtero matris
mee. Est etiā aīal rōnale. iō pctōr qñ acqrat vestimēta
tꝑalis ꝓsperitatis ⁊ possessiōis qui etiā ex hoc perdit
sensū ⁊ vsum debite rōnis: ⁊ discretiōis alius ē ꝙ de-
beret Et hoc ondit qñ dr Aliꝰ ebrius est. Sicut em̄ vinū
immoderate sumptū aufert homini sensū ⁊ motū ⁊ fa
cit eū vacillare ⁊ titubare ⁊ quasi aliū a ꝓpria natura:
Sic mūdi ꝓsperitas homini aufert sensū debite rōis
⁊ discretiōis ⁊ motū virtuose oꝑatiōis. ipm̄qȝ facit titu
bare ab itinere ꝟtutis ⁊ ꝑfectionis. iō de tali ebrietate
dr in ps. Turbati sunt ⁊ moti sunt ⁊ oīs sapia eoꝝ deuo
rata est. Roꝝ. xiiij. Alius credit se mādūcare oīa Cōtra
illō Leui. x. Vinū ⁊ oīe qō inebriare pōt nō bibetis Et
cetera vide supra de. Abstinentia. Sic igit pȝ carissimi
ꝙ peccator dr aliꝰ ꝓpter mūdi ꝓsperitatē vel sensus ob
scuritatē mētis cupiditatē. morū difformitatē. Iō aliꝰ
merito pōt dici Et si volumus notare possumus dicere
ꝙ alius pōt dici Fallacijs palliatus Seuicijs effrena-
tus Negocijs occupatus Nequitijs implicatus. ¶ Di
citur dico alius ille qui fallacijs palliat. sicut sunt hy
pocrite falsi amici ⁊ ꝓditores. Inueniunt em̄ alij ꝙ cre
debant ps. Filij alieni mētiti sunt mihi Item illi qui se
uicijs effrenant. sicut sunt crudeles ⁊ tyranni. De qbꝰ
dr Joh. xxj. Petro dictū est. Alius te cinget et ducet. s.
quo tu vis supple violenter Itē illi qui mūdi negocijs
occupant: figurati in illo de quo dr Math. xxij. Quod
alius iuit ad villā suā. i. ad mūdi negocia et sic a regis
nuptijs est exclusus Itē illi qui nequicijs iplicant. Vñ
illi duo latrones dicunt alij Luc. xxiij. Crucifixi sunt cū
xpo alij duo nequā Sic igit dico ꝙ aliꝰ signat peccato
rē ¶ Sȝ adhuc nota ꝙ vir ꝑfectus pōt dici alius qui. s.
ꝓpter vite excellentiā ⁊ sanctitatē alius ab alijs potest
F dici: Et de hoc. j. Corin. xij. Alij dat sermo scientie: alij
sapientie vel spiritus alij fides. alij gratia sanitatū alij
operatio virtutū: alij ꝓphetia: alij discretio spirituum
alij interpretatio sermonū. Et breuiter ille qui vult eē
alius. i. singularis excellens ⁊ ꝑfectus in oīni bono per
spiritū est ꝑuectus. Et nota qō de talibꝰ potest expo-
ni illud. j. Cori. xv. Alia est claritas solis. alia lune. alia
stellarū q: vero claritas ⁊ excellētia ꝑfectorū qui per so
lem: lunā ⁊ stellas intelligūtur. est alia ⁊ alia. i. ab alio
rū cōmuni vsu ꝑ eminētiā segregata et diuisa in qbus
verbis taliū ꝑfectorū excellētia ⁊ claritas describitur.
A lucida claritate. Solis. A fluida pietate lune A soli-
da firmitate. stellarū. Habēt igit boni lucidū splēdo
rē. q: s. cōparant soli Nā sicut sol pōt dici alius ab alijs
luminaribus ꝓpter excellentiā claritatis q: s. ꝙtū est
de se sua claritas est inobfuscabilis et inextinguibilis
inuariabilis. Sic vere claritas bonitatis sapientie ⁊ di
scretionis ⁊ honestatis bonorū ⁊ ꝑfectorū nō obfuscat
per ignorantiā nō variat ꝑ insolentiā. nō extinguit per
inperseuerantiā. immo in eodē statu ꝑseuerat: Eccli.
xxvij Omnis homo sanctus manet in sapiētia sicut sol
Et ideo talibus alijs dr. j. Cori. xij. Alij per spm̄ datur
sermo sapientie. Habet igit lucidū splēdorē. Scdo hȝ
fluidū dulcorē: Luna inquit Nota sicut luna est alia ⁊
diuersa excellēs ⁊ separata ab alijs luminaribus in hu
miditate. q: ꝑm Ambro. Luna dicitur mater roris fons
humoris. decor noctis. Sic viri ꝑfecti alios excellūt in
humore dulcoris ⁊ cōpassiōis. Nā ros pietatis ab eis
distillat ⁊ nox. i. status pauperū ⁊ egenorū ab eis deco
rat. Ex iō sicut videmꝰ ꝙ luna ꝙtuncūqȝ rorē inferius
administret sua tamē influentia ex hoc nō minuit neqȝ
cessat. Sic ꝟe boni ⁊ misericordes nō minuunt nec de
pauperāt ꝙuis rorē bñficioꝝ alijs largiant. imo ꝑ dei
ordinationē sepe fit ꝙ bonis ampliant potioribꝰ Luc.
vj. Date ⁊ dabitur vobis. Et Esa. lx. Non occidet vltra
sol tuus ⁊ luna tua nō minuetur amplius ⁊c. De tali-
bus alijs dicit Prouerb. xj. Alij diuidūt propria et di-
tiores sunt. ¶ Tertio dico ꝙ nō tantū habent isti fer-
uidū dulcorē: immo etiā habēt solidū tenorē stelle: q̄
dicuntur a stādo. q: s. ꝓpter suā perpetuā stabilitatē
alie sunt ab aliorū corporū mutabilitate: q: s. in firma
mēto cōtinue voluunt nunꝙ tamen deficiunt neqȝ ca
dunt: immo in firmamento perpetuo ꝑseuerant. Sic
vere boni ⁊ perfecti ita sunt per virtutē perseuerantie
in firmamēto. i. in fide ecclesie vel in statu gratie radi
cati stabiliti ⁊ firmati: ꝙ ꝙuis moueātur tribulatiōi-
bus: agitentur tentationibus: ipsi tamen per peccatū
non frangūtur: per incōstantiā nō mutant: per impa
tientiā nō turbantur: per morū insufficientiā nō per-
duntur: sed magis ⁊ magis per firmitatē perpetuam
roborant. Unde Dan. xij. Iusti aūt fulgebūt sicut stel
le in perpetuas eternitates. Ideo de talibus alijs dici
tur Johan. xiiij. Aliū paraclitū dabit vobis vt maneat
vobiscū in eternū. Isti dicuntur paracliti per aliorum
consolationē: dicunt a patre dati per diuinā institu-
tionē. Dicunt manere in eternū per perseuerantē du-
rationem. Et ideo isti dicuntur stelle a stando. q: s. in
fide ⁊ moribus sunt stabiles atqȝ firmi. Sed heu proh
dolor quot sunt hodie qui habeant Firmitatē stellarū
Pietatē lunarē: Claritatē solarem. Pro certo pauci
quod dolendū est: claritas sapientie: nebulis ignoran
tie denigratur. ideo nō sunt sol: pietas influentie facu
lis auaritie desiccantur. ideo non sunt luna. Firmitas
existētie. Jaculis ignorantie ꝑforantur. Et ideo proh-
dolor isti non sunt hodie stelle. Nō sic charissimi non
sed pro deo habeamus sicut dictum est Splendorem
lucidum solis. Dulcorē fluidū Lune. Tenorem solidū
stellarū. Et sic erimus alij per vitā ⁊ sanctitatem emi-
nentem ab alijs segregati. Et nota ꝙ tales alij. i. tales
singulares ⁊ iusti.

Utiliter solent occupari.
Viriliter solēt operari.
Opulenter solent fecundari.
Eminenter solēt exaltari.
Celeriter solent agitari.
Moraliter solēt immutari.
Salubriter solent liberari.

¶ Dico igit ꝙ iusti
vtiliter occupantur
Joh. iiij. Alij labora
uerūt: ⁊ vos in labo
res eoꝝ intrastis. ¶ Itē viriliter operant. j. Corin. xij.
Alij dat oꝑatio virtutū. ¶ Itē opulent secundant sup
ple fructu bonoꝝ operū. Vñ Luc. viij. Aliud cecidit in
terrā bonā ⁊ ortū fecit fructū cētuplū. ¶ Itē eminēter
sublimant. i. ad honores spūales ⁊ eternales. vñ Eph.
iiij. dr ꝙ deꝰ alios pastores ⁊ doctores alios ꝟo euāge
listas. ¶ Itē celeriter agitant supple obediēdo prōpte
maioribꝰ. vñ illō Joh. xx. Aliꝰ discipulꝰ ꝑcucurrit citiꝰ
petro. ¶ Itē moraliter immutant supple se cōuerten
do ad bonū. Vñ de saul dr. j. Reg. x. ꝙ deꝰ imutauit si-
bi cor aliud. ¶ Itē salubriter liberant sup. imꝑant. Vñ
Mat. xxvij. dr ꝙ xps alios saluos fecit. Sic igit pȝ ꝙ
isti dicunt alij inꝙtū sunt singulariter ꝑfecti: ⁊ a cun-
ctis vicijs alieni: vñ de deo dr Esa. lxv. ꝙ seruos suos
vocauit noīe alio. Quilibet igit bonus dȝ tales alios
diligere ⁊ eoꝝ vtilitatē velle. Iuxta illud Phil. ij. nemo
qō suū ē q̄rat. ⁊ hec de alieno alienigena ⁊ alio sufficiāt

Alligare.

Diuersimode sonat in scriptura. A
Nota igit: ꝙ ꝑm ꝙ ex scriptura per
pēdit per alligaturā pōt intelligi. Gratia q̄ ligat per-
fectos. Lex que ligat erectos. Culpa que ligat infectos
Pena que ligat eiectos. Gloria que ligat prouectos.
¶ Nam primo per gratiam ⁊ disciplinam ligant per-
fecti: quia pro certo ista est ꝑm ps. Qui sanat cōtritos
corde ⁊ alligat cōtritiones eoꝝ. ¶ Itē ꝑ legē ligant di-
scoli supbi ⁊ erecti. Mar. iij. Nemo pōt vasa fortis di-
ripere nisi priꝰ fortē alliget. ¶ Itē ꝑ culpā ligant infe-
cti. i. pctōres. s. cū vinculo male cōsuetudinis. vñ. Luc.
xiij. xps dicit. ꝙ filiam abrae quā alligauit sathanas.
xviij. ānis oportebat curare sabbato. Itē ꝑ penā alligant
miseri ⁊ deiecti vñ de herode dr ꝙ ipe allegauit iohānē
⁊ posuit in carcerē. ¶ Itē ꝑ gliam alligant beati. s. sur

sursum in patria vbi ita ligati sunt ꝙ amplius inde ca
dere nō possunt. vñ Eccli. vj. Vincula ipsius alligatu-
ra sanitatis. Dicamus igitur aliquid de alligatiōe mo
rali que fit per gratiā. Ista enim nihil aliud est ꝙ mā
datorū obseruatio: religionis subiectio: legis diuine
obligatio: charitatis cōiunctio: quibus. s. homo domi
tus ⁊ ligatus deo per obedientiā subijcit ⁊ eidē debite
famulat. Sicut enī leo in nemore capitur ligat doma
tur ⁊ tandē regibus ⁊ principibus presentatur. Sic ve
re peccator quando capit ꝑ cōuersionē alligat ꝑ statu
torū regulariū impositionē domatur per obedientiā
⁊ suggestionē: ⁊ tandē regibus ⁊ principibus. i. deo et
angelis presentatur per eterne glorie acquisitionē. sic
erat alligat9 Paulus Act. xx. vbi dicit Alligatus spiri
tu vado in hierusalē. In quibus verbis ostendit ꝙ si
cut aīal captū ⁊ ligatum subiugat instigat obedit ac
cedit. Sic vere nos debemus Regulari tenaciter. Al-
ligatus Inspirari viuaciter. Spū. Obedire celeriter.
B Vado. Peruenire feliciter. In hierusalē. ¶ Dico igit
ꝙ debemus tenaciter regulari. Alligatus inqt Nam
sicut videm9 ꝙ bos alligatus ⁊ domitus regulariter
⁊ ad voluntatem ductoris in patientia circuit ⁊ labo-
rat. Sic vere homo qui ligatus ⁊ strictus est vinculis
charitatis ⁊ cathenis regulariū statutorū ⁊ diuinorū
mandatorū honeste regulariter patienter ⁊ reuerēter
debet se habere: ⁊ in agro ecclesie per penitentiā labo
rare. Alligatus inquit Luce. xix. Inuenietis pullū asi
ne alligatū: vbi ostendit ꝙ hoiem alligat. Per pseue-
rātie stabilitatis. Inuenietis. q. d. ipse nō recedet. Per
obedientie humilitatis. Pullū ⁊ patientie tranquilli
tatis. Asine. Nō ꝑ certo est cōtra multos qui nec per-
seuerātia obedientia vel patientia sunt ligati. immo
prohdolor tanta leuitate proteruitate inconstantia ⁊
inobedientia sunt elati. ꝙ nec deo nec prelato nec vin
culis salutaribus nec statutis regularibus volūt sub-
mittere colla sua. Tales sunt superbi ⁊ elati ⁊ obstina
ti: ⁊ in seculo ⁊ in claustro similes onagro: quod est ani
mal qd nulla arte domatur: nec aliqua industria regu
latur. Sic vere multi sunt qui ita sunt obstinati ⁊ ela-
ti ꝙ vix aut nunꝙ possunt a plato ⁊ a superiore doma
ri regulari alligari vel subiugari. De his dr Job. xj. Vir
vanus in supbiā erigit: ⁊ quasi pullū onagri se liberū
natum putat. Sic enim rinoceros est aīal indomabi
le ⁊ illigabile sic tales. Ideo Job. xxxix. dicit. Nunquid
alligabis rinocerōtē loro? q. d. impossibile est nisi de9
apponat manū. Sed prohdolor ista sua indomabili-
tas cedit eis in piudiciū ⁊ iacturā. Sicut enī aper est
aīal indomabile ⁊ indomesticabile: vt cōiter: ⁊ tamen
venator aliqñ in suis rhetib9 ⁊ cathenis ipsum alligat
⁊ constringit: ⁊ tūc cū ense ⁊ gladio ipsum vulnerat et
occidit. Sic vere tales obstinati ⁊ pterui q ꝑ tpe hui9
vite nolunt per disciplinā ligari vel domari: finaliter
a venatore deo vinculis sue iusticie ligabunt ⁊ eterne dam
nationis rhetibus artabunt: ⁊ gladio tormentorū in-
fernaliū necabunt figura. Dan. iiij. vbi de Nabuch. dr
Alliget vinculo ferreo ⁊ ereo: ⁊ cū feris sit pars ei9 cor
ei9 ab hūano immutetur ⁊ cor fere detur ei: qr vere cha
rissimi isti sunt superbi ceruicosi ⁊ pterui finaliter vin
culis ferreis. i. tenacitate ⁊ perpetuitate eterne dam-
nationis ligabunt ⁊ corde hūano. i. discretiōe ⁊ sapien
tia pre tormentorum immanitate priuabunt. Ideo de
talib9 dicitur. Mat. xiiij. Herodes tenuit ⁊ ligauit Jo
hannē ⁊ posuit ipsum in carcerē. Ideo de zizania dicit
Mat. xiij. Alligate eos ꝑ fasciculos ad cōburēdū. vbi
ostēdit ꝙ peccatores in inferno Tenaciter cōstringū-
C Vocē inquit. Aquila eñ s̄m Pliniuꝫ. est auis liberalissima. Nā predā suā sola nō comedit. imo auibus que secū sunt liberaliter impartitur: ⁊ ideo alie aues predales solent ipam sequi ⁊ eius societatē frequētare: vt .s. de preda ipsius possint aliquid vēdicare. Sic vere charissimi: vir ꝑfectus dꝫ eē. diffusiuus: liberalis: ⁊ cōpassiuꝰ. nā predā suā .i. bona sibi ꝯmissa nō dꝫ solus comedere: sed oibꝰ qui secū sunt misericorditer diffundere. distribuere. diuidere. ⁊ liberaliter dispensare: ⁊ hoc siue sint bona diuitiarū: siue bona scientiarū: siue bona quarūlibet gratiarū seu etiā fortunarum. ⁊ sic ab alijs auibus .s. a pauperibꝰ frequētat̄. ⁊ ab eis sicut eoꝝ pater ⁊ dñs insequet̄. Nā pius hō solet pauperes cōuocare ⁊ ipsos de bonis suis liberaliter enutrire: ⁊ eoꝝ societatē patienter atq̧ benigniter tolerare. Multi enim colunt personā potētis: ⁊ amici sunt dona tribuentis Prouer. xix. Ideo talis debet dicere illud Eccli. xxiiij. ca. Trāsite ad me oēs a generationibus meis implemini spūs eñ meus super mel dulcis. Et hoc oñditur qñ d̄r vocem. Vox eñ habet naturā mirabiliter diffusiuā: nā cum sit vna. ⁊ ab vno ore emissa. in oēs tñ circūstantes ⁊ ad oēs tñ liberaliter dilatatur. Sic ꝟe charissimi vir misericors atq̧ piꝰ dꝫ bona ⁊ beneficia sua vndiq̧ alijs diffundere: ⁊ ꝑ pietateꝫ ⁊ elemosynā alijs elargire. Pauperes eñ videntur talibus dicere illud Cant. ij. Ostende mihi faciē tuaꝫ: sonet vox tua in auribus meis: vox eñ tua dulcis: ⁊ facies tua decora. Et hoc ꝓ certo est cōtra multos: q̇ reuera non habent liberalitatē: sed parcitatē: nō sunt diffusiui sꝫ restrictiui Alijs bona sua nō distribuūt: sed aliena furāt̄ atq̧ rapiunt. Tales sunt similes nō aquile: sed vulturi: q̄ est auis illiberalis. ⁊ ideo predā suā solus cōsueuit comedere: ⁊ nihil alijs erogare: immo residuū i nido suo reponere: ⁊ ꝓ se: vxore ⁊ filijs imposterum reseruare: vbi aliquotiēs cōsueuit totū putrefieri ⁊ perire. Sic vere auari ⁊ parci bona sua alijs per pietatē ⁊ elemosynaꝫ nō diuidūt: sed in nidis suis archis ⁊ abditis totū recipiunt ⁊ abscondūt: ipsa etiā soli comedunt atq̧ rodūt. et pro se vxore ⁊ filijs in posterū reseruāt: ita ꝙ per nimis diuturnā custodiā aliquotiens cōputrescūt. Ideo

tales bene audiũt illud ꝓꝛouer.v. Habeto eas solus
⁊ nõ sint alieni participes tui. Nõ sic charissimi: non
simus restricti: sed diffusi: nõ simus cupidi: sed fluidi
non totũ nobis retineamus: sed alijs distribuamus.
Et sic ad modũ aq̃le habebimus diffusiuã cõpassionẽ
Vocẽ inq̃t. vt ⁊ de tali aquila dici possit illud Hiere.
xlviij. Ecce q̃si aquila volabit. extẽdet alas suas ad mo
ab. Extẽsio em̃ alarũ liberalitatẽ: ⁊ bonoꝝ suoꝝ dilata
D tionẽ ⁊ diffusionẽ signat. ¶ Tertio si volum⁹ esse ꝑfe
cti. dico ꝙ nos debeam⁹ hr̃e discretiuã speculationẽ.
Aquile inquit. Nã sicut aquila hꝫ visum clarissimum
ita ꝙ solẽ irreuerberatis oculis intuet̃. Et iõ ꝺm Isiõ.
Aq̃la ð: q̃si hñs acutos oc̃los. Sic ꝟe charissimi: ꝑla
t⁹ et ꝑdicatoꝛ: ⁊ quilibet vir ꝑfectus: dꝫ hr̃e visum cla-
rissime discretiõis. in tãtũ ꝙ solẽ iusticie xp̃m: solem
etiã. i. claritatẽ bonoꝝ eternoꝝ dꝫ clarissime specula-
ri. ⁊ ibi sine reuerberatione. i. sine respectu habito ad
bona mũdi oculos mẽtis sue figere ⁊ tenere. Vñ de aq̃
la ð: Job. xxix. Dõ de longe cõtẽplat̃ escã. i. deũ ⁊ para
disi bona. Et sicut aq̃la pullos suos docet solẽ respicere
et eos qui lachrymãtes oculos auertũt: quasi degene-
res repellit. illos aũt qui eũ respiciũt: quasi sibi cõsiles
recipit atq; nutrit. Sic vere ꝑlatus dꝫ subditos ⁊ audi
toꝛes verbis ⁊ exẽplis docere ⁊ inducere ad solẽ iusti-
cie recipiendũ ⁊ desiderandũ: ꝙ si hoc recte faciãt: dꝫ
eos diligere ⁊ ꝓmouere. Si aũt oculos ab isto auerte
rint ⁊ ad mũdi bona cõuerterint: dꝫ eos repellere: tã q̃
degeneres refutare. ⁊ õ nido suo. i. õ amoꝛe ⁊ affectiõe
propterea reijcere ⁊ fugare. Deut̃. xxxij. Sicut aquila
ꝓuocãs pullos suos ⁊ sup eos volitãs: q. s. ꝑlatus dꝫ
subditos suos reducere ⁊ ꝓuocare ad volandũ sursum
⁊ ad videndũ ⁊ respiciendũ: aduertẽdũ ⁊ cogitãdũ dei
speculationẽ ⁊ bonoꝝ eternoꝝ contẽplationẽ: ⁊ ad ter
renoꝝ contẽptũ ⁊ abominationẽ: vt sic quilibet dicat
illud Job. xxxi. Vidi solẽ cũ fulgeret ⁊ lunã inceden-
tem clare vbi nota ꝙ nos debemus.
Speculari celestiũ claritatẽ. Solem.
Speculari terrestriũ vanitatẽ. Lunã.
Speculari mentaliũ puritatẽ. Clare.
Vide ergo. Claritatẽ. celestiũ vt hanc desideres. Solẽ
vanitatẽ terrestriũ. vt hãc vituperes. lunã incedẽtẽ. i.
prosperitatẽ mutabilẽ. Puritatẽ mentaliũ. vt hanc re
cuperes. Clare: q. s. sũme debes videre ⁊ aduertere. ꝙ
mens sit pura: lucida: atq; clara. Et istud est ꝯtra mul
tos: qui reuera non hñt oculos ad solẽ sed ad terrã. nõ
ad celũ: sed ad mũdũ: nõ ad celestia sꝫ ad terrestria. Et
ideo multi sunt sicut vere degeneres ⁊ spurij filij aqui-
le qui oculos suos a sole auertũt: ⁊ ad terrã. i. ad terre-
na ⁊ mundi ꝓspera ipsos dirigũt et cõuertunt: ⁊ iõ ni-
dum vere aquile prĩs sui xp̃i. s. paradisum ꝑdunt tota
liter ⁊ amittunt. Vñ de aquila ð: Job. xxxix. Pulli ei⁹
lãbunt sanguinẽ. Nõ sic ergo charissimi non: sed pro
habeamus discretiuã speculationẽ. Aquila. ¶ Quar-
E to si volumus esse ꝑfecti: debemus hr̃e ꝑfectiuã opera
tionẽ. Volantis inquit: q. s. sicut aquila est auis fortis
et neruosa: ⁊ iõ alte cito fortiter et velociter volat. Sic
nos debemus eẽ fortes ⁊ neruosi: ꝑ constantie firmita
tem ⁊ alte: eminenter: cito: velociter ⁊ feruenter vola-
re. per bonoꝝ operũ ꝓbitatẽ. ij. Reg. j. Aquilis velo-
cioꝛes: leonibus foꝛtioꝛes. Volãtis inquit. Et nota si
vis. ꝙ operatio iusti debet
Jugiter multiplicari.
Firmiter continuari.
Faciliter seu libenter exagitari.
Ardue seu eminenter altificari.
Iste em̃ sunt quattuoꝛ cõditiones volatus aq̃le: q. s. il
le fit sepe continue: cito ⁊ alte. Sic vere dico. ꝙ volat⁹
bonoꝝ operũ nr̃oꝛũ dꝫ esse multiplicatus exẽplo aq̃le
que suã iuuẽtutẽ renouat ꝑs. Juuẽtus tua renouabit̃
vt aquila. ¶ Itẽ firme continuatus: q. s. aquila q̃ñ in
cipit valde diu ⁊ cõtinue volat: sicut iustus in bono ꝑ
seuerãdo. vñ Esa. xl. Assument pẽnas vt aquile: curret
et non laboꝛabũt. ambulabunt ⁊ non deficient. Vide
eam supra de. Ambulãdo. Itẽ libenter inchoat⁹: aqui
la em̃ velociter ⁊ fortiter volat. Sic iustus faciliter: et
libẽter: ⁊ obedienter ⁊ fortiter dꝫ facere bonũ opus. ij.
Reg. j. Aquilis velocioꝛes. leonibus foꝛtioꝛes. ¶ Itẽ
alte seu eminenter inaltatus ⁊ cõsummat⁹: aquila em̃
altissime volat ⁊ in arduis habitat. Sic iustus ardua
opera aggredit̃: ⁊ altã ⁊ eminẽtẽ vitã sectat̃. vñ illud
Job. xxxix. Ad ꝑceptũ tuũ eleuabit̃ aquila ⁊ in arduis
ponet nidum suũ. Patet igitur charissimi: ꝙ nos de
bemus habere.

Virtuosam operationẽ.	Et sic de aq̃la sufficit.
Luminosam speculationẽ.	Alias aũt cõditiones
Diffusiuã distributionẽ.	tã in bono q̃ in malo
Cõcussiuã ꝑdicationẽ.	vide alibi. Nota auto

ritatẽ illã Ezech. xvij. Aquila grandis venit ad lybanũ
diuisam ⁊ prosecutã in sermone. Nũquid ad ꝑceptum
eleuabit̃ aquila. ¶ De aquila ꝟo in malo significato F
potes dicere: ꝙ sicut aquila est naturaliter

Preceps quo ad volatũ.	Sic pctõꝛ est ꝑceps ⁊ vidi-
Acuta quo ad visum.	catiuus per iracũdiã. Vñ
Rapax quo ad tactum.	Deut̃. xxviij. Adducet dñs
Cadauera diligẽs quo ad gustum.	sup te gentẽ de extremis fi nibus ad similitudinẽ aq̃-
Alte se erigẽs quo ad statũ.	le volãtis cũ ipetu. ¶ Itẽ

est acuti visus ꝑ maliciã. vñ etiã sicut via aquile in ce-
lo non põt videri. sic nec cautele maloꝝ bñ pñt cogno
sci. Prouer. xxx. Tria sunt mihi difficilia ad cognoscẽ
dum. Sequit̃. Via aquile in celo ⁊c. ¶ Itẽ est pungiti-
ui vnguis ꝑ rapinã. i. auariciã. Mat. xxiiij. Vbicũq;
fuerit corpus cõgregabunt̃ aquile. supple ad deuoꝛan
dũ. ¶ Itẽ cadauera. i. coꝛpoꝛa auiũ ⁊ aialiũ diligit per
gulã ⁊ ingluuiẽ. Job. xxxix. Vbicũq; senserit cadauer
adest statim. ¶ Itẽ altius ceteris sem ꝑ volat: ꝑ põposi
tatẽ ⁊ suꝑbiã. Abdie. j. Si exaltatus fueris vt aquila et
inter sydera posueris nidũ tuũ. inde detrahã te dicit
dñs. Dilata si vis: q: multe sunt aquile proprietates:
que applicant̃ ad malos. Vide ergo in tabula istius
oꝑis. vbi in septuagita locis iuenies de aq̃la. Sufficit

Aquilo. Nota ꝙ cum aquilo sit pars oꝛbis se- A
ptẽtrionalis. aliq̃ñ supponẽs pro ipsa
parte mũdi polo artico conuicina: aliq̃ñ ꝓ vento fri-
gidissimo ab illis partibus veniẽte. Possumus moꝛa-
liter dicere: ꝙ per aquilonẽ pñt inteligi quecũq; aspe-
ra ⁊ grauia: siue ꝓficiant. siue ledãt. tam in bono q̃ in
malo inuenio aquilonem.

Asperum ⁊ aduersum.	Primus signat statũ
Miserum ⁊ diuersum.	present[is] aduersitatis
Nociuũ ⁊ subuersum.	De quo Eccli. xliij. Fri
Lesiuum ⁊ immersum.	gid⁹ vẽtus aquilo fla

bit. Scõs signat statũ mũdane cupiditatis. vbi scꝫ ste
rilitas ⁊ carentia omniũ bonoꝛum spiritualium in-
uenitur. sicut fit tempoꝛaliter in aquilone. vnde. xxvj.
Extendit aquilonẽ super nihil. Tertius aquilo signat
statum peccati seu iniquitatis. a quo scilicet sol iusti-
cie est remotissimus. vnde prouenit omnis flatus no-
ciuus Hiere. j. Ab aquilone pandetur omne malum
super vniuersam terram. Quartus signat locum infer
nalis miserie et penalitatis. q: sicut in aquilone sunt
fere immanissime: sic in inferno ⁊c. Hiere. xlj. Veniẽt
ei predones. i. demones ab aquilone. Dicam ergo bre
uiter ꝙ est aquilo:

Ferendus.	Primus igitur aquilo signat pre B
Cauendus.	sentem tribulationem: quia reue
Timendus.	ra sicut aquilo ventus est frigid⁹
Petendus.	dato ꝙ sit ad sustinendum diffi

cilis. est tamen vt plurimum bonus ⁊ vtilis. quia scꝫ
isto flante mares non femine vt communiter generan
tur: isto flante delphini ⁊ alijs pisces melius audire ꝑ
hibentur: isto flante luta siccantur. ⁊ vie munde effi-
ciuntur: isto etiam flante poꝛi exterius clauduntur. et
virtutes naturales interius foꝛtificantur: sicut oĩa pa
tent ꝑ Pliniũ ⁊ Isido. ⁊ alios naturales. Pars etiam
mundi aquilonaris in metallis est copiosa. quo ad po
pulos est

pulos est fortis ⁊ bellicosa: quo ad situ͂ ē altior: quo ad
locu͂ est tutior. q̄r. s. ibi non abūdāt aīalia venenosa. Re
uera talis est status tribulatiōis. q̄r procerto dato ꝙ sit
grauis ⁊ difficilis quo ad sensum: est tn̄ vtilis quo ad
fructu͂. Constat enim vt cōiter qđ plura generat bona
spiritalia in nobis aduersitas ꝙ̄ prosperitas. q̄r scilicet
ista mares. i. viros perfectos ⁊ laboribus duratos solet
generare ⁊ facere. auditu͂ mandatoꝝ dei ⁊ virtutē scien
tie solet aperire ⁊ detegere. q̄r scꝫ vexatio dat intellectu͂
Esa. xxviij. Poros affectuu͂ ⁊ sensuu͂ exterioꝝ ne scꝫ in
vana desideria defluant solet claudere ⁊ tēperare luta
carnalium vicioꝝ solet abstergere ⁊ extirpare iuxta il-
lud Prouer. xxv. Uentus aquilo dissipat pluuias virtu
tes solet multiplicare ⁊ interiorē cōstantiā roborare: ⁊
locu͂ altiorē. s. paradisum finaliter vendicare: ⁊ sic solet
hō ex tribulatiōe bona ꝙ̄plurima reportare. Bene er
go dicitur Job. xxxvij. Ab aquilone auru͂ venit: aurum
dico. i. oīmoda vtilitas. Si aūt queris ꝗ̄ sit vtilitas aq̄
lonis. i. tribulatiōis. paupꝫtatis. timoris ⁊ consideratio
nis futuroꝝ. s. mortis. iudicij. ⁊ inferni. Dico qđ sicut ex
scriptura perpendo talis aquilo.
Sanctorum est habitatio.
Uirtutum est cumulatio.
Malorum est eneruatio.
Celorum acquisitio.
Dico qđ in tali aquilone sancti commorātur: q̄r. s. vere
magis eligūt aduersa ꝙ̄ ꝓspera exēplo xp̄i ꝗ moriturꝰ i
hierusalē iuit. Joh. xi. ⁊ tn̄ regnu͂ accepturus fugijt. Jo.
vij. c. ſm Sol inu͂ enim coturnices mare transuolature
nun͂ꝙ̄ flante austro exeunt: aquiloni vero vt ait libetiꝰ
se cōmitūt. Sic vere sancti ⁊ viri iusti qui mare huius
mūdi trāsuolare debēt ⁊ ad p̄rem ꝑ p̄sens pelagus na-
uigare: austru͂ ventu͂ mollē. i. mūdi ꝓsperitatē: tan͂ꝙ̄ si
bi cōtrariā ⁊ nociuā solēt fugere ⁊ aquiloni laboris. tri
bulatiōis. paupꝫtatis ⁊ penitētie se cōmittere ⁊ aspera
ꝙ̄ ꝓspera plus amare: qđ figurat etiā in sacerdote. Le
ui. j. de quo dr̄ qđ imolabit ad latꝰ altaris qđ respicit
ad aquilonē. figurat etiā in libro ꝗ ad aquilonem ꝑtē
altaris ponit quandiu sacrificiu͂ celebrat: q̄r reuera il-
li qui sunt sacerdotes ⁊ libri. i. viri sancti ⁊ sciētifici de-
bēt ꝑtem aquilonarē ꝑdictā eligere ⁊ sacrificium lau-
dis ibidē dn̄o imolare. Et merito q̄r reuera illi ꝗ nunc
sunt i aquilone finaliter erūt in austro. i. illi qui nunc
sunt in tribulatiōe finaliter erunt in gaudio: ⁊ ecōuer
so illi ꝗ nūc sunt i cōsolatiōe finaliter erūt i tedio. Di-
cit enim Plinius qđ toninus piscis qn̄ de mari exit ad
flumē semꝑ exit a latere dextro. qn̄ vero redijt ad mare
semꝑ reuertit a sinistro. Sic vere illi ꝗ fluuiu͂ huiꝰ mū
di intrāt ꝑ partē dextrā ꝓsperitatu͂ finaliter reuertent
ꝑ partē sinistrā aduersitatu͂: q̄r sicut scriptu͂ est Luc. vj.
Ue vobis ꝗ nūc ridetis q̄r lugebitis ⁊ flebitis vos. Fi-
gura ad hoc Ezec. xvj. vbi dr̄ qđ ille ꝗ ꝑ portā aquilona
rē tēplu͂ itrabat: ꝑ australē exire debebat: ⁊ ecōtra ille ꝗ
ꝑ australē igrediebat ꝑ aquilonē regredi tenebatur. In
quo ꝓculdubio notat ꝙ illi ꝗ nūc ꝑ aquilonē tribula
tiōis itrant finaliter ꝑ austru͂ eterne felicitatis remea
bunt. Econtra qui nunc ꝑ australē ꝓsperitatē ecclesie
vel mundi ingrediunt: finaliter per aquilonem eterne
tribulationis egredi cōpellent. quapropter sancti viri i
presenti vita aquilonem. i. tribulationis statuꝫ eligūt.
Et ideo i exitu. i. i futuro seculo lete viuunt. Unde Nu
meri. ij. Ad aquilonis partē castrametati sunt filij dan

C ¶ Patet ergo qūo i aq̄lonari tribulatiōe sancti com-
morant. Itē dico qđ ibi virtutes generant seu cumulā
tur. Sicut em̄ dicit Isido. Meliores smaragdi generā
tur i aq̄lone ꝙ̄ alibi. Un̄ etiā ponūt tā Isido. ꝙ̄ Solinꝰ
qđ i hyꝑboreis mōtibꝰ ꝗ sunt i vltimis finibꝰ aq̄lonis
arimaspi solebāt eē populi. ꝗ. s. vnicu͂ oculu͂ i frōte ha-
bebāt. ꝗ ꝓ smaragdis cōtra griffes bestias volatiles ⁊
crudelissimas dimicabant. Sic reuera dicā qđ aq̄lo. i.
statꝰ paupꝫtatis ⁊ tribulatiōis plures etiā meliores sma
ragdos lapides ꝑciosos. i. plures ⁊ maiores v̄tutes cō
tinet ꝙ̄ australis. i. ꝙ̄ statꝰ ꝓsperitatis mūdane. Et iō
arimaspi monoculi. i. sancti viri oculo vnice ⁊ simpli-
cis intentiōis insigniti. qui. s. magis elegerunt cu͂ vno
oculo ad vitā ingredi: ꝙ̄ cu͂ duobus in gehennā mitti.
Isti dico plagā aquilonarē. i. penitētie ⁊ aduersitatis
statu͂ inhabitauerūt vbi pro smaragdis. i. ꝓ virtutibus
acquirēdis: cōtra griffes ⁊ volatiles. i. cōtra superbos
demones pugnauerūt ⁊ eis inuitis istos ꝑciosos lapi
des habuerūt. Et breuiter hoc est veru͂: q̄r in tali aqui-
lone virtutes generātur ⁊ cumulātur. vn̄ Hiere. xlvj.
Uictima dn̄i in terra aquilonis: Un̄ etiā de cristallo ꝗ
signat mentis cōstantiā dr̄ Eccli. xliij. Frigidus ventꝰ
aquilo flabit: ⁊ gelabit cristallus ab aquis. ¶ Tertio D
dico. ꝙ i tali aq̄lone. i. in aduersitatis statu vicia ener
uātur. Cōstat em̄ ꝙ ventus aquilo aerē purificat. nu-
bes ⁊ nebulas tollit. muscas ⁊ locustas occidit: Sic v̄e
fit ꝙ aquilo tribulationis nebulas vicioꝝ eradicat: ⁊
aerē cōscientie depurat muscas v̄o ⁊ locustas que os
habēt quadrāgulu͂. i. adulatores ⁊ falsos amicos hꝫ fu
gare ⁊ eos ostēdere ⁊ probare. Cōstat em̄ ꝙ mali tribu
latiōes nō sustinēt. ⁊ iō eoꝝ vicia declarant ꝗ̄ sub hy-
pocrisi latitabāt vn̄ bn̄ dr̄ illud Prouer. xxv. Nō ventꝰ
aquilo dissipat pluuias. pluuias dico. i. falsos amicos. E
Est ergo talis aquilo maloꝝ eneruatio. ¶ Quarto di
co. ꝙ talis aquilo est celoꝝ acquisitio. Cōstat enim ꝙ
tribulatio presens: futurā cōsolationē inducit Johis.
xvj. In mūdo pressurā habebitis: in me aūt pacē Dicit
em̄ phus ꝙ turtures qui annuatim ad alias transuol
uant regiones. flante austro volunt habere ductorem
in volādo: Si v̄o aquilo flauerit: ipis sufficit ꝓ ducto
re ⁊ per se transuolāt sine duce ad denotandu͂. ꝙ illi ꝗ
in austro ꝓsperitatis habitāt: si ad paradisum trāsuo
lare volūt. necesse est ꝙ ibi cu͂ alieno adiutorio se tran-
sportent. Illi vero quos aquilo tribulatiōis afflat: cuꝫ
minori difficultate ⁊ facilius ibi volāt. vn̄ de pauperi-
bus ⁊ tribulatis dicit Hiere. xxxj. Adducā eos de terra
aquilonis ⁊ cōgregabo eos ab extremis terre Et Ezec.
xliiij. in persona cuiuslibet tribulati dicit: Adduxit me
per viam porte aquilonis in cōspectu domus domini.
Et vidi et ecce impleuit gloria domini domuꝫ. Patet
igitur quomodo aquilo tribulationis est.
Celorum acquisitio.
Malorum eneruatio.
Uirtutum cumulatio.
Sanctorum habitatio.
Et sic dico ꝙ ē aq̄lo ferēdꝰ seu sustinēdꝰ ꝗ signat p̄sen-
tē tribulationē. ¶ Scđo ꝑncipaliter dico. ꝙ ē aquilo
cauēdꝰ ꝗ signat mūdanā habitationē Aquilo em̄ feras F
hꝫ terribiles ⁊ crudeles scꝫ vrsos. tigrides vnicornes.
Aquilo feroces ⁊ crudeles hꝫ populos intantu͂ ꝙ coꝝ
aliqui carnibꝰ vescunt humanis: sicut de schitis ⁊ da-
nibus ⁊ antropofagis exēplificat Solinꝰ quoꝝ cibi hu
mana erāt viscera ita ꝙ eoꝝ metu alie natiōes lōge re
cesserūt ab eis et ꝓpter hoc vt ait a mari caspio iuxta
quod habitabāt vsqꝫ ad seres nullꝰ mortaliu͂ morabat
hodie etiā in illa plaga terre adhuc sunt populi dicti
baclim: qui passim comedunt carnes humanas et ad
hoc etiā emūt homines vel furātur qui populi adhuc
videntur esse de reliquis antropofagoꝝ ⁊ imperio tar
taroꝝ de gazaria vltra mare caspiu͂ ad partē resident
aquilonis Ista ergo pars aquilonaris munduꝫ signat
vbi scꝫ frigꝰ indeuotiōis abūdat ⁊ a quo sol iusticie xp̄s
valde distat: q̄r scꝫ lōge ē dn̄s ab impijs Eccli. xxxix. vbi
reuera crudeles populi ꝯmorant quoꝝ alter alteru͂ co
medit. deuorat ⁊ predat ibi em̄ sunt demones ꝗ come-
dunt animā: homicide comedūt corpꝰ auari ⁊ latrones
qui comedunt bona detractores qui comedunt famaꝫ
et sic a diuersis diuersimode deuoratur ⁊ comeditur to
tus homo vnde Hiere. lj. Ab aquilone venient predo-
nes Et ideo tales aquilonares Et mundanos debe-
mus fugere et eorum comitiuam contemnere ⁊ eos so
los et solitarios dimittere et vitare. Hiere. l. Ascendet
gens ab aquilone ad ponendum terram eius in solitu
dinem Iste est igitur aquilo cauendus. ¶ Tertio prin

cipaliter dico. q inuenit aquilo timēdus. qui signat in ferni desolationē. Aquilo eñ q longe est a solaribus radijs. est patria frigidissima ⁊ in multis suis partib⁹ obscurissima. sicut de aquilonari regiōe q dr Apotho forōn exēplificat tā Plinius q Solin⁹: q ibi nūq sol lucet: s est ibi ppetua nox: istaq terra solē nō nouit. vt aiūt vicissitudines tēpoꝝ nihilq aliud de celo recipit q hyemē sempiternā. Talis est infern⁹. q qui. s. ibi, radij diuine grē ⁊ mie nō attingūt. Et iō ibi est nox eterne obscuritatis. ⁊ hyems ppetue aduersitatis. Bene ergo dicitur Ezech. j. Ecce inquit vētus turbinis veniebat ab aquilone. nubes magna ⁊ ignis inuoluens. Et sic nota q iste aquilo.

Habet ardorem qui non extinguitur.

Habet tempestatem que non minuitur

Habet obscuritatem que non illuminatur.

De ardore dr Hiere. j. Ollam succensam ego video: et facies ei⁹ ab aquilone. De tēpestate dr Eccli. xliij. Uerberauit terrā tēpestas aquilonis. De obscuritate vo dicitur Esa. xiiij. Ab aquilone eñ fumus venit. Iste est igitur aquilo timēdus. q. s. iusti semper debēt habere oculos mentis ad cōsiderandū istū aquilonē. Figura. iij. Reg. vij. ca. vbi. dr. Qd de bobus que erāt sub mari eneo tres respiciebāt ad aquilonē. Iste est igit aquilo

B timendus q signat inferni desolationē. ¶ Quarto pncipaliter dico q est aquilo petendus. qui signat ecclesie vel paradisi cōsolationē. In aquilone eñ est stella immobilis polus articus circa quem voluit celū ⁊ quē circueūt oēs stelle. Pars etiā aquilonaris altior est ceteris partibus terre. qd ex hoc pbat. Qd cū mare ponticum ⁊ caspiū q non sunt aquilonaria. intrāt multa nobilia flumina ab aquilone venientia in bossoro tracio ⁊ in ppōtide que sunt quedā stricta maris ppe cōstantinopolim. ⁊ etiā in stricto de marrochio semper fluit mare ab aquilone versus occidentalē occeanū et nūq ecōuerso: ex quo cōcludit partes aquilonares eē occidētalibus altiores. Audiui dici. q quidā ianuēsis de nouo fecit nauē in mari albo seu yrcano qd est qdā portio aquilonaris occeani: vt de rossya in cathayum ⁊ in orientē p aquilōis circuitū nauigaret: sed qñ fuit recte sub polo: inuenit mare ita altū: q quasi rependo supra montē nauē suā ducere oportebat: q timens periculū in futuro descēsu retrocessit. Talis ergo aquilo signat paradisum: q est locus altissimus sup celum vl etiā supra ecclesiā dei. Iuxta illud ps. Mōs syon latera aquilonis ciuitas regis magni. A quo oīa flumina et oīa maria. i. oīa bona veniūt ⁊ descendūt: q reuera ibi est polus imobilis. i. ipe deus qui est imutabilis et eternus Mala. iij. c. Ego dñs qui nō mutor: circa quē oēs stelle. i. iusti p deuotionē voluunt: ⁊ circa quē ips celum ecclie circūfertur. Uñ de sole. i. de quolibet viro iusto dr Eccli. j. Orit sol ⁊c. Sequit renascēs gyrat per meridiē ⁊ flectit ad aquilonē lustrans vniuersa in circuitu. De dyabolo igit q altitudinē huius celi supbe petijt: vel de ambitioso q altitudinē celi ecclesie ambitiose appetit dr Esa. xiiij. Ascendā in celū. sup astra celi exaltabo soliū meū. sedebo in monte testamēti in lateribus aquilōis. In isto aūt aquilōe debet poni mēsa cū panibus ppositionis vt dr Exo. xxvj. Quia. s. in aqlone ecclesie militantis posita est mensa scripture. In aquilone vo ecclesie triūphātis posita est mēsa et refectio glorie. ps. Parasti in cōspectu meo mensa. Uide istā figurā melius titulo de mensa. Patet ergo qño inuenit aquilo petendus: timendus: cauēdus. ⁊ sustinendus. Sufficit. Uide de septētrione ⁊c.

A **Ara.** Nota q ara sumit pro altari. hoc solum videt esse de differētia: q infideles vocabāt arā: qd fideles dicebant altare. Uñ istud est verū: q in scriptura vbicūq vt cōiter ponitur ara. semper supponit p altari ydoloꝝ vel. Est ara porcoꝝ: s dr ara deoꝝ. Dic igitur q apud malos ara triplex inuenitur. s.

Ara cordiū. vbi offertur immunda cogitatio.

Ara manuum. vbi offertur impia operatio.

Ara cultuū. vbi offertur ydolatrie immolatio.

Tales ergo are a malis edificant. ⁊ ibidem grata demonum sacrificia offerunt. iij. Reg. xiiij. Et fecerūt sibi statuas ⁊ lucos ⁊ adoleuerūt incensum sup aras more gētium. A bonis vo destruunt ⁊ subuertuntur Deut. xij. Dissipate aras eoꝝ ⁊ cōfrigite statuas lucosq succidite. Non solū eñ ara mali affectus cogitatus et actus est destruēda: ⁊ p fidē ⁊ penitētiā subuertenda: immo etiā luci ⁊ obumbracula malarū excusationū ⁊ occultarum circunstantiarū sunt submouēda. Et statue: idest quecūq male similitudines. et inhoneste species submouende. Iuxta illud. Ab omni specie mala abstinete vos. Quod tamen est contra multos ecclesiasticos. q aras viciorum: moresq ⁊ cultus gentilium idest malorum non destruunt. sed ipsas potius in hierusalem et in ecclesia introducunt. Exemplo Achaba. iij. Regū. xvj. De quo dr: q ipse posuit aram baal in tēplo et plātauit lucum ⁊c. Uide supra de altari.

Arabs. Arabia. Nota q arabia ⁊ arabs tam in bono q in malo significant. Signat enim arabia animā: ecclesiam: ⁊ ydolatriam. Animam dico: quia sc arabia interpretatur humilis. Et est arabia regio i qua thus colligitur vbi lex fuit data. ⁊ in qua mons sanctus synai collocatur. Sic in ecclesia vel anima sancta est humilitas et timor diuinus. Esa. xxj. cap. Onus in arabia. Est etiā thus deuotionis: ⁊ mons altissime contemplationis: et aromata virtutum ⁊ omnimode perfectionis. Uñ de christo dicitur in Psalmo. Qd viuet ⁊ dabitur ei de auro arabie. Aurum enim arabie signat virtutes ecclesie vel anime sancte. Qd autem significet gentilitatē patet: quia etiam caput infidelium machometus in metha ciuitate arabie fuit sepultus. vbi etiam colitur hodie ⁊ ab arabis populis adoratur. Interpretat etiā callida vel insidiatrix. Uñ de Alexandro infideli: dr. j. Macha. xj. Qd fugit alexāder in arabiam. Dicitur tamen q ibi fuit illi alexandro caput sublatum. ⁊ inimico suo missum ad denotandum q illi qui in arabiam idest in mundum vel ad ydolatriam fugiunt: caput. i. animam perdunt. Sic etiam potes dicere: q per arabes possunt intelligi boni ⁊ mali. Arabes eñ qui interpretantur humiles vel occidentales: ⁊ qui thus habēt et in tentorijs habitant: signant iustos: qui sc habēt humilitatem et deuotionem ⁊ occidentales. idest qui considerant occasum suum per mortis meditationes. Thus habent. idest deuotionem. In tētorijs habitant inqtum considerant transitoriam et mutabilem vite huius peregrinationem. Isti enim in mūdo habitationem nō eligunt dicentes illud Hebre. xiij. Non habemus hic manentem ciuitatem. vnde de babylone. idest de mundo dr. Esa. xiij. Non ponet ibi tentoria arabs: nec pastores requiescent ibi. Sed isti potius deo obedire ⁊ seruire ⁊ spiritalia dona offerre contendūt. ps. Reges arabū ⁊ saba dona adducent. ¶ Item arabes qui interpretātur callidi et insidiatores pñt significare malos et deceptores. Unde etiam de zabdia arabe dicitur. j. Macha. xj. Qd ipse interfecit illum qui ad ipsum confugerat ad refugium. Arabes enim sunt gētes dedite latrocinijs et rapinis. sicut supponitur. ij. Paral. xxij. vbi dicitur. Interfecit latrones arabum q irruerant in castra. Sufficit. A

Arare. Idem est q colere: laborare. Et ideo fm q inuenitur multiplex spiritualis cultura. fm hoc potest dici multiplex aratura: q. s. homo debet arare ⁊ colare. A

Mentem per sapientiam.

Corpus per penitentiam.

Ecclesiam per diligentiam.

Hiere. xxvj. Syon qsi ager arabit ⁊c. vide de colere ⁊c.

Arbitrari. Nota q arbitrari idē est q reputare. existimare: credere vel opinari. Uide in alijs titulis similibus.

Arbor.

A **Arbor.** Nota ꝙ in scriptura arbor pōt accipi multipliciter. vnde nota ꝙ in scriptura inuenitur.

Arbor proficiens.
Arbor deficiens.
B Arbor inficiens.
Arbor suficiens,
Arbor reficiens.

¶ Justus em̄ est arbor q̄ proficit. q. s. fructus bonoꝝ operuꝫ producit. vñ Leuit. xxvj. Terra gignet germen suum ⁊ pomis arbores replebunt. Mūdus autē seu hō est arbor q̄ deficit. q. s. ƀm Arist. hō dr̄ arbor euersa. cuius. s. caput est radix: ⁊ mēbra sunt rami. Iste est arbor valde fragilis finaliter ꝑ mortē eradicanda. Job. xix. Quasi euulse arbori abstulit spē meā. Mundus ꝟo seu peccator est arbor q̄ inficit. sicut em̄ taxo q̄ est arbor venenosa. vñ Mat. vij. Arbor mala: fructꝰ malos facit. Paradisus est arbor que sufficit. Ista est arbor ī quā ascēgit zacheus vt videret iesum. Luce. xix. Crux xp̄i est arbor que reficit. Job. xxx. Mādūcabant herbas ⁊ arborum cortices. His ergo omissis solū dicendū est de arbore fructuosa. s. de cruce: ⁊ tandē de arbore virtuosa. s. de viro iusto. ¶ Dico igit̄ ꝙ per arborē pōt intelligi lignum crucis. Nā sicut arbor vitem ex qua vinū elicitur sustinet ⁊ sustentat. Sic vere arbor crucis vitē nobilissimā. videlꝫ xp̄m q̄ dicit Joh. xv. Ego sum vitis vera: ⁊ pater meus agricola est. Ex qua preciosus liquor sui sanguinis distillauit: sustinuit ⁊ portauit. Ideo canit̄. Flecte ramos arbor alta ⁊c. Nulla silua talē ꝓfert vt superna membra regis. De tali arbore dicitur. Luc. xiij. Habebat quidā arborē fici plantatā in vinea sua. In q̄bus verbis ostēdit̄. ꝙ sicut naturaliter arbor fecundatur. ideo dr̄ Arbor fici.
Radicat̄. Quod plantatū est.
C Frequentatur. Quia vinea.

¶ Sic ꝟo arbor crucis q̄tū ad ista tria pōt dici. Recreatio mendicantiū. Arbor fici. Cōfirmatio fluctuātiū. Plātatū est. Occupatio laborantiū. Vinea. ¶ Igit̄ dico. ꝙ arbor crucis pōt dici indigentiū recreatio. Arbor inq̄t fici. Sicut em̄ videmꝰ ꝙ arbor naturaliter ꝓfert fructū q̄ fructus est indigentibꝰ nutrimētū. Sic ꝓ certo arbor crucis fructū vētris ꝟginis bn̄dicte ꝓtulit ⁊ portauit. Qui reuera esurientibꝰ. i. deuotis dat salutiferū nutrimētū qđ ondit̄ qn̄ crux dr̄ arbor fici. Ficus em̄ est arbor q̄ omī tꝑe fructū portat: ⁊ est fructus eiꝰ dulcissimꝰ ⁊ summe corꝑis nutritiuus: fructus etiā eiꝰ ⁊ in estate ⁊ in hyeme ꝑseuerat. Et vno fructu collecto alius maturescit: sicut dicit Isiđ. Iste etiā frucꝰ ƀm ipꝫ hꝫ corpꝰ mirabiliter roborare. Vñ dicit̄ ꝙ tꝑe Pythagore athlete nutriebant̄ talibꝰ fructibus: vt magis in prelio fortes essent. Ficus etiā hꝫ vnā ꝓprietatē: q̄ tauri indomiti si sub ficu fuerint ligati. facilius domant̄ ⁊ melius sua lasciuia refrenātur. Reuera charissimi: talis arbor ⁊ talis ficus est crux. Ista em̄ charissimi: portauit fructū dulcissimū Jesuꝫ xp̄m q̄ aīas sibi deuotas ꝑ grām in p̄senti: ⁊ ꝑ gloriā in futuro: recreat atq; nutrit. Cant. ij. Fructꝰ eiꝰ dulcis gutturi meo. Nā in omni tꝑe. s. in estate ꝓsperitatis: ⁊ in hyeme aduersitatis iste fructus. i. xp̄s crucifixus: si per crucis ⁊ passionis memoriam ⁊ fiduciam assumatur: animam recreat et confortat. Athletas etiam. i. illos qui in prelio tentationū militant in hoc mundo per constantiā roborat ⁊ supportat. Ista etiā arbor scꝫ crux ⁊ christi fides: tauros ⁊ lasciuos homines ⁊ superbos: si sub ipsa per deuotionem ⁊ cōpassionē ⁊ fidei susceptionē fuerint ligati facit domitos ⁊ maturos. qđ de mundi principibus regibus: imperatoribus apparuit: qui virtute crucis domiti: iugum christiane fidei receperunt. vnde de talibus dicitur Johan. j. Cum esses sub ficu vidi te. Et nota ꝙ dicitur de ficu. Dicit enim Diascori. ꝙ rutha habet amiciciam cum ficu: quia rutha que sub ficu est plantata: letior: viridior: ⁊ melior inuenitur. Sic vere charissimi: ruta que occidit basiliscum. i. viri penitentes ⁊ amari: qui basiliscum ⁊ carnem suam sciunt mortificare: debent pro certo plantari sub ficu et sub cruce per deuotionē ⁊ passionis cōpassionē: ⁊ per fiduciam ⁊ affectionē ⁊ etiā per sue virtutis implorationē ⁊ sic vigorē gratie ⁊ perfectiōis ⁊ spiritalē leticiā poterit habere ampliorē. Et erit foliū eiꝰ viride: ⁊ nō desinet facere fructū. Hiere. xvij. Est igit̄ crux īdigētiū recreatio q. s. sua dulcedine mentes deuotas recreat atq; nutrit. Arbor inquit fici. Dañ. iiij. Eratq; arbor illa pulcerrima et fructꝰ eiꝰ nimius Mat. xxiiij. Ab arbore fici discite parabolā: cū ꝓducit iam ex se fructū: hoc est primum ¶ Secūdo dico. ꝙ crux est fluctuātiū sustētatio. Plātatā inquit. Sicut enim arbor q̄ est radicata ⁊ fundata quicquid ei imponit̄ ⁊ innitit̄: sustinet et sustētat: ita ꝙ etiā arbores sicut est hedera vel vinea altissime subleuātur Sic vere charissimi: arbor crucis ita est fortiter stabilita: firmata ⁊ fundata in fidei veritate ꝙ nullis turbinibꝰ persecutiōis potuit destrui vel euelli. ⁊ ideo illos qui ei innitunt̄ per spem ⁊ fiduciaꝫ: q̄uis de se sint debilles fragiles ⁊ infirmi: sustinet atq; portat: ne scꝫ ꝑ peccatū ⁊ desperationē cadāt ⁊ defluant in infernū ipsosq; sursum ad altitudinē paradisi ꝯsueuit extollere ⁊ leuare. Figurata in scala iacob: per quā vidit angelos ascendentes in celū ⁊ dominuꝫ innixuꝫ scale sicut dr̄. Geñ. xxviij. Vere talis scala per quā angeli. i. viri sp̄uales ad celū ascendūt. est benedicta crux. que reuera est scala. Per virtutē em̄ crucis christi: ⁊ ꝑ virtutē crucis et penitētie: hoīes ascendūt ad celū. Figura de zacheo. Luc. xix. Qui ascendit in arborē sycomorū vt videret iesum. Quia vero arborē crucis que dr̄ sycomorus seu ficus vacua q̄ scꝫ crux est iudeis scandalū gentibus aūt stulticia: debemus per deuotionē ⁊ penitentiā ascendere si Jesuꝫ volumus in paradiso videre Isti aūt scale fuit dn̄s innixus: qn̄ scꝫ per passionē in ip̄a fuit positꝰ et extētus ad cuius exemplū vel ibi debemus etiā inniti per fiduciā ⁊ amorē passionē ⁊ cōpassionē q̄ vere ista est laborātiū sustētatio Plātata inq̄t q̄ vere ista ē sicut lignū quod plantatū est secus decursus aquarū: q̄ ergo plantatū dicit̄ ideo fixum ⁊ firmū fundamentū: stabilimētū ⁊ roboratū innuitur. esse. Et ꝓpter hoc simꝰ similes elephanti qui fatigatus volens quiescere: querit aliquam fortem arborem: cui innititur ne forte ad terram prosternatur ⁊ propter pondus corporis surgere nequeat: sed ibidē occidat̄. Vnde etiā dicit Plinius Quod elephas palmā diligit ⁊ frequentat: ⁊ innittēdo pondus suū subleuat ⁊ supportat ⁊ de eius suauibꝰ fructibꝰ vescēdo: seipsum recreat ⁊ confortat Sic vere charissimi: quotienscunq; fatigati fuerimus: tentationibꝰ vel tribulationibꝰ huius mūdi: nos debemus arboreꝫ ⁊ palmā crucis: ⁊ passionis deuotionē ⁊ compassionē adire ⁊ fructū scꝫ crucifixū: nobis condolēdo incorporare ⁊ cum spiritualiter manducare. Isti etiā arbori per amorem ⁊ fiduciā inniti ⁊ appodiare ⁊ sic in crucis memoria: fiducia: deuotione ⁊ compassione requiescere et dormire Cantico. ij. Ascendā in palmā ⁊ apprehendaꝫ fructus eius. Sed heu prohdolor: multis hodie accidit sicut elephanti. Dicit enim Plinius Qđ venator quādoq; dum elephas dormit: secat arborē cui innititur ⁊ sic propter pondus bestie arbor debilitata frangitur ⁊ ei subtrahitur: ⁊ elephas cadit. prosternitur et occiditur. Sic vere charissimi multotiens accidit ꝙ venator dyabolus per delectatiōes et tentatiōes subtrahit homini arborē crucis ipsiusq; memoriā. fiduciā ⁊ amorē: Et sic necesse est: ꝙ cadat in diuersa peccata. Vnde cū difficile sit resurgere ibidē ꝓstratus inuenitur ⁊ sic per mortē corꝑis ⁊ anime a venatore dyabolo trucidat̄ Nō sic charissimi nō: nō subtrahat̄ nobis arbor ista: sꝫ ei per deuotionē ⁊ fiduciā astringamur: q̄ vere illa est sustētatio: ip̄siq; firmiter innitamur ⁊ ei per fidē ⁊ deuotionē alligemur Judith. vj. Alligauerūt achior ad arborē: q̄ vere ista est sustētatio laborātiū. Plantatā inq̄t. vnde Geñ. ij. Plātauerat aūt dn̄s deus paradisum voluptatis a principio in quo posuit hominē quem for-

mauerat. Si querat aliquis quis fecit crucē? dicit q̄ dominus deus. Quō? plātando. Quādo? a principio. Qualem? paradisum voluptatis. Quare? vt ibi poneret hominē quē formauerat. s. x̄pm per passionem: et quēlibet deuotū per cōpassionē. Patet ergo q̄ crux est laborantiū sustentatio. ¶ Tercio dico q̄ ipsa est operantium
E occupatio. Uinea inquit. Sicut em̄ vinea ab agricola colitur et visitat: vt fructus ab eo reportet. Sic vere crux debet a nobis p deuotionē coli: visitari et freqūtari. vt fructus eterne voluptatis valeat reportari. Ideo nobis precipitur Mat. xx. Ite et vos in vineā meā. Judicū ix. Precidentes ramos de arboribus sequebant ducē. Est igit arbor crucis occupatio operātiū: sustentatio laborātiū: recreatio et meditatio indigentiū. ¶ Itē
F nota q̄ per arborē intelligit vir pfect9. Nā sicut arbor habet radicē in terra fixā a q̄ humorē attrahit ex quo nutrit. Sic vere vir perfectus h3 radicē cordis fixā in deo: quare iactat omnē cogitatū in domino: et humorem gratie per deuotionē sugit. et ita crescit in virtutibus et meritis quousq̄ habeat vltimū complementū. s. gloriā paradisi. Et hoc est sine dubio cōtra multos q̄ nō habent cor fixū in terra. i. in deo: nec ponūt ibi fiduciā: sed in diuitijs: in potentijs: in amicicijs datam. Et ideo isti nō possunt crescere nec ad cōplementū glorie peruenire. immo vere sicut arbor cuius radix nō est in terra firmiter: unica faciliter exiccat: et a viridario extirpat: et in ignē mittat. Sic vere isti qui nō habēt cor et intētionē principaliter ad deū perdūt humorē gratie et deuotionis et virorē honeste cōuersationis. Et ideo in ignē eternū finaliter mittunt: et ab horto ecclesie auelluntur. q2 omnis arbor que nō facit fructū bonū: excidetur et in ignē mittet etc. Mat. et Luc. iij. Nō sic charissimi: sed pro deo habeam9 cor fixum in deo. vt sic habeamus virtutū pfectionem. vt de quolibet dicatur illud Daniel. iiij. Arborem vidisti sublimē et robustā: cuius altitudo vsq̄ ad celū. rami eius pulcerrimi. et fructus eius nimius. Ecce igit quattuor que debēt esse in quolibet pfecto sm̄ quatuor conditiones que sunt in arbore. Nam si vis esse perfectus: oportet q̄ tu sis

Cōtēplatiōis turrib9 elat9. Cui9 altitudo etc.
Cōuersatōis florib9 velat9. Rami ei9 pulcer.
Perduratōis fructib9 firmat9. Robustus.
Operatōis letus vbertate. Fructus eius.

G Primo igitur dico q̄ si vis esse perfect9: tu debes esse contēplatōis turrib9 elatus. s. sublimē inquit. De natura em̄ arboris est. q̄ licet a terra oriat. et sua radix sit in terra firma: tamen erigit versus celū. Sic vere radix licet sit in terra. i. origo nostra a carne et sanguine. debemus tamen sursum erigi versus celū per intellectū celestia cōteplando. per desideriū ea affectādo. et facit qd̄ dicit Cōmentator super lib. veg. vbi ipse dicit. q̄ ille arbores sunt ceteris altiores que habent corticē duriorē patet in quercu et pinu. Sic vere charissimi: spūaliter loquēdo illi quorum cortex. i. vita exterior et apparētia est durior q̄tū ad pniam et tribulationē et grossior et asperior. hoc est dictu. illi qui duriora sustinēt in hac vita sunt pro certo magis eleuati sursum ad celestia contēplanda et affectanda. Nā sicut sm̄ cōmentatorē. grossus et durus cortex nō sinit humorē dilatari circunquaq̄: sed eū cogit superi9 eleuari: et ita arbor crescit in altū. Sic vere charissimi: q̄si aliquis h3 durū corticem. i. q̄si patitur duriciā: paupertatē: et aduersitatē exterius humor eius. i. interior amor et affectio nō dilatat circūquaq̄ ad tpalia et ad mūdana. q2 s. nihil inuenit sibi psperū qd̄ appetat: immo vere quasi violēter compellitur sursum ad deū eleuari. ad eterna cōtemplanda. q2 sm̄ Grego. Mala q̄ nos hic premūt: ad deū citius venire cōpellūt. Quia vere prius tribulatio infirmitatis et paupertatis cōpellit hoīem sursum p cōtemplationem et desideriū eleuari. Et hoc ostendit cū dr̄. q̄ arbor erat sublimis et altitudo ei9 vsq̄ ad celū. Altitudo em̄ arboris. i. intellectus et voluntas viri perfecti: debet tangere sursum celū et terrā. s. cōtemplando et affectādo

et vere semper d3 homo habere p oculis dei dignitatē: iocunditatē: felicitatē: societatē: eternitatē: vt de eo dicatur illud Sap. xv. Usq̄ ad celos attingebat stans in terra. Sed heu prohdolor: q̄ pauci sunt hodie q̄ sursum ad celestia eleuantur. immo vere quasi oēs remanent hodie inferius circa terrā: et circa bona terrena p auariciam: celestia penitus nō curātes. Et ideo videtur q̄ homo impedit hodie crescere versus celū ad modū arboris: ppter duo. Nam qñq̄ arbor impedit crescere superius sup terre pinguedinē: sicut palma. Aliqñ etiā ppter ramorum multitudinē: sicut ramnus. Dico igitur primo. q̄ palma sm̄ Aristote. impedit crescere nec bñ sursum eleuatur: qñ in terra pingui est plātata. Sic vere spūaliter loquēdo: illi qui sunt hodie plātati et situati in pinguedine mundane psperitatis q̄ abundant in diuitijs: delicijs: scientijs: honoribus. isti dico vere ppter hmōi pinguedinē et psperitatē impediunt crescere versus celum. q2 vere isti tantū alliciunt a psperitate misera q̄ nihil prorsus cogitāt de eternis. Ideo Job. xv. dr̄. Cucurrit. s. diues circa deū erecto collo et pingui ceruice armatus est. operuit faciē eius crassitudo: et de lateribus ei9 aruina dependet. faciem em̄. i. intellectū operuit pinguedo psperitatis. ita q̄ nō possunt intelligere que recta sunt. Nā porcus qñq̄ ppter nimiā pinguedinē perdit visum sm̄ magistrū. Sic vere porcus. i. immundus peccator impinguat delicijs et diuitijs tēporalibus: ipse vero perdit visum discretionis et cōtemplationis. Istud patet ad oculum de diuitibus. q2 vere ipsi perdiderūt hodie oculū et visum: q2. s. nō vidēt nec considerāt. nec cogitāt: nec imaginant ea q̄ debent: sc3

Uite vtilitatē.
Mundi vanitatem.
Carnis fragilitatem.
Mortis propinquitatem.
Judicis seueritatem.
Inferni acerbitatem.
Paradisi felicitatem.

¶ Et hoc pt3. q2 vere si ista bñ viderēt et considerarēt: nunq̄ cōmitterēt tot iniqua: nunq̄ vicinos suos taliter excoriarent et exheredarēt: sed vere isti recuperabūt oculos in inferno: q2 tūc optime cogitabunt si eis posset valere: q2 sola vexatio dabit intellectū auditui. Esa. xxviij. Exemplum de diuite Luce. xvj. Qui eleuās oculos cum esset in tormētis vidit abrahā. Heu prohdolor: tunc deficiet ista pinguedo q̄ impedit hodie visum eorū: q2 vere nihil habebunt psperitatis. Similes porco. q̄ licet in hyeme piguescat. in estate tamē marcescit sm̄ Pli. Sic vere charissi. lic3 isti in hyeme. i. in vita ista turbulenta: sint pingues et diuites et repleti. qñ tñ veniet estas. i. feruor diei iudicij et ardor ignis eterni: tunc cessabit pinguedo psperitatis et eterne paupertatis macredine marcescent. Et de hoc Esa. xvij. Attenuabitur gloria iacob et pingues carnes eius marcescent. Et hoc fuit figuratū. Gen̄. xli. vbi primo pharao vidit vaccas pinguissimas in vberrimis pascuis: tandē vaccas macerrimas q̄ primarum pinguedinē cōsumpserunt. Et hoc fuit ad denotandū. q̄ illi q̄ primo in vita hac erāt pinguissimi et ditissimi. postea fiunt pauperrimi et macerrimi ita q̄ pinguedo primaria totaliter consumetur. Istos igitur ipedit crescere pinguedo terre sicut palmā. Sed scitis quid est vere sm̄ palladium palme solet bene remediū adhiberi. Nam quādo sal et cinis circa radicem palme ponitur. tunc pinguedo superflua consumitur. et sic palma ab eleuatiōe et cremēto nullatenus impeditur. Reuera per sal in scriptura itelligitur sensus et discretio: ordo pondus et mensura. Nā sicut sal est condimentum oīm ciborū ita q̄ sine ipso nihil valent. Sic vere discretio debet oīa condire et ad debitum saporē reducere et oībus mensurā et ordinem imponere alīs oīa nihil valent. Itē notandum q̄ per cinerē mortis memoria designatur q2 sc3 tunc incinerabimur et in puluerē reducemur. Quid igitur charissimi: vere si palma. i. si homo sit plantatus in nimia pinguedine. i. in magna

magna mūdi ꝓsperitate: adhibeat sal ⁊ cinerē habeat discretionē debite vtēdo mūdi ꝓsper. s. ea nō diligēdo sed cōtemnēdo: ea iuste alijs dispensando: nō auare cōgregando: ⁊ cetera similia: habeat etiā cinerē. i. memoriā mortis pre oculis. ⁊ sic vere nunꝗ pinguedo ipsum impediet a cremento. Quia sm Hiero. Nō est viciosum habere opes: sꝫ eis male vti. In omni sacrificio tuo appones sal. Leui. ij. ⁊ Eccli. vij. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua ⁊c. Patet igit̄ ꝙ aliqui omittūt ad celestia eleuare. i. per cōtēplationem: sicut palma. Sꝫ ⁊ de adhuc dico impediunt̄ sicut ramnꝰ. Est enim arbor multorū ramoꝝ: ⁊ ideo nō potest sursuꝫ alte crescere, ⁊ rō est. q2 ⁊ de humor q̄ deberet sursuꝫ ascēdere ⁊ arborem eleuare ad ramos vadit circunquaqꝫ ⁊ sic crementū arboris impeditur. Charissimi per rānū diuitē auarū: ⁊ per ramos eius intelligo filios vxorem ⁊ heredē. Nā sicut ramnus est arbor multū spinosa et nō tantū stipites: sed etiā rami intantū ꝙ pūgit ⁊ lacerat contingentē: ⁊ vestes ⁊ lanas tollit ab ouibus ⁊ trāseuntibus. Sic vere isti diuites sunt pungentes ⁊ spinosi. i. balliui: raptores: vsurarij ⁊ auari: ⁊ nō tantū ipsi immo etiā rami coꝝ. i. vxor filij ⁊ familia: q2 vere oēs rapiunt vsurāt ⁊ acquirūt. patet maxime in vxoribus et filijs burgensiū: ⁊ etiā causidicoꝝ q̄ sunt ardētiores ad acquirendū ꝙ ipsi viri. Et ideo oēs cōtingentes. i. omnes ꝓximi ⁊ vicini sentiunt eoꝝ puncturas ⁊ rapinas. q2 pars vestiū ⁊ lane. i. sue substātie temporalis ab eis semper detrahit̄ ⁊ tollitur. Patet illud q2 vere isti causidici ⁊ auari nec habent vicinū a quo p fas vel per nefas aliq̄d nō extorqueant quoquomō. s. pratū: vineā: ⁊ cetera silia. Vn̄ populū meuꝫ exactores sui spoliauerunt ⁊ mulieres dominate sunt eis. Esa. iij. Exactores i. diuites: auari: causidici: balliui ⁊ officiales: q̄ exigūt pecunias ⁊ vsuras. Mulieres: q2 vere nō tantū ipsi: sꝫ etiā vxores eorū nō cōtinent quo se sustentēt. Quid igitur dicemus de istis ramnis. ꝓ certo ipsi impediūtur crescere ⁊ ad celestia ꝑ cōtemplationē ⁊ desideriū eleuari ꝓpter multitudinē ramoꝝ. i. filiorū parētuꝫ. Quomō certe q2 humor. i. eoꝝ amor ⁊ affectio cordis eoꝝ q̄ debent sursum ad deū tenere ⁊ tēdere: dilatat̄ ad ramos. i. ad filios ⁊ parētes. q2 vere oīs istoꝝ amor ⁊ affectio: cogitatio ⁊ attentio est in filijs suis. s. eis acquirendo quomō post se possint esse diuites ī hac vita: ⁊ fiunt ꝓ eis ditādis: auari: vsurarij: ⁊ dolosi raptores ⁊ balliui: ⁊ intantū circa tpalia ꝓ eis occupant̄: ꝙ ad celū ꝑ cōtēplationē ⁊ ꝑ desideriū nō leuant̄. Ideo de istis dr̄. Job xxiiij. Vigilantibus inquit ad predā: preparent panē liberis: agrū nō suū demetūt: ⁊ vineā eius quā vi oppresserāt vindemiāt: nudos dimittūt hoīes vestimēta tollētes ⁊c. Pōdera bn̄ auctoritatē. Heu proh dolor vti. nā isti aduerterēt illō qd̄ dicit magister in hystorijs de rāno. Judi. ix. vere ipse dicit. ꝙ rānus est calidissime nature: ⁊ ideo in feruore estatis ꝑ se solet in calidis regionibus inflāmari. ita ꝙ nō tātū stipes: immo etiā rami necnō ⁊ alie arbores cōtingētes per eū cōburunt̄. Sic vere timeo ꝙ erit de istis rānis qui sunt calidissime. i. ardētissime nature: per auariciā ⁊ cupiditatē: q2 vere in calida regiōe. i. in inferno. vbi est ignis inextiguibilis qn̄ estas. i. feruor eterni ignis eos inuaserit: tūc dico cōburentur ⁊ eternaliter dānabunt̄. nō solū ipsi qui sunt stipes ⁊ radix q̄ male acquisiuerūt ꝓ filijs. immo etiam ipsi rami ⁊ circūiacētes. i. ipsi filij ⁊ vxor ⁊ alij male succedētes. q2 vere nō illi q̄ male acquirūt dānabuntur immo etiā vxor filij ⁊ heredes si in rebus male acquisitis succedunt: ⁊ si ea cōquerentibus nō restituunt vt tenent̄. ⁊ ista fuerūt a parte figurata. Judi. ix. vbi dicit̄. ꝙ semel rānus fuit ab arboribus sublimatus in regē. ⁊ duꝫ alie arbores requiescerēt sub vmbra eiꝰ: egressus est ignis de rāno ⁊ eas cōbussit. Sic vere tales hodie regūt q̄ habent officia balliuos ⁊ dignitates. Item iste habet vmbrā: magnā hereditatem: possessionē: ⁊ temporalitatem quā acquisiuit q̄ recte cōparant̄ vmbre: q2 vere ista tēporalia fluūt more vmbre transierunt velut vmbra. Sap. v. In ista igitur vmbra. i. in ista hereditate requiescūt hodie alie arbores. i. alij hoīes de eadē parentela. s. vxor filij ⁊ heredes ⁊ executores. hi oēs requiescūt in vmbra ramni oēs succedunt quilibet ꝓ pte sua Sed vere taliter duꝫ succedūt in bonis male acquisit ⁊ duꝫ nō faciūt debitū suuꝫ in restituēdo ꝓ certo ignis inferni succendit eos cum ramno: q2 eadē dānatio affliget male acquirentē ⁊ male succedentē ⁊ detinentē. Et succendet̄ vtrūqꝫ simul ⁊ nō erit qui extinguat. Esa. j. Igit̄ ⁊ de hoc narrat̄ exemplū terribile de quodā sancto q̄ raptus ad infernuꝫ vidit hoīem supinuꝫ in maximo igne. ⁊ de vētre exibat arbor ꝑmaxia: cuiꝰ altitudo vsqꝫ ad fumū ignis: ⁊ in diuersis ramis illius arboris erāt hoīes suspensi q̄ eodē igne oēs cremabant̄. Et petens ab angelo q̄ euꝫ ducebat q̄d hoc esset. Respondit homo inq̄t ille fuit q̄dā diues qui quādā magnam arborē. i. magnā hereditatē acquisiuit iniuste. ⁊ hec est arbor inquit q̄ de ventre eius exit. illi autē inq̄t qui suspēsi sunt in ramis arboris. i. in sue portiōe hereditatis: sunt eius successores. vxor ⁊ filij ⁊ ceteri. q2 quilibet adhesit suo ramo arboris. i. portioni sue hereditatis. Et ideo inquit: ⁊ ille diues ⁊ mali filij ⁊ successores eodem igne: eadē pena ꝑpetuo sunt afflicti. Et ideo quid plura charissimi. vere sicut filij sunt causa damnatiōis parentuꝫ: q2 pro eis ditandis male acquirūt. Sic vere ecōuerso patres sunt cā damnationis filioꝝ: inquātū bona ita male q̄sita eis relinquunt̄. vn̄ Eccli. xlj. De patre impio querūtur filij qm̄ ꝑ ipsum sunt in opprobrio. Nā filij in inferno murmurāt de patribus suis de hoc scꝫ ꝙ bona acquisiuerunt ꝓ quibus damnant̄. Et ecōuerso patres de filijs. vxore ⁊ executoribus. eo. s. ꝙ propter eos primo se dicāt esse dānatos. Et q2 illi nō fecerunt emendas sicut debuerūt. Ideo bn̄ dr̄ Eccli. xvj. ꝙ meliꝰ est mori sine liberis ꝙ relinquere filios impios. Isti igitur impediūt̄ more ramni crescere ⁊ ad celestia eleuari ꝓpter multitudinē ramoꝝ. i. filioꝝ. Et ideo vere deus facit multis quos diligit sicut sapiens agricola q̄ solet ramos arboꝝ p̄scindere: quando vult ꝙ superius crescant versus celum. Sic vere deus multis aufert ramos. i. filios ⁊ posteritatē: ⁊ hoc q2 videtꝰ ꝙ si eos haberent fierent iniqui ⁊ auari ꝓpter eos. et sic nunꝗ ad celestia se leuarēt: sꝫ inferius in terrenis ꝑ auariciā remanerēt. Nō sic charissimi: sꝫ ꝓ deo erigamur ad celestia affectanda ⁊ cōtemplanda vt dicamus ꝙ nostra conuersatio in celis est. Phili. iij. quia vere si vis esse perfectus debes esse cōtemplationis elatus turribus: altitudo eius vsqꝫ ad celum. ¶ Secundo dico. Si vis esse perfectus tu debes esse velatus conuersationis floribus. Rami inquit pulcerrimi. Nā sicut ad perfectionem arborū requiritur ꝙ habeat corticem que interiora velet: alioquin arbor siccatur. Sic vere ad perfectionem hoīs requiritur ꝙ habeat exteriorē corticem. i. exteriorē honestā conuersationem que interiores cogitationes ⁊ leues volitiones velet ⁊ celet. Et hoc ostendit̄ cum dicitur. Rami eius pulcerrimi. q2 vere rami nostri. i. exterior apparētia debet esse pulcerrima. i. honestissima ⁊ maturissima: vt nihil sit ibi turpe. nihil insolēs: nihil inhonestū: vt de quolibet dicatur illud Hiere. xj. Oliuā vberē: pulcraꝫ: fructiferā: speciosam: vocauit dn̄s nomen tuū. Nota oliuam. Oliua enim omni tēpore reseruat pulcritudinē ⁊ virorē: ⁊ hoc quia habet humorem virtuosum ⁊ tenacē. Sic vere tu debes omni tempore. i. hyeme aduersitat ⁊ estate prosperitatis habere virorē honeste conuersationis: quod est contra insolentes qui istuꝫ virorem sepe perdunt. et hoc quia non habent interius in corde humorem virtuosum deuotionis et compassionis. Non sic charissimi: sed vere si vis esse perfectus tu debes honeste conuersationis ornari floribus. ¶ Tercio dico. Si vis esse perfectus: tu debes perdurationis firmari viribus. Robustus inquit. Nam sicut ad perfectionem arborum requiritur: ꝙ habeat stipitē fortē qui arborē sustineat. Sic vere ad perfectionē hominis requiritur ꝙ habeat

H

I

ſcriptura. Itē deū orat per eloquētiā. Job.xl. Nūquid multiplicabit ad te preces. aut loquet tibi mollia. Itē carnē domat ꝑ cōtinentiā: Job.xxv. Aut apparere mūdus natus de muliere. Eph.v. fornicatio aūt ⁊ omnis immundicia aut auaricia nec noīetur in vobis. Item opes odit per tēperantiā. Act.xx. Argētū ⁊ aurū. aut veſtē nullius cōcupiui. Mat.xix. Qui reliquerit domuz aut fratres aut ſorores ⁊c. Itez ſumme quietis querit leticiā. ſ. gloriam paradiſi. ps. Dn̄e qs habitabit in taberna. tuo. aut. q. re. in mōte ſan. t. qui ingreditur ſine ma. ⁊c. ⁊ alibi. Aut qs ſtabit in loco ſancto eius. Quātuz ad hoc etiā per aut intelligit vir imꝑfectus: qui ſcz eſt per dubietatē ⁊ ignorantiā incertus q2 videlicet neſcit quid eligit aut qd credit. ſ. hoc aut illud. Jo.viij. Uos aūt neſcitis vnde venio aut quo vado. Per inſtabilitatē ⁊ incōſtantiā mobilis ⁊ alternatiuus. q2 . ſ. neſcit quid aut qualis ſit. aut bonus aut malus. in eo em̄ nihil eſt certi. Lu.xvij. Imꝑfectus ecce hic. aut ecce illic. vt ⁊ dicere poſſit illud. j. Cor.xiij. factus ſuz velut es ſonās aut cymbaluz tinniēs. Unde huic pōt dici illud Apoc.iij. Utinā calidus eſſes aut frigidus. ſed q2 tepidus es incipiā euomere te de ore meo. Iſti em̄ ſunt proprie hypocrite cōtra quos Chryſ. Hypocrita aut appare qd es. aut eſto qd appares. Per ſeꝑatiuā ꝑuerſitatē et diſcordiā diſiunctiuus. vt ⁊ detractoribus diſiunctiuis. ſeditioſis ⁊ diſcordibus dicat illud Job.vi. Nunquid rugiet onager cū habuerit herbā. aut mugiet bos cū ante preſepe plenū fuerit. aut poterit comedi inſulſū qd nō eſt ſale cōditū. aut pōt aliquis guſtare qd guſtatū aufert mortē. q. d. talis aut. i. talis diſiūctiuus ⁊ diſcors pōt dici onager rugiēs. bos mugiens inſulſum ⁊ venenū inficiēs. ¶ Notare poſſum breuit ꝙ peccator pōt dici aut multiplici rōne videlz quia.

D Non curat dn̄o cōplacere.	Dico ergo ꝙ peccator dicit aut. quia nō curat deo
Non vult alijs indulgere.	placere: mali em̄ nunꝙ
Permittit pauꝑes īdigere.	vellēt placere deo. nec eē
Solet per irā exardere.	boni ⁊ iuſti. cum ſint in
Neſcit futura preuidere.	ſuis vitijs obſtinati. ps.
Amat inſanus apparere.	Aut nō apponat vt cōpla
Tētat ꝯtra deū valere.	citior ſit adhuc. Itē q2 nō
Neſcit a furore abſtinere.	vult alijs culpas indul
Solet cōſilio carere.	gere. Mali enim benevo
Neſcit in tēpore tacere.	lunt a deo ſibi parci. ſz ta
Studet alienū habere.	men illis a quibus offen
Querit in peccatis iacere.	ſi fuerint nunꝙ parcūt.
Coget in inferno dolere.	

ps. Aut obliuiſcet miſereri deus. Item q2 ꝑmittit pauperes indigere: ſeu q2 non vult pauperes refouere. vel ipſis miſericorditer cōdolere. ps. Aut in finem miſericordiā ſuā abſcidet: Itē q2 ſolet iracunde ſtudere ſeu ꝑ iram ſe mouere. ps. Aut extendes iram tuam a generatione in generationē: Item q2 neſcit futura preuidere. ps. Aut qui finxit oculum nō cōſiderat: Item quia ſolet furioſe ridere ſeu inſanus apparere: Neſcit enim malus habere modum: nec in leticia nec in ira. Sap. xiiij. Aut enim dū letant inſaniūt. aut certe vaticināatur falſa. aut viuūt iniuſte. aut periurāt cito: Itez quia tentat cōtra deū valere: ſemper enim repugnat malus voluntati diuine. Eſa.x. Aut exaltabit ſerra cōtra euz a quo trahit. Compara iſtos ſerre. que ſcz nō vlterius ꝓcedendo: ſed ecōtra. ⁊ retrorſum trahēdo rodit. Sic iſti ſemper deo ⁊ prelato cōtrariādo agunt. de quo arguunt. Eſa.xxxvj. Aut quo cōſilio rebellare diſponis. Item q2 neſcit a furore abſtinere: Abacuc.iij. Nūquid in fluminibus iratus es dn̄e. aut in fluminibus furor tuus. aut in mari indignatio tua: Item q2 ſolet conſilio carere. Michee.iiij. Nunqd rex non eſt tibi. aut cōſiliarius tuus ꝑijt: Itez q2 neſcit moderate tacere: mali enim vt cōiter ſunt loqces. iuxta illud Math.x. Nolite cogitare quomodo aut qd loquamini. ⁊ Job.xiij. Uoca me ⁊ ego reſpondebo tibi. aut certe loquar ⁊ tu reſpondes mihi. Item ſtudet alienū habere talis eni aut. i. peccator libenter vacat auaricie ⁊ rapine. ⁊ ideo Apo. j. Cor.v. docet ſocietatē taliū fugiendā. d. Si is qui frater inter vos noīat eſt fornicator. aut auarus aut ydolis ſeruiens. aut maledicus. aut ebrioſus: aut rapax. cum eiuſmodi nec cibum ſumere. Item q2 ſemper querit in peccatis iacere. ſeu q2 nunꝙ querit amplius penitere. Hiere.xiij. Si mutare pōt etiops pellem ſuam. aut pardus varietates ſuas. ſic ⁊ vos poteritis bonū facere cū didiceritis malū: Item q2 iſte finaliter habebit in iferno dolere ſeu lugere. qn̄ pre deſperatiōe dicere poterit dn̄o: Job.vij. Nunquid mare ſum ego aut cetus. q2 cōcluſiſti me carcere. ſ. infernali. patz ergo quō aut multis rationibus ſignat virū malum. Sufficit de aut. Uide infra de vel.

Autem.

Nota ꝙ aūt eſt aduerbiū affirmatiuū eſt enim idem qd vere. ſeu certe ſumit enim quaſi determinatiue ⁊ certificatiue. et breuiter dic. ꝙ aūt pōt referri ad bonos: q̄ in corde verbo ⁊ opere ſolent veritatem habere. ⁊ etiam ad viros iniquos: qui oīa volunt mendaciter affirmare. vel ad ipm deuz a quo oīs certitudo ⁊ veritas ſolet principaliter emanare. nota ergo ꝙ autem ſignat. A

	Bonitatis immutabilis. quo ad deum
Certitudinē	Ueritatis cōmēdabilis. quo ad iuſtum
	Uanitatis affirmabilis. quo ad impiū.

Signat igit autē quandā certitudinē increatā. ſ. ipm deum quia reuera ipſe eſt.

	Eſſentia inuariabili.	De veritate diuine eſſentie di
	Potentia inſupabili.	cit in ps. Tu au
	Iuſticia irrefragabili.	tem idē ipe es et
Certus in	Clemētia iextermīabili.	anni tui nō defi
	Patiētia impturbabili.	cient: De verita
	Excellētia incōꝑabili.	te ſue potētie di
	Amicicia inſeꝑabili.	

citur. ij. Cor. ix. Potēs eſt aūt deus. Et. iij. Reg. xj. poteſt dici de eo. Erat aūt roboā vir fortiſſimus. Roboā em̄ interpretat dilatans populū: De veritate autē ſue iuſticie dicit Hiere. xj. Tu aūt dn̄e ſabaoth qui iudicas iuſte. De verũate ꝟo ſue clementie. pōt dici illud ps. Miſericordia aūt dn̄i manet ineternū: De veritate aūt patiētie ſue dicit. Sap. xv. Tu aūt dn̄e deus noſter ſuauis. ⁊ verus ⁊ patiens. ⁊ in miſericordia diſponens oīa. De certitudine ſue prerogatiue excellētie dicit in ps. Deus autē rex no. an. ſe: De certitudine vero ſue amicicie poteſt dici illud Hiere. xiiij. Tu aūt in nobis es dn̄e. ⁊ nomē ſanctū tuū inuocatū eſt ſuꝑ nos ⁊c. Patet ergo quō aūt ſignat quādam certitudinem increataz. ⁊ quō refertur ad deū. ¶ Scdo dico ꝙ ſignat B quādā certitudinē ordinatā inꝙtum refert ad virum iuſtū. Quilibet em̄ iuſtus dz eſſe aūt. i. vir cert9 verax ⁊ firmus ꝙtuz ad oīa facta ſua. Eſt igitur aūt. i. firmus

Miſerando clemēter.	Et breuiter iſtud eſt verū
Exorando feruenter	ꝙ in oībus actibus hūanis
Supplicando fidenter.	debet firmitas ⁊ veri
Predicādo patiēter.	tas apparere. Et primo
Occultādo latēter. Itē	quidem clementer miſe
Seduliter miniſtrādo.	rando vt dicat illud ps.
Humiliter ꝯuerſando.	Ego autē ſicut oliua fru
Patienter ſuſtinēdo.	cti. in do. d. ſpe. in mi. al.
Penitēter affligendo.	Item feruēter adorando
Perſeuerāter ꝑmanēdo.	ps. Ego aūt orabā. Item
Obedienter obtēperādo.	fidēter ſperādo. ps. Ego
Eternaliter gloriādo.	in te ſperaui domie dixi

tu es ſpes mea. Item patenter predicādo. ps. Ego aūt annunciabo in ſeculum: cātabo deo iacob. Ille enim qui eſt autē. i. vir firmus verus ⁊ certus ſicut dictū eſt. Clemēter viuit. feruēter orat. fidēter ſperat. patēter ꝑdicat. Item humiliter ſe allegat dicens illud ps. Ego aūt ſum vermis ⁊ nō homo ⁊c. Et illud. Ego aūt inēdicus ſum ⁊ pauper ⁊c. Itez ſeduliter miniſtrat. Lu. xxij. Ego autē in medio veſtri ſum ſicut qui miniſtrat. Itē patienter tolerat. ps. Ego aūt in flagella paratus ſuz Item ſeueriter ſe caſtigat. ps. Ego autē cum mihi moleſti eſſent induebar cilicio. Itez obediēter obtēperat.

p̄s. Ego aūt tanꝙ̄ surdus non audiebaꝫ. Itē stabiliter perseuerat. p̄s. Ego aūt dixi in habundantia mea non mo.ine. Itē efficaciter se humiliat. p̄s. Ego aūt humiliatus sum nimis. Itē finaliter eternā gloriaꝫ acquirit ⁊ vendicat. Sap̄.iij. Iusti aūt imꝑpetuū viuent. Et iterum. Illi aūt sunt in pace. In omnibus iusticiā operaꝶ ⁊ seruat. p̄s. Ego aūt ī iusticia apparebo cōspectui tuo sati.cū appa. glo.t. Sic ergo ꝙ̄tū ad iustuꝫ. aūt signat quandā certitudinem ordinatā. Tercio dico. ꝙ signat quandā certitudinem simulatā: Et sic de quolibet malo pōt dici illud. Math.xxiij. Si aūt dixerit malus seruus morā facit dn̄s me⁹ ⁊c. sequiꝶ. Veniet dn̄s serui illius die qua nō sperat. ꝑtemqꝫ eius ponet cū in fidelibus. Si vero vis cōsolatorie de aūt aliquid dicere. suppone ꝙ aūt.i. veritas ⁊ certitudo fuerit quidā valens hō: qui omnia voluit esse. oīa facere: oīa dicere. oībus se cōmunicare: Et sic notabis ꝙ aūt voluit esse. Deus gloriosus: Iustus virtuosus. Homo vitiosus seu dolorosus: Aūt enim signat deum. vt dictū est ⁊ sic dico ꝙ ipse habet maiestatē insuꝑabilē: Qn̄qꝫ aūt signat iustum: ⁊ sic habet bonitatē incōparabilē: qn̄qꝫ refertur ad impiū: ⁊ sic hꝫ prauitatē inextimabilē. Igiꝶ dico valēs hō: Dn̄s aūt hꝫ maiestatē insuꝑabilē. et merito q̄ pro certo: sicut ex scripturis pōt colligi. Autem est.

D Rex q̄ dignissimus.	Dicā ergo. ꝙ aūt: id est
Lex. q̄ certissimus.	certitudo seu ꝟitas est
Iudex. q̄ iustissimus.	quidā rex magne digni
Vindex. q̄ seuerissimus.	tatis: aūt cm̄ est rex per
Creator. q̄ potentissimus.	petuus ⁊ immortalis. si
Saluator. q̄ clemētissimus.	cut dicit apl's. j. Thi. j.

Regi aūt seculoꝝ imortali inuisibili honor et gloria: ⁊ non mirū si ip̄e sit rex gloriosus. immortalis: q̄ etiā qn̄qꝫ ipse simul fuit rex et deus sicut bene testatur dauiticum. p̄s. Deus autem rex noster ante secula. operatus est salutem in medio terre. ¶ Itē aūt est lex magne veritatis. ⁊ iō a dn̄o suo nullus declinare deberet. ſꝫ cū potius: sicut legē totius veritatis diligere ⁊ amare. p̄s. A lege aūt tua nō declinaui. Et alibi. Legē autē tuā dilexi. De deitate aūt sua ⁊ veritate simul loquiꝶ hieremias dicēs. Hiere.x. Dn̄s autē deus verax est et apl's dicit. Est aūt deus verax oīs aūt homo mendax: ¶ Itē autē est iudex magne equitatis. Iudex eīn est q̄ ꝓbat ⁊ examinat diligenter. ⁊ qui punit ⁊ exterminat sapiēter Hiere.xj. Tu aūt dn̄e sabaoth q̄ iudicas iuste. ⁊ ꝓbas renes ⁊ corda. videā vltionem tuam ex eis ¶ Item aūt est vindex magne seueritatis. punit eni seueriter oēs malos. ⁊ ideo de eo bene potest dici illud p̄s. Tu aūt dn̄e deridebis eos ⁊ ad ni. de. om. ge. ¶ Itē dico ꝙ aūt est creator maxime potentie. Ipse enim est deus qui oīa pōt. In celo enim dn̄atur ⁊ imꝑat. ⁊ inde quicq̄d vult ordinat atqꝫ mādat. p̄s. Deus aūt noster in celo. oīa quecūqꝫ voluit fecit. ¶ Item aūt est saluator maxime pietatis. Ipse eni a quibusdā vocaꝶ. Iesus qui interpretaꝶ saluator: q̄ scꝫ iesus fuit.

	Sapiens.	Sapiens dico. q̄ sicut dici
Saluator	Moriēs.	tur Lu.ij. iesus aūt proficie
	Patiens.	bat sapiētia: Moriens etiā

q̄ sicut diciꝶ: Math.xxvj. Iesus aūt iterū clamans voce magna emisit spiritū. moriēs.s. ꝓ salute suorum. et Ioh.xxix. Ad iesum aūt cum venissent. vt viderunt eū mortuum nō fregerunt eius crura: De clementia ergo saluatoris istius aūt diciꝶ in p̄s. Deus aūt noster ꝓpicius ⁊ clemens. ⁊ multe misericordie oībus inuocantibus se: Et sic patet quō dn̄s aūt.i. diuina certitudo habet maiestatē insuperabilē. ¶ Secundo dico ꝙ dn̄s aūt habet bonitatē incōparabilē. Istud vocabulū aūt.i. veritas ⁊ certitudo ꝑtinet ad quēlibet iustū sicut iā superi⁹ visum est in paragrapho.ij: Videꝶ ꝟo ꝙ multi viri iusti in simul congregati voluerunt vocari aūt. ⁊ inter se vnā confratriā fecerunt ⁊ firmitatē inuicem ꝯtraxerūt. Deus aūt istius ꝯgregationis voluit esse caput: qui ad eam alios inducit Iaco.j. dicēs. Scitis autē fratres mei dilectissimi. Et videꝶ ꝙ de⁹ illos qui sunt autem.i. qui sunt veri ⁊ iusti.

Cōmēdat de fideli stabilitate.	Commendat dico de
Informat in celi subtilitate	fideli stabilitate: di-
Auisat de futura mortalitate.	cēs illō Lu.xxij. Vos
Instruit in virtuosa hūilitate	aūt estis qui ꝑmansi-
Inducit in gaudiosa felicitate.	stis mecū in tentatio
Imbuit sctispūs benignitate	nibus meis. ¶ Item

informat ipsos in omni veritate ⁊ subtilitate. Ioh.xv Vos aūt dixi amicos. q̄ oīa quecunqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. ¶ Itē auisat seu premunit illos de futura mortalitate ⁊ aduersitate dicēs scꝫ illud p̄s. Vos aūt sicut homines moriemini. ⁊ si.v. de prin. ca. ¶ Item instruit eos in omni humilitate ⁊ sanctitate Math.xxij. Reges gentiū dominanꝶ eoꝝ. Sequitur. Vos aūt nō sic. sed qui maior est vestrū. fiat sicut minor. vt ⁊ quilibet dicat illud Ioh.iij. Illum oportet crescere me aūt minui. ¶ Item inducit eos in eternā felicitatē ⁊ ciuitatē. Ioh.xvj. Vos aūt cōtristabimini. ſꝫ tristicia vr̄a verteꝶ in gaudiū. ¶ Itē ipsos replet spūs sancti bonitate ⁊ sctitate. Act.j. Vos aūt replebimini spiritu sancto nō post multos hos dies. Per autē intelliguntꝶ viri iusti qui.s. dicunt illud.j. Thes.v. nos autē qui diei sumus. sobrij simus. Et dicūt etiā illud qd̄ canīꝶ in ecclesia. Nos autem gloriari opꝫ in cruce dn̄i nostri iesu xp̄i. Istis etiā videꝶ deus cōparari Mar.viij. vbi diciꝶ. Misereor suꝑ turbā ⁊c. Si dimisero eos ieiunos deficient in via. quidā eni ex eis de longe venerunt. Et breuiter tales aūt sunt illi quos spūs regit sicut bene diciꝶ.j. Coꝝ.xij. vbi diciꝶ. ꝙ alij ꝑ spiritū daꝶ sermo sapientie. alij aūt sermo scientie ⁊c. ⁊ Ephe.iiij. Quosdā aūt dedit apl'os: Sic ergo patet quō autē habet bonitatē incōparabilē in ꝙ̄tum scꝫ per autē intelligitur homo iustus. ¶ Tertio autē dico. ꝙ autem F
habet quandoqꝫ prauitatē intolerabilē. in ꝙ̄tum scꝫ ꝑ autem intelligitur homo vanus peccator enim auteꝫ diciꝶ in ꝙ̄tum sua malicia vere ⁊ certitudinaliter cōfirmatur: Et sic notabo ꝙ potest significare.

Auaros: terrena diligentes.	Auari ergo dicuntur
Impios: pauꝑes abhoīantes	aūt vnde Hiere.xxij.
Fatuos: ꝓpria negligētes.	Tui autē oculi et cor
Proteruos: capita indurātes.	ad auariciā. Item ꝙ
Verbosos: alios deridētes.	impij dicātur aūt pa

ter Math.xxv. vbi diciꝶ. Quinqꝫ aūt ex eis erāt fatue. ¶ Item ꝙ duri ⁊ obstinati significanꝶ ꝑ aūt. ptꝫ Act.xix. Cum aūt quidā indurarenꝶ ⁊ nō crederēt ⁊ maledicerent viā dn̄i discessit paulus ab eis. ¶ Item derisores ⁊ linguosi significanꝶ ꝑ autē: ptꝫ Act.xvij. vbi dicitur. Quidā aūt epicuri ⁊ stoici ⁊ ph̄i disputabāt cuꝫ paulo. Et quidā dicebāt. Quid vult seminator verborum iste dicere. Demonioꝝ nouoꝝ videtur denunciator esse: Et breuiter quilibet peccator pōt dici auteꝫ. et maxime hypocrita: sicut in p̄s. dicitur. Peccatori autē dixit deus quare tu enarras iusticias meas ⁊ assumis testamentū meum per os meuꝫ. tu vero odisti disciplinā: Et pro certo tales autē de⁹ finaliter destrueꝶ et eos in inferno subuertet. p̄s. Dominus autem deridebit euꝫ. quo. ꝓspi. ꝙ ve. dies eius. Patet ergo quomodo ista dictio autē pertinet ad deum. ad iustum et ad impium. ¶ Si autē vis trufatorie ⁊ cōsolatorie vlterius aliquid dicere de autē. oportet scire: ꝙ dn̄s autem fuit quidam valentissimus qui diuersis cognominibus vocabatur ⁊ diuersis officijs vtebatur. Iste eni quadā die voluit esse apl's. ⁊ fecit se vocari petrū. ⁊ sub specie beati petri voluit sequi dn̄m ⁊ ei ministrare: Et ſm veritatē nō erat petrus sed andreas frater petri. sicut dicitur Ioh.j. Erat auteꝫ andreas frater symonis petri. Voluit autē vsurpare nomē fratris sui petri: eo ꝙ senatus apostolici princeps esset. non tamen bene audebat a principio se iungere iesu timens ꝙ eum cognosceret. Ideo dicitur Math.xxvj. ⁊ Mar.xiiij. Petrus autē a longe secutus est iesum immo etiā iste nō audebat intrare domum: sicut dicitur Iohā.xviij. Petrus autē stabat ad ostium foris. Quadam autem die

dn̄s

dñs autem audaciā sumens obtulit dño se ⁊ sua. ⁊ fi⸗
delitatē ⁊ perseucrantiā repromisit: sicut dicitur Lu⸗
ce.xxiiij. Petrus autē dixit ad iesum. Et si oēs scanda
lizati fuerint in te sed nō ego. Etiam si oportuerit me
mori tecum nō te negabo. Etiaʒ al's fuit valde audax
xp̄o: aperte repugnando: ⁊ primū in cōsilijs respondē
do. ⁊ ad ostia pulsando fortiter ⁊ clamando. Iste enim
legitur dño contradixisse. Quadam enim die misit si
bi dñs cibaria que videbātur mala ⁊ dixit sibi. Surge
macta ⁊ manduca. sicut dicitur ibi. s. Act. x. Dixit au⸗
teʒ petrus. Absit a me dñe. Altera vero die dñs prepo
suit questionē quem eũ esse dicebant homines. ⁊ di⸗
uersis diuersa respondentibus requisiuit sententiam
huius auteʒ: vnde Math. xvj. dicitur. Uos autē quē
me esse dicitis. Respondit symō petrus. Tu es xp̄s fi⸗
lius dei viui. Legitur etiā iste altera vice ostiũ quod⸗
dam vbi intrare volebat clausum inuenisse ⁊ fortissi⸗
me pulsasse ⁊ ipegisse. sicut dr̄ Act. xij. Petrus aũt ꝑse
uerabat pulsans: Iteꝝ altera vice voluit esse miles: et
fecit se vocare dauid. fuit eñ i xꝑitate. Iste aũt fortissi
mus. quia etiam iste est qui interfecit goliam gigantē
vnde scribitur. j. Reg. xvij. Dixit autem dauid ad phi⸗
listeuʒ. Tu venis ad me cum gladio ⁊ hasta et clipeo:
Ego auteʒ venio ad te in nomine domini. ⁊ sequit̃. Ui
dentes auteʒ philistijm ꝙ mortuus esset fortissimus
eorum ceperunt fugere: Iste auteʒ vincebat: ⁊ omnes
aduersarios superabat. ⁊ merito. qr̄ valde in deo spe⸗
rabat et cōfidebat. Unde ipsemet dicebat in p̄s. Ego
autem in te speraui domine. Et alibi. Ego autem spe⸗
raui in misericordia altissimi. Fuit etiam deuotissim⁹
miles ⁊ deum deuotissime exorabat. ⁊ multas etiā pe
nitentias faciebat sicut ipsemet dicit: Ego autem cuʒ
mihi molesti essent induebar cilicio: et alibi. Ego au⸗
tem clamaui ad te dñe: dixi tu es spes mea. Et merito
quia ipsemet dñs iesus xp̄s in propria persona docue
rat ipsum orare. elemosynā facere: ⁊ de crastino nō cu
rare. Docuit dico primo ip̄m orare. Math. vj. Tu au⸗
tem cum oraueris intra in cubiculũ tuum ⁊ ora patrē
tuum in abscondito: Docuit etiam eum elemosynaʒ
facere dicens. Math. vj. Te autem faciente elemosy⸗
nam nesciat dextera tua quid faciat sinistra tua. Do⸗
cuit insuper de crastino nō curare: ⁊ temporalia non
amare. vnde Math. vj. dñs dicit sibi. Quis autem ve
strũ cogitans potest adijcere ad staturā suam cubitũ
vnum. Sequit̃: Nolite ergo solliciti esse in crastinum.
Postea autē alia vice: dñs autem voluit esse merca⸗
tor et fecit se vocari ioseph: et voluit vacare de nocte
ad sepulturas mortuoꝝ ⁊ alia opera pietatis. Et hoc
est quod legitur Mar. xv. Joseph autem mercatus syn
donem deponens Jesum de cruce inuolutum syndo⸗
nē posuit in monumento. Iste enim fuit ita sapiens
mercator ꝙ de modica pecunia lucrum sciebat maxi
mum reportare vnde Math. xxv. Quod accedens au
tem qui duo talenta acceperat: alia duo inquit lucra
tus sum. Et sequitur remuneratio. Euge serue bone ⁊
fidelis intra gaudium domini tui: Iterũ alia vice ipse
voluit esse predicator ⁊ facere miracula sicut christus
et homines ad se conuertere: et introducere sectam
nouam Et ideo legitur Joh. ij. Cum autem esset iesus
hierosolimis in pascha in die festo: multi crediderũt
in eum. videntes signa que faciebat. Non enim que⸗
rebat nisi salutem hominum: et quotidie p̄dicabat.
nec famam hamanam querebat. Unde ipse dicebat.
Joh. v. Ego autem ab homine testimonium non ac⸗
cipio sed hoc dico vt salui sitis. Ipse enim spiritum⸗
sanctum promittebat credentibus in se. sicut dicitur.
Joh. vij. Qui credit in me flumina de ventre eius flu⸗
ent aque viue: hoc autē dicebat de spiritusancto quē
accepturi erant credentes in eum. Item iste alia vi⸗
ce voluit esse paterfamilias et vnius magni hospitij
gubernator vnum tamen modum pessimuʒ habebat
quia semper de nocte veniebat. et tamen volebat ꝙ
vsq̄ ad aduentum ipsius vigilarent: vigilantes vero
premiabat: dormiētes puniebat: Et hoc est qd̄ dr̄ Luc.
xij. Dixit aut dñs, Quis putas ē fidelis seru⁹ quē cōsti
tuit dñs sup familiā suā Sequit̃. Beati serui illi quos
cũ venerit dñs inuenerit vigilātes. Et si i prima vigilia
⁊ si in secũda: ⁊ si in tercia vigilia venerit ⁊ ita inuene⸗
rit beati sunt serui illi. Uñ tñ sciendũ ē ꝙ ip̄e dñs aũt
quadā die voluit se fingere esse Jesum. Uñ de eo dicit̃
Mathei. xvj. Uenit autē in ꝑtes cesare philippi: De
hoc tñ male semel accidit sibi qr̄ scʒ pilatus iueuit cũ
⁊ iudeis tradidit ad flagellandũ ⁊ etiā crucifigenduʒ.
sicut dr̄ Lu. xxiij. vbi dr̄. ꝙ pilatus dimisit barrabam
Jesuʒ aũt flagellandũ tradidit vt crucifigeret̃. Uerũtñ
bñ sciuit prudēter euadere in alio periculo de quo fit
mētio Joh. viij. vbi dr̄. ꝙ tulerũt lapides vt iacerēt in
eũ. Jesus aũt abscōdit se ⁊ exiuit de tēplo. Et alibi dici
tur cũ vellēt ip̄m iudei precipitare: de supercilio mon
tis dicitur ꝙ iesus aũt trāsiens per mediũ illorũ ibat
Breuiter ergo istud est certũ ꝙ dñs aũt tāta fecit mi
racula ꝙ a multis creditus fuit deus. Juxta illud p̄⸗
dictũ Hiere. x. Deus autē verus est. Et si petis: vbi
est iste deus. Rñdet dauid dicēs. De⁹ aũt in celo. Si
petis quid facit. Respondet Domin⁹ autē celos fecit
Applica oīa que supra dicta sunt de autem vbi distin
guitur ꝙ autē est rex: qr̄ dignus ⁊c. Ista autem de do⸗
mino autē sufficiant gratia solatij Et etiā ista valent
ad inueniendum autoritates autem que in cōcordan
tijs tam veteribus q̄ nouis nō ponuntur ⁊c.

Auxiliũ. Idē ē ꝙ adiutoriũ. Et io vide de adiu
torio vbi multa poteris hic accōmo A
dare: sed breuiter loquēdo dico ꝙ est duplex auxiliuʒ.
Unum stabile. aliud fragile.
Unum firmum aliud infirmum.
Unum perfectum aliud imperfectum.
Primũ auxiliũ est auxiliũ dei de quo dicit̃ in p̄s. Auxi
liũ meũ a dño qui fecit celũ ⁊ terrā Scōm ē auxilium
mundi: qd̄ multũ est defectibile atq̄ vanũ. Et de hoc
Esa. xxx. Ue qui ambulatis vt descēdatis in egyptum
sperātes auxiliũ in fortitudine pharaonis: habētes fi
duciā in vmbra egypti. Et nota ꝙ mũdi auxilia ꝓpter
suũ instabilē defectũ cōparant̃ vmbre Sap̄. v. Trāsie
rũt oīa velut vmbra. ¶ Nota si vis. ꝙ de diuino auxi
lio pōt exponi illud p̄s. Mittat tibi auxiliũ de sancto
⁊ de syon tueat̃ te. Ubi nota ꝙ dei auxiliũ Confert pu
ritatem immaculabilē. De sancto inquit. Cōfert cla
ritatē inobfuscabilē: de syon: Confert firmitatē incō⸗
mutabilem. Tueatur inquit vide. s̄. de adiutorio.

Azarias. Nota ꝙ azarias qui interp̄ta A
tur cōtinēs deũ. vel app̄hēsio
dñi seu vidēs fortiter dñm seu robusta visio
dñi. vl' auxiliũ dñi seu adiuuās populũ p̄t si
gnare quēlibet virũ iustũ qui cōtinet dñm ꝑ grām vi
det dñm per cōtēplatiōis sapientiā. Adiuuat populũ
per clementiaʒ. Auxiliũ est dñi per p̄dicationis indu⸗
striam. Apprehendit finaliter dominũ per felicitatē
et gloriam. Et nota ꝙ azarias est Nomen.
Constantie rigorose.
Potentie virtuose.
Excellentie gloriose.
Innocentie preciose.
Pertinet eñ ad virũ ꝑfectũ ꝙ sit cōstās ⁊ autenticus
malos increpādo. Uñ. ij. Paral̃. xxvj. legit̃ ꝙ azarias
sacerdos ingressus post iosaphat regē qui contra dñi
mādatũ incensum in tēplo adolere volebat cũ vide⸗
ret eũ ob hoc a deo lepra ꝑcussum ip̄m attente repre⸗
hēdit ⁊ de templo tanq̄ leprosum expulit ⁊ fugauit:
Quia reuera vir constans ⁊ perfectus ⁊ maxime pon
tifex vel prelatus: nec regē nec principē debet timere
immo si videt eos iura ⁊ officia ecclesiastica vsurpare
et lepra viciorum putrescere ⁊ fetere debet ipsos acri
ter redarguere: et per excōmunicationis sententiaʒ a
templo et ab ecclesia cohercere Unde ibidem dicitur
ꝙ azarias sacerdos et octoginta sacerdotes dñi viri

fortissimi restiterūt regi. ¶ Item decet ꝙ sit potens ⁊ manificus: Azarias enim est nomē regium q₂ sc₃ quilibet pfectus debet se ⁊ alios regere virtuose. Unde .iiij. Regū .xv. Regnauit azarias filius amasie. ¶ Ite₃ decet ꝙ sit excellēs ⁊ angelicus. Angelus qui. Thobiam iuuenem ꝯduxit. et qui patrē cecū illuminauit: ⁊ azariā ananie filium se vocauit. Ananias aūt interpretat͛ donū gratie. quia reuera vir perfectus debet esse.

Angelicus in conuersatione.
Bonus conductor in prelatione.
Illuminator in predicatione.
Filius ananie .i. gratie in virtutū acquisitione. Unde. Thob .v. Ego sum azarias ananie magni filius. ¶ Itē decet ꝙ sit innocens ⁊ mirificus. sicut patet de azaria. Dan .iij. Qui innocēs in ignē missus pro eo ꝙ ydolatrare nolebat. nihil ab incēdio fuit passus: q₂ sc₃ vir iustus tante debet esse innocētie. ꝙ prius debet se ꝑmittere in ignē proijci ꝙ̄ a veritate mutari. vel alicui vitio seu demonio famulari. ⁊ sic illesus a deo poterit cōseruari. ⁊ deum benedicere ⁊ in eius laudibus occupari. Dani .iij. Benedicite anania: azaria: misahel dn̄o laudate ⁊c. et hec de. Azaria. Sufficiant.

A **Azimus.** Nota ꝙ azimus dicit͛ panis sine fermento: qui sc₃ coqui cōsueuit sub cinere vel in furno. Dicitur enim ab a ꝙ est sine. ⁊ zima quod est fermētum. Et attende ꝙ sicut per fermentū cuius modicum totā massam corrumpit. sicut dicitur .j. Cor .xv. intelligitur malicia seu peruersa intētio vel peccatū. Sic per azimum ecōtra pōt intelligi simplicitas intētionis. gratia ⁊ innocentia virtualis: Uel etiā eucharistie sacramentū: quod nō debet ꝯcomitari aliquod fermentū nequicie vel peccati. j. Cor .v. Non in fermēto veteri. neq₃ ī fermēto malicie ⁊ nequicie. s₃ in azimis sinceritatis ⁊ ꝟitatis. Et aduerte. ꝙ ꝭm legem Exo .xij. tpe quo agnus pascalis debebat immolari septē diebus populus azima comedebat. ⁊ fermentū in suis tabernaculis non habebat: ⁊ sic ad agni comestionē se populus preparabat. Ad denotandum ꝙ illi qui agnū immolatum .i. xp̄m in altari ⁊ in eucharistia volunt digne sumere: Primo debēt septē diebus vniuersaliter azimū puritatis conscientie sibi incorporare et spiritaliter comedere. fermento peccati ⁊ malicie carere: ⁊ sic per interiorem sinceritatem spiritualiter se preparare. Leui .xxiij. Comedetis azima septe₃ diebus .i. toto tempore vite vestre puritatem conscientie vestre seruabitis. ꝭm Grego. enim per septēnarum vniuersitas designatur. Et nota ꝙ in scriptura reperitur azimus cum lactuca. azimus cum polenta. azimus cum oleo. azimus cum carne. azimus cū cinere. In quo notatur ꝙ eucharistia debet sumi: vel ꝙ puritas conscientie debet seruari cum lactuca idest cum penitētie acritudine. Cum polenta que inter manus fricando a spica excutitur idest cum bonorum operum plenitudine Cum oleo idest cum charitatis dulcedine. Cum carne idest cum pietatis fluuida mulcedine. Cum cinere idest cū future mortalitatis cōfederata mestitudine. Ista enim oia faciunt ad azimos panes eucharistie digne sumendum. Uel ad azima puritatis ꝯscientie obseruandum. videlicet penitentie acredo: que scil₃ per lactucam intelligitur Exod .xij. Edent carnes nocte illa assas igni ⁊ azimos panes cum lactucis agrestibus ¶ Item boni operis plenitudo que sc₃ intelligitur p polentā. Josue .v. Comederunt de fructibus terre azimos panes ⁊ polentam. Ite₃ charitatis dulcedo. que sc₃ notat͛ in oleo Leui .vij. Offerēt panes sine fermēto cōspersos oleo et lagana azima vncta oleo. Itē pietatis fluida mansuetudo: que scil₃ intelligitur in carnibus que sunt molles. Unde de gedeone dicitur Judi. vj. ꝙ ip̄e apposuit corā angelo azimos panes ⁊ carnes Item considerate mortis ⁊ finis mestitudo que intelligitur in cinere. vnde Exod .xij. Coxerunt farinā ⁊ fecerūt subcinericios panes azimos. Sufficit de azimo vide de fermento. ⁊ de pane.

Azotus. Nota ꝙ azot⁹ fuit ciuitas philisthim ydolatrarū. qui dei ⁊ filiorum israel. semper inimici fuerunt. qui tēpore hely arca₃ testamenti ceperunt. ⁊ in azotum duxerūt. Interpretatur aūt azotus incendium vel incendens: igit͛ ista ciuitas signat mundum. vbi ydolatre .i. peccatores cōuersant͛ qui sc₃ filijs israel .i. iustis inimicant͛. Et qui arcam dei ad se trahere ⁊ moribus suis corrumpere nitūtur. que etia₃ mundana ciuitas incendium dici potest pro eo: ꝙ ibi cupiditas ⁊ luxuria multiplicater succendunt͛. j. Macha .x. Succendit ionathas azotū ⁊ ciuitates que erāt in circuitu eius. vel potest Azotus sumi pro dyabolo: qui iustos odit. arcam idest animā captiuat. ⁊ incendens interpretat͛. q₂ quos potest tentationibus inflamat. vel si per azotū religionē vl' ecclesiā intelligis: dic ꝙ azotus ignis patrui vel incendiu₃ interpretatur. q₂ ibi igne charitatis xp̄i iusti succenduntur: Actuū. viij Spiritus dn̄i rapuit philippum ⁊ inuētus est in azoto. idest in charitatis incendio. Sufficit.

Explicit littera .A. Incipit littera B.

Baal. vel baalim. Cum A Baal vel baalim in singulari vel plurali essent queda₃ ydola in quib⁹ demones loquebant͛. quibus mali seruiebant eis filios ⁊ filias immolabāt. ⁊ generaliter ipsa ydolatre iter chananeos adorabant sicut patet p decursum sacre scripture. Notandum ꝙ ꝭm Isid. ⁊ Comestorem istud nomen a primitiua ydolatria ꝓcessit: Belus enim rex fuit assyriorum qui primus in babilone regnauit. cui mortuo vnus filius eius ad temperandū mortis ipsius dolorem ymaginem fecit patri cōsimilem. cui diuinos honores impendit: qui mos ad posteros deuolutus ydolatriā generauit. Uarij enim populi hor exemplo corrupti. diuersa sibi ydola fecerunt ⁊ alij Bel. et alij Belzebub. alij belphegor. alij baal. alij baalim. ꝭm varietate₃ vel corruptionem linguarum suum ydolum vocauerunt. ¶ Igitur loquendo moraliter per Baal qui erat ydolum alicui demonio deputatum. Et qui interpretatur vir vel vetustas. siue habens. vel deuorator. Possumus intelligere.

Hostem deceptorem.
Uirum peccatorem.
Mundum voratorem.

Intelligitur ergo p Baal ⁊ baalim diabolus plenus B malicia. q₂ sc₃ iste interpretat͛ vetustas. Et dyabol⁹ dicitur hostis antiquus. Talis aute₃ antiquitas signat maliciā. Iste est eñ ille baal cui mali filios ⁊ filias immolant: q̄si auaricie ⁊ mūdi lucris. necnon pctis varijs ip̄os implicāt: q₂ sic demoniū pctis aptant. iiij. Regū xvij. Seruierūt baal ⁊ ꝯsecrabāt filios suos ⁊ filias per ignē. Iste est baal in cuius noīe falsi ꝓphete vaticinātur cui statue fundunt͛: ⁊ eius noīe adorant͛: cui reges ⁊ ppl'i relicto dn̄o famulant͛. Prophete baal sunt mali doctores ⁊ clerici. ⁊ maxime varijs sciētijs occupati. Hiere .ij. Prophete ꝓphetauerūt in baal ⁊ ydola secuti sunt. Statue baal sunt mali ꝓlati q̄.s. in officijs statuunt͛ ⁊ ibi honorant͛ ⁊ adorant͛: hodie eñ in multis tēplis ⁊ ecclesijs nō videbis ymagines seu prelatos. nisi statuas baalim .i. hoīes statuales ⁊ ficios. ⁊ baalim .i. dyabolo p vitia deputatos. Reges ꝟo baal sunt mali ꝑncipes ⁊ tyrāni q̄ sc₃ cultū diuinū .i. virtutū exercitiū deserūt. ⁊ p diuersa pctā baal .i. dyabolo famulantur ⁊ seruiūt: vnde de ochosia rege israel dicit͛. iiij. Regū .xxij. Qd ipse seruiuit baal ⁊ eū adorauit. Pat₃ ergo quō p C baal pōt intelligi dyabolus plen⁹ malicia. ¶ Scd̄o dico. ꝙ p baal pōt intelligi peccator plen⁹ neq̄cia. maxime iste signat tyrānos qui possunt interptari viri: q₂ virent ꝓsperitate. vetustas: q₂ indurant͛ mala ꝯsuetudine et antiquitate habentes: q₂ pleni sunt diuitijs et terrena facultate deuoratores: q₂ aliena deuorant rapina ⁊ crudelitate. Isti eñ sunt baal cui libamē offert͛ qui in excelso colit͛ ⁊ adorat͛. Cuius tāmen dom⁹ finaliter

liter dissipat. Quia reuera diuitibus offertur libamē adulationis. Unde adulatoribus dicit: Hiere. vij. Nō pderit vobis iurare mendaciter. libare baalim ⁊ ire post deos alienos. Ip sis etiā ipendit cultus diuinus honoris ⁊ exaltatiōis. Hiere. xix. Libauerūt dijs alienis. sequit. Et edificauerūt excelsum baalim. In istis tn̄ intelligit destructio doloris ⁊ dānationis. s. in inferno. ij. Paral. xxiij. Destruxerūt domū baal ⁊ simulachra ipsius ɔfregerunt: ⁊ Iudi. vj. dicit de gedeone. Destrues aras baal. Iste est ergo peccator plenus nequi
D cia. ¶ Tertio dico: q̄ p baal pōt intelligi mūdus plenus terrena opulentia. q̄ sc3 baal interptatur habēs. Mūdus. n. nō q̄rit nisi habere: Unde. iij. Reg. x. Repleta etiā est domus baal. Et ideo sicut baal interpretat deuorās. sic mūdus aīas deuorat inq̄tum facit q̄ in inferno aīe deuorātur ⁊c. Sufficit de baal.

A **Babylon. Babylonia.** Dicitur quedā regio in chaldea: vbi rex nabuchodonosor regnauit: Et vbi pm̄ monarchiā obtinuit chaldeorum. fuit aūt babylō ciuitas nobilissima. De cuius nobilitate si vis aliqd aliud agnoscere: vide Hiero. in glo. Esa. xiij. ⁊ Orosiū. Anno post vrbem cōditā. cclxiiij. in titulo de regno persarū. ⁊ Cyro rege: vel Cronicā Nicolai trenech. Anno xxxj. quinte etatis: in q̄bus locis inuenies ad plenū q̄ mirabilis ⁊ gloriosa fuit ciuitas babylonis. que tn̄ tandem per tytū subuersa ⁊ subacta: paulatiue in se deficiens monstrorum habitaculum est effecta vbi de
B hoc facit plenariā mētionē. ¶ Notare ergo possumus q̄ in scriptura babylon sumit multis modis. Signat eīm peccatorē. mundū. ⁊ infernū. Et sic dicam q̄ est.

Babylon interior qui est locus cōfusionis.
Babylon exterior qui est locus turbationis.
Babylon inferior: qui est locus damnationis.

Est dico babylon interior. Et sic babylon: idest: qd̄ cōscientia peccatoris. vel etiā ipse peccator. in qua sc3 Nabuchodonosor dyabolus dominat: in qua sancti pueri. i. virtutes in fornace cōcupiscentie cōburuntur In qua statua aurea. i. amor mundi ⁊ diuitiarum a dyabolo erigitur ⁊ exaltatur. ⁊ que finaliter a bestijs idest a vitijs ⁊ a demonibus subiugat ⁊ occupat: Et p dānationē eternā destruit et dissipat. Ideo de peccatore prius in ꝓsperitate cōstituto: ⁊ finaliter dānato ⁊ destituto. vel etiā de ɔscientia mala dicitur. Apoc. xviij. Cecidit cecidit babylon illa magna. ⁊ facta est habitatio demoniorum. ⁊ custodia oīs spiritus immundi. ⁊ oīs volucris immūde: Et si vis dicere quot sunt vitia seu demonia istius ciuitatis: Dic sicut in autoritate paragraphi sequētis. ⁊ p illas bestias intellige vitia peccatoris. De finali vero istius dānatione dici pōt illud Apoc. xviij. Sustulit angelus fortis lapidē molarē et misit in mare dicēs: hoc ipetu mittet babylō ciuitas illa magna. Angelus eīm fortis est xp̄us qui malos finaliter destruet: ⁊ in mari. i. in amaritudine infernali submerget. Ista est ergo babylon interior. ¶ Scd̄o di
C co. q̄ est babylon exterior. ⁊ ista signat mūdi statum ⁊ gloriā hoim peccatorum. qui bene dicit babylō: q̄ interpretat ɔfusio ⁊ trāslatio: p eo q̄ ibi oīa sunt inordinata. inania. ⁊ cōfusa. ⁊ finaliter cūcta erunt defectibilia ⁊ translata. ⁊ bene ibi oīa sunt ɔfusa. Quia sicut dicit Danie. ij. In babylone statue auree adorabant. hoies vero adorare cōpellebant. Pueri scti in fornace ponebantur: Sicut dicitur Dan. iij. Idolū belis ibi adorabatur: ⁊ draco colebat p deo. Reuera talis inordinatio ⁊ ɔfusio est in mūdo: q̄ p certo ibi erigūtur ⁊ extolluntur statue auree. ydola ⁊ dracones. i. psone diuites ignorātes ⁊ crudeles. ⁊ igni ⁊ miserie deputant hoies ⁊ pueri. i. psone rōnales scientifice ⁊ innocētes. Q̄r breuiter ibi hodie pmouētur peiores ⁊ subiacent meliores: Nota ergo q̄ ista ciuitas que dū esset in sua ꝓsperitate oīa alia regna subiugauit. destruxit ⁊ cōturbauit. sicut bene dicitur Hiere. l. ⁊ ergo signat mundū ⁊ mundanos peccatores: quibus dū adest ꝓsperitas et oportunitas nō cessant alios cōturbare. Un̄ Hiere. l. Calix aureus babylon in manu dn̄i de ipso biberunt gētes ⁊ ideo cōmote. Sicut ergo hierl'm signat paradisum. sic babylon signat mundū. Sunt eīm iste due ciuitates de quibus videt tractare Aug. li. de ciuita. dei sc3 ciuitas xp̄i ⁊ ciuitas dyaboli: Prima ergo hierl'm est eligēda. Alia aūt sc3 babylon est fugiēda. Et ideo de ista babylone. i. de mūdo pōt exponi illa autoritas Esa. xiij. Erit inq̄t babylon illa ciuitas gloriosa requiescent ibi bestie: replebūtur domus eorum draconibus: habitabūt ibi struthiones ⁊ pilosi saltabūt ibi: rn̄debunt ibi vlule in edibus eius ⁊ syrene in delubris voluptatis. Et ecce q̄ ista figura ostenditur q̄ babylon: id est mūdus est timendus ꝓpter plura genera hoim peruersorum qui inibi cōuersantur. Sunt enim.

Effrenati crudelitate. Bestie.
Inflāmati cupiditate. Draconibus.
Aggrauati tepiditate. Struthiones.
Cōsolati ꝓsꝑitate. Pilosi saltabunt ibi.
Occupati verbositate. Ulule.
Inquinati carnalitate. Syrene.

Sunt dico primo in ista babylone homines p crudelitatem effrenati: scilicet tyranni raptores et inuasores. Bestie inquit: que s'm Isido. dicunt a vastādo. ⁊ Deu. xxxij. Dentes bestiarum immittā in eos cū furore trahentiū sup terram atq̄ serpētium. Allega ergo de crudelibus quō comparant bestijs reptilibus. Scd̄o ibi sunt per cupiditatē inflāmati draconibus. Uide de dracone vbi auaricia. Esaie. xxxiiij. Erit cubile draconū et pascua struthionum. Itē tercio ibi sunt per tepiditatem aggrauati. s. pigri ⁊ negligētes: qui ad modum struthionis ita sunt pōderosi q̄ nequeunt volare: vel per bona opera se mouere. struthiones inquit. Ideo quilibet qui est in mūdo pōt dicere illō. Job. xxx. Frater fui draconum ⁊ socius struthionum. Quarto dico: q̄ ibi sunt per ꝓsperitatē cōsolati. Pilosi inq̄t saltabunt ibi. s. qui in hoc mūdo nō faciūt: nisi gaudere. ludere ⁊ saltare. cantare ⁊ tripudiare. Esa. xxxiiij. Onocenthaurus et pilosus clamabūt alter ad alterum. ¶ Quinto dico: q̄ ibi sunt p verbositatē occupati. Ulule inq̄t. s. qui p vlulationē ⁊ detractionē. iactantiā ⁊ elationē semp volunt vlulare. Uide de vlula: vnde Exo. xxxij. Ululatus pugne audit i castris. ¶ Sexto ibi sunt p carnalitatē inq̄nati. Syrene inquit p quas luxuriosi ⁊ carnales notant. Uide de syrenis. Hiero. ad patriā ꝓperātes mortiferū syrenarum cantū surdis auribus transeamus. Si vis potes dilatare de quolibet premissorum: Ecce igitur quales sunt habitatores istius babylonis. Un̄ illud predictū Apoc. xviij. Cecidit cecidit babylon illa magna ⁊c. ⁊ facta est habitatio demoniorum ⁊c. Et ideo ꝓh dolor ista babylon est fugienda. ⁊ a fidelibus cōtēnenda. Hiere. l. Recedite de medio babylonis ⁊ merito q̄r p certo ipa est locus languoris. locus laboris. Locus dico languoris. ps. Filia babylonis misera. Itē locus laboris. Esa. xiij. Onus babylonis qd̄ vidit Esaias. Item locus stuporis. Hiere. lj. Facta ē babylō i stuporē. locus.

Doloris. Locus dico doloris. Ezech. xvij. In medio babylonis morietur: Itē locus infa
Infamie mie. Esa. xiiij. Perdā babylonis nomē
Stulticie idest famā: Item locus stulticie. Un̄ Dan.
Iactantie ij. Precepit nabuchodonosor vt pirent
Incōstātie oēs sapiētes babylonis. Itē locus iactan
Immūdicie tie. vnde Nabuchodonosor dicebat Dan. iiij. Nonne hec est babylō ciuitas magna quā edificaui in domum regni in robore fortitudinis mee ⁊ in gl'ia decoris mei Itē locus incōstantie. q̄r sc3 parū durat gloria mundi Apo. xviij. Cecidit illa babylon ciuitas magna. Item locus immundicie. Apoc. xvij. Babylō magna mater fornicationū. Hec est ergo babylon exterior. ¶ Scd̄o
D dico vlterius q̄ per babylon in scriptura pōt intelligi infernus. De hoc potest exponi illud ps. Sup flumina babylonis illic sedimus et fleuimus dum recordaremur tui syon: Ubi ostenduntur quattuor mala que

sunt in babylonia infernali. Est enim ibi. Cumulata pene multitudo: Flumina inqt babylonis: Arrestata motus aptitudo. Sedimus. Insolata mētis mestitudo. Fleuimus: Memorata celi plenitudo. Dum recordaremur tui. In ista enī ciuitate babylonica infernali aduersitas cumulat: qr ibi sunt flumina babylonis idest fluctus tormentoꝝ que ad modū fluminis indefectibiliter scaturiūt ꝛ emanāt: Ezech. xxxi. Flumina eiꝰ manabūt in circuitu eius: Itē ibi mobilitas coartat. Sedimus. quasi diceret. Nō est ire nec ante nec retro oportet ibi arrestari Thobie. v. In tenebris sedeo ꝛ lumen celi nō video. Tertio iocūditas eneruatur: Fleuimus inquit Math. xxii. Ibi erit fletus ꝛ stridor dētiū. Quarto felicitas memoratur. qr scꝫ ipi semꝑ habebūt pre oculis felicitatē paradisi quā ꝑdiderūt: qđ est eis maxia desꝑatio atqꝫ pena. Dū recordaremur inquit tui syon ps. Obliuioni detur dextera mea si non meminero tui: Et sic patet ꝙ in ista ciuitate babylonica scilꝫ in inferno. memorat felicitas. Eneruatur iocunditas: Arrestatur mobilitas. Cumulatur aduersitas. Ideo de ista babylone dicitur ps. Filia babylonis misera. Hiere. xx. In babylonē veniet ꝛ ibi morietur ꝛc. Sufficit.

A **Baculus.** Si vis igitur nota ꝙ in scriptura reperio baculum viatoris quo qs pertransit magis faciliter. Item Baculum senioris: quo quis subsistit magis stabiliter. Baculū pugnatoris: quo quis se defendit magis vtiliter. Baculum preceptoris: quo quis preest magis solēniter. Baculū inuasoris: quo quis nocet magis crudeliter. Baculū iocatoris: quo quis ludit magis alacriter. Viator enī indiget baculo ad transeūdū: Iste est baculus grē: que summe est necessaria viatoribus huiꝰ vite. Gen. xxxii. In baculo meo transiui iordanē. Itē eger seu senior indiget baculo ad sustentādum: ꝛ iste est baculus panis idest eucharistie. sine quo aduersus hostes nullꝰ resistit: nec in statu gratie subsistit. vñ Leui. xxvi. Trademiní in manus hostium postꝙ confregero baculū panis vestri. Item pugnator indiget baculo ad se defendendum. Et iste baculus signat crucem qua defendimur contra hostes. ps. Virga tua ꝛ baculus tuꝰ ꝛc. sicut infra. Item preceptor indiget baculo ad castigādum. Et iste baculus signat executionem iusticie: vel etiam flagellum legis diuine. Iste est enim baculus quo viuificari precipitur filius vidue. iiii. Regum. iiii Baculum meum tolle in manu tua ꝛ ponas sup puerum. Item latro seu inuasor vtitur baculo ad nocendum seu ad conterendum: Et iste baculus signat rapinam ꝛ crudelitatem vel etiam ipsos malos. Esa. x. Ve assur virga furoris mei ꝛ baculus ipse est. Item ioculator vtitur baculo ad ludendum seu ad cōsolandū Et iste baculꝰ generaliter in scriptura signat apodiamentū ꝛ sustentationem: Et ideo in scriptura inuenitur multiplex baculus: Est enim baculus diuini adiutorii seu misericordie. et iste est baculus cui generaliter innituntur omnes peccatores. Iuxta illud ps. Virga tua ꝛ bacu. tuꝰ ipsa me consol. sunt. Virga enim diuine iusticie ꝛ baculus diuine sustentationis ꝛ misericordie. debet hoīes consolari: Iste enim baculus quādoqꝫ eis frangitur. scꝫ quādo nimio pondere peccatorum grauātur: ꝛ ei temere homines innituntur. vnde Hiere. xlviii. Quomodo ɔfecta est virga fortis. baculus gloriosus. q. d. mirū est quō baculus diuine misericordie pōt alicui cōfringi. deficere vel lassari: Item est baculus eucharistie: Et iste est baculus qui cōcessus est pueris debilibus ꝛ infirmis ꝑ tēpore huius ꝑegrinationis. Et idē dicitur viaticū. qr scꝫ viatoribus solū est necessarius: vnde Exo. xxi. In baculis suis profecti sunt. Item est baculꝰ adiutorii humani ꝛ tꝑalis ꝓsperitatis: Et iste est mirabiliter defectiuus. semꝑ enī frāgit ꝛ deficit in necessitate: Nullꝰ enī q sibi innixus fuerit extitit ꝑ eū sustentatꝰ: Et ideo iste est baculꝰ harundineus egipti sup quē si innixus fuerit hō ɔfringet et ꝑforabit manū eius sicut dicitur. Esa. xxxvi. et Ezec. xxix. ꝛ. iiii. Reg. xviii. ¶ Sed est alius baculus fortitudinis ꝛ firmitatis ꝛ iste est baculus crucis Crucis dico realis qđ idē est ꝙ passio xp̄i. vel crucis moralis qđ idē ē ꝙ pnīa ꝛ afflictio. Iste est eñ baculꝰ qui datus fuit thamar ꝓ arra: quē ostēdēs inde a morte ē liberata. Qr reuera thamar. i. aīa nūqꝫ ꝑpetuo morit: q̄ isto baculo. s. crucis memoria subarrat. vñ ipsa pōt dicere dño de baculo crucis illud preallegatū. Virga tua et baculus tuus ꝛc. Ubi nota ꝙ baculus crucis Dat tristiciā aduersantibꝰ. s. demonibus ideo dr̄ Virga. Dat fiduciā militātibꝰ iō dr̄ Baculꝰ. Dat leticiā triūphātibus. iō dr̄. Cōsolata sunt. Est igit iste baculus aduersantiū desolatio. qđ ostedit cū dr̄. Virga. Sicut eñ canis cū virga fugat canis etiā virgā timet de qua se sentit verberatū fuisse. Sic canis dyabolꝰ cū auxilio virge crucis xp̄i fugat. vincit ꝛ domat. Nā per ipsam sentit se fuisse aliqñ subiugatū. s. in xp̄i passiōe. Esa. xxx. Pauebit assur virga ꝑcussus. Ideo talē virgā ꝛ baculū habuit dauid cōtra goliā. Primo eñ arma saulis deposuit baculū in manu accepit. peram. fundā ꝛ quiqꝫ lapides assumpsit: ꝛ sic armatꝰ goliā superauit. sicut dr̄ i. Re. xvii. Sic vere nos debemꝰ arma saulis dyaboli. scꝫ peccata ꝛ vitia ꝛ bona tēporalia dimittere baculū dñice crucis. perā interioris cōsiderationis fundā orōnis. que. s. de lōge ꝑcutit quinqꝫ lapides. i. quinqꝫ vulnera dñice passionis assumere ꝛ eis contra goliā. i. cōtra hostes spiritales ꝑ iugē recordationem spiritualr nos armare: ꝛ sic eos poterimꝰ subiugare ꝛ cōtra eos ꝓualere. Exo. xii. Tenētes baculos i manibꝰ. ¶ Scdo ꝙ iste baculus est militātiū seu laborātiū sustētatio. C Baculus inquit. Sicut eñ in periculosis passibꝰ scꝫ. i grauibus guerris ꝛ litibus hō solet sustentari baculo suo ꝛ in eo cōfidere. Sic vere baculꝰ crucis est sustētatio fiducia ꝛ adiutoriū ꝛ in ꝑiculis tēptationū: ꝛ in bellis tribulationū. Ideo iste est similis arbori cui innititur elephas qñ dormit ꝛc. Dic sicut. s. de arbore in paragrapho. Scdo dico ꝙ crux est fluctuātiū sustētatio ¶ Tercio dico ꝙ iste baculus est triūphantiū iocūditas. Cōsolata inqt sunt. Sicut eñ victor cōsolatur in D baculo suo ꝛ in armis suis qñ videt ꝙ per ea de hostibus triūphauit: Prelati ꝛ cantores in ecclesiis ꝛ officiis in signū honoris baculis vtunt. Sic hō ꝑfectus cōsolatur spiritaliter in cruce dñi qñ videt ꝙ per eiꝰ virtutē hostes suos. s. carnē: mundū ꝛ dyabolū subiugauit: debellauit ꝛ expugnauit: ꝛ ad cōsolationē per virtutē crucis ꝛ xp̄i passionis attigit ꝛ applicauit Ideo dicebat apl'us Gala. vi. Mihi aūt absit gl'ari nisi in cruce dñi nostri iesu xp̄i. Ideo vir ꝑfectus cogitās i cruce pōt dicere illud ps. Scdꝫ multitudinē dolo. me. i cor. meo. cōsola. tue leti. an. me. Et nota ꝙ tria gña hoim solēt portare baculū. s. Senes ꝛ infirmi. Viatores ꝛ peregrini: Pugnatores seu impugnati: Pōtifices siue ꝑlati. qui. s. vtuntur baculo pastorali: Sic vere spiritaliter baculus crucis est necessarius illis qui habēt senectutē fragilitatis vt sustētētur. Thob. x. Baculū senectutis nr̄e solatiū vite nostre. Itē illis qui faciūt peregrinationē ꝑsitis calamitatis vt innitant Et ideo xp̄s dū esset peregrinus apud nos istū baculum portauit dicens. Gen. xxxii. In baculo meo transiui iordanem istū: et nunc cū duabus turmis regredior qr. s. xp̄s i baculo crucis transiuit iordanē. i. fluuiū passiōis ꝛ sic ad paradisum est regressus cū duabus turmis. i. cū illis qui in ipsum ex duobus populis iudeis. s. ꝛ gentilibus crediderūt Itē illis q hñt bellū ꝛ guerrā aduersitatis vt muniantur. Zach. viii Et vir ꝛ baculus in manu eius. Item illis qui aliis presīdent vt ab aliis honorētur et vt ab aliis precellere merito videantur. Nume. xxi. Ascendat puteus quē foderūt principes in datore legis et in baculis suis. Iste eñ baculus. s. crucis memoria. vel spes diuine misericordie vel gratie summe decet ꝑlatos sicut figurat in fabulis poetarū vbi esculapiꝰ filius solis semꝑ pingit cum serpente in baculo

inuoluto

inuoluto q: reuera ipsi prelati z ecclesiastici qui solis idest dei sunt speciales filij semp debet baculū cū ser pente idest crucē cū crucifixo tenere: z i deuotiōe z me moria secū habere vnde cuilibet prelato vel doctori di citur illud.iiij.Re.iiij.Accinge lumbos tuos sicut vir et tolle baculū meū in manu tua z pones super faciē pueri z viuet. Quia pro certo quādo prelatus vel pre dicator est accinctus lumbos per cōtinentiā sicut vir per constantiā. z habet baculū helysei.i.crucem xpi p memoriā.vel baculū.i.diuine scripture scientiā seu di uini adiutorij z misericordie fiduciā ipse p certo facit pueros.i.puериles z immūdos pctōres per grām reui uiscere z ad statū salutis p penitentiā reuenire. Crux ergo z crucis memoria est bacul⁹ dās licētiā psidēti bus. Iste ē ergo baculus dans letitiā triūphantibus dans cōstantiam militātibus Dans tristiciā aduer santibus. Uirga ergo tua z baculus tuus ipsa me con solata sunt. Et hec de baculo sufficiunt.

Balaam. Balthac. Balthasar. Bananias omitto gratia breuitatis. Uide in terpretationes z hystorias eorū z sic poteris expone re in bono vel in malo zc.

Baltheus. Nota q balthe⁹ accipit pro cin gulo quod supra vestē portatur z maxime pro illo cingulo qui loco honoris et glorie assumitur Est enim baltheus militum. presulū pugi lum et regū zc. Uide si vis mauricium qui de baltheo gratiose distinguit. Omitto enim gratia breuitatis: Baltheus enim stringens est: charitas. Baltheus ve stes retinens est: castitas seu parcitas. Baltheus or nans est: honestas seu dignitas zc. Allega si vis.

A **Baptismus Baptisare.** Nota q ba ptismus est primū fidei sacramentū quod reuera est quasi basis z fundamentū totius catholice discipline Et ideo a sanctis baptismus dicitur ianua sacramen torum De baptismo autē inquantum est sacramen tum ecclesie seu etiam inquantū potest significare lo turam z purificationē ipsius siue per mundiciā z ca stitatem. seu innocentie puritatem: seu etiam per con fessionem z penitentie sanctitatem: potest breuiter ex poni illud Mar.xvj. Qui crediderit z baptisatus fue rit saluus erit: In quibus verbis ostēditur baptism⁹ tam realis q moralis q etiā spiritualis: purificatio enim z lotura debet habere.

Fidei fundamentū. cui innitatur.
Criminum piamentum quod expiatur.
Glorie complementū: quo concludatur.
¶ Dico ergo q nos debemus habere.
Firmissimū fundamentū. Crediderit.
Purissimū rorамentū. Baptisatus fuerit.
Tutissimū firmamentum: Saluus erit.
Primum est qtum ad principium.
Secundum qtum ad medium.
Tercium qtum ad terminum.

Habeamus igitur firmissimam stabilitatem qtum ad ingressum: crediderit inquit. q: scilicet catholica fi des debet esse nostrum primariū fundamentū. Apoc. xxj. Fundamentum primum est iaspis Debemus enī firmiter credere z simpliciter confiteri: Ergo dum lu cem habetis credite in lucē vt filij lucis sitis. Compa ra si vis fidem iaspidi: vel compara eā cordi: quod est fundamentum vite. Non pōt enim esse aliqua digna baptisatio vel lotio criminum: nisi fundet in catholi ce fidei edificio. Ideo bene dicitur Math.xxviij. Ba ptisantes eos in nomine pa. z fi. z spi. ¶ Secundo ha beamus sinceritatem qtum ad progressum. Baptisa tus fuerit. Nota quomodo elephātes in noua luna cō ueniunt z ad flumē vadunt vbi se baptisant z noue stel le inclinant zc. vide de elephante. Judith.xij. Judit hyc ro baptizabat se in fonte. Talis enim baptismus pu rificatiuus.

Per gratiam incboatur.
Per pniam meditatur.
Per spiritūsanctum roborat.
Per gloriam consummatur.

Ibi enim est gratia q viuificat. aqua.n. facit arbores z herbas viuere. sic baptismus animas. Et ideo Matt. xxj. dr. Baptism⁹ Joannis e celo erat. Joannes eīn in terpretat in quo est grā. ad denotandū q ibi abundat grā celestis. Itē ibi est pnia que purificat. Lu.iij. Pre dicabat baptismū pnie in remissionem peccatoꝝ. Itē ibi concurrit spūssanctus qui fortificat Act.vj. Uos au tem baptizabimini spiritusancto nō post multos hos dies. Sequitur. Et accipietis virtutē superuenientis spiritussancti in vos. Item ibi subsequitur eterna glīa que saluificat. vnde.j. Petri.iij. Anime salue facte sunt per aquam: quas z nunc similis forme saluos facit ba ptisma. Patet ergo q baptism⁹ habet a vitijs immu nitatem qtum ad pgressum. Baptisatus inquit.i. lo tus z purificatus. ¶ Tertio dico q habet gloriosā se curitatem qtum ad egressum. Saluus inqt erit. Nau ta eīn ad hoc specialr intendit: vt in egressu suo possit habere portū salutis z psperitatis. Sic vere iste dz eē finis z intentio nostra. vt sic p mare hui⁹ mundi possi mus nauigare: q ad salutē z securitatē in egressu mor tis possimus attingere z venire. Saluus erit. Jō dica mus cū dauid. Saluū me fac de⁹ qm intra. aq vsq ad aiam meā. Et nota q dauid facit ad modū naute pe riculū patientis: q videt q iā aqua intret in nauē suā ita q ipse est in piculo submergēdi. iō clamat. Saluū me fac.i. pone me in securum: Sic vere q: aq.i. pericula tentationū iam intrant vsq ad aiam. iō debem⁹ dice re: Saluū me fac de⁹. Et nota q multa picula sunt in mari a quib⁹ debem⁹ qrere fieri salui. Est eīn in mari piculū adamātis attrahētis ferrū: Periculū syrenarū q inducūt somnū: Periculū caribdis qd absorbet na uigiū zc. Uide de adamāte. li. de lapidib⁹.c. de magne te. Item vide de syrenis li. de aīalib⁹. in ti. suo. Itē vide de caribdi in.c. de mari: Nō ergo q in talib⁹ piculis ē dz dicere. Saluū me fac. Mat.xiiij. Mgr salua nos pi mus. ps. Saluasti eīn nos de affli. nos. z odi. nos. disp. Ideo Act.xix. dr. Baptisati erant in noie dñi iesu. Jesus aūt interpretat saluator. Sic ergo ptz: q baptismū cō comitatur necessario felicitas seu securitas in egressu. Sinceritas et mentis puritas in pgressu: Stabilitas atq fidelitas in ingressu. Et sic erimus spūaliter ba ptisati. purificati z mūdati. Baptiset ergo vnusqsq ve strū in nomine pa. z fi. z spi. Amen.

Basis. Est fundamentum pes et sustentamen tum cuiuslibet rei. Et potest significare A in moribus virtutem fidei et constātie que hominem stabilit atq firmat. Eccle.vj. Compedes illius in pro tectione fortitudinis z bases virtutis: Ubi nota q fir mitas nostra debet apparere in affectus reprimendo. compedes: quasi coniungens et ligans pedes. Et vi tijs resistendo fortitudinis inquit. In gratia subsisten do. bases virtutis. Et sic de nobis dicetur. Act.iij. Con solidate sunt bases eius. Et aduerte q sicut patet ex scriptura. Exo.xxvj. et deinceps. Et.iij. Reg.vij. Om nia vasa tabernaculi collocabantur supra bases. scilicz colūne. tabule. altare. mare eneum seu labium. in quo notatur q in tabernaculo seu in templo: vel eccla nul lum debet esse vas. idest nulla persona cuiuscūq sta tus existat quin sup predictis basibus collocet. z quin super fide spe z constantia z perseuerantia statuat.j. Esdre.iij. Collocauerunt altare super bases suas. Sed aduerte quid dr.iiij. Re.xxv. Qd princeps militie Na buch. tulit colūnas duas z mare eneum z bases quas fecerat salomon in tēplo dñi: Sic vere hodie dyabol⁹ videt de tēplo cordiū nostroꝝ sustulisse colūnas recti tudinis: mare ptritionis z amaritudinis. z bases fidei z pstantie z fortitudinis. q salomon.i. xps posuerat hoc in tēplo. vn.iiij. Re.xvj. Tulit rex achaz calathos ba ses z luterē. q erat desup. s etiam mare deposuit de bo bus ereis qui sustentabant illud. Uel si vis per bases

ecclesie potes intelligere viros iustos: quos dyabolus sustulit ⁊c. Sufficit.

A **Beatitudo.** Beatitudo nō solū est virtus ⁊ ꝑfectio: immo etiam est cōplementū oīm ꝑfectionū ⁊ virtutū. Consistit em̄ beatitudo in ꝑfectiōe cōpletissima: q̄. s. caret omni defectu. Qđ q2 nō pōt esse ī ista vita. Hinc est ꝙ ꝓprie loquēdo gloria eterna dicitur beatitudo: vbi hō est cōpletissimus. ⁊ in moribus ⁊ in scientijs. ⁊ in delitijs. Quelibet em̄ potētia habet suū perfectissimū cōplementum: Nam intellectus est perfectus in sciētijs: Voluntas in delitijs. Irascibilis ī eminentijs: Est em̄ beatitudo ibi rōnalis q̄ tendit in veruꝫ Et ideo perficit̄ in veritate scientiaꝝ: Concupiscibilis q̄ tendit in bonum: Et ideo ibi est bonitas omniū delitiaꝝ. Irascibilis que tendit in arduū. ⁊ ideo ibi est arduitas omniū dignitatum. bonoꝝ ⁊ eminentiaꝝ: Et sic est ibi perfecta beatitudo. ps. Beatū dixerūt populuꝫ cui hec sunt. beatus populus cuius dn̄s deus eiꝰ: De ista ergo beatitudine quantū ꝓficit. quantum reficit. quantuꝫ sufficit. vide infra titulo de gloria eterna. Et de paradiso. Sed breuiter loquēdo exponamꝰ de beatitudine illā autoritatē Mat. xvj. c. Beatus es symon bariona. ¶ Ubi nota ꝙ si ad beatitudinē istā volumꝰ
B attingere necessaria sunt nobis tria. s. Qđ realr̄ existamus. Es inq̄t. Qđ hūiliter audiamus. symon q̄ interpretat̄ audiens: Qđ simplr̄ conuiuamus. bariona qđ interp̄tatur filiꝰ colūbe: Primū facit ꝑseuerantia. Es. Scđm obediētia. Symon. Tertiū beniuolētia Bariona. Primo ⁊c. Es. quia sum es. signat existentiā. realitatem. ⁊ perseuerantie firmitatem. Et ideo talis debꝫ eē similis colūne cypressi que ita est firma ꝙ nulli oneri cedit ⁊c. Vide de cypresso. s. de fortitudine: Qđ est cōtra multos. qui reuera sunt sil̄es colūnis factis de salice: q̄ statim deficit ⁊ plicatur. Sic isti nūꝙ̄ perseuerāt resistendo aut subsistendo. Cōtra quos Sen̄. Utere officio quod semel sumpsisti. Turpe est em̄ oneri cedere: Non sic sed stabiliter subsistamus. Es inq̄t. Job. Eris stabilis ⁊ non timebis. Jac. j. Beatus vir qui suffert tēntationem. ¶ Scđo necesse est: ꝙ humiliter audiamꝰ Symon inquit. Vide. s̄. de audire: vbi loquitur de syrenibus ⁊ de delphinis qui diligunt audire melodiaꝫ ⁊c. vide ibi: Sed nota ꝙ quidā sunt sicut draco qui nō delectatur audire vocem panthere. immo fugit ⁊c. Vide in eodem titulo. Non sic. sed simus symon qui īterpretatur obediens vel audiens. Eccli. ij. Si dilexeris audire sapiens eris. Apocal. j. Beatus qui legit ⁊ qui audit verba ꝓphetie huius ⁊ seruat ea ⁊c. Et Luce. xj. Beati qui audiunt verbum dei ⁊ custo. illud. ¶ Tertio necesse est: ꝙ simpliciter cōuiuamus: Bariona inquit: qđ interp̄tat̄ filius colūbe: q2 nos debemꝰ eē filij per subiectionē ⁊ hūilitatē. ⁊ colūbe ꝑ cōpassionē ⁊ simplicitatē. Mat. x. Estote ergo prudētes sicut serpētes ⁊ simplices sicut columbe. Vide de serpente: ⁊ de Columba in titulis suis. Columba em̄ est auis simplex ⁊ pauida. ꝓuer. xxviij. dicitur Beatus homo qui semper est pauidus: Et in ps. Beatus vir qui timet dominū. Et sic igitur si nos habuerimus.

Beniuolentiam in conuiuando.
Obedientiam in audiendo.
Perseuerantiam in resistendo.

Pro certo finaliter erimus beati ꝓuer. xxix. Qui custodit legem beatus est. Nota adhuc ꝙ de hoc pōt dici illud Jaco. j. Btūs vir q̄ suffert tēptationē qm̄ cū ꝓbatus fuerit accipiet coronā vite. Ubi nota ꝙ si volumꝰ esse beati: debemus hr̄e. s. Accumulatā perfectionem. Vir. Examinatam discussionē. Cū ꝓbatus fuerit. Autorizatam ꝓmissionē. q2 accipiet coronā vite. Sit igit̄ in nobis perfectio. Vir. Vide. s̄. vbi attingere. in autoritate illa. Vir pilosus occurrit nobis. ¶ Secundo sit in nobis discussio. Probatus. Job. xxiij. Probauit me sicut aurū qđ ꝑ ignē trāsit. ¶ Tertio erit in nobis promotio. Accipiet inq̄t coronā vite: Vide vbi accipere. in illa autoritate diuisa ⁊ exposita. Accipient iusti regnū decoris ⁊ diadema speciei de manu dn̄i ⁊c. ¶ Sed ad- C
huc nota ꝙ de gloria ⁊ beatitudine eterna pōt exponi illa autoritas quā dixit regina Saba salomoni. ij. Paral. ix. Beati sunt serui illi qui assistūt corā te omni tēpore. In quibus verbis ostēdit: ꝙ illa beatitudo eterna consistit in quatuor virtutibus ꝯtra quatuor defectus. q̄ sunt vt cōiter in mūdo. q̄ quidē īpediūt ne hō habeat in hoc mūdo beatitudinē. ⁊ sufficientiā ⁊ complemētū. q2 ꝰm Boe. li. iij. de consol. beatitudo nihil aliđ est: ꝙ̄ status oīm bonoꝝ aggregatione ꝑfectus. i. statꝰ cui nihil deficit. Sunt igitur in mundo quatuor defectus principales. s.

Presumptionis vanitas.
Dissensionis pronitas.
Conditionis vilitas.
Durationis breuitas.

Sed reuera charissimi contra istos quatuor defectus erunt in patria quatuor virtutes que ꝯstituēt hoīem bonū vel btm̄. vcꝫ. Subiectio ꝯtra p̄sumptionē q2 ipsi serui dei. Serui inq̄t tui: Dilectio ꝯtra dissensionē. q2 ipsi assistūt ⁊ appropinquāt. Itē prelatio ꝯtra dep̄ssionē. q2 ipsi corā te. Duratio ꝯtra corruptionē: q2 scilꝫ isti durant in omni tpe. Est igit̄ ibi subiectio. q̄ non ꝑturbat̄. Serui inquit tui. Sicut em̄ videmus ꝙ res corporales hn̄t inter se perpetuā subiectioneꝫ: q2. s. oīa inferiora obediunt planetis. Planete aūt obediūt in suis motibus firmamēto. Firmamentū aūt mouet̄ ꝰm influentiā celi cristallini ꝰm Aristo. Sic vere charissimi in paradiso ē perfectissima subiectio: q2. s. tota celestis curia q̄ ordinata est per gradus. ordines ⁊ status legiones ⁊ distinctiōes sine aliqua ꝯtradictione hꝫ ꝑfectissimā subiectionē: q2 sibinuicē ꝰm gradus varios angeli et hoīes famulant̄. et tandem pariter oēs subsunt et obediunt creatori. Ideo dr̄. Serui tui. Omnes em̄ seruiunt deo. et quilibet est ꝯtentus statu. ꝯditiōe ⁊ gradu suo. q2 illud dr̄. j. Mach. viij. Oēs obediunt vni. ⁊ zelus ⁊ inuidia nō est inter eos. Ideo talibꝰ seruis dr̄ vel loq̄tur scriptura. Apoc. xxij. Serui eius seruiēt ei et faciē eius videbūt. Heu. charissimi sic nō est hodie in ecclesia militante. q2 ibi vere nō est ꝑfecta subiectio sꝫ p̄sumptio. q2 vere moderni nō q̄runt seruire sed preire. nō famulari. sꝫ dn̄ari. nō obedire: sꝫ obstinate ⁊ presumptuose p̄latis ⁊ superioribus ꝯtraire. Heu deus vbi est hodie ⁊ in seculo ⁊ in claustro ꝑfecta subiectio? vbi est qui ꝓprio statu ⁊ officio sit ꝯtentus? Ubi est qui cum amore ⁊ reuerentia ⁊ ex corde prelatis obediat? ꝓ certo quasi nulli. q2 tanta est hodie in multis p̄sumptio ⁊ obstinatio. ꝙ nec deo: nec p̄lato velint ꝰuitium exhibere. Quibus optime dr̄ Hiere. xxij. Locutus suꝫ tibi. ī abūdantia tua dixisti. Non seruiam. Tales sunt similes q̄busdā arboribꝰ. Querit em̄ Aristo. li. de vegetabilibꝰ: q̄ ē rō: q̄re quedam arbores sunt steriles. Et dicit ꝙ q2 humor arboris aliq̄n est grossus ⁊ frigidꝰ. terreꝰ ⁊ compactus. ideo actioni caloris ⁊ influentie nature facilr̄ nō obedit: immo ei obuiat ⁊ resistit. ⁊ sic humor hmōi ꝓpter sui resistētiā ad ramos nō dirigit̄ nec ī fructuū substātiā ꝯmutat̄: ⁊ ꝑ ꝯn̄s sterilis efficitur talis arbor. Sic vere charissimi. dico em̄ spūalr̄ ꝙ multi sunt quorū humor. i. interior affectio est ita frigida ꝑ indeuotionē ita dura ⁊ cōpacta ꝑ obstinationē ita terrea ꝑ cupiditatem. ⁊ ita grossa ꝑ supbiā ⁊ ꝑ ruditatē. ꝙ nature i. p̄lato vel superiori suo nolūt obedire: sꝫ ei quātū pn̄t ꝑ inobediētias rebellatiōes ⁊ appellatiōes obuiāt et resistūt: ⁊ eius volūtati temere ꝯtradicūt. Et sic ꝓ certo tales nō dirigūt: nec ꝯuertūt̄. nō corrigunt̄ nec emēdātur. Et ideo fructibꝰ et bonis operibꝰ ⁊ gratijs ⁊ virtutibus. meritis et beatitudinibꝰ nō fecūdant̄. sꝫ sterilitatē oīm bonoꝝ sortiunt̄. Esa. lviij. Venerūt tibi sil̄ duo hec sterilitas et viduitas. Sed nō sic charissimi in paradiso. q2 vere ibi erit perfecta obediētia et subiectio iō ibi ē perfecta btitudo. Serui inq̄t tui. Et iō de differētia ꝰuoꝝ dei q̄ sunt in paradiso. et maloꝝ ꝰuorū ecclie

qui sunt

qui sunt in mūdo pulcre loquit̄ ipe deꝰ Esa.lxv. Ecce
serui mei comedēt ⁊ vos esurietis:ecce serui mei bibēt
et vos sitietis:ecce s̄ui mei letabunt̄ ⁊ vos cōfundemi
ni Habēt igit̄ tales serui beatitudinē:qꝛ sicut dicitur
Esa.liiij.c. Hec est hereditas seruoꝝ dn̄i Ideo de ipis
potest dici illud.iij.Reg.x.Beati sunt viri tui ⁊ beati
serui tui qui stāt corā te semꝑ.Est igit̄ ibi subiectio si
D ne ꝑsumptiōe.¶ Scdo dico ꝙ ibi est dilectio sine dis
sensiōe qđ ostendit cū dr̄.Assistūt ⁊ appropinquant:qꝛ.s.
isti semꝑ sunt assistētes ⁊ ꝓpinqui ipi deo ⁊ etiā sibi-
ipsis perverissimū amorē.Et ideo sunt beati. Nomen
eius assistētie ⁊ ꝓpinquitatis:signat ꝓpinquitatē et
copulā charitatis:Sicut eīm videmꝰ ꝙ stelle q̄ sunt
in celo sunt sibiinuicē multū ꝓpinque:⁊ ipi firmamē-
to semꝑ assistūt:qꝛ.s.in eo sunt infixe.⁊ ƀm etiā motuꝫ
firmamenti mouet̄ ꝯtinue ⁊ sine cessatiōe:Sic ꝟe cha
rissimi.stelle.i.beati q̄ sunt in patria sibinuicē sūt mul
tū ꝓpinq̄ ꝑ mutuā charitatē.ipi etiā firmamēto.i.deo
semꝑ sunt assistētes.s.diligendo ⁊ ꝯtēplando:⁊ se i eū
ꝑ dilectionē intrinsecā infigēdo.ipmq̄ ꝯtinue sequen
do.voluntatē ꝓpriā ƀm volūtatē ipsiꝰ regulādo ⁊ ei ꝑ
fecte obediēdo.Ita eīm est coꝝ volūtas motui firmamē
ti.i.diuine volūtati cōformata:ꝙ etiā si videāt pr̄eꝫ aut
filiū in inferno nō dolebūt nec ei miserebūt̄.nec ei con
dolebūt.qꝛ aliter nō essent ꝑfecte bt̄i.Iđ de ista assistē
tia pōt dici illud zacha.iiij.Isti sunt duo filij olei splen
doris tui.q̄ assistūt dn̄atori vniuerse terre.Heu deꝰ nō
sic de nobis alijs q̄ sumꝰ in hoc mūdo qꝛ ꝟo nō possu-
mus cōꝑari ꝓprie stellis fixis:ſꝫ stellis erraticis que i
firmamēto nō sunt fixe.immo ꝯtra firmamētū mouet̄
nec sibinuicē sunt ꝯiūcte.immo vna ab altera sepissi-
me ⁊ remotissime elōgat̄:Istud pꝫ de sole ⁊ luna q̄ sibi
in plenilunio totalr̄ opponūt̄.Sic ꝟe charissimi nos
alij q̄ recte sumꝰ sicut stelle erratice.qꝛ.s.in multis defi
cimꝰ ⁊ erramꝰ.nō sumꝰ ꝑfecte fixi in firmamēto.i.i deo
vel in firmamēto.s.in supiori ⁊ ꝑlato nr̄o ꝑ dilectionē
nec ei obedimus ꝑ subiectionē:nec ipm̄ seq̄mur ꝑ imi
tationē:nisi forte qn̄ violēter ab ipo trahimur ꝑ tribu
lationē ⁊ correctionē:Imo vere sibi multiplr̄ repugna
mus.⁊ eidē per pctm̄ ⁊ vitia obuiamꝰ.⁊ ꝑ obstinatiōes
⁊ inobediētias.Iuxta illud Iud.Mandata dn̄i audiē
tes oia fecerunt ꝯtra.Inter nos etiā nō sumꝰ ꝓpinq̄ ꝑ
amiciciaꝫ.immo ꝟe sepissime accidit:ꝙ ꝑ diuersas ri-
xas dissensiones ⁊ diuisiones alter ab altero elonga-
mur.⁊ per magnas ēt iniurias inuicē opponimur ⁊ cō
trariamur.Sꝫ ꝟe charissimi nō sic sancti q̄ sunt in pa
tria.qꝛ ꝟe isti hn̄t ꝑfectā dilectionē ⁊ contēplationē.
Et de hoc pulcre loq̄t̄.Prosper li. de vita ꝯtēplatiua.
Erit inquit in vita illa intellectus sine errore: Memo
ria sine obliuione.Cognitio sine ꝑuagatiōe.Charitas
sine simulatiōe.Sensus sine offensiōe.Thob.xiij.Bti
oēs q̄ diligunt te.Cōsistit igit̄ btitudo in perfecta dile
E ctiōe ⁊ charitate. qꝛ.s. ibi est dilectio sine dissensione.
¶ Tertio dico ꝙ ibi est prelatio sine deꝑssiōe.qꝛ.s.bea
ti sunt in statu honoris.ꝑlationis ⁊ dignitatis.qđ ostē
ditur cū dicitur. Coram te.Ipsi eīm habēt esse corā deo
et in presentia summi regis:⁊ in curia summi impera-
toris.quod vtiq̄ magnus debet honor et dignitas re-
putari.Coram te inquit.quia sicut dr̄ in ps̄. Honora-
bile nomen eoꝝ coram illo.ideo pōt dicere quilibet eo
rum deo illud ps̄.Ut placeam coram deo in lumine vi
uentium.Ubi ostenditur ꝙ isti sūt Acceptabiles.Pla
ceam.Presentiales vel ꝑstabiles.Coraꝫ deo.Impassi
biles.qꝛ sunt in lumine viuentiū.Sunt igit̄ beati.qꝛ si
cut dicit August. super Beati immaculati.Si vis esse
beatus.esto immaculatus.ps̄.Beatus queꝫ elegisti et
assumpsisti.habitabit in atrijs tuis.Est igit̄ ibi ꝑlatio
F sine deꝑssione.Coram te. ¶ Quarto est duratio sine
corruptione.qꝛ.s.ipsi durant in omni tēpore.i. ꝑpetuo
sine fine:sicut eīm dicit Isido.Est quedā insula inyber
nia vbi nūq̄ hoies moriunt̄. Et est ibi alia insula vbi
corpora nūq̄ corrumpunt̄:Sic vere charissimi paradi
sus est talis insula. qꝛ vere beati qui ibi sunt nō incur-
runt nec mortē:nec infirmitatem.nec corruptionē.nec
tribulationem.immo in omni tp̄e semper perpetuo vi
uunt ⁊ sunt bt̄i.Quia iusti aūt imperpetuū viuent. Iđ
ipsi ꝑsit dicere illud ps̄.Bedicam do.in om.tē.semper
laus eius in ore meo.Et ideo de ista immortali dura-
tione loquitur.Prosper in lib.de vita contemplatiua:
vbi inquit.Erit incolumitas sine debilitate.salus sine
dolore.vita sine morte.facilitas sine impedimento.se-
curitas sine periculo.saturitas sine fastidio ⁊ ꝑfecta sa
nitas sine morbo. Un̄ de ista perpetuitate dicit̄ in ps̄.
Beati qui ha.in do.tua do.in se.se.lauda.te.Sed ꝓh-
dolor taliter non est in hoc mundo:quia vere charissi-
mi ibi nō est duratio.sed corruptio.nō eternitas ſꝫ fra
gilitas:non fortitudo sed turpitudo.nō stabilitas sed
infirmitas.Et ideo videt̄ ꝙ nos in hac vita sumꝰ simi
les glaciei:que nullam hꝫ durabileꝫ firmitatem qꝛ fa-
ciliter frangit̄.⁊ per calorē resoluit̄.⁊ in aquā ⁊ lutū cō
uertit̄ ⁊ mutat̄. Sic vere charissimi nos in hoc mūdo
sumꝰ valde fragiles.qꝛ per calorē modice infirmitatis.
vel per lutū alicuiꝰ aduersitatꝭ facilr̄ dissoluimur.mo-
rimur.frāgimur.⁊ cassamur.vn̄ Sap̄.xix.facile dissol-
uent̄ sicut glacies.sed nō sic ibi.nō.qꝛ sicut vere dictuꝫ
est:isti hn̄t durationē eternā.prelationē supernā: dile
ctionem fraternam.subiectionē internā.Et sic bn̄ dici
tur. Beati serui tui q̄ assistūt coram te semper. ¶ De G
beatitudine ꝟo morali ⁊ virtuosa quā hō per virtutem
cōsequitur in hac vita possum notare ꝙ illi dicuntur
beati qui sunt.

	De vigilibus dicitur
Uigiles ⁊ diligentes.	Lu.xij. Beati sunt ser
Stabiles ⁊ patientes.	ui illi quos cum vene
Humiles ⁊ obedientes.	rit dominus inuene-
Flebiles et cōpatientes.	rit vigilantes.De sta
Subtiles ⁊ intelligentes.	bilibus et patientibꝰ
Pauperes et esurientes.	dicit̄.j.pe.iij.Si quid
Prudentes et sapientes.	patimini ꝓpter iusti
Sperātes et in deo ꝯfidētes.	ciam beati.De humi
Eleuati et contēplantes.	libus ⁊ obedientibus
Deuoti et spūalia degustātes.	dicitur in Psal. Bea

tus vir qui ti.do.in manda.eius cu.ni.De flebilibus ⁊
compatientibus:dicitur mat.v.Beati qui nūc fletis:
quia ridebitis.Et in ps̄. Beatus qui intelli.su. ege. et
pau in die ma.libe.eum do.De subtilibus ⁊ intelligen
tibus:dr̄ in ps̄.Beatus homo quem tu eru.do.et de le
ge tua docueris eum.De pauperibus et esurientibus
dicitur Matth.v.Beati pauperes spū ⁊c.Et ibidem.
Beati qui esuriunt et sitiūt iusticiam.qm̄ ipsi satura-
buntur.De sapientibus et prudentibꝰ dicit̄ Eccl̄.xiiij.
Beatus vir qui in sapientia morabitur. De speranti-
bus et in deo confidentibus dr̄ in ps̄. Beata gens cu.
est do.de.eius.De eleuatis et contēplantibus:dr̄ Luc.
x.Beati oculi qui vident que vos videtis.De deuotis
vero ⁊ suauiter degustantibus:dr̄ Apoca.xix.Beati q̄
ad cenam nuptiarum agni vocati sunt.Omnes enim
isti sunt beati immaculati in via qui ambulant in lege
domini.Quia reuera de talibus beatitudinibus quā-
do habentur in via.ꝑuenitur ad eternā beatitudinem
q̄ finaliter habebitur in patria.de qua.s.dr̄. Bti mor-
tui q̄ in dn̄o moriūtur.Apoc.xiiij.Si vis distinguere de
diuersis beatitudinibus scripture.vide. Beati imacu
lati in via.Beati qui habitant in domo.Beati paupe
res.et sic de alijs.Item si vis dic.Qđ quedam est bea-
titudo tēporalis:que nihil est nisi prosperitas.vnde in
ps̄.Beatum dixerunt populū cui hec sunt.Et cetera.
vide de prosperitate ⁊c.

Bellum. Idem est ꝙ guerra.prelium: duellū.
controuersia.litigium. Et accipitur A
in scriptura in bono et in malo.In bono quando quis
temporaliter iuste bellat et militat cōtra malos iusti-
ciam exequendo vel infideles ꝑsequendo. Spūalr̄ aūt
accipit̄ qn̄ q̄s ꝯtra vitia ⁊ tēptatiōes resistit qn̄ ꝯtra ca
ꝑ̇pri iaꝫ abstinentiā ⁊ castitatē:⁊ cetera oꝑa meritoria
ꝑ̄at̄. Ideo dr̄.j.Mach.iij.Melius est mori in bello q̄
videre mala gentis nostre et sanctorū. ¶ Item potest

accipi, ĩ malo ⁊ hoc tp̄aliter ⁊ spūaliter. ¶ Tp̄aliter. ⁊ sic
bellū accipit̃ ꝓ dissensiõe ⁊ discordia diuisiõe cõtrouer
sia ⁊ murmuratiõe. Et de hoc. ij. Mac. xiiij. Bella nu-
triūt ⁊ seditiões mouēt: ⁊ nõ sinūt regnū esse quietum:
Spiritaliter aūt accipit̃ in malo: Et sic bellum signat.

Hostis suggestiones.
Carnis temptationes.
Mundi vexationes.
Inferni turbationes.

Et de hoc. j. Mac. iiij. Nõ cõcupiscatis spolia qꝛ bellū
cõtra vos ē. Dicam⁹ igit̃ ꝙ bella debem⁹ fugere ⁊ vita
re nec eoꝝ autores esse. Sꝫ si nobis accidāt debem⁹ for
titer dimicare. Et ideo de istis bellis spiritalibus q̃ cõ
tra nos quotidie per carnē mundū ⁊ hostē cõcitant pt̄
exponi illud Esa. xlij. Effudit super eum indignationē
furoris sui ⁊ forte bellum: et combussit eum. Ecce ergo
ꝙ in verbis istis ostenditur bellum

Cum diligentia precauendum.
Bellnm cum patientia sustinendum.
Bellum cum tremulentia metuendum.

Bellū qd̄ est p̄cauendū: ē corp̄alis cõsolatio q̃ notat̃ p
verbū Effudit. Bellū qd̄ est sustinēdū ē tp̄alis tribula
tio q̃ notat̃ in verbo indignatiõis ⁊ furoris bellū qd̄ est
B metuendū est eternalis flagellatio. q̃ notat̃ cū dr̄: forte
bellū. ¶ Primū igit̃ bellū qd̄ debem⁹ facere est belluꝫ
cõsolationis. Sūt eīm multi quos dyabolus nõ pōtvin
cere per tribulatiões: ⁊ ideo p̄curat eis mūdi cõsolatio
nes. s. diuitias: ⁊ sic vincit eos per luxuriā: auariciā: de
licias: dignitates ⁊ eminētias: ⁊ sic vincit eos p supbiā
Et hmõi bellū mūdane p̄speritatis notat̃ cū dr̄ Effu-
dit. Effundere eīm idē est qd̄ fundere: dispergere mūda
re ⁊c. Et ideo videt̃ ꝙ dyabolus pugnat cõtra tales si
cut crocodillus cõtra cetū: quividēs ꝙ cetū nõ pōtviri
bus supare effundit supra eū fumū ⁊ aquā venenosam
vt sic p̄ualeat cõtra ipꝫ vt ipsuꝫ inuenenetē occidat: vt
dixit Jorath. Sic vere charissimi vidēs dyabol⁹ ꝙ nõ
pōt p̄ualere cõtra hoīem: effundit supra eū aquā vene-
nosam ⁊ mūdanā p̄speritatē vt qꝛ p̄curat sibi efficiuꝫ
vel dignitatē delicias vel diuitias. Et hoc p certo ad
hoc facit vt eū p variā superbiā seu luxuriā inuenenet
vel corrūpat: qꝛ sicut videm⁹ multi sunt qui ĩ statu pau
pertatis vel aduersitatis sunt boni: qui adueniente p̄-
speritate vel dignitate efficiunt̃ mali luxuriosi ⁊ supbi
Exēplū de Saul. vñ Amos. ix. Vocat aquas maris ⁊ ef
fundit sup faciē terre. Et hoc fuit figuratum apoc. xvj.
vbi quart⁹ angel⁹ effudit fialam suā in solē: ⁊ datū ē ei
estu affligere hoīes igne ⁊ estuauerūt hoīes ⁊ blasphe
mauerūt nomē dñi: Sic vere charissimi sepe accidit ꝙ
q̄uis homo sit sol ⁊ vir p̄fectus: lucid⁹ ⁊ bon⁹ qñ tñ an
gel⁹. s. sathane fialā venenatā mūdane p̄speritatis sup
eū effundit ipē efficit̃ raptor: superb⁹ ⁊ tyrann⁹ ⁊ hoīes
s. subditos ⁊ virtuosos taliter estu ⁊ igne tribulationuꝫ
et rapinarū ardore affligit: ꝙ ipos per desperationē cõ
pellit aliquotiēs nomē dei blasphemare. Istud ē igitur
primū bellū dyaboli. s. qñ sup nos effundit p̄speritatē
vñ. j. Paral. xxix. Vir bellator ē ⁊ effundēs sanguineꝫ
qꝛ. s. vir bellator. i. dyabol⁹: sanguinē mūdane p̄sperita
tis q̃ facilit̃ maculat ⁊ corrūpit: effūdit sup hoīes quā
tū pt̄. Sꝫ reuera charissimi cõtra istd̄ bellū dꝫ hõ eē ar
mat⁹ ꝟtute tēperātie qꝛ. s. tp̄ate dꝫ vti mūdi p̄speris ⁊
discrete. Et sic in isto p̄lio poterit p̄ualere. s. mūdi p̄spe
ra p̄cauēdo: fugiēdo vl' saltē ꝯculcādo ⁊ vilipēdēdo. Si
cut eīm videm⁹ ꝙ lignū q̄uis sit ĩ aqua mūdane p̄spe
ritatis: dꝫ tñ supnatare ⁊ se sursuꝫ semp ad celū eleuare
per affectionē ⁊ aquā sub se ponere p terrenoꝝ ꝯtēptū
⁊ abhominationē. Et hoc admonet̃ Joel. iiij. dicēs sic
Suscitate robustos ascēdāt viri bellatores. Viri enim
bellatores idest viri p̄fecti qui sunt in mūdana p̄speri
tate debent suscitari vt nõ descendāt inferius per affe-
ctū sed vt ascēdāt superius p cõtēptū: Ex talib⁹ ei bel-
lis exterioribus vicꝫ ex mūdi p̄speris surgūt vt cõiter
bella interiora. s. motus carnis temptatiões ambitio
nes et ire ⁊ ceteri mali affectus. Unde bella et lites in
vobis. nonne ex concupiscentijs v̄ris. Debemus igitur
precauere bellum consolationis. ¶ Secundo dico ꝙ C
nos debemus sustinere bellum tribulationis. qd̄ qui-
dem datur intelligi quando dicitur. Indignationē fu-
roris sui. Quia vere charissimi indignationem. furorē
⁊ impetū mundi. tribulationū infirmitatū ⁊ tribula-
tionū turbines debemus in patientia sustinere. Talia
aūt bella infert nobis mundus: qui non cessat tribu-
lationes ⁊ iniurias suscitare. Tales potissime inferunt
alijs. mali diuites ⁊ tyranni. ⁊ maxime mali iudices q̃
contra vicinos ⁊ subditos. ⁊ precipue cõtra pauperes
⁊ bonos rapiendo. iniuriando. accusando. falsa impo-
nendo et diffamando belligerant atqꝫ impugnāt. Si-
cut enim draco qui est animal inflāmati coloris habet
bellum cõtrarium contra elephātem. Et hoc fm̄ Aui
cē. qꝛ cum elephas habeat multū de sanguine frigido
⁊ melancolico. ideo draco cupit illum bibere ad calo-
rem suum refrigerandū. Et ideo cõtra eū pugnat. Sic
vere charissimi. qꝛ dracones ⁊ tyrāni sunt inflāmati p
crudelitatem vel cupiditatem. ideo sanguineꝫ elephā
tis. hoc est substantias temporales subditorum et vi-
cinorum desiderant bibere ⁊ acquirere: vt sic ardorem
sue auaricie: vel seuicie valeant temperare. Et iō p cer
to contra hmõi elephantes non cessant bella rapinaꝝ
exactionum ⁊ vsurarum immisericorditer exercere. Et
tale bellum datur intelligi qñ dicitur. furoris. qꝛ. s. bel
lum tribulationum ⁊ aduersitatum solet cum furore ⁊
iracūdia exerceri. vnde ps. Furor illis fm̄ simi. serpē. si
cut aspidis surde ⁊c. Compara eos si vis aspidi: vbi su
pra. Et tale bellum p certo figuratur Danie. vij. vbi di
citur. ꝙ quoddā cornu ortum est in capite vni⁹ bestie.
quod habet oculos ⁊ os loquens grādia. ⁊ tria alia cor
nua euulsa sunt a facie eius. ⁊ faciebat bellū cõtra san
ctos ⁊ preualebat eis. Sic reuera in capite vni⁹ bestie.
idest in loco capitali vnius eminentie. officij dignita-
tis. aliquando inuenitur inter cetera vnum cornu mo
dicum. ⁊ aliqua vilis ⁊ mala persona ad modū cornu:
dura per obstinationē. acuta per pūctionē q̃ habꝫ ocu
los quasi hoīs. i. subtilem ⁊ fallacē maliciam ⁊ cautilla
tionem. ⁊ os loquens grandia. i. respectu maioꝝ adu-
latione. respectu minoꝝ iactantiā et cõminationē. re-
spectu etiam oīm eloquentie deceptionē ⁊ verboꝝ pal
liationem. Et p certo tale cornu ꝙ ꝙ sit modicum ori
ginaliter. i. de humili plebe natum. taliter tamen qñqꝫ
fauente fortuna augmentatur ⁊ magnificatur: ꝙ a fa
cie eius auelluntur alia cornua. i. alij potentes viri. qꝛ
s. tales quandoqꝫ faciunt deponi. auelli et adnihilari
potentes vel potentiores. nobiliores ⁊ antiquiores et
meliores se. Et breuiter isti faciūt hodie bellū ꝯtra san
ctos: qꝛ reuera tales inquā sanctos dei ⁊ bonos. paupe
res simplices. subditos. ⁊ vicinos debellāt suis vexa-
tiõib⁹ ⁊ impugnāt. qꝛ reuera charissimi sicut dr̄. ij. Pa
ralip. xxxij. tales sunt filꝭ Senacherib: qui vertit totū
impetū belli ꝯtra hierl'm. i. ꝯtra bonos. pacificos ⁊ mo
destos. Cõtra istud aūt bellū debemus esse armati vir
tute patiētie. fortitudinis ⁊ ꝯstātie: et p dei amore de-
bemus oīa fortiter tolerare. vt sic quilibet dicat illud
Sap. viij. In multitudine videbor bon⁹ et in bello for-
tis. Istud est igit̃ secūdū bellū qd̄ dꝫ sustineri. s. bellum
tēporalis tribulatiõis. Furoris inquit. ¶ Sꝫ tertio di D
co ꝙ est aliud bellum qd̄ potissime est timendū. s. bel-
lū infernalis ꝯdēnatiõis vel inflāmatiõis. qd̄ ostendi
tur: cū dr̄. Combussit eū. qꝛ. s. istud bellū fit a deo cõtra
iniquos in generali iudicio sententiatiue. ⁊ ab igne p
petuo executiue. Et iō vr̄ ꝙ deus bellabit ꝯtra iiquos
sicut q̃dā fera q̃ est in boemia q̃ dr̄ loth. vel lod in lin-
gua boemica: de qua dicit autor de p̄prietatibus rerū
ꝙ qñ a venatoribus insequit̃. recolligit aquā in guttu
re suo: et p mot⁹ vehemētiā ita eā calefacit quasi bul-
liēs. et tandē ꝯtra venatores et canes ꝯuertit̃. et p ipaꝫ
aquā feruētissimā quā d' ore eijcit eos mirabilr̄ exurit
et affligit: et ab ei⁹ p̄secutiõe desistere sic cõpellit. Sic
reuera charissimi faciet deus. quia. n. ipe videt ꝙ vena
tores et

tores τ tyranni τ supbi. ꝙ etiam canes.i. pctores impudici τ luxuriosi. insatiabiles τ auari ipm quotidie per diuersa vitia psequūtur. ideo ꝙuis modo fugere. super sedere τ dissimulare videat. in iudicio tñ ipe se cōuertet cōtra eos. τ aquā feruentissimā. τ austeritatem sue iustície ardorem sue dure sentētie: τ ignē infernalis et gehēnalis miserie in eos fulminabit. i. posꝗ combureret eternaliter τ turbabit. Combussit in quit eum. qꝛ reuera ſm ps. Ipe erit sicut ig. q̄ cōbu. sil. τ sicut flā. combu. mon. Quia pcerto charissimi iste ignis combureret mōtes. i. malos supiores τ siluam. i. malos inferiores. Jō de tali bello peccatorib⁹ inferendo: dicit Job. xx. Immittat in eū irā furoris sui τ pluat sup eū bellū suū. Cōtra istud bellum charissimi debemus hr̄e arma iusticie. Quia reuera qui armis iusticie τ bonoꝝ operū armatus fuerit τ munitus. in isto plio nō succumbet. dicēs cum ps. Obūbrasti sup caput meū in die belli. Et sic patet: ꝙ est bellū pcauendū. bellū sustinendū. bellū metuendum. Sꝫ adhuc dico ꝙ est triplex bellū meritoriū. s. Bellū pnīe quo caro vicit. Bellū patiētie quo mūdus sternit. Bellū fidei τ iusticie. quo demon spernitur.

E ¶ Bellemus igit ꝯtra carnē per pniaꝫ. similes mustele que armata ruta ꝯtra basiliscū mouet bellum τ ꝑualet cōtra ipm. Sic vere si ruta amara pnie armati fuerimus. ꝯtra basiliscū. i. ꝯtra carnē venenosam secure militabimus τ vincem⁹: vñ ad Heb. xj. Fortes facti sunt in bello. ꝯualuerūt de infirmitate: Qđ est contra multos qui in bello carnis nō fugant ſꝫ vincuntur similes elephāti qui in bello positus ad vocē suis seu modice porcelle taliter terret ꝙ virtutem bellādi amittit: Sic vere charissimi multi sunt q̄ in bello temptationis vocē suis. i. carnis suggestionem taliter timent ꝙ ab ea fugari se pmittunt. τ virtutem bellandi amittunt. iiij. Reg. xxv. Uiri bellatores nocte fugierūt. Bellemus igitur ꝯtra delectationes ꝑ penitētia.

F ¶ Jte bellemus ꝯtra tribulationes ꝑ patientiā. Sicut eī tortuca infra suā duram testaꝫ se recludit. τ sic exteriores ictus nō sentit: Sic vere homo q̄ vult exteriores ictus τ tribulationes nō sentire. necesse est duram testaꝫ te patientie habere. τ in ipa ꝑ humilitatem τ tui cōsiderationem teipm recolligere τ tenere: τ sic mūdi ictus τ tribulationes te nūꝗ poterūt fugare: τ sic erūt sicut filij ruben τ manasses. qui erāt viri bellatores scuta portantes. sicut dr. ij. paral. v. Qđ est contra multos: qui si aliqua modica tribulatione feriant. vel modica occasione tangant. statim clamant ꝑ impatientiam τ rixātur. sicut patet de litigiosis. discordibus. discolis τ peruersis. qui nō pñt cū aliquo pacifice ꝯuersari. Similes viso qđ est animal impatientissimū. q̄ si modicū ꝑcutiat. statim se nititꝛ vindicare. immo si secundus eum ꝑcusserit statim dimittit primū τ psequit secūdū: Quādo aūt cibus suus sibi auferꝛ tūc impatiētius ꝯturbaꝛ Sic vere iracūdi τ impatientes statim efferunt ad iniuriam τ vindictam. Et si cibus bonorū suoꝝ tpaliū eis per rapinā ab aliquo auferaꝛ. tunc ad iram. tristiciam τ discordiam cōmouent. De talibus ergo belligeris litigiosis pōt intelligi illud. ij. Macha. xiiij. Bella nutriunt: seditiones mouēt. τ nō sinunt regnuꝫ esse quietum. Non sic ergo. ſꝫ bellemus ꝯtra mūdū ꝑ patiētiaꝫ

G ¶ Tertio bellemus ꝯtra hostē per fidē τ per iusticiaꝫ. Sicut eīm dicit Ambro. in exame. Qđ apes pugnāt ꝑ rege suo τ mori ꝑ ipo gloriosum arbitrant. Sic vere debemus per fidei firmitatē ꝯtra hostē. τ infidelitatē et errores ꝑ xpo rege nostro bellare: τ si necesse fuerit pro sue fidei dēfensiōe morti nos exponere τ donare. Tales enīꝫ bellatores fuerunt martyres. Uñ Baruch. iij. Ibi fuerunt gygantes nominati. qui a principio fuerūt statura magna scientes bellum. Martyres eīm dicti sunt gygantes. Propter moꝝ eminētiam. Nominati. Propter fame redolētiā: Scientes bellum. Propter fidei permanētiā τ ꝯstātiā. Et sic ergo pꝫ: ꝙ nos debemus bellare. Cōtra errores per fidelitatem: Cōtra labores per stabilitatē: Cōtra dissicores per penalitateꝫ. Et hec de bello morali sufficiāt. Uide igiꝛ vbi pugnare: plurimis. discordia. nocere. inuadere ꝛc.

Bene.

B Circa istud aduerbiū bñ. qđ ē aduerbiū qualitatis. Nota ꝙ bñ est quedā circunstantia vel adiacētia virtuosa que vnicuiꝗ in suo genere dat efficaciam et valorē. Et sic dicit: ꝙ ille res dicūtur bñ esse que nihil hñt superfluū. nec aliq̄d diminutum. nec ꝗtum ad substantiam intrinsecam nec ꝗtū ad accidentia extrinseca. Uñ ꝑpꝛie istud vocabulum bene denotat mihi statum sufficientie τ debitam proportionē omnium qualitatū sine impedimēto alicui⁹ nocumenti. Et hoc verū est non solū in corporalib⁹ sed etiam in spūalibus. Quia ille homo dr̄ esse bene spūaliter: qui nō est diminutus in necessarijs. i. in fide. moribus τ virtutibus. qꝛ talibus dicit ps. Beatus es τ bene tibi erit vel qui nō est abūdans in superfluis. i. in vitijs τ criminibus. vtpote qꝛ non est extra locū ꝑpriū. i. extra deū per peccatū mortale: sicut dicitur de lapide in structura: vel de membro in corpore. q̄ tūc temporis nō dicunt esse bñ: qñ a loco ꝑprio sunt remota. Sic nec illi bene esse dicunt: qui per peccata extra locū suū ꝑpriū qui deus est. vel extra exigētiam τ terminos sui status per superfluitatē τ excessum aliquem extolluntur. vnde Eccli. xij. Non est ei bene qui assiduus est in malis. Nota ergo ꝙ sicut ille qui dicitur esse bene. qui bene loquiꝛ. qui bene gradiꝛ. qui bene odoratur: qui bene operaꝛ: qui bñ audit. q̄ bñ cernit. qui bene gustat. q̄ bene palpat. Sic loquēdo spūaliter ille dr̄ esse bñ quo ad deum qui bñ loquitur per ꝯfessionē τ orationē: et q̄ bene cantat per gratiarū actionē. Jterum ille qui bene graditur per prompte obedientie subiectionē: qui bene odoratur. s. suauitatē bonoꝝ eternoꝝ per deuotionem et contemplationem: qui bene operaꝛ per bonoꝝ actuū executionē: Jterum qui bene audit ꝑ pdicationē vel bonam monitionē. Et qui bene cernit per prudentiā τ discretionem: Jtem qui bñ gustat. s. alioꝝ miseriā per cōpassionē. Et q̄ bñ tangit τ palpat. s. alioꝝ defectus per corruptionē. Et ideo de tali q̄ tā bene se hꝫ in oībus potest dici illud Mar. vij. Bñ oīa fecit: surdos fecit audire τ mutos loqui. Bene ergo nos habeamus in locutione: peccata nostra confitendo. deū laudādo τ magnificando. ipsum orando: grās agendo τ supplicando: vñ de hoc in ps. xxxij. Cantate ei canticū nouūꝫ bene psallite ei in vociferatione. Qđ est ꝯtra multos q̄ oībus hmōi bonis locutionibus videnꝛ carere. similes piscibus τ natatilib⁹ q̄ naturalr carēt voce: qꝛ vere mundi pctores τ maxīe pisces. i. deliciosi τ voluptuosi. voce diuine laudis orōnis τ ꝯfessiōis videnꝛ penitus spoliati: ꝙuis multū alijs superfluis locutiōib⁹ sint multiplicit abūdantes: figurati ꝑ illū filiū q̄ adduct⁹ est ad iesum. sicut dr̄ Mar. ix. Qui ꝙuis eēt mut⁹ spūs tamē malign⁹ qñ ipm arripiebat faciebat ipꝫ spumare: Sic hr̄ tales q̄ a bonis locutionib⁹ sunt muti. spuma maloꝝ hr̄ boꝝ. s. detractionis: adulatiōis. iactatie τ discordie sunt imbuti. de talib⁹ ergo mutis dr̄ in ps. Muta fiūt la. dolo. q̄ loquunꝛ aduer. iu. in sup. τ abu. Nō sic charissimi. ſꝫ bñ nos habeam⁹ in locutiōe: vt dr̄ nobis possit dici illud Deuter. v. Bñ oīa sunt locuti. Simus ergo bñ ꝗtū ad sanā locutionē. ¶ Secūdo dico: ꝙ debem⁹ esse bene ꝗtū ad bonā ꝑgressionē. qꝛ. s. bene debemus ꝑgredi. ambulare τ ꝑcedere per virtutē obediētie. s. dei τ ꝑlatoꝝ mandata sequēdo. vt sim⁹ de numero illoꝝ triū qui gradiuntur bene. de quibus dicitur prouer. xxx. Tria sunt qui bene gradiuntur. τ nominantur ibi. s.

Leo. Leo dico qui est rex animaliū per quē intelligunꝛ boni superiores.
Gallus. Gallus lete cātans. per quem intelliguntur viri pdicatores.
Aries Aries per quem intelligunꝛ boni simplices τ inferiores. Tales dico bene corā deo gradiuntur. Qđ est ꝯtra multos qui recte videnꝛ perdidisse virtutē ꝑgressiuā. i. obedientiā. similes limaci q̄ est super oīa aīalia tardi mot⁹. q̄ etiā qñ pungiꝛ nō ex hoc celerius ꝑgre-

ditur. immo penitus tūc arrestaꝝ. Sic vere multi sunt pigri ꝛ tardi ad bene ambulandū: ꝛ ad mādatis dei et prelatorū obediendū. quinimmo si a deo vel prelato pūgant per correctionē vel aliquā tribulationē. ex hoc celerius ad executionē bonoꝝ operū nō mouenꝝ: immo qḋ est peius ꝑ obstinationē ꝛ inobedientiā penit⁹ aliquoties arrestanꝝ. ꝛ in testa dura obstinationis ꝛ irreuerentie abscondunꝝ. Ideo de talibus dꝛ Sap. xv. Pedes eoꝝ pigri sunt ad ambulandū. Nō sic charissimi ſꝫ ambulem⁹ bn̄ ꝑ obedietie ꝓgressionē: vn̄ Thob. vj. Bene ambuletis: ꝛ sit de⁹ in itinere vestro. ¶ Tercio habeamus nos bene ꝙtū ad promptā auditionem. qꝛ ſcꝫ ꝑdicationes: documenta bonoꝝ: ꝛ monitiones debemus libenter audire. Hiere. xlij. Bene sit nobis cuꝫ audiem⁹. Nō est cōtra multos de quib⁹ dꝛ in ps. Noluit intelligere vt bn̄ ageret. Ideo de talibus pōt intelligi illud qḋ dicit Isiḋ. in. j. ethymolo. vbi dicit. ꝙ in aliquibus partibus ethiopie oīa quadrupedia nascunꝝ sine auribus etiā elephātes. Sic ꝓ certo multi sunt in ethiopia huius mūdi q̄ aurib⁹ videnꝝ carere. qꝛ. s. nullū bonū documentū volūt audire. vn̄ Exoḋ. xj. Nō audiet vos pharao. qꝛ sicut dꝛ Prouer. xiij. Qui illusor est nō audit cū arguiꝝ. Nō etiā pōt allegari de inuidis: q̄ nullū bonū de alijs possunt audire. figurati in illis iudeis. Actu. vij. qui cōtinuerūt aures suas ne audirent Stephanū: ꝛ impetū fecerūt vnanimiter in eū. qꝛ. s. tales nō solū nō audiūt. immo cōtradicēdo ꝛ detrahēdo impetū faciūt. Nō sic ergo charissimi: sed bene nos habeamus ꝙtū ad prōptā auditionē. ¶ Quarto habeamus nos bene ꝙtū ad clarā discretionē seu visionē. vt ſcꝫ bn̄ ꝛ discrete videamus ꝛ cōsideremus illa q̄ pertinēt ad salutē: vt nobis dicaꝝ illud Hiere. j. Bn̄dixisti tu. qꝛ vigilabo ſuꝑ verbo meo vt faciā illud. Nō est cōtra multos q̄ bene nō vident. immo ad modū talpe videntur oculis esse priuati. quia nihil vident nec considerant de ꝑtinentib⁹ ad salutē. iō non cogitāt de futuris ꝑntibus excecati. Excecauit em̄ eos malicia eoruꝫ sicut dꝛ Sap. ij. Nō sic charissimi sed bene nos habeamus ꝙtū ad discretionē. vt cuilibet dicatur bene ꝛ religiose de resurrectōe cogitās. ij. Mach. xij. Debem⁹ ergo bn̄ videre ꝑ discretionē. ¶ Quinto dico ꝙ bn̄ debemus odorare ꝑ deuotionē: qꝛ. s. suauitas eterne felicitatis semꝑ dꝫ in cordis naribus odorari. ꝛ de hoc Lu. vj. Licet sabbatis bn̄ facere. Sabbatū. n. signat requiē deuotionis ꝛ contemplationis. ¶ Sexto dico ꝙ debem⁹ bene operari: ꝑ bonorū actuū executioneꝫ: vn̄. j. Thim. iij. Qui bene ministrauerunt gradum bonū sibi acquirēt. ¶ Septimo dico ꝙ ille est bn̄ q̄ bene gustat ꝑ comparationē videlꝫ miserias alioꝝ ꝓuer. xj. Bene cōsurgit diluculo qui q̄rit bona vidꝫ alioꝝ. ¶ Octauo dico ꝙ ille est bn̄ q̄ bn̄ sedet ꝑ ꝓmotionē. Sicut em̄ mēbꝛū tunc dꝛ esse bn̄: qn̄ est in loco ꝓprio nō nimis alte. non nimis basse sed in loco a natura ei ordinato ꝛ sibi ꝓpoꝛtionato. Sic ille dꝛ esse bene: qui in isto mundo habet ꝛ tenet locum ꝛ statum sue cōditioni congruū ꝛ aptatuꝫ: vt qꝛ nō est nimis alte sicut sunt illi qui in altis dignitatibus ꝛ officijs nullis exigētibus meritis sunt locati. q̄ recte videnꝝ esse monstrum in natura ac si recte pedes essent in corpe i loco capitis situati. Nec nimis basse per immoderatā depressionem: sicut sunt multi boni ꝛ sancti: qui sine promotiōe in statu infimo sunt relicti. qui recte sunt sicut si caput in loco pedum esset locatum. De quadruplici indebita locutione dꝛ. Eccl. x. Vidi seruos in equis. et principes ambulantes quasi seruos super terraꝫ. Isti ergo nō sunt bn̄. sed ille dꝛ esse bene qui habet sufficientiā. ſm̄ exigentiā sui status vn̄ Esa. iij. Dicito iusto. qm̄ bene fructum adinuētionum suaꝝ comedet. Et sic patet ꝙ octo reqrunꝝ ad hoc ꝙ aliqs dicaꝝ integraliter esse bene. ¶ Sed adhuc nota ꝙ quidā dicūtur esse bn̄ spūaliter: quidam tꝑaliter: q̄dam eternaliter. Spūaliter sicut sunt boni ꝛ iusti: qui hn̄t consciam tranquillā ꝛ quietam nulli mortali crimine molestatā. vn̄ Ecc. j. Timenti deuꝫ bn̄ erit. Item

tēporaliter. sicut sunt mali qui i mūdo isto pre ceteris prosperanꝝ. vn̄ Hiere. xij. Quare via impioꝛū ꝓsperaꝝ. bene est oībus qui preuaricanꝝ ꝛ inique agūt. Itē quidā dicunꝝ esse bene eternaliter sicut sunt beati quibus nihil deficit ꝛ quib⁹ oīa abundant. vnde in ps. Beat⁹ es ꝛ bene tibi erit. Et hec de bene sufficiant.

Benedicere.

Nota ꝙ est bn̄dictio qua bn̄dicit deus homini. Itē qua bn̄dicit hō deo. Itē qua bn̄dicit hō homini. De prima dꝛ in ps. Viduā eius bn̄dicens bn̄. pau. eius sat. pa. De secūda dꝛ in ps. Benedicā do. in om. tē: semꝑ laus ei⁹ in ore meo. De tercia dꝛ Leui. ix. Extendēs aaron manus ad populū bn̄dixit eis. ¶ Nota ergo ꝙ bn̄dictio qua deus benedicit homini nihil aliud est ꝙ sue gratie infusio. suorū beneficioꝛū collatio eternoꝝ premioꝛū promissio. Sicut enim ros celestis herbas facit germinare ꝛ virere. sic diuina gratia ꝛ beatitudo animā facit germinare per gratiā in presenti: ꝛ fructificare per gloriaꝫ in futuro. Et ideo dicit in ps. xlviij. Anima eius in vita benedicetur. Et Gen. j. Benedixit eis deus dicēs. Crescite ꝛ multiplicamini. Et ideo breuiter de dei benedictione possum⁹ exponere illud Gen. xlix. Omnipotēs benedicet tibi bn̄dictionibus celi desuper bn̄dictionibus abyssi iacentis deorsum: bn̄dictionibus vberū et vulue. Et ecce in ista autoritate tangunꝝ tria genera benedictionū quibus deus hoībus benedicit. Prima est benedictio influentie spiritalis. Et ista est bn̄dictio celi desuper. Secūda est benedictio affluentie tēporalis Et ista est benedictio abyssi deorsum. Tercia est bn̄dictio opulentie supernalis. Et ista est benedictio vberū et vulue. ¶ Prima ergo dei bn̄dictio: signat gratiā interiorē. Ille ei est apud deū amplius bn̄dictus qui bonis et virtutibus ceteris amplius est dotatus. vnde Esa. xliiij. Effundā spiritū meū super semē vestrū. ꝛ bn̄dictionē meā super stirpeꝫ tuā. ꝛ germinabūt inter herbas quasi salices iuxta preterfluentes aquas. Et nota ꝙ ipse comparat hominem taliter benedictum salici que iuxta aquas crescit: sine aquis non proficit sibi ex aquis molliciem acquirit: ita ꝙ efficitur arbor tenera faciliter plicabilis atqꝫ mollis: Sic procerto homo iuxta fluenta gratie ꝛ diuine benedictionis. crescit virtutibus ꝛ meritis ꝛ sine istis nō ꝓficit quo ad deū Esa. l. ca. Cōputrescent pisces sine aqua ꝛ morienꝝ in siti. Sꝫ vere si ista aqua affuerit: tūc homo in virtutibus augmentatur ꝛ fit mollis ꝛ tener per clemētiā ꝛ benignitatem: fit etiā plicabilis per obedientie promptā facilitatē. Vn̄ de tali cremēto dꝛ in ps. Benedixit eis ꝛ multiplicati sunt nimis: Ista est igitur bn̄dictio celi. i. grā celestis ꝛ spūalis. vn̄ Gen. xxvij. In rore celi ꝛ in pinguedine terre erit benedictio tua. Et talē benedictionē videbatur habere. Job. de qua dicitur Job. j. Operi manuum eius benedixisti. ꝛ possessio eius creuit in terra. Taliter non sunt benedicti immundi. cupidi et auari. nec ceteri peccatores quos ignis auaricie ꝛ luxurie ab humore gratie desiccauit. Joel. j. Ignis consumpsit speciosa deserti. Non sic ergo: sed habeamus gratiam vel influentiam interiorē que est prima dei benedictio. vn̄ Eccli. xxxix. bn̄dictio dei quasi flumius inūdabit. ¶ Secundo dico. ꝙ benedictio dei quandoqꝫ signat opulentiam exteriorem. Nam tunc deus dicebatur hominem antiquitus benedicere quando faciebat ipsum in diuitijs abundare. vnde Deut. xxviij. Venient super te vniuerse benedictiones iste. Benedictus eris in ciuitate benedictus in agro: benedictus fructus ventris tui: benedicta horrea tua: ꝛ benedictus fructus terre tue. Et breuiter in multis locis ve. te. temporalis prosperitas sub benedictionis nomine designatur. j. Reg. xxv. Suscipe benedictionem quam attuli tibi. Et ista est benedictio abyssi iacentis deorsum. Sicut enim abyssus. i. mare inferius piscibus quos nutrit dat benedictionē. vitam ꝛ recreationem. qḋ tamen animalibus dat quādoqꝫ interitum ꝛ submersionem. Sic vere mundi prosperitas. piscibus idest bonis et deuotis et bonis actiuis qui

nis qui ipsa scilicet prosperitate mundana bene sciunt
vti ⁊ in ipa sciunt se bene regere. est cā benedictionis ⁊
salutis. que tamē animalibus .s. pctōribꝰ ipa male vtē
tibus est cā maledictiōis atꝗ mortis. Nā in eadez aq̄
lignū buxi submergit ⁊ descēdit ad ꝓfundū. vbi lignū
abietis supernatat. Sic vero in aqua ⁊ abysso munda
ne ꝓsperitatis buxus qḋ est lignū ponderosum ⁊ durū
id est mūdi pcōres duri ⁊ obstinati. graues ⁊ ad terre-
na ꝑ auariciā inclinati submergunt ꝑ dānationē: vbi
abies q̄ ē arbor leuis .i. viri boni ⁊ iusti supnatāt ⁊ eua
dunt ꝑ saluationē. vnde talibus pctōribus benedictio
ista mutat in maledictionē: vnde Malach. ij. Male-
dicam benedictiōibꝰ vestris. Isti figurant in egyptijs
qui in mari sunt submersi. vbi tñ filij israel illesi trāsie
runt: Sic vere egyptij .i. mali in mari mūdane ꝓsperi-
tatis ꝑeunt i abyssuz vbi tamē israelitici .i. boni ⁊ iusti
transeunt sine dāno. Ideo de malis dr. Exo. xv. Abyssi
operuerunt eos. descenderūt in profundū quasi lapis
De bonis aūt actiuis quibꝰ ista abyssus ꝓficit pōt di-
ci illud Eze. xxxj. Aque nutrierūt illum abyssus exalta
uit eū. Ista est ergo secūda benedictio qua bñdicit deꝰ
scꝫ ꝑ opulentiā exteriorē. Bñdictio inqt abyssi iacētis
deorsum. ¶ Tertia bñdictio qua benedixit deus fit ꝑ
affluentiam vberiorē vel superiorē. qḋ ostēdit cum dr.
Benedictio vberum ⁊ vulue: Per vbera eñ intelligit
vbertas eterne glorie. a qua lac .i. dulcedo voluptatis
eterne exprimit. Et ista est benedictio vltima quā ꝓuat
paterfamilias deus pmogenitis filijs .i. bonis hoibus
dicit eñ Isido. ꝙ sunt aliqua aīalia q̄ primogenitis fi
lijs dant vbera meliora: Unde dicit ꝙ canicula catulo
suo pmogenito ⁊ pinguiori consueuit dare mamillam
vberiorē. primam ⁊ meliorē: Sic vere xp̄s pmogenitis
suis .i. iustis ⁊ bonis de q̇bus dr Exod. iiij. Primogeni
tus meus israel. ⁊ Hiere. xxxj. Effraym primogenitus
meus. semꝑ ꝯsueuit dare vbera meliora .i. dulcedinem
bñdictionis eterne ⁊ celestis glorie plenitudinez: Ista
est bñdictio de qua loqtur: Matth. xxv. Uenite bene-
dicti pa. mei ꝑci. reg. Sed reuera charissimi multis ec
clesiasticis accidit frequenter sicut Esau. q̇ ꝗuis esset
pmogenitus ysaac: ⁊ ad ipm de iure ꝑtineret bñdictio.
germanus tamē suꝰ Jacob benedictionē reportauit:
Sic vere charissimi ꝗuis esau primogenitus ysaac .i.
ꝗuis eccl'iastici sint de iure cōi pmogeniti xp̄i: ⁊ ad ip-
sos quodāmodo ꝑcipue ꝑtineat bñdictio eterne glo-
rie: sepe tñ accidit ꝙ secundogeniti .i. seculares. nobis
spoliatis istā benedictionē reportant. vñ ibidē Gene.
xxvij. dr. Uenit germanus tuus fraudulenter ⁊ accepit
bñdictionē tuā. fraudulēter inqt. Ista ē eñ pia fraus
qñ iacob pōt supplantare esau. qñ homo pōt substitui
in loco angeli: qñ bonꝰ secularis pōt substitui in loco
non boni eccl'i. Ideo de talibus dr in ps. Hic accipiet
bene. a do. ⁊ mise. a deo sal'. suo. Ista est ergo tertia be-
nedictio dei: q̄ fit ꝑ affluentiā vberiorē vel superiorem
Bñdictio inqt vberū. De talibꝰ vberibꝰ loquit spon-
sus Cant. j. Meliora sunt vbera tua vino fragrantia.
vnguentis optimis. Xp̄s etiā dicit de quolibet viro iu-
sto ibidez Cant. j. Dilectꝰ meus mihi inter vbera mea
cōmorabit. ⁊ ista est bñdictio q̄ est de fructibus solis ⁊
lune. de qua loquitur. Deuter. xxxiij. Et de vertice mō
tiū antiquoꝝ. ⁊ de pomis colliū eternoꝝ. Ubi nota ꝙ
ista benedictio hꝫ Claritatem inobfuscabilē. Solis in
quit ⁊ lune. Habet dignitatem insupabilem. De vertice
inquit mon. au. Habꝫ firmitatē incōmutabilē. Colliū
inquit eternorū. Et ista est tertia dei bñdictio. Bene-
dicit ergo deus. In affluentia eternaliū. Per opulen-
tiā externalium: Per influentiā internaliū. Et ista sūt
D tria genera benedictionis q̇bus bñdicit deus homini
¶ Item notandū ꝙ ista bñdictio diuina pluribus ho
minibus dat a deo. vñ in ps. Benedixit domui israel
bene. do. aaron. bene. oībus q̄ ti. do. Ubi nota ꝙ a deo
principaliter benedicuntur tria genera hoim .s. illi qui
hñt. Intelligentie limpitudinē israeli .i. videns deum
Perseuerantie firmitudinem aaron .i. mons fortitudi
nis. Obedientie ꝓmptitudinem: timent inquit domi
nuz: Dico ergo ꝙ a deo benedicuntur illi qui hñt lim
pitudinē claritatis .s. viri discreti spiritales ⁊ contem-
platiui qui deum vident ⁊ celestia meditant: Quanto
enim aer purior est tanto maiorem copiaz lucis reci-
pit a sole: Sic hō quanto spūalior tanto maiorem be-
nedictionem ⁊ gratie vel glorie infusionem recipit a
xp̄o israel inquit .i. videns deū. Quod figuratur Gene.
xxxij. vbi quādo iacob fuit factus israel ⁊ qñ nomen eiꝰ
fuit mutatum dr ibi ꝙ angelus bñdixit eū in eodē lo-
co. vnde in ps. Benedictionē dabit legislator ibunt de
virtu. in virtu. vide. deus deoꝝ in syon. ¶ Secūdo bñdi
cuntur illi qui habēt fortitudinem firmitatis. Aaron
qui interpretatur mōs fortitudinis. Quia sicut lux co
piosius diffundit ad montes ꝗ̄ ad valles. sic diuina
benedictio ⁊ gratia magis diffūditur ad hoīes fortes
constantes ⁊ pseuerantes: altos ⁊ virtutibus eminen-
tes. Aaron inquit Eccl'i. xlv. Excelsum fecit aaron fra
trem suuz. Et Eccl'. xxxvj. Secundū bñdictionē aaron
de populo tuo ⁊c. ¶ Tertio benedicuntur illi qui ha-
bent promptitudinem voluntatis .s. humiles. obedien
tes ⁊ deum timētes ⁊ reuertentes. Qui timent inquit.
dñm. Sicut enim valles plus recipiunt de pluuia ꝗ̄
alia terra. sic humiles de gratia ⁊ bñdictione. Eccli. j.
Timenti deū bene erit in extremis. ⁊ in die defunctio-
nis sue benedicetur ⁊c. Si vis vide in distinctionibus
mauricij in isto titulo vbi multa inuenies. ¶ Itez no- E
ta ꝙ est alia benedictio qua .s. benedicit homo deo. De
qua Dañ. iij. Benedicite oīa opa dñi dño ⁊c. Et ista be
nedictio nihil aliud est: ꝗ̄ laus dei ⁊ magnificatio gra
tiarum actio ⁊ glorificatio. vnde ibidē Daniel'. iij. Be
nedicat terra dñm. laudet ⁊ superexaltet eum in secu-
la. Et ista ꝓ certo bñdictio est ab hoibus deo dāda in
ꝓsperis ⁊ aduersis. vñ Tho. iiij. Omni tpe bñdic deum
⁊ pete ab eo vt vias tuas dirigat: Qḋ est cōtra multos
qui in deum benedicendo laudando ⁊ magnificando
non occupant: nec ei de beneficijs collatis regratiant
sed econuerso ꝑ blasphemias. iurationes ⁊ malas lo-
cutiones ipm maledicere sepiꝰ dinoscūtur: Et potissi
me in aduersis sicut q̇busdā hoibus q̇ ꝗm Isido. in de-
sertis ethiopie ꝯmorant. q̇ nihil aliud faciūt nisi solez
ꝯtinue respicere ⁊ ipm ꝓpter ardorē quē eis infert du
ra imꝑcatione maledicere: Sic vere multi sunt qui qñ
sentiūt ardorē solis: idest aliquā tribulationē eis a so
le iusticie immissam. statim ad ipm blasphemanduz ⁊
maledicendū ꝯuertunt: figurati Apoc. xvj. vbi dr. Qḋ
datū ē soli affligere hoīes estu magno ⁊ igne⁊ blasphe
mauerunt deū. Nō sic ergo: sꝫ in ꝓsperis ⁊ in aduersis
deū bñdicamꝰ ⁊ ipm magnificemꝰ regratiemur ⁊ col-
laudemꝰ: dicētes Apoc. vij. Bñdictio ⁊ claritas ⁊ sa-
piētia ⁊ grārū actio. honor ⁊ virtus ⁊ fortitudo deo no-
F stro in scl'a scl'oꝝ amen ⁊c. ¶ Itē adhuc dico ꝙ est alia
bñdictio: q̄ .s. bñdicit hō hoi q̄ antiq̇ solebāt vti. q̄ nihil
aliud ē: ꝗ̄ quedā orō vel imꝑcatio. vel q̄dā diuini ad-
iutorij iploratio: sicut solebāt facere pr̄es filijs. Antiq̇-
tus. n. q̄si quodā iure hereditario pr̄es filijs bñdicebāt
⁊ eis bona futura imꝑcabāt: ⁊ quasi ꝑ ꝗ̄dā affectionē
⁊ bñdictionē ad posteros. maxie ad pmogenitos trans
mittebāt: sicut pꝫ de ysaac bñdicēte iacob ⁊ esau. Geñ.
xxvij. ⁊ de iacob Genes. xxxviij. ⁊. xxxix. de moyse. Deu.
xxxij. Antiquoꝝ eñ vr̄ fuisse opinio: ꝙ bonoꝝ parentū
filijs proficeret bñdictio: vñ Eccl'i. iij. Bñdictio pr̄is
firmat domꝰ filioꝝ. Sꝫ istud erat verū: qñ filij bonorū
parētū imitatores efficiebant: qr al's bñdictio nō vale-
G bat. ¶ Itē ē alia bñdictio qua bñdicit hō alicui rei: et
ista vtit eccl'ia in reꝝ eccl'iasticaꝝ bñdictiōe: ⁊ hoc nihil
aliud est ꝗ̄ quedā ꝯsecratio: vel ad diuinos vsus depu
tatio: De qua pōt dici illud Matt. xxvj. Accepit iesus
panem ⁊ bñdixit ⁊c. Et sic patent quatuor genera bñ-
dictionum: Et hoc sufficit.

Beneficiuz. Benefacere.

Nota pmo φ beneficiū accipit vt cōmuniter ꝓ gratia: liberalitate: curialitate: elemosyna: adiutorio. Nota ergo φ oīa q̄ sunt nitunt̄ summe sibiīuicē bn̄facere ⁊ vnū alterū adiuuare. Bonū em̄ est suipsius diffusiuū ⁊ cōicatiuū. Et ideo oīs bona res semꝑ benefaciēdo. ⁊ alijs bn̄ficia impendendo se cōicat ⁊ diffundit. Sol em̄ illuminat: ignis semꝑ calefacit: aqua semꝑ humectat: terra cōtinue fructificat. In quo datur nobis exēplū φ beneficia nostra gr̄as ⁊ solatia semꝑ debemus alijs impēdere: ⁊ infundere doctrine illuminationē ignorantibus. Sol inquit. Amoris calefactionē frigescentibus ignis. Aque ⁊ vini humectationē sitientibus. Panis fructificationē esurientibus debem⁹ cōtinue distillare. vn̄ Esa. j. Quiescite agere ꝑuerse: discite bn̄ agere. nunφ em̄ debet hō cessare quin semꝑ alicui bene faciat: vel sibi vel alteri. Sibi dico in bonis operibus se continue exercēdo. Iuxta illud Hiero. Semper aliqd boni facito vt te dyabolus inueniat occupatū. Quis de malis dicat̄ Hiere. iiij. Sapientes sunt vt faciāt mala: bene aūt facere nescierunt. Alteri dico. s. aut spūaliter instruēdo: aut tpalit̄ subueniēdo: aut actualiter consolando. Sicut em̄ videmus φ trūcus arboris humorē continue ⁊ nutrimentū recipit a radice: qđ tn̄ sibi nō retinet. immo ad ramos ⁊ ad extremas partes arboris ipsum mittit. Sic vere nos q̄ a radice. i. a deo humorē suoꝝ bn̄ficiorū. s. scientiā lr̄arū. vel opulentiā diuitiaꝝ cōtinue recipimus. Ipsa nobis totaliter retinere debemus: sed ipsa ad ramos posteriores. i. ad indigentes ⁊ pauperes transmittamus. Uidemus em̄ φ pili ⁊ vellera aīaliū pendent naturaliter inferius versus pedes: sic vere vellus ⁊ indumentū diuitiarū nr̄arum ⁊ bonoꝝ nostroꝝ tpaliū debent inferius ad pedes id est ad infimos ⁊ indigentes ⁊ pauperes diriuari. vn̄ Cassiod. in quadā ep̄la. Pietate plenū est peregrinantem gentē publicis beneficijs obligare: ⁊ nō tm̄ cōpatriotas ad substātie lucra admittere: quātū ipsos quoφ extraneos inuitare. Ad hoc facit qđ dicit̄ Mar. xiiij. Pauperes semꝑ habebitis vobiscū: ⁊ cū volu. po. eis benefacere. Et istud ꝓ certo est hodie cōtra multos q̄ libētius benefaciūt diuitibus φ pauperibus. similes quibusdā tauris aggrestibus qui sunt in india. quorū pili nō tendunt inferius versus pedes. immo cōtra naturā oīm aīaliū vertunt̄ superi⁹ versus caput: sicut dicit Pli. Sic vere multi sunt quoꝝ pili exteriores. i. exteriores diuitie ⁊ possessio tpalis nō sunt ordinati inferius ad pauperes nutriēdū. immo vere tēdūt superi⁹ ad diuites honorādos: ꝓmouēdos: pariter ⁊ ditādos. Contra quos loquit̄ Pe. rauen̄. in quodam sermone. Imperiti inquit ⁊ oīno inutiles elegātioribus bn̄ficijs ⁊ officijs amplian̄t: diuitie cumulan̄t diuitibus: ⁊ non est qui respiciat pauperē ⁊ mendicū. Helyseus vasa vacua implebat ⁊ deficientibus oleū dabat: hodie ꝟo cōtemnūtur vasa vacua ⁊ plena supimplent̄. ligna in siluas. ⁊ aque in mare deferunt̄: ⁊ arenti terre subtrahuntur. ⁊ flumina que nō indigēt irrigant̄. Nō sic igit̄: sed demus bn̄ficia indigentibus nō supabūdantibus. vn̄ Eccli. xiiij. Ante mortē benefac amico tuo. ⁊ exporrigēs da pauperi ſm vires tuas. In quibus verbis ostendit̄ de beneficio qn̄ debet dari: q: ante mortē. Cui dꝫ dari: q: amico ⁊ pauperi. Quomō debet dari. q: exporrigendo. i. extense porrigendo. Quantū debet dari q: ſm vires suas.
B ❡ Nota ergo φ ex beneficio cōferendo debemus attendere celeritatē: q: ante mortē. Necessitatem q: pauperi. Charitatē: q: amico. Largitatem: q: exporrigendo. facultatē. q: ſm vires suas. Attendamus ergo in beneficio celeritatē conferentis. q: s. statim cito velociter ⁊ libenter debemus beneficiū impartiri. Nam sicut statim qđ mēbrū ledit̄: natura ad eius adiutorium sanguinem mittit ad locum lesionis. Et hoc celeriter spōte ⁊ sine violētia aliquali. Sic hō statim φ videt indigētiā alterius sponte celeriter ⁊ libēter dꝫ sibi sanguinē mittere. i. necessariū subsidiū erogare. Nō em̄ debet expectare qđ roget vel requirat̄. immo ꝓ certo habita oportunitate ⁊ visa necessitate ipse dꝫ petitionem alterius preuenire. Et hoc est qđ dicit Sene. lib. iiij. de beneficijs. Gratissima inquit, sunt beneficia parata occurrentia ⁊ facilia vbi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundia. Optimū est eā occupare: anteφ rogemus: q: ꝓbus hō rogando rubore suffundit̄. q̄ aūt hoc tormentū remittit multiplicat mun⁹ suū. Sed sic non faciūt multi. q: nullā prorsus curialitatē volūt facere alicui nisi cum magna violentia ⁊ labore: ⁊ ideo dona ⁊ beneficia taliū nō sunt spontanea neφ grata sed potius violenta. Sicut em̄ myrrha arbor emittit duplicē liquorē. s. vnū qui primo spōtanee de arbore emanat. et iste est optim⁹. Et dr̄ in scriptura myrrha electa. ⁊ alio modo dr̄ stacten. Itē aliqn̄ quasi violēter ꝑ inscisuras distillat: ⁊ iste illaudabilior iudicat̄. Sic ꝟo inter duo genera bn̄ficioꝝ illud dꝫ illaudabilius iudicari qđ ꝑ diuersas inscisuras. i. per varias precū instantias quasi cū violentia extorquet̄. Illud aūt optimū dr̄: qđ sponte ⁊ celeriter erogat̄. Ideo dicit Sene. ibidē de bn̄fi. lib. iiij. Nō tulit gratis q̄ cū precib⁹ accepit. Nulla res charior cōstat φ q̄ precibus empta est. molestū em̄ verbuꝫ ⁊ onerosuꝫ est demisso vultu dicere rogo. Est igit bene faciendū celeriter: qđ ostēdit̄ cū dr̄. An̄ mortē benefac. hoc est dictu. statim celeriter ac instanter: mors enim semꝑ est parata. ⁊ ideo cū dr̄. Ante mortē innuit̄ φ statim ⁊ sine dilatiōe dꝫ adimpleri. vn̄. j. Paralip. xxij. An̄ mortē oēs preparauit expēsas. Ideo de tali celeritate dicit idē Sene. in prouerb. phoꝝ. Beneficiū bis dat q̄ dat celeriter. Attendit̄ ergo in beneficio celeritas conferentis. Ante mortē inquit. ❡ Scđo attendēda est necessitas patiētis qđ ostendit̄ cū dicit̄ pauperi. q: s. quāto quis est pauperior ⁊ indigentior. tanto celerius debem⁹ sibi bn̄ficiū elargiri. iuxta illud ps. Dispersit dedit pau. ⁊c. Ista est ergo regula euāgelica. Luc. xiiij. Cū facis cōuiuiū noli vocare diuites ⁊c. Sed voca pauperes q̄ nō possunt tibi retribuere: ſꝫ pater tu⁹ q̄ est in celis reddet tibi. Qđ vtiφ est ꝯtra multos q̄ bn̄ficia nō dāt pauperibus sed poti⁹ diuitibus vt supra dictū est. Et hoc q: in dādo nō cōsiderāt ꝓximi necessitatē: ſꝫ tātū ꝓpria vtilitatē: q: vere hodie vt cōiter quotiēs aliquid dat̄ semper de retributiōe sperat̄. Cōtra quos dicit veritas. Luc. vj. Si benefeceritis his q̄ vobis bn̄faciūt. q̄ vobis gr̄a? siquidē ⁊ peccatores hoc faciūt. Nā peccatores peccatoribus feneran̄t vt recipiāt equalia Sequit̄. Benefacite. date mutuū: nihil inde sperātes. Et de hoc pulcre loquit̄ Sene. lib. de benefi. Elige inqt eum qui gratus nō q̄ redditurus sit. fenus em̄ nō bn̄ficiū est circūspicere nō vbi optime sed vbi studiosissime ponas vt inde facillime tollas. Consideremus ergo in bn̄ficijs ꝓximi necessitatē. Pauperi inqt. ❡ Tercio debemus cōsiderare amorē ⁊ charitatē. Amico inquit. Ceteris em̄ paribus magis tenemur bn̄ficiū facere parentibus ⁊ amicis φ extraneis ⁊ remotis. hoc em̄ docet natura. Cor em̄ magis infundit de calore membris sibi ꝓximis: sicut sunt epar ⁊ renes: φ remotis sicut sunt manus ⁊ pedes. Fons em̄ abūdantius infundit aquā in ꝓpinquū riuulū φ in remotū. Sic reuera hō magis tenet̄ infundere bona sua ⁊ beneficia in amicos ⁊ parētes ⁊ propinquos φ extraneos ⁊ remotos ceteris tn̄ paribus. vn̄ Sene. ibidē. φ uis oīni petēti dare debeas. tn̄ in bn̄ficio spectādi sunt recipiētiū mores animus: habitatio: societas ⁊ obsequiū nobis impēsa. Qđ est cōtra multos q̄ ꝓximis vicinis ⁊ amicis nō studēt benefacere: sed nocere. similes quibusdā porcellis seu suibus: que oēs fetus suos deuorare consueuerūt. Sic ꝓ certo multi sunt q̄ oēs fetus suos. i. oēs consanguineos vicinos et amicos exheredare: depauperare: molestare ⁊ deuorare nitunt̄: nulliφ suoꝝ benefaciūt: ⁊ magis diligūt erga se extraneos φ ꝓpinquos. Contra quos Ap̄ls. j. Thi. v. Qui suoꝝ ⁊ maxime domesticorū curā nō habet: fidē negauit: ⁊ est infideli deterior. Attendere ergo debemus amorē ⁊ charitatē. Amico inquit. Unde Eccli. xxij. Fidē posside cum amico ⁊ in tempore

porē paupertatis illius permane illi fidelis. ¶ Quarto dico: in bñfaciēdo dēmus attendere vigorē et facultatē s. bonorum nostrorum. quod ostenditur cū dr. Scdm vires tuas. qr. s. hō nō dz dare vltra q facultates sue supetūt ad continuandū: Quod est cōtra multos q tantum dant vna vice: et ita pdige et superflue expendunt bona sua q efficiunt pauperes et inanes: similes quibusdam arboribus que tātum in vno anno emittunt de fructibus q efficiunt steriles in secūdo: Sic cōiter dr de oliuis q tales vna vice. i. vno tpe tantū expēdūt q steriles et pauperes cito fiūt. nec amplius qcq expēdūt. sicut ad seniuz videmus de fatuis et pdigis nobilibus qui tribuūt vltra vires. Cōtra quos dicit: Sene. vbi. s. Caue inquit ne beneficium maius sit facultate: Sequūtur. n. talē largitionem rapine. vt ad largiēdū suppetant copie. cum. n. dando egere ceperint alienis bonis vim inferunt. et maiora odia cōsequunt eorum qui bus ademerūt. q fauores eorum quibus dederūt. Ad quod. Thobie. iiij. Quomodo poteris ita esto misericors: et si multū: multum. et si par: par tribue: fm ergo vires. vñ. j. Esdre. ij. fm vires suas dederunt impensas dño. Attēdamus ergo in dādo bñficia. vigorē: et facultatē. ¶ Quinto dico q nos dēmus attēdere dulcorē et largitatē: qr. s. largiter: benigniter et dulciter sūt beneficia cōferenda. Exporrigēs inquit. i. extense porrigēs. Hoc est dictu. liberaliter et gratāter. letāter. affluēter et abūdanter. qd vtiqz non faciunt parci et auari et ingrati. qr manus istorum est extēsa ad accipiendum. et ad dandū collecta. Eccl. iiij. Similes leoni qui semper hz vngues clausos et incuruatos etiā qn incedit: timens ne cōtra terrā ledant. nisi qn vult accipere predā qr tunc ipas optime extendit. Sic vere multi sunt quorū manus et vngues sunt semper clause per parcitatē. nisi forte qn accipiunt predā. i. qn recipiūt beneficia ab alijs: tūc enim optime sciūt extēdere manus suas: Bñficia enim tam dei q proximorum gratanter recipiunt sz nullum penitus restituūt. Cōtra quos. Sen. epla. lxxxij. Erat q bñficium libentius accipit q reddit. hylarior enim debet esse qui soluit q qui mutuat. Exporrigēs ergo. i. extense porrigēs. vñ ps. Extēdit ma. su. in retri. Et Luc. xxiiij. Accipiens panem fregit et porrige. illis. Qd si tu dicas q qr vides te multa beneficia alijs cōtulisse. et tamē ex nullo te cōmodum reportasse. attende rogo te sententiā Sen. dicentis in predicta epistola. Post malā inquit segetē serendū est. nā quicqd perierat infelicis soli assidua sterilitate vnius anni restituit vbertas. Post naufragiū maria temptātur naui. cuiusrei euētus incertus est sepe tēptandus est. Naz vt alibi dicit Sen. Collecta perdēda sunt: vt semel bene ponas. Unum aūt charissimi est in ista materia attendendum: qd dicit quidā sapiens qui dicit. Symonides. sicut dicit Sen. in prouer. Petitum eni fuit ab ipo: quid erat in mundo qd facilius senescebat. qui respondit q beneficiuz. Quia breuiter charissimi apud ingratos beneficia recepta statim senescunt idest statim dant obliuioni. Ipsi eni vident bibisse de vno fonte qui est in ethiopia qui inducit obliuionē fm Isido. Et istud p certo nō debet esse. qr homo qui recipit beneficiū. ipm semper debet p gratiarūactionē recognoscere et sine obliuione iugiter memorari: qr sicut dicit Hiero. Optima beneficiorum custos est confessio. Ideo pulcre loquitur Sen. li. ij. de benefi. Hec inquit inter duos beneficij lex est. vt alter statim obliuiscatur dati. alter aūt nunq obliuiscatur accepti beneficium taceat qui dedit. narrat qui accepit. Patet ergo charissimi q in beneficio alteri conferendo debet cōcomitari facultas: charitas: largitas: necessitas: claritas. ideo bene dicit. Ante mortē benefac amico tuo. et fm vires tuas exporrigens da pauperi. Pro omni ergo cōclusione dicat illud Sen. li. de benefi. Qd illud bñficiuz pulcrum est qd nulla dilatione est suspēsum. nullis precibus redemptū: nullis meritis cōparatū. Hec ergo iā dicta de beneficijs humanis sufficiunt. ¶ De beneficijs aūt diuinis vide in titulis suis. s. vbi xpi natiuitas xpi aduentus: xpi passio: et sic de alijs.

Beneplacitum. Componit de bene et placeo: ces. Et est proprie loquēdo beneplacitū idē qd amor. cōplacētia. acceptabilitas. et bona voluntas alicuius persone erga aliquam rē. vnde ps. Beneplacitū est do. su. ti. eū &c. et econuerso de peccatoribus: Eccli. xxxiiij. Nō sunt bñplacite subsannationes iniustorum. Uide de bene: et de placere. de complacere. de amore dei &c.

Benignitas. Idem est qd māsuetudo beniuolētia mititas et lenitas et pōt dici benignitas a bonus et ignis quasi bona igneitas. et videt esse illa virtus q iracūdie opponit. et est virtus animi: qua hois mēs est trāquilla. mitis pacifica erga oēs. ¶ Nota ergo q ad hoiem inter cetera aialia magis ptinet q sit benignus: qr fm phm hō est animal mansuetū naturaliter: Uide ergo de benignitate hois infra vbi clemētia pietas et māsuetudo. qr enim paucissime sunt autoritates de isto vocabulo ideo dimitto. ¶ De benignitate aūt dei: nota q ista apparet A

In puersorum cōuersione.
In pctōrum redēptione.
In eternorum collatione.

Primo dico q apparet in puersorum pūersiōe. vn de Roma. ij. Benignitas dei ad penitētiā te adducit: Sicut eni pater benigniter se hz ad filiū castigandū et corrigendū. sic deus ad pctōrem. iiij. Regū. xxv. Locutus est eis benigne rex. ¶ Scdo apparet in peccatorum redēptione: ipse eni factus est sicut agnus benignissimus p salute hoim imo latus. nullū ledēs: cunctis pficiens. oibus benigniter rñdens: vnde ad Thitū. iij. apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei. Sicut eni leo est aial erga hoiem placidū et benignū: qr hoiem nō nisi in magna fame comedit. pstratis mulieribus et puulis parcere cōsueuit. Sic deus erga hūanū genus est benignus: qr semp cōsueuit pcere et misericorditer idulgere illis q sūt mulieres p pietatē q sūt pstrati p paupertatē: q sūt paruuli p hūilitatē. ¶ Tertio appet dei benignitas in pmiorum collatione. vnde in ps. Benedices corone anni benignitatis tue. et campi tui reple. vber. &c. Breuiter ista materia abundat in autoritatibus et figuris vocabilibus. ideo qui voluerit exempla de benignitate videat in alijs titulis: vt dictum est.

Beniamin. fuit minor filius Jacob. queз peperit sibi rachel. et interpretat filius virtutis. filius dextre. siue filius asininus. siue filius dierum aut filius amaritudinis. Talis p certo beniamin est qlibet vir pfectus: et maxime talis fuit beatus paulus qui fuit de tribu beniamin. sicut ipse dicit Phil. ij. Iste dum est in vita ista debet esse filius amaritudinis p cōtritionē. filius asininus p onerū tribulationē et supportationē. filius virtutis per oim bonorū operū executionē. Et sic in alia vita fiet filius dextere per eterne psperitatis adeptionē. Et sic fiet filius dierū: per eterne vite diuturnā durationē. ¶ Et nota q beniamin fuit iunior filiorum: et ideo a iacob precipue diligebat et fratribus ad labores exeūtibus beniamin domi retinebat: sicut dicit Gen. xlij. Cyphus etiā Joseph in sacco beniamin est inuentus: sicut dicit Gen. xliiij. In mensa etiā fratrū ioseph et filiorum iacob. pars beniamin quinquies ceteris erat maior. Beniamin eni erat frater Joseph vterinus: Et ideo de cibarijs mense sue pinguiorē portionē q alijs sibi dedit: Iteз beniamin minor et iunior: signat psonas humiles et benignas et maxime viros pfectos et cōtemplatiuos: qr semp erga patrem suū deū in domo paradisi p cōtemplationem morant. dum fratres sui. i. viri actiui ad labores mundanos exterius occupantur. vnde in ps. Ibi beniamin adolescētulus in mentis excessu. Istā autoritatē vide si vis diuisam et persecutā in themate de sancto Johāne euangelista: In sacco etiā taliū. i. in corde et psciētia humilium facilius inuenit cyphus ioseph. i. sciētia diuina que inebriat auditores: in mensa etiā eter- A

ne glorie tales habebunt pinguiorē portionem. iuxta illud Josue. xviij. Sors prima filiorum beniamin. Et ideo ratio est. q2 pro certo ioseph. i. xp̄s tales beniamin i. tales personas humiles fratres reputat vterinos. q2 sc3 xp̄s fuit humillimus et ideo omnes humiles reputat fratres suos: et de bonis mense paradisi abundantius eis donat ipsosq3 ceteris magis amat. vñ Gen. xliij. Attollens oculos suos. vidit beniamin fratrem suum vterinū vel dic q̄ ioseph. signat mundi prelatos iudices et magistros qui fratribus suis vterinis. i. parentibus carnalibus et amicis q̄ꝑ sint beniamin. i. ceteris iuniores et ignorātiores: de mensa tamē sua. i. de bonis ecclesie solēt eis abundantius dare q̄ꝑ alijs antiquioribus et pfectis vnde. Abdie. c. vnico. Beniamin possidebit galaad Beniamin enim q̄uis esset vltim⁹ in ordine mense maiorē tamen accepit portionē q̄ꝑ precedentes Sic vere illi qui in mensa ecclesie sunt vltimi. s. pauperes et humiles qñ ver⁹ ioseph. i. xp̄s venit distribuere bona sua. s. in iudicio: maiorē partē glorie obtinebūt q̄ꝑ illi qui ipsos in magnis honoribus nūc precedūt Uel dic q̄ in mundo illi qñq3 pinguius beneficiantur et pmouentur qui in mensa vltimi sedēt. i. q̄ minus ceteris reputabātur et de quibus minus sperabat. Eccli. xj. Insuspicabilis portabit dyadema. ¶ Si vis accipere in malo. dic q̄ beniamin. qui interptat filius amaritudinis et filius asininus. signat peccatorē qui semp in hoc mūdo habet amaritudinē peccati. et in futuro habebit amaritudinē inferni qui ad modū asini tardus est per pigritiā carnalē. Et sic beniamin maiorē portionē habuit de cibis ioseph q̄ꝑ alij fratres sui. Sic vere mali plus habent vt cōiter de bonis hui⁹ mundi q̄ꝑ viri iusti et boni. vnde ps. Ecce ipsi pec. abū. in se. obti. diui. In sacco etiā taliū inuenitur cyphus ioseph. s. mundi ebrietas atq3 gula et c.

Bestia. Nota q̄ bestia dupliciter accipit̄ i scriptura. s. in bono significato et in malo. In bono significato per bestiā pōt intelligi vir pfect⁹ q2 sicut videmus q̄ bestia naturaliter viget in naturalibus virtutib⁹. sicut pat3 q2 quedā bestie sunt magne prouidētie ad aggregandū sicut est ericius et formica. Alie sunt magne industrie ad venādū sicut sunt aranee Alie sunt magne sagacitatis ad odorandū sicut canis Quedā magne discretionis ad speculandū sicut linx. et capra. Quedam magne discipline ad domesticandum vt elephas. Sic vere viri perfecti possunt dici bestie q2 sibi puident in futurū per discretionē: predā bonorum eternorum caute venantur et acquirunt p bonam operationē: futuram suauitatem odorantur per deuotionē: futura etiā gaudia et tormēta sc3 clare speculantur per cōtemplationē et cōsiderationē faciliter etiā domesticantur per obiectā subiectionē et per moralem conuersionē vñ. Judith. xj. Bestie terre obtēperant illi. Et ideo tales dicuntur bestie quasi bene scientes q2. s. sunt in pluribus bene scientes et discernētes. Ideo de talibus pōt dici illud Esa. xliij. Glorificabit me bestia agri dracones et strutiōes: Sicut enī oēs bestie fetus suos diligūt ipsosq3 pro virib⁹ defendūt: et multis nocumentis et periculis pro eis se exponunt. ille etiā de vna specie se inuicem diligūt et naturaliter sibi parcunt: nec vt cōiter sese deuorāt vel occidūt. Sic pcerto boni viri illos de specie sua. s. parētes cognatos socios et vicinos debent diligere. nec alter alteri debent quoquomodo nocere. Job. v. c. Bestie terre pacifice erunt tibi: sed potius seinuicem adiuuare iuxta illud Gala. vj. Alter alterius onera portate et c. filios etiam suos i. subditos debent si sint prelati diligere et fouere: et pro posse defendere. et pro ipsis periculum non timere. Et sic nota q̄ tales bestie.

Habent vnitatem.
Habent charitatem.
Habent bonitatem.
Habent firmitatem

De vnitate pacifica taliū dr̄ Job. v Bestie terre pacifice erunt tibi de charitate vero dicitur. Osee. ij. capit. Percutiam fedus cum bestia agri de bonitate vero dr̄. Baruch. vj. Bestie meliores illis. De firmitate et fortitudine dr̄. puer. xxx. Leo fortissimus bestiarū et ad nullius pauebit occursum. et sic tales erūt ille bestie de quibus dicitur. Mar. j. Erat iesus cū bestijs et angeli ministrabant ei. ¶ Sed adhuc dico: q̄ bestia in scriptura accipitur in malo significato. et sic p bestiam qñq3 intelligitur dyabolus. qñq3 peccator. Bestie enim dicuntur fm̄. Isid. omnia animalia potestati hominum nō subiecta: et dicūtur bestie: quasi vastie a vastādo q2. s. segetes deuorāt atq3 vastant. Alia enim innocentia deuorant et manducāt. Sic vere dyabol⁹ pōt dici bestia a vastādo: q2 cū sit hoībus ɔtrarius nō subiect⁹. oīa bona ipoꝝ nō cessat p virib⁹ deuastare: et ipsos quātū pt spūaliter deuorare Gen. xxxvij. Bestia deuorauit. Joseph Et nota q̄ q̄tuor ppetates hn̄t bestie

Odiunt humanā vtilitatem
Procurāt humanā dānositatē.
Exercent mentalē crudelitatē.
Abhorrent moralem benignitatē.

Sic pro certo dyabolus vtilitatē hominū3 nō diligit: q2 sc3 ipse inuidet humane nature quā videt p gratiā posse ascendere in celum vnde ipse corruit per peccatū. Et ideo iste est illa bestia Dan. vij. Que habebat dentes et vngues ferreos. et deuorabat et comminuebat et reliqua pedibus conculcabat. ¶ Item iste damnositatē humanam pcurat. Nam sicut omnes bestie semp habent aliquas armaturas quibus possint hominibus vim inferre. pter que periculose sunt et timende sicut aper culmos: Ceruus cornua. Leo vngues serpens venenū. Sic vere charissimi demones habent ɔtra homines pprias armaturas idest diuersos nocēdi modos. Armati sūt cornibus superbie et austeritatis dētibus et vnguibus crudelitatis. Ueneno malicie et calliditatis. Et ideo isti merito sunt timendi et summopere precauendi: q2 semper parati sunt nocumenta facere et trahere homines in peccatū: vt ipsos comedere valeant per tormētum. vnde Sap. xvj. A multitudine bestiaru3 exterminati sunt. et Deut. xxxij. Dentes bestiarum immitā in eos et c. Et nota q̄ a talibus bestijs.

Liberantur beati.
Deuorantur damnati.
Superantur infecti.
Molestantur perfecti.

Dico q̄ a talibus beati liberant̄. vnde Job. v. Bestia3 terre nō formidabis. Et de padiso dr̄ Esa. xxxv. Ibi nō erit leo nec bestia mala. Et Eze. xxxiiij. Cessare facia3 bestias malas. ¶ Itē isti dānati deuorātur. vnde Eze. xxxix. Bestijs terre dedi te ad deuorādū. ¶ Itē infecti supant̄. s. fragiles et voluptuosi. vñ Eze. v. ca. Mittā in vos famē et bestias pessimas. ¶ Itē ab istis bestijs pfecti molestant̄. vñ Apoc. xvij. dr̄ q̄ mulier q̄ sedebat sup bestiā coccineā erat ebria sanguīe martyrū iesu et c. Cōpara dyabolū diuersis bestijs. Et vide in moralitatibus. Et si vis figuras: vide Dan. vij. Apoca. xiij. et xvij. in opusculo qd̄ feci. ¶ Sed tertio dico q̄ p bestiā possunt intelligi peccatores. Circa qd̄ notandū q̄ p bestias fm̄ septē ɔditiones que eis insunt. possunt intelligi septē genera hoīm peccatoꝝ: bestie enī naturaliter sunt indomite: immunde ociose. voraces. tenaces. crudeles. et in nocte plus q̄ꝑ in die cōgaudentes. Sic vere charissimi mūdi peccatores sunt indomiti p superbiā Immūdi p luxuriā. sunt ociosi per accidia3: sunt voraces: per castrimargiā: sunt tenaces et rapaces p auariciā. sunt crudeles p iracundiā. sunt in nocte. i. in tribulatione alioꝝ gaudentes per inuidiā. ¶ Primo ergo peccatores cōparant̄ bestijs. q2 sunt indomiti per supbiā. Nā sicut bestie indomite nullius virib⁹ sunt subiecte. et elate sunt et vagabūde. Sic vere supbi. indomiti et obstinati: nulli⁹ plati virib⁹ volūt p obediētiā subiugari. sed elate et supbe: sicut bestie volunt p seculū diuagari. vnde tales figurant̄ in illa bestia. Danie. vij. de qua dicit̄. Prima bestia q̄si leena et alas habebat aquile. Ubi nota q̄ supbi pleni sunt ambitiōe: q2 sp volūt esse primi

esse primi. Prima inquit. Amant enim primos recubitus in mēsis. ꝛ primas cathedras in synagoga. ꝛ vocari ab hominibus rabi. Item vacui sunt discretione. qꝛ dicunt bestia. Unde isti sunt de illis q̄ habēt caracterē bestie in frontibus suis. Apoc. xvi. Bestie enī dicūtur peccatores: qꝛ in futuris nō meditātur sed in p̄sentibus delectātur. Isti pleni sunt crudelitate leena. In hoc ꝙ est aīal crudelissimū. maxime qñ habꝫ catulos: sic superbi potissime qñ habēt filios. qꝛ scꝫ ꝓ ipsis nutriendis ꝛ ditādis nō cessant rapere ꝛ predari. Unde Esa. xxx. Ex eis leena ꝛ leo ꝛ regulus volans. Item isti pleni sunt pompositate. qꝛ. s. habēt alas quasi aquila. Aquila enī signat superbos. qui alis vanitatis ꝛ pompositatis efferunt. Eze. xvij. Aquila grandis venit ad bonū ꝛc. Et sic patet ꝙ per bestiā intelligunt superbi ꝛ ambitiosi. Et si vis cōpara eos in spāli apro vel leoni ꝛc. De tali ergo bestia pōt dici illud. iiij. Re. xiiij. Indignatione bestie saltus cōculcauerūt carduū. Solēt enim superbi faciliter indignari. ꝛ ꝑ ipsos carduus. i. pauperes ꝯculcari. Isti sunt ergo bestie saltus. s. superbi ꝛ p̄sumptuosi. ¶ Scd̄o dico ꝙ. per bestiā designantur carnales ꝛ luxuriosi nā sicut bestie naturaliter sūt immūde ꝛ īn mūdis antrijs ꝛ cubilibus requiescunt. Sunt etiā vt cōiter libidinose ꝛ luxurie actibus occupate. sic etiā luxuriosi immūdi sunt atqꝫ fedi ꝛ in actibus ꝛ societatibus vilibus ꝛ īmundis pre ceteris delectant. vnde Eccl. iij. Dixi de filijs hoīm vt ꝓbaret eos deus. ꝛ vt ostēderet similes esse bestijs. Heu deus ꝙ tales bestie habitāt hodie in ecclesia sancta dei. Ideo lamentat. Sophonias sub figura niniue ciuitatis dicens Sopho. ij. Quō factū est in desertū cubile bestie. Et nota ꝙ luxuriose sunt bestie qui volunt viuere in

Jocunditate. In iocunditate dico: qꝛ sicut bestie
Societate. sunt petulātes ꝛ lasciue ꝛ maxime
Obscuritate. qñ sunt satiate. sic luxuriosi. vnde

Job. xl. Omnes bestie agri ludūt ibi. Item isti volūt viuere in societate. Tales enī diligūt more bestiarū societatē sibi similiū peccatoꝝ. vnde Esa. xiij. Requiescent ibi bestie ꝛ implebūtur domus eoꝝ draconibus ꝛ habitabūt ibi strutiones. ꝛ pilosi saltabūt ibi. ꝛ rñdebūt vlule in edibus eius. ꝛ syrene in delubꝛis voluptatis. Uide. s̄. de babylone. Item volūt viuere in obscuritate. qꝛ scꝫ sicut bestie libētius vadūt de nocte ꝙ de die: in obscuris etiā locis. antris ꝛ abditis cōmorant. Sic luxuriosi in obscuritate ꝛ caligine. i. antris ꝛ in latibulis. i. in secretis locis volūt facere facta sua. similes vꝛso qui qñ vult facere illū actū. quantū pōt a visib⁹ hominis se abscōdit. Ideo dicit Job. xxiiij. Oculus adulteri obseruat caliginē. Ideo de talibus bestijs dicit in p̄s. Posuisti tenebras ꝛ facta est nox. in ipsa pertransibunt oēs bestie silue. qꝛ silua dicit a silendo fm Isid. eo ꝙ in silua fit silentiū ꝓpter hoīm rarū accessū. ad denotandū ꝙ tales sua mala facta volunt sileri. taceri ꝛ celari. Bestie igit sunt imundi ꝛ luxuriosi. ¶ Tertio dico ꝙ ꝑ bestias designant pigrescētes ꝛ ociosi vel desidiosi. Nam sicut bestie nullo bono exercitio occupantur. sic hoīes pigri nullis bonis exercētur. Similes limaci qd̄ est animal pigerrimū ꝛc. Ideo de talib⁹ dicitur ad Tytū. i. Cretenses semp mēdaces. male bestie. vētris pigri. ¶ Quarto dico ꝙ ꝑ bestias intelligūtur voraces ꝛ deliciosi. qꝛ sicut bestie brutali appetitu ferunt in cibum nec vllo modo se sciūt ꝑ tēperationē refrenare. Sic gulosi brutaliter et intēpate ꝛ sine moderamine rōnis. in cibos ꝛ potus superfluos efferunt. Isti enī sunt bestie q̄ non cessant deuorare vñ Hiere. xij. Uenite ꝯgregamini oēs bestie terre ꝓperate ad deuorandū. Sic vere. sicut iste bestie nō cessant alias bestias. s. pisces ꝛ carnes supflue deuorare ita isti etiam nūc ab alijs. s. a motib⁹ ꝛ desiderijs carnalib⁹ infestantur. Eze. xxiij. Qui in agro est. bestijs tradet ad deuorādum. Et finaliter isti deuorabūtur ab alijs bestijs. s. a demonibus in inferno. vnde. Eze. xxxij. Saturabo de te vniuersas bestias terre: Sunt igit bestie voraces. gulosi ꝛ deliciosi: Compara eos si vis cani vel leoni: qui qñqꝫ tam superflue sumūt cibum: ꝙ necesse est eos totū euomere ꝛc. Applica bene ꝯtra ebriosos. ¶ Quinto dico. ꝙ per bestiā intelliguntur inuidi et maliciosi: Bestie enim vt cōmuniter magis gaudēt in tenebris ꝙ in luce: ꝛ de nocte nō de die querūt victū suum. Bestie etiam carnibus crudis vescunt. Et reuera tales bestie sunt inuidi: qꝛ in nocte. i. in tp̄e aduersitatis alioꝝ isti gaudēt et consolant. In die aūt aliene ꝓsperitatis ipi fugiūt ꝛ cōtristant: vñ illud supra dictū p̄s. Posuisti tenebras ꝛ facta est nox. in ipa ptransibūt omes bestie silue. Ortus est sol ꝛ ꝯgregate sunt. ꝛ in cubilibus suis collocabūtur. In nocte enim id est: in auersitate alioꝝ. bestie. i. inuidi transeūt. saliūt ꝛ letantur. Quādo aūt sol prosperitatis orit alijs. tūc pre tristicia in cubilib⁹ abscōdunt. Tales bestie sunt similes vni bestie dicte catholeta que est in egypto iuxta fontē nigrin. que est apud hesperios ethiopes vt pleriqꝫ existimaure nili caput. que tante est venenositatis: ꝙ quicquid ipsa videt. vel quicquid ipam in facie respicit. cōtinuo expirat. Et ideo saluti hominū natura ꝓuidit ꝙ ipsa bestia semper portat caput ad terrā inclinatū. Habet enim corpus iners ꝛ caput valde graue: Recte charissimi tales bestie sunt inuidi. quia vere visus coꝝ alijs est venenū: quicquid enim vident in alijs prosperū si pñt destruunt ꝛ corrumpūt. Caput enim ad terrā inclinatū portant. qꝛ. s. bona aliorum circūspicere nunqꝫ audent. Nā vt dicit. Sen. Quot sunt bona felicium tot sunt supplicia inuidorū. Iste enim sunt tales bestie. sicut loquit. Sap. xi. vbi dr̄. qd̄ potens erat deus immittere in aduersarios ignotas bestias vapoꝛē ignis spirātes. aut odoꝛē fumi proferētes. aut horrendas scintillas ab oculis emittētes. Ubi nota ꝙ inuidi dicuntur ignote bestie. Per fallacē cauillationē. Ignem spirantes. Per maloꝝ consilioꝝ machinationē. Fumū ꝓferentes. Per bone fame alioꝝ denigrationē. Scintillas ab oculis. Per alioꝝ tristē ꝛ nociuā circūspectionē. Emittentes. Et ideo bene describitur inuidia in li. Ouid. Metha. ij. fabula. xij. vbi dicit. Qd̄ iuidia habebat faciem macrā. vultū pallidū. visum obliquum. dentes liuidos. pectus felleum. linguā venenosam. risum paruum. somnū nullum. vigiliam multā: curā infinitā. domus eius sub terra erat. sole carebat. frigore algebat. lucem nō habebat. carnes viperea cōmedebat. Hec Ouidius q̄uis metrice. Et dicitur ibidē ꝙ hec inuidia inuasit quādam filiam regis que dicebatur aglauros ꝛ ipam tm̄ verberauit ꝛ veneno suo taliter infecit ꝙ eam in nigrū lapidē cōmutauit. Et hec pro tanto dicit ꝙ inuidi quādo insurgūt ꝯtra aliquē ipm ꝑ falsas machinationes ꝛ accusatiōes taliter inficiunt. ꝙ ipm lapidem nigrū pauperem ꝛ sine valore efficiunt. Et illi sunt vt cōiter contra bonos magis inuidi qui ceteris minus valent: vnde figuraliter dicit Apocal. xi. Qd̄ bestia que ascendit de abysso faciebat bellū contra sanctos: qꝛ vere in quodā collegio p̄ria vel religione illi qui de abysso. i. de vili et infimo statu veniunt bellis inuidijs ꝛ malicijs suis bonos ceteris plus affligunt. Sunt igitur bestie inuidi ꝛ maliciosi. ¶ Sexto dico ꝙ per bestias intelligūtur iracundi et litigiosi. Sicut enī videmus ꝙ bestie naturaliter sunt crudeles. ꝛ ad ꝑcutiendū. mordendū vel ledendū faciliter cōcitātur. Sic iracūdi faciliter ꝛ modica occasiōe ad iram ꝛ vindictā mouentur, ꝛ ad iniuriā alijs inferēdam. vnde. ij. Mach. iiij. Nihil dignū habebat sacerdotio anim⁹ crudelis tyranni. fere bestie irā gerēs ꝛc. Compara eos si vis apro qd̄ est animal iracundū intantū ꝙ ardore vindicte in venatoris gladium se infigit. Sunt igitur bestie iracundi et litigiosi. ¶ Septimo dico ꝙ comparantur bestijs auari. ambitiosi. Sicut enim bestie sunt rapacis cōditionis: quia scꝫ semper insidiātur vt rapiant ꝛ predātur. sicut dicitur de leone in p̄s. Insidiatur quasi leo in spelunca sua insidiatur vt rapiat. Sunt etiam bestie tenacis nature: qꝛ

non libenter cōmunicant vrsa alijs predā suam. sicut
patet de vrso: qui nullo modo patitur predam suā nec
cibum suū sibi auferri. Sicut etiam patet de lupo qui
predam suam alijs nō diuidit sed abscondit. Sic vere
charissimi. Auari sunt vt cōmunit̄ rapaces ⁊ tenaces:
Rapaces dico in acquirēdo: ⁊ tenaces in custodiēdo:
qđ etiam vngues bestiarum figurant que cōmuniter
sunt curue ⁊ acute. acute vt rapiant: curue vt retineāt
Nam sicut videmus ꝙ bestie sunt immoderati ⁊ qua
si insatiabilis appetitus. Sic vere auari nunq̄ possūt
diuitijs satiari. Unde isti sunt sicut ydropicus scȝ qui
semꝑ sitit. Juxta illđ Joelis. j. Bestia agri quasi arca
sitiens. Et in ps. Potabūt omnes bestie agri expecta
bunt onagri in siti sua. Sic igitur patet. ꝙ per bestias
intelliguntur auari ⁊ ambitiosi iracūdi ⁊ litigiosi. in-
uidi ⁊ maliciosi. voraces ⁊ deliciosi. accidiosi ⁊ desidio
si. carnales ⁊ luxuriosi supbi ⁊ presumptuosi. Ideo bre
uiter de talibus bestijs pōt dici illud Soph. ij. In me-
D dio eius greges omnes bestie gentiuȝ. ¶ Sed adhuc
nota ꝙ per bestiā pōt intelligi xp̄s. Omnis enī bestia
vt cōiter mirabiliter diligit fetus suos. Sic xp̄s mira-
E biliter diligit hoīes quos creauit. Sap. xj. Diligis em̄
oīa que sunt. qm̄ tua sunt. Et sicut bestie q̄ q̄ fere: tn̄
q̄nq̄ efficiunt̄ domestice ⁊ mansuete. ⁊ maxime quan
do primo capiunt̄ ⁊ incatenant̄ ⁊c.

A Bibere. Nota ꝙ bibere multiplicit̄ ac
cipitur. Accipit̄ em̄ spūaliter.
j. Cor. x. Bibebant aūt oēs de spiritali con
sequēte eos petra. Petra aūt erat xp̄s. Item
accipit̄ materialiter vt Exo. xxxij. Sedit populus man
ducare ⁊ bibere ⁊ surrexerūt ludere. Spūaliter autē ac
cipit̄ multipliciter. s. in bono ⁊ in malo. In bono acci-
pitur multipliciter. quia quādoq̄ homo bibit ꝑ deuo
tionē: quādoq̄ per scripture lectionē: quādoq̄ ꝑ gra-
tie receptionē: q̄nq̄ per glorie eterne acquisitionē. q̄n-
q̄ per tribulationē: quādoq̄ per cōpunctionem. vnde
Cant. v. Comedite amici mei ⁊ bibite. Iteȝ accipit̄ in
malo: ⁊ sic per bibere intelligit̄ incorporatio multorū
peccatoꝝ ⁊ vicioꝝ. quia sicut dicit̄ Job. xv. Homo ab-
hominabilis ⁊ inutilis est qui bibit quasi aquam ini-
quitatē. ¶ Dicamus ergo pmo ꝙ bibere idem est qđ
attrahere. haurire. incorporare. Et sic per bibere intel
ligitur bonoꝝ spiritualiū acquisitio. Sicut enim ille
qui bibit illud qđ est exterius. intus attrahit ⁊ sibi in-
corporat ⁊ iungit sic homo bona spiritualia debet bi-
bere: attrahere ⁊ haurire. ⁊ ipsa sibi incorporare ⁊ vni
re. Et ideo de spirituali potatione potest dici illud
Cañ. v. Comedi fauū meū cum melle meo. bibi vinuȝ
cum lacte meo. ¶ Nota igit̄ in ista autoritate ꝙ boni
bibunt tria genera potuū vtiliū ⁊ bonoꝝ. Bibunt em̄
spiritalem suauitatē. Mel. Temporalē aduersitatem.
vinum. Eternalem felicitatē Lac. ¶ Dico igit̄ charis-
simi ꝙ boni bibūt in hac vita spiritalem suauitatē: et
ista significat̄ per mel. Cū melle inquit meo. Mel enī
qđ est dulce ⁊ delactatiuum. medicinale ⁊ mundifica
tiuum. nutritiuū ⁊ impinguatiuū. signat potum gra-
tie ⁊ deuotionis scripture scientie ⁊ lectionis. quē pro
certo homo debet bibere per orationē ⁊ diligentis stu
dij occupationeȝ. Et hoc q̄ talis potus delectat con-
tēplantes. medicat̄ egrotantes nutrit esurientes. im-
pinguat spiritualiter macilētos. Ideo de melle deuo-
tionis ⁊ lectionis. ⁊ de eius potu spirituali: dicit̄ Deut.
xxij. Constituit eum super excelsam terraȝ vt comede-
ret fructus agroꝝ vt suggeret mel de petra. oleumq̄
de saxo durissimo. Iste enim potus dicit̄ fructus agroꝝ
quia nutrit ⁊ impinguat. Dicit̄ mel. quia placet ⁊ de-
lectat. Dicitur oleum. quia illuminat. Istum potum
ergo debemus bibere. vnde cuilibet dicit̄ illud Ruth
ij. Bibe aquas de quibus pueri bibūt. Pueri enim. i.
viri puri ⁊ sancti bibunt aquas scȝ lectionis ⁊ deuotio
nis. Et ideo iste potissime sunt bibende. quia sicut di-
citur in ps. Iste est calix in manu domini vini meri. Di
cit Pli. ꝙ apes non bibunt vt cōmuniter nisi aquam
puram ⁊ claram. Nam si apes in aqua aliqua sterco-
ra sua eiecerint ex ipsa amplius nunq̄ bibent. Sic ve
re charissimi pueri idest viri sancti aquam clarā ⁊ pu
ram diuine gratie et scripture bibere debēt. Nā aquā
in qua sunt feces ⁊ stercora: idest scientiā ⁊ ꝓsperitatē
mundanam debēt sancti viri fugere ⁊ cauere. vnde ꝓ
uer. v. Bibe aquam de cisterna tua. ⁊ fluenta putei tui
Et bene dicit tua. q̄ aque iste sunt virtutes que ꝓprie
sunt nostre. Alie autē aque. s. mūdi ⁊ fortune bona nō
sunt nostra. q̄ sm̄ Señ. in epistola. Nihil nostruȝ est
qđ aliūde euenit. Nota de biante prieneo philosopho
qui post captiuitatem ⁊ bonorū suorum omniū iacta-
ram ⁊ domus ⁊ vrbis ruinam letus erat dicens se ni-
hil suum amisisse ⁊ ꝙ omnia sua secum habebat. s. vir
tutes. Iste enim non biberat aquam alienam sed pro-
priam. nec aquam turbidam immo claram. Quod est
cōtra multos similes equis qui aquam turbidam pre
diligunt: et si clara fuerit cum pedibus eam turbant.
Sic vere mundi sapientes plus diligunt aquam tur-
bidam mundane scientie q̄ aquā claram diuine scri-
pture. ipamq̄ per fallaciā ⁊ cautelas non cessant con
tinue cōturbare qđ pōt allegari contra malos theolo-
gos: qui aquaȝ diuine scripture que de se clara est atq̄
pura. per suas falsas expositiones perturbāt. vñ Eze.
xxxiiij. Cum aquam purissimam bibebatis. reliqua pe
dibus vestris turbabatis. ⁊ oues mee que conturbate
pedibus vestris fuerant. hec bibebant. Oues enim. i.
simplices aque sacre scripture potant̄. que si turbata
idest corrupte exposita fuerit moriūtur: Ideo reprehē
duntur tales Hiere. ij. Quid tibi vis super via egypti
vt bibas aquā turbidam. Non sic ergo boni: quia vere
isti bibunt suauitatem spūalem. ⁊ potissime isti dele-
ctantur in gustu ⁊ potu sanguinis iesu xp̄i. Nam sicut
leo delectatur bibere sanguinem ⁊ eo recreatur et nu-
tritur. Sicut etiam leopardus sanguine symie bibito
ab infirmitate curat̄. Sic vere vir deuotus tunc dele-
ctatur ⁊ sanatur. quando per cōpassionē ⁊ deuotionē
xp̄i ⁊ martyrum suoꝝ sanguine imbibitur ⁊ potat̄. vn-
de Num. xxiij. Non accubabit leo donec rapuerit pre-
dam suam ⁊ occisorum sanguinē bibat. Ideo dicit xp̄s
Joh. vj. Qui bibit sanguinem meū habet vitā eternā.
Uerūtn̄ caueat̄ de isto potu ne indebite sumat̄. Quia
vere iste est sicut liquor vnius arboris vel herbe que di
citur ferula que homini est medicina. Murenis tamē
seu lampredis ipam bibētibus est mors. Sic corpus
⁊ sanguis xp̄i bibentibus. bonis est vita. mors pecca-
tori: q̄ sicut dicitur. j. Cor. xj. Qui bibit calicem domi
ni indigne reus erit mortis. Bibant ergo iusti suaui- C
tatem spūalem. ¶ Secundo dico ꝙ boni bibūt in hoc
mundo aduersitatem tēporalem. Et hoc ostendit̄ cuȝ
dicitur. Uinum. q̄ per vinum qđ vulneribus infusum
inuenitur acrum ⁊ mordax. qđ etiā bibitum soporē in
ducit. mentem turbat. fortitudinē tollit. Intelligitur
mundi aduersitas que mordicat ⁊ affligit: ⁊ corpus de
bilitat atq̄ turbat. Unde de tali vino dicit̄ Esa. xxiiij.
Cessauit gaudiū tympanoꝝ quieuit sonitus letantiuȝ
cōticuit dulcedo cithare cū cantico. Non bibet vinuȝ.
amara erit potio bibētibus illam. Tale em̄ vinum. id-
est mundi tribulationē bibit in mundo xp̄s. vnde dici
tur Mat. xxvij. Dabant ei bibere vinū cū felle mixtuȝ.
Tale vinum offert xp̄s amicis suis. Mar. x. ca. Calicē
quidem meum bibetis. Istud vinuȝ cū spe spūalis leti
cie est bibendum. vnde Eccl's. ix. Comede in leticia pa
nem tuum. ⁊ bibe cū gaudio vinum tuū. Et nota ꝙ vi-
num tuum tribulationū abhorrent delitiosi. diligunt
perfecti ⁊ virtuosi affectant iocūdi ⁊ gaudiosi. De isto
ergo vino non curāt deliciosi. Mat. xxvij. Et cum gu-
stasset noluit bibere. dicentes illud Mat. xxvj. Pater
si fieri potest transeat a me calix iste. Istud vinum di-
ligunt perfecti ⁊ virtuosi. Judith. xij. Bibebāt vinū cū
iocunditate Mar. x. Calicem quidem meum bibetis.
Istud vinum diligunt viri iocundi ⁊ gaudiosi: vnde in
ps. In me psallebant qui bibebant vinum. Bibunt
igitur in hoc

D igitur in hoc mundo aduersitatem tẽporalem. ¶ Tertio dico. ꝙ boni bibent felicitatem eternalem: quia vere de potu mundane tribulationis. peruenit ad potũ eterne cõsolationis: vnde de torrente in via bibit propterea exaltabit caput. Et alibi. Calix meus inebriãs ꝙ̃ preclarus est. Et iste potus eterne voluptatis ostenditur cum dicitur lac. Cum lacte meo inquit. Naz per lac qđ est dulcissimũ intelligitur dulcedo illius eterne voluptatis. vnde Esa. lv. Sumite absq3 vlla cõmutatione vinũ et lac. Ideo de tali potatione põt exponi illud Eze. xxv. Ipsi comedẽt fruges tuas. ⁊ ipi bibẽt lac tuũ. Et est sciendũ ꝙ iste potus est Potus.

Charitatis.
Voluptatis.
Vnitatis.
Dignitatis.
Equitatis.

Potus dico charitatis. Ideo dicitur Cañ. v. Comedite amici mei et bibite ⁊ iebriamini charissimi. Itẽ est potus voluptatis. vnde p̃s. Torrente voluptatis tue potabis eos. Et ideo propter voluptatem iste allicit affectũ. Eccli. xxiiij. Qui bibunt me adhuc sitient. Item iste est pot⁹ vnitatis ꝓuerb. ix. Comedite amici mei et bibite. Itez iste est potus dignitatis. quia scilz iste potus sumitur in mensa summi imꝑatoris cum rege ⁊ regina paradisi. In mensa dico. vnde Lu. xxij. Vt eatis ⁊ bibatis super mensam meã. Cum rege dico. vnde Hester. j. vbi illi qui inuitati erant ad festũ regis bibebãt omnes aureis poculis. Cum regina etiã. i. cum beata virgi ye. vnde Hester. vij. Intrauit itaq3 rex ⁊ amon ad cõuiuium vt biberent vinũ cum regina. Et sic igitur est potus dignitatis. Item iste est potus equitatis. q2 sc3 quilibet eque ⁊ proportionaliter ꝺm merita ipsuz bibit. vnde Dañ. v. vbi dicit. Quod in cõuiuio balthesar vnusquisq3 ꝺm suam etatem bibebat. Ideo põt dicere quilibet beatus illud p̃s. Dominus pars hereditatis me ⁊ calicis mei. Et ideo de lacte isto potest exponi illud Judicum. iiij. vbi dicitur. ꝙ iabel aperuit vtrem lactis ⁊ dedit bibere zizare. Jabel interpretat̃ ascendens ⁊ signãt xp̃m. q2 reuera beatis in patria vtrem lactis aperit in ꝙ̃tum eterne voluptatis abundãtiam eis donat. Patet ergo ꝙ boni bibunt. Potuz eterne consolationis. Potum externe tribulationis. Potum interne inspirationis. i. gratie ⁊ deuotionis scripture ⁊ lectiõis. Et

E sic patet ꝙ est multiplex potus bonus. ¶ Sed adhuc est notandum ꝙ bibere accipitur in male multipliciter. Est enim Bibere.

Prosperitatis.
Iniquitatis.
Penalitatis.

Primus potus est delectabilis. sed periculosus. Secundus est detestabilis et obprobriosus. Tertius est cõtristabilis ⁊ laboriosus. ¶ Dicamus ergo ꝙ prim⁹ malus potus est ꝓsperitas mũdialis. Iste enim est potus laxatiuus. submersiuus. inuenenatiuus ⁊ cõsopitiuus. Laxatiu⁹ dico similis succo vnius arboris: que dicitur taxus qui ita laxat bibentẽ ꝙ ipsum interficit Sic prosperitas ita laxat et eneruat per mala desideria ad delectabilia mundi. ꝙ ip̃m interficit per diuersa peccata. Vnde iste est potus laxatiu⁹ sedechie quez bibit in presentia regis babilonis sicut dicit̃ in hystoria scholastica. Per quẽ potum in ꝓsentia omnium ignominiose laxatus est. Vnde Hiere. xxv. Bibite ⁊ inebriamini ⁊ vomite. ¶ Itẽ dico ꝙ iste est pot⁹ submersiuus: q2 sicut ille q̃ submergit̃ ex nimio potu vias spirituũ includente suffocatur. Sic homo qui est in ꝓsperitate. tm̃ haurit ⁊ bibit: acq̃rit ⁊ attrahit de aqua diuitiarum ⁊ deliciaꝝ: ꝙ in illis per malas complacentias ⁊ ꝑ diuersa vitia suffocat̃. Istud potissime ꝑtinet ad gulosos qui in vinis et potibus submergunt̃ vnde Dañ. xiiij. Nonne vides quãta comedat ⁊ bibat omni die. Itẽ iste est potus cõsopitiuus. quia sicut venenũ aspidis facit hominẽ qui eum bibit obdormire et dormiendo mori. Sic mundi prosperitas suos bibitores: amatores ⁊ possessores facit in vitijs obdormire. ⁊ per mortẽ eternã finaliter interire. Figura ad hoc de. Jahel Judic. iiij. Que zisare sitienti aperuit vtrẽ lactis ⁊ dedit ei bibere qui cũ statim obdormiret. infixit clauũ tabernaculi in temporibus eius ⁊ mortuus est. Sic vere. dũ Jabel. i. dyabolus homini diuitijs sitibundo aperuit vtrem lactis. i. dulcedinem prosperitatis. ip̃eq3 ip̃am imbuit ⁊ imbibit. statim ꝓ certo conuertit se ad dormiendũ. id est: ad se in delicijs delectandum ⁊ a bonis operibus tepescendũ. Esa. lj. Calicem soporis bibisti. ⁊ tunc subito venit. Jabel. i. dyabolus qui clauũ mortis in eo infigit. ⁊ ip̃m per mortẽ eternam affligit. Istũ enim potũ mundane prosperitatis. sequit̃ vt cõmuniter mors infernalis acerbitatis ⁊ etiã periculũ temporalis aduersitatis. vnde. Job. j. Et cũ filij ⁊ filie iob cõmederent ⁊ biberent vinũ in domo fratris sui primogeniti: venit ventus subito a regione deserti qui opp̃sit eos. Job charissimi signat deum patrem: primogenitus frater noster est lucifer. qui dicitur primogenitus. q2 vt dicit̃. Job. xl. Ip̃e est principiũ viaꝝ dei. Dicit̃ frater noster. quia ab eodem patre deo creati sumus. Malachie. ij. Pater vnus est omniũ nostruz: domus eius dicit̃ mundus et mũdana ꝓsperitas. Et ideo ab apostolo iste d2 deus huius seculi. ⁊ a xp̃o dicitur princeps mundi. Jo. xiiij Sepe ergo accidit̃ ꝙ filij iob idest xp̃iani bibunt vinum mundane ꝓsperitatis in domo fratris sui idest ĩ mundo: venit quãdoq3 fortis vẽtus aduersitatis qui ip̃os tẽporaliter ⁊ eternalit̃ obruit ⁊ occidit. Ideo dicitur. Lu. xij. Cũ ceperit seruus malus comedere. bibere ⁊ inebriari. veniet dominus illi⁹ hora qua nõ sperat. et ꝑtem eius ponet cuz infidelibus. Est ergo potus consopitiuus Abac. ij. Bibe tu ergo ⁊ consopire. inebriet te calix dextre dñi. ¶ Itẽ est potus venenatiuus. Animã enim per diuersa peccata venenat ⁊ corrũpit. Et hoc qñq3 per luxuriam. Eze. xxiij. Calicẽ sororis tue bibes profundũ ⁊ latum. ⁊ bibes illũ ⁊ epotabis vsq3 ad feces. Itez qñq3 per auariciã. Vnde. Job. v. Bibant sitientes diuitias eius. Et. Esa. xxix. Somniat sitiẽs ꝙ bibat ⁊ cũ expergefactus fuerit lassus adhuc sitiet. Auari enim quãdo plus bibũt de aqua prosperitatis. tãto magis sitiũt ⁊ ardescũt vnde Johã. iiij. Qui biberit ex aqua hac sitiet iteruz. Item inuenenat per iracundiaz. vnde Hiere. xxv. Bibent ⁊ turbabuntur. ⁊ insanient. Et iste calix potest vocari calix babylonis. De quo Hiere. lj. Calix. aureus babylon in manu domini: de ipso biberunt gentes et ideo commoti sunt. Iste enim calix aureus sc3 splendor mundane ꝓsperitatis facit moueri ad multa vitia ⁊ peccata suos potatores ⁊ possessores: verumtamẽ potum huius calicis non debent diligere viri perfecti sicut bene figuratum est in rechabitis Hiere. xxxv. Qui de calice vini quod eis porrexit hieremias bibere noluerunt: sed ad mandatum patris abstinentiam seruauerunt. Et ideo ceteris pereuntibus. saluari a domino meruerũt, sicut dicitur ibidem. Iste est ergo charissimi primus malus potus sc3 prosperitas mundialis. ¶ Secund⁹ F malus potus est iniquitatis criminalis ⁊ istum potũ bibunt generaliter peccatores p̃s. Fex eius non est exinanita. bibent omnes peccatores terre. Iste est potus illius fontis qui est in ethiopia. cuius aqua bibita facit bibentem obliuiosum. quia sc3 aqua ⁊ fons peccati: quando hominẽ inebriat deum ⁊ eius mãdata. propriam etiam vilitatem. mortem. iudiciuz. et inferni penalitatem facit obliuisci prouer. xxj. Bibant ⁊ obliuiscantur egestatis sue. Ista est aqua maledictiõis quaz bibens adultera dirumpebatur vterus eius. sicut dicitur Num. v. quia sc3 anima que adulteratur cuz carne. mundo ⁊ dyabolo. per peccatum quando aquam iniquitatis bibit tunc vterus cordis sui per superbiaz intumescit: ⁊ finaliter per mortem eternam rumpitur atq3 perijt. Isti enim sunt qui non dormiunt nisi male fecerint: qui comedunt penam impietatis: ⁊ vinũ iniquitatis bibũt. prouerbio. iiij. Ideo Job. xv. dicit̃. Qui bibit quasi aquam iniquitatem Potus enim peccati mortalis figuratur in calice pharaonis: de quo dicitur Genes. xl. Quod de vite habente tres propagines erumpebant gemine. veniebant flores ⁊ vue. ex q̃bus

exprimebatur vinum in calice pharaonis. Pharao est dyabolus. cuius calix est peccatum. Vitis est anima. cuius tres propagines signant tres potentias. ab his igitur exeunt gemme malarum suggestionum flores delectationum. vue malorum consensuum et volitionum. que tandem in calice peccati mortalis exprimuntur per actus malarum operationum. Et sic pharao dyabolus letificatur per complacentiam in complemento talium actionum. Iste est ergo potus iniquitatis criminalis. ¶ Tertius malus potus est aduersitas infernalis. Iste est potus damnationis: quo deus inebriat peccatores. vnde Hiere. xviij. Inebriate eum calice ire domini. Et ideo de tali potu dicitur in ps. Ignis. grando. nix. glacies. spiritus procellarum pars calicis eorum. Job. xxj. De furore omnipotentis bibent. Sicut ebrietas aufert sensum et motum. sic dānatio eterna et acerbitas tormentorum aufert ab ipsis damnatis sensum idest vsum rationis. motum. i. actum virtutis et operationis. Unde isti sunt sicut delphinus. de quo dicit Plinius quod quādo fit tonitruū ita fit stupefactus quod efficitur quasi ebrius et cadit in profundū maris. et tūc a piscatoribus faciliter capitur. Sic vere peccatores quādo fiet iudicium vbi xps terribiliter tonabit. tunc delphinos. i. peccatores vino furoris sui inebriat: et sic ad profundum inferni cadent: et in perpetue damnationis retibus se inuoluent. Ideo de isto potu dicit Hiere. xxv. Bibite et inebriamini et vomite et cadite: neque surgatis a facie gladij quem ego mittam inter vos. Ubi nota quod damnati.

Cecantur errore. Et inebriamini.
Damnantur horrore. Uomite.
Priuantur vigore. Cadite.
Ligantur tenore. Neque surgatis.
Turbantur terrore. A facie inquit gladij.

Et breuiter de isto potu intelligit illud Apoc. xvj. Sāguinem dedisti eis bibere. i. vtilitatem et infectionem. et Esa. xxxvj. Bibant vrinam equorum suorum. Ideo de tali potu dicitur in psal. Ignis grando. nix. glacies. spiritus procellarum pars calicis eorum. Et concluditur Apoc. xiiij. Qui adorauit bestiam et accepit imaginem eius bibet de vino ire dei. Iste ē ergo triplex malus potus. i.

Potus infernaliū tormentorum.
Criminalium peccatorum.
Et temporalium gaudiorum.

Et sic dico quod bibere accipitur spiritaliter multis modis. ¶ Sed adhuc dico. quod bibere accipitur materialiter. Circa quod nota quod tēperate est bibendum. Exemplum de elephāte qui potatus inuaditur a dracone: alias nō. sic dyabolus libentius temptat hominem qui multū bibit. Ideo consulit Eccl. xxxj. Si bibas illud. s. vinum moderate eris sobrius. et Eze. iiij. Aquam tuam in mensura bibes. Nam quando excessiue bibitur. tunc exinde detractio. lascivia et secretorum reuelatio: necnon et luxuria generatur. Exemplum de Loth cui filie dederunt bibere vinū et inebriatus cōmisit incestum. Gen. xix. etc. Uide de abstinētia: de ebrietate: et de vino. Ideo bene dicitur Esa. v. Ue qui potentes estis ad bibendū vinum: et viri fortes ad miscendum ebrietatem. Et hec de bibere sufficiant.

Bethel.

Interpretatur domus dei. Et signat paradisum. ecclesiam: vel regionē. que pro certo est domus et habitaculū summi dei. In isto enim loco dormiuit Jacob quādo vidit scalam. In isto loco luctauit cum angelo Osee. xij. In bethel inuenit angelum. In isto loco edificauit altare domino fundēs oleum desuper. Gen. xxxv. Ad denotandum quod in isto loco debemus dormire per contemplationem. Scalā idest: viam ad celestia videre per discretionem. Angelum inuenire id est spūalem conuersationem vel angelicā cōgregationem. Altare edificare: per orationem. Oleū fundere: per cōpassionē. Ideo cōsulitur cuilibet. Gen. xxxv. Ascēde in bethel et habita ibi. ¶ Ubi nota quod iste locus est locus. Dignitatis et excellentie. Ascēde. Ubertatis et opulentie. Bethel. i. domus dei. Firmitatis et cōfidentie. Ideo dicitur. Habita ibi. ¶ Primo igitur dico quod iste est locus sublimitatis. Ideo dicitur. Can. ij. Similis est capre super montes bethel. Item iste est locus autoritatis. quia est domus dei. Baruch. iij. O israel quam magna est domus dei et ingens locus possessionis eius. Bethel inquit. vnde de iacob dicitur: quod ipse tetendit tabernaculū suū ab occidēte habens bethel. Gen. xij. Item iste est locus securitatis: ideo dicitur. Habita ibi. Gen. xxxv. Uenite ascendamus in bethel etc. Uide autoritatem istā diuisam et prosecutā. s. vel infra. ti. de ascendere: vel securitas. ¶ Et nota adhuc si vis: quod per bethel vbi fuit locus ydolatrie. pōt intelligi mūdus: vbi est locus vitiorum omnium. vnde. Amos. iiij. Uenite in bethel impie agite etc.

Bethleem.

Interpretatur domus panis: et significat padisū: vbi est panis eterne satietatis. Uel etiā vbi est panis gratie et sanctitatis: vel scripturam vbi est panis doctrine et veritatis Et ista domus panis est in qua dei filius.

A Maria parturitur.
A pastoribus inuenitur.
A regibus adoratur.
Ab angelis predicatur.

Sicut dicitur. Lu. ij. ca. Ista est bethleem de cuius fonte et cysterna bibere desiderabat dauid sicut dicitur. j. Paralip. xj. Quia vere charissimi dauid manufortis idest quilibet vir perfectus. sūme debet desiderare fontē. idest gloriam eternam: que est in bethleem. idest in paradisum. vel fontem gratie et deuotiōis que est in bethleē: idest in ecclesia vel religione. vel fontem scientie et lectionis que est in bethleem: idest in sacra scriptura. Et ideo simus de illis fortibus qui irruperunt per exercitum philistinorum et hauserunt aquam de ista cysterna. Et sic de quolibet dicetur illud. j. Reg. xvj. Uenit samuel in bethleem et admirati sunt seniores.

Bis.

Istud aduer. bis signat multiplicationem: iterationem. profectum: perseuerantiam et augmentationem. Et nota quod potest accipi in bono et in malo. In bono dico quod per bis intelligitur iterata operatio: vt quando homo non est contentus semel facere bonum: nisi etiam iteret et augmentet. Et hoc potest intelligi quantum ad gratiam in presenti: et quantū ad gloriam in futuro. Est enim in india vna insula fauonij spiritu saluberrima que dicitur crapo. vnde ibi sm Plinium est estas bis in anno. Et ibi etiā arbores bis in anno fructificant fructus suos. Sic vere charissimi boni debēt bis fructificare. et fructus bonorum operū non semel immo bis et pluries producere et sic bis habebunt estatem scilicet estatem gratie in presenti: et estatem glorie in futuro. Figuratur in cocco bistincto: qui ponebatur in veste aaron. quia scilicet illi qui in bistincto: et igne ardore charitatis scilicet hic et in futuro tinguntur. xpi vestes efficiuntur. Dicat ergo quilibet iustus idem Lu. xviij. Ieiuno bis in sabbato etc. ¶ Item accipitur iterata castigatio. Cuprū enim de prima fusione nō potest esse purum nec bene aptum. immo oportet quod iterum refundatur. Sic homo durus et obstinatus et in malis consuetudinibus induratus: per vnam correctionem et coctionem nō pōt bene mutari. corrigi et cōuerti. imo necesse est eam bis et pluries iterari. Ideo dicitur Exo. xvij et Nume. xx. Quod moyses percussit virga bis silicem antequam exiret aqua: quia scilicet necesse est quod lapidei peccatores pluries percutiantur antequam aqua lacrimarum possit exire. ¶ Iterum per istud bis intelligitur iterata peccatorum damnatio. Prima que fit pro culpā. Secūda per penā. Prima que fit pro tribulationē presentē. Secūda pro futurā. Unde isti sunt de quibus dicit iudas in canonica sua. Arbores autūnales infructuose. bis mortue. fluctus feri maris. dispumātes suas cōfusiones. Bis enim mortui dicuntur peccatores: pro culpam et pro consuetudinem vel per mortem corporis. et per mortē anime etc. vnde. Eccle. xxj.

Eccle.xxj. Quasi rūphea bis acuta omnis iniquitas. ¶ Iterū per bis intelligitur iterata incōstantiū cōditio. qui similes sunt virbio qui bis fuit vir ſm fabulas q2 isti nūq̄ perseuerant in vno: ɔtra illud. Eccle.xxxij. Si bis interrogatus fueris. habeat caput risum tuū &c. Et hec sufficiant de. Bis.

Bini. Nota ꝙ numerus binarius potest significare in bono & in malo. Nota ergo ꝙ est.

Binariū internum.
Binariū supernū.
A Binarū externum.
Binariū eternum.

Primū est binariū duplicis charitatis. q.s.interi⁹ i mente debet figere. Teste enim. Pli. vbi loquit̄ de ꝓdigijs. ꝙ qn̄q; quando sacrificia fiebāt reperta sunt in vna hostia bina corda. Sic vere quicūq; deo sacrificat & offert bina corda. id est: duplicis charitatis amorem habere tenet. sicut figuraliter dicit. ij. parali.iiij. In columnis tēpli bini ordines malogranatorū singulis retiaculis iungebant. ¶ Secundū est binariū bone societatis. Nam sicut dicit. Pli. Illi qui semināt seu plātant palmas semper consueuerunt bina semina plantare. Illi etiā qui ligāt boues semper ɔsueuerūt binos & binos ligare. Ad denotandū: ꝙ illi qui sunt palma ꝑ virentem honestatem. qui sunt boues per benignitatem et pietatem. semꝑ esse debent bini per mutuā coniūctionē & charitatē. vn̄ dr̄ de xp̄o. Lu.x. qd̄ ipe designauit alios septuagitaduos discipl'os & misit illos binos & binos an faciē suā. Et ista cōbinatio charitatis figurata est. Geñ.vj. Ubi dn̄s ꝑcepit. Noe: ꝙ de auibus & aialibus binos & binos inducat in archam vt possint viuere: q2 vere tam in animalibus q̄ in auibus. i. tam in secularib⁹ q̄ in religiosis. tam in actiuis q̄ in ɔtemplatiuis: tam in laicis q̄ in clericis: illi soli in archa ecclesie ꝑ gratiam possunt viuere qui se sciūt per concordie vinculū cōbinare. Ideo. Exo.xxvj. dr̄. Bine bases singulis tabulis supponent. ¶ Tertium est binariū malorū vnitatis: qui in hoc mundo contra bonos per peruersam ɔcordiam binant. vnde de animalibus immundis bina in arca posita sunt de mūdis vero septenarijs: sicut dicit Geñ.vj. ¶ Quartū est binarium superne claritatis. s. bina stola glorie paradisi. corporis & anime vnde Geñ.xlv. dicit Qd̄ Joseph dedit singulis fratribus binas stolas. ¶ Itē dico ꝙ binarius numerus qn̄q; signat in malo. Et sic pōt significare.

Diuisionem.
Discordiam.
Odium.
B Dissensionem.

Numerus enim binarius est primus q̄ recedit ab vnitate. Et ideo a Boetio in arismetrica sua iste dicitur numerus infamis: ad denotandū ꝙ illi ab vnitate cōcordie per discordiam: & per odium. & diuisionem recedunt: qui apud deū & hoīes sunt infames. Unde de tali binaria diuisione potest dici illud Eze.xlj. In duob⁹ ostijs ex vtraq; parte bina erant ostiola.

Byssus. Byssus est indumentū purissimum seu pannus albus & mundus fact⁹ de lino egyptiaco: ſm Isido. & Pli. Et dicit byssus a candore: q2 byssus grece candor dicitur latine. Et iste vt cōmuniter in scriptura signat nitorem castitatis: innocentie & puritatis. Ideo de bona anima vel bona ꝑsona dicitur ꝓuer.xxxj. Byssus & purpura indumentū eius. Et nota ꝙ de bysso innocentie & puritatis dicuntur esse facta in scriptura plurima ornamēta circa tabernaculum federis et ministros. De bysso enim facta sunt funes. vitte & cictoria vela: tyara & tētoria. vestes cortine & opertoria. Sic vere charissimi byssus innocentie & castitatis est vitta. funis & cinctoriū temperantie: quo sc3 homo stringitur: cingitur: & ligatur. ne defluat in peccatum. Est etiam velum: tyara et tentorium excellentie: q2 sc3 magna est excellētia spiritalis homini. qd̄ sit innocens atq; castus. Est etiam vestis cortina & opertorium apparentie. Byssus enim castitatis est honestior apparentia que sit in homine. Est igitur innocentia seu castitas. Byssus.

Temperantie et parcitatis.
Excellentie et dignitatis.
Apparentie & honestatis.

Est dico byssus tēperantie qua omnes superfluitates et vitia restringuntur Et ideo castitas est funis & illud cinctoriū de quo Ezech.xvj. Cinxi te bysso: calciaui te hyacintho. Figura ad hoc. Exo.xxviij. vbi ꝑcipit Moysi ꝙ tunicam aaron sacerdotis stringeret bysso. Quia vere tunica carnis nostre maxime clericorum & sacerdotū semper debet esse stricta: ligata et cincta bysso purissime castitatis. ¶ Secundo castitas est byssus excellētie et dignitatis. Ideo dicitur ꝙ sacerdotes filij aaron habuerūt tyaras byssinas in capitib⁹ suis Exo.xxviij. Tyara enim est signū dignitatis: & byssus est signum castitatis ad denotandū ꝙ dignitas sacerdotis semꝑ debet habere annexam castitatem: In cuius rei signū episcopi moderni vestimentis & mitris lineis & byssinis vtuntur in multis officijs ecclesie. Figura ad hoc. Ezech.xxvij. vbi loquitur vni excellenti ciuitati. s. tyro sub methafora nauis per quam potest ecclesia designari. vbi dicitur. Quod byssus varia de egypto texta ē tibi in velū. Castitas enim dicitur byssus varia propter apparētie decorem. dicitur de egypto que est regio calida & interpretatur angustia propter penitentie feruorem Dicitur esse velū nauis ecclesie propter excellētie honorem: Nam sicut velum in altiori ponitur loco et per velum nauis ad portum ducitur: Sic castitas in ecclesia altior & excellentior ceteris virtutibus reputatur et per ipsam ad portum salutis a vento et flatu sancti spiritus dirigitur et portatur. ¶ Tertio dico. ꝙ innocentia et castitas est byssus apparentie et honestatis. byssinum enim vt dicitur. Apoc.xix. iustificationes sanctorum sunt vnde. Gene.xlj. Uestiuit eum stola byssina. s. pharao ioseph. Et tale vestimentum caste apparentie debent habere ecclesiastici. Figura. Apocal.xix. vbi dicitur Quod exercitus celorum qui sequebātur sedentem in equo albo erant vestiti byssino albo & mundo: Quia vere charissimi exercitus & congregatio virorum ecclesiasticorum: debent regem suum xp̄m sedentem in equo albissime carnis sequi per imitationem: & habere byssinum vestimentū. i. castam & mundā cōuersationem. Ideo dicitur prouer xxxj. byssus et purpura indumentum eius Sed vere istud vestimentū habent quādoq; hypocrite exterius sed ipsi carent camisia interius q2. s. habent castitatem in apparentia nō in conscientia: sicut erat diues epulo qui induebatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splendide. Lu.xvj. Et sic patet ꝙ castitas & innocentia concomitant & quodammodo inducūt apparentē honestatem excellentē dignitatē restringentē parcitatē. ¶ Nota si vis: ꝙ per byssum albissimū & purissimū intelligitur candor eterne glorie que est vestis & tegimē beatorū. Unde de anima beata dicitur Apoca.xix. Uenerunt nuptie agni et eius vxor parauit se. et datum est ei vt cooperiat se byssino splendenti et candido. Uide. s. vbi accipere vbi inuenies autoritatem Ista sunt que accipere debetis byssos et pilos caprarum.

Bitumen. Bitumen est terra tenax argillosa et glutinuosa ad conglutinādū et ligandum naues multum apta Et signat in bono & in malo. Unde dic ꝙ bitumen: Gratie & charitatis designant vnguētum. A
Carnalis societatis denotat cemētum. Mundane cupiditatis innuit talentum. ¶ Dico ergo ꝙ bitumen in bono signat gratiam & charitatem que habent coniungere & ligare per concordie vnitatem. Figura Geñ.vj. Ubi noe precipitur ꝙ archam liniat bitumine intrinsecus quia. s. archa ecclesie vel anime debet esse linita interius bitumine charitatis et exterius bitumine dulcis claritatis ne ibidē intret aqua iniquitatis. Et tali bitumine linita est fiscella moysi. Exo.ij. In aqua positus infantulus nunq̄ in flumo est submersus. Quia vere charissimi si fiscella cordis nostri: charitatis bitumine sit linita nūq̄: aqua voluptatis et mundane ꝓsperitatis q̄ q̄ in ipsa ponamur per

peccatum ꝛ damnationem nos submerget. ¶ Itē dico ꝙ bitumen in malo signat carnalitatē et voluptatē: que ad modū bituminis attrahit atqꝫ ligat: quod patet de carnalibus ꝛ luxuriosis qui ex quo isto bitumine sunt liniti. sic in ipso per malas cōsuetudines alligant ꝙ amplius exire nō possunt. Istud est enim bitumen aspalti qui ſm Solinū ꝛ Isido. ligat indissolubiliter ꝛ attrahit ꝛ vnit. qꝛ scꝫ luxuria vnit ꝑ malas affectiones: attrahit per malas delectationes: ꝛ ligat per malas cōsuetudines ꝛ occasiōes. Et ideo istud est vnū periculū maris qđ dicit bitalaxus ſm Isid. qđ est locꝰ bituminis in fundo maris: in quo dum nauis impingit ita fortiter arrestat. ꝙ citius frangitur ꝙ euadat. Sic dicitur de naui: vbi erat paulus. Act. xxvij. Cum incidissemus inquit in bitalaxum impegimus nauē. Et dicitur ibi ꝙ ipsa nauis fracta est ꝛ destructa. Sic vere charissimi peccatum carnaliter ita fortiter ligat ꝛ tenet nauem idest hominem in eum inpingentē. ꝙ quasi perpetuo nō potest euadere: immo per mortem facilius frangitur ꝙ de tali bitumine liberet. Ideo de tali bitumine dicitur Gen. xiiij. ꝙ ibi erat vallis siluestris que habebat puteos multos bituminis. Vallis ista est mundus: ibi ꝓ certo sunt putei bituminis. id est luxuriosi: quia sicut dicit ꝓuerb. xxij. Puteus profundus os aliene. Et Eccle. vij. de mala muliere: ꝙ vincula sunt manus eius ꝛc. Item dico ꝙ bitumē signat cupiditatem. Bitumen enim qđ dicitur naphta more sulphuris nutrit ignem: ꝛ ipm rapit etiā a longinquo. sic mundi bona ignem cupiditatis accendunt et mentes more bituminis alligant et stringunt. Unde de gigantibus idest de diuitibus dicitur Gen. xj. Qđ ipsi habuerunt lateres pro saxis ꝛ bitumen pro cemēto in cōstructione turris babylonis. qꝛ scꝫ diuites huius mundi in cōstructiōe turris. i. altitudinis status sui vtuntur lateribus saxeis. i. crudelitate ꝛ duricia. et bitumine tenaci. idest cupiditate ꝛ auaricia. Patꝫ igitur ꝙ est bitumen charitatis ꝛ concordie. Et est bitumen voluptatis ꝛ carnalitatis ꝛc.

A **Biuium.** Nota ꝙ biuium ſm Isido. li. xv. ca. vltimo est locus duarum viarū quarum vna vadit ad dexteram. alia ad sinistram. Et est locus periculosus ꝛ dubiosus. Periculosus dico quia ibi bonis insidiantur latrones. ꝛ ibi etiam sedent meretrices ꝛ lenones. Ambiguosus etiam est locus. quia scꝫ ibidem de duabus vijs homo nescit que est eligenda: ita ꝙ homo quādoqꝫ dum credit eligere tutiorem eligit periculosiorem. Et ideo in biuijs solent cruces. imagines ꝛ lapides poni ꝛ erigi. vt dum homo ipsas sequitur in itinere dirigatur. Iste locus signat mundum seu etiam vitam istam. quia vere hic est locꝰ duarum viarum. i. duorum statuum principaliū. Prima que vadit ad dexteram. est via beatorum. que tēdit ad dexteram prosperitatis eterne. Secūda est malorum que tendit sinistram aduersitatis inferni. Iste est locus ergo periculosus. quia vere latrones infernales. i. demones ꝛ meretrices. i. peccatores carnales ibidem insidiātur. Figura de thamar que opta pallio sedebat in biuio. ꝛ sic decepit iudam: qui cum vellet illam propter adulterum cōburere: ostēdit arrabonem ꝛ dimissa est. Sic mundi peccatores maxime vsurarij: qui in biuio huius mundi sedent ꝛ quiescunt. qui taliter pallio cautelarum se inuoluerunt ꝙ a iuda. idest a prelatis ipsos comburere ꝛ corrigere volentibus nō leduntur. sed ab eis oblatis arrabonibus: idest donis ꝛ muneribus liberātur Eze. xxj. Stetit rex babylonis in biuio. Et ideo in isto biuio sunt cruces ꝛ imagines: idest viri boni ꝛ iusti: qui carnem suam crucifigunt cum vicijs ꝛ cum concupiscentijs. vt ipsos sequendo ꝛ imitādo homo a salutis itinere non diuertat. vnde Mar. xj. Inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio. Ubi nota ꝙ sancti viri qui in huius mundi biuio dantur alijs in exemplum. dicuntur inueniri per fidelitatem. quia scilicꝫ fideles viri bene inueniuntur in necessitatibus. Dicuntur etiam pulli per benignitatem. Dicuntur etiaꝫ esse ligati per diuinorum mandatorum afflictionem. Dicuntur esse ante ianuā paradisi: per exemplarem vie moralis ꝛ spiritualis ostēsionem. ¶ Uel dic ꝙ biuiuꝫ signat mortē in qua sunt duе vie scilꝫ dextera ꝛ bona que vadit ad paradisum. B
Sinistra ꝛ mala que tendit ad infernum. Et ideo iste est locus periculosus propter latrones īfernales: qui tunc anime insidiantur. Est etiam locus dubiosus. qꝛ scilꝫ incertum est per quam istarum viaruꝫ anima ducetur. Et ideo necesse est ꝙ cruci scꝫ xp̄i per compassionem ꝛ imaginibus scꝫ sanctorum per deuotionem homo principaliter innitatur: vt per viam rectam ad paradisi hospitium deducatur ꝛc. Sicut enim videmus quando duo homines sunt in via ꝛ sequitur eos canis. non potest sciri cuius canis sit vsqꝫ ad biuium. sed tunc viris abinuicem recedentibus. canis magistrum suum sequitur siue ad dexteraꝫ siue ad sinistrā et sic cognoscitur cuius erat. Sic vere in via vite nunꝙ potest de cane idest de homine sciri cuius sit scilicꝫ dei vel diaboli. sed quando ad biuium mortis peruenerit: tunc sequitur dominum suum: scꝫ deū ad dexteram si sit bonus vel dyabolum ad sinistram, si sit malus. Illum sequitur. ad paradisum. vt perpetuo gaudeat. Istum sequitur ad infernum: vt ineternum doleat vt dicat illud Job. xxiij. c. Uestigia eius secutus est pes meus viā eius custodiui ꝛ nō declinaui ex ea.

Blandiri. Nota ꝙ blandiri idem est quod applaudere allicere attrahere ꝛ ad prebēdū ꝯsensuꝫ sup aliquo verbis ꝛ nutibus incitare. Et signat i bono. A
Consolationem.
Affabilitatem.
Iocunditatem.
Gratiarūactionem.
Et ad aliquid faciendum bonam inductionem. Nota ergo ꝙ est triplex blandimentum scilꝫ iusti dei ꝛ impij. Blanditur ergo iustus.
Ad regratiandum.
Deus ad alliciendum.
Malus ad decipiendum.
Primo dico ꝙ blāditur iustus ad regratiandū. Exemplum de cane. qui blanditur domino suo vt accipiat panem. De tygride. qui ſm Pli. illi qui catulum suuꝫ extraxerat. vultu ꝛ cauda blandiebatur. Ad denotandum ꝙ domino nostro scꝫ deo. qui catulum nostrum idest animam de infernali fouea liberauit debemꝰ deuote blandiri. regratiari ꝛ applaudere ꝛ ipsum ad panem eterne glorie cōcedendum verbis deuote orationis: nutibus bone operationis totis affectibus inuitare. Qđ etiam debet esse de nobis erga benefactores nostros ꝛ amicos: qꝛ eis debemus blādiri ꝛ regratiari. ꝛ in tribulationibus eos consolari. vnde Hester xv. vbi dicitur. Qđ assuerus sustentans hester vlnis suis ꝛ verbis blandiebatur. Prelati etiam ꝛ predicatores debent peccatores blandiendo allicere. ꝛ consolationem tribulatis prebere. vnde Iudi. xix. De muliere fugitiua dicitur ꝙ vir suus secutus est eam volens ei recōciliari atqꝫ blādiri ꝛ secū ducere. ¶ Scđo dico ꝙ blādit deus ad alliciendū. Accipit eni blādiri ꝓ diuina benignitate ꝛ cōsolatione: qua deus blandit homini sua beneficia ꝯferendo. vt ipm letificet ꝛ confortet. Exēplū de matre q̄ puero blandit postꝙ eum verberauit vt ipm pacificet. Exemplū etiā de nutrice que paruulo plorāti blandit. Sic vere deus blandit homini post tribulationes ꝯferendo ꝯsolationes: qꝛ ipse est qui post tempestateꝫ trāquilluꝫ facit Thob. iij. Unde Esa. lxvj. Glorā gentium sugetis. ad vbera potabimini ꝛ super genua blandientur vobis. ¶ Tertio dico ꝙ blanditur malus ad decipiendū. Et hoc potissime faciunt ꝓditores ꝛ adulatores. Proditores dico similes scorpioni: qui facie blandit. cauda ꝟo pungit. qꝛ ꝓditor in facie. i. in apparētia blandit alloquitur. amare se fingit ꝛ obsequitur. qui tm̄ in cauda a ꝑte retro. i. in absentia

in absentia: pũgere ledere machinare ⁊ nocere penitꝰ nũq̃ cessat. vñ Eccli. xij. In labijs suis indulcat inimicꝰ ⁊ in corde suo insidiatur tibi vt subuertat te in foueã Sic blãdiebatur vxor samsoni Judicũ. xiiij. Blãdire inqt viro tuo ⁊ suade vt indicet tibi quid significet pbleuma Itẽ blãdiunt adulatores. similes cani qui blandit melius vestito. Sic isti magis diuiti blãdiunt Tho. xj. vbi dr. Nõ canis tobie blandimento caude sue gaudebat Vñ de blãdis adulatoribꝰ dr prouer. xxix. Qui blandis fictisq; sermonibꝰ loquit amico suo rethe extẽdit ante pedes eiꝰ. Istd etiã ptz in luxuriosis qui i blãdiẽdo decipiũt auditores Sicut dr de mala muliere prouer. vij. Que procaci vultu blandit iuueni ⁊ blandicijs labiorum suorum ptraxit illũ. Et sequit Quasi bos ductus ad victimam Et sic patet q triplex est blandimentũ. scz summi creatoris: iusti viatoris ⁊ vani deceptoris

A **Blasphemia.** Uide vbi in alefacere. Itẽ vide. s. vbi bñdicere vbi agit de bñdictiõe qua bñdicit hõ deo in inuectiõe. Et nota si vis q blasphemia nihil aliud est q̃ iniuriose de deo loqui qd vtiq; sub pena mortis in lege phibebat sicut patet de blasphemo lapidato Leui. xxiiij. Ad qd tamẽ nõ aduertũt multi q sicut chelidrix spumã venenosam malorũ verborũ iurãdo ⁊ blasphemãdo semp emittũt Chelidrix enim est serpẽs qui semp incedit ore aperto et semp spumã venenosam diffundit ⁊ signat iniuriosos ⁊ blasphemos q cõtra deũ ⁊ hoĩes nõ cessant ore patulo spumã iniuriarũ ⁊ verborũ horribiliũ seminare vñ de talibꝰ dr Esa. j. Reliquerũt dñm: blasphemauerũt sanctũ israel. alienati sunt retrorsum et Hiere. iij. Pro verbis penitẽtie verbis supbie blasphemasti. Cõtra quos dicit glo. super ps. lxviij. Grauius peccant ⁊ blasphemãt sedentẽ in celo. q̃ qui crucifixerũt ambulantem in solo ⁊c. Uide de blasphemia in titulis supra dictis vbi detractio: ⁊ vbi locutio mala ⁊c.

A **Bonitas. Bonũ** bonum tripliciter accipit in scriptura Est enim bonũ tẽporale spũale ⁊ eternale: Bonũ tẽporale signat mundanã pspitatẽ: que multa cõtinet bona pticularia. s. diuitias. delitias ⁊ honores Sciam. fortitudinẽ: pulcritudinẽ ⁊ potentiã. Et ista sunt cõia bonis ⁊ malis. Vñ Math. xxv. vbi dr. Nõ paterfamilias vocauit seruos suos ⁊ tradidit illis bona sua. Et tñ dr ibi q quidã istorũ seruorũ male istis bonis vtẽdo tormentũ acquisierunt Alij autẽ bene vtendo gloriam a domino suo adepti fuerunt. ¶ Aliud est bonũ spũale. Et istud nihil est q̃ gratia. virtus meritũ ⁊ perfectio. De quo Eccli. xxxj. Stabilita sunt bona illius in domino Et istud bonũ diuiditur in diuersos titulos. Quia aliud bonum est charitas Aliud castitas et sic de alijs vnde ps. Declina a malo ⁊ fac bonum. ¶ Aliud est bonũ eternale ⁊ istud nihil aliud est q̃ gloria eterna. vñ in ps. Credo videre bo. do. in ter. vi. Et Eccli. xxxix. Bona bonis creata sunt a principio De bono igitur morali seu spirituali quo efficitur moraliter homo bonꝰ aliquid primitus differamus. Circa quod primo notandũ est q homo debet habere bona omnia que habet erga se. Debet enim habere.

B
Bonam vitam.
Bonam viam.
Bonam famam.
Bonam conscientiam.
Bonam efficaciam.
Bonam apparentiam.

Habeamus ergo bonitatem vite purissime puer. xvj. Initium bone vite facere iusticiam: Secundo habeamus bonitatem vite rectissime Hierem. vij. Bonas facite vias vestras. Et Hierem. vj. Hec est via bona. ambulate in ea. Tertio habeamus bonitatem fame nitidissime qr ẽm illud prouer. xv. fama bona impinguat. ossa. ⁊ Eccli. vij. Melius est nomen bonũ q̃ vnguenta preciosa. Et Eccli. xlj. Curam habe de bono nomine Quarto habeamꝰ bonitatẽ conscie sanioris. vñ. j. Thimo. j. De corde bono ⁊ cõsciẽtia bona: Quinto habeamus bonitatem efficacie plenioris. Math. v. Uideãt opera vestra bona: Sexto habeamus bonitatẽ apparentie pulcrioris. j. Pe. ij. Conuersationẽ inter gentes habentes bonã: Ulteriꝰ ergo dicamꝰ de bonitate morali. Bonũ cũ istud habet subiectũ ppetuum. s. aĩam rationalem. Et idõ cũ ab ipso non possit auelli nisi per peccatũ. qd ẽz Augu. adeo est voluntarium: q si nõ est voluntarium non est peccatũ. Bene sequitur q istd ẽ perpetue bonũ. qr. s. anima nostra non tollitur nisi voluntas ad hoc inclinetur. Nota ergo q in omni actione nature non impedite semper illud qd vtile ⁊ bonũ est eligitur: ⁊ illud qd malum est refutatur: sicut patet in corpore vbi natura de cibis eligit ⁊ retinet illud qd est purũ ⁊ bonum: refutat aũt ⁊ emittit quod est malũ corruptum et impurũ. Sic homo illud quod est bonũ ⁊ vtile ad aĩam nutriendã. s. bona spiritualia debet sibi retinere ⁊ acquirere. Illa aũt q sunt ipura et mala. sclz vitia et peccata: vel etiam bona temporalia debet fugere ⁊ abijcere Amos. v. Querite bonũ ⁊ non malum: Si autem tu queris que sunt illa bona spiritualia que sunt pcipue vel principaliter eligenda: Audi scripturã Michee sexto vbi dicitur. Indicabo tibi homo qd sit bonum. ⁊ quid requirat dominꝰ a te. vtiq; facere iudicium. diligere miam: et sollicite ambulare cũ dño deo tuo: q̃uis ergo bonum ad modũ riuuli diuidatur: Ecce tamen quatuor bona particularia que a nobis sunt precipue eligenda. ⁊ eorũ opposita fugienda. C

Primũ est bonũ iusticie. Facere inquit bonum.
Secũdũ est. Bonũ clementie. Diligere miam.
Tertiũ. Bonũ diligentie. Sollicite inquit ambulare.
Quartũ est. Bonum amicicie. Cum deo inquit tuo.

¶ Eligat quoq; homo ⁊ maxime eccīasticus vel prelatus bonum iusticie ⁊ equitatis: Facere iudiciũ inquit Nam sicut illud lignum in edificijs magis reputatur bonum qd magis est rectũ: Sic in edificio ecclesie illa vita vel ille actus magis reputandus est vtilis atq; bonus: qui per virtutẽ iusticie plus est rectus. Qd potissime pertinet ad prelatũ: q debet esse sicut abies que ẽ arbor alta. leuis ⁊ recta. Et idõ talis arbor est bona ad malum in nauibus faciendum: Sic vere illi qui habẽt Altitudinem cõtẽplatiue voluptatis. Leuitatẽ voluntarie paupertatis. Rectitudinem iusticie et equitatis Boni debent merito reputari ad hoc: q in naui ecclesie. mali. i. supiores ⁊ prelati eriguntur ⁊ q ad dignitatis apicem sublimentur. Ezech. xxvij. Cedrũ de libano tulerunt vt facerent sibi malũ: Sed vere charissimi istd bonum non habent hodie multi. qr. s. multi sunt q non sunt iusti. equi ⁊ recti. immo per acceptionem personarum sunt tortuosi ⁊ gibbosi: qr scilicet semp magis declinant ad vnã partẽ q̃ ad aliã. ⁊ in iudicijs ⁊ i promotionibus: similes serpenti q nũq̃ recte. immo semper tortuose incedit: Sic isti nunq̃ seruant rectitudinem equitatis: quia scilicet semper declinant vel ad dexteram prece. fauore. vel precio. iniuste liberando vel promouendo. vel ad sinistram crudelitate vel odio iniuste condemnando vel deprimendo. Isti ergo non faciunt bonum iusticie: Unde Michee tertio. Nunquid non vestrum est nosse iudicium: qui odio habetis bonum: scilicet iusticie. et diligitis malũ: quasi dicat. nõ. Non sic ergo. sed faciamus iudicium: scilicet de nobis nos per penitentiam puniendo. de subditis ipsos iuste promouendo vel corrigendo. vt sic dicat quilibet nostrum illud ps. feci iudicium ⁊ iusticiam ⁊c. quia sicut dicitur prouerbio. xiij. Justis retribuantur bona. Nam sicut dicitur Eccle. xvj. Initiũ bone vite facere iusticiam. acceptam apud deum magis q̃ immolare hostias: Habeamus ergo bonum iusticie et equitatis facere inquit iudicium. ¶ Secundo habeamus bonum clementie ⁊ pietatis: quod ostenditur cũ dr. Diligere misericordiã: Misericordia eñ erga paupes ẽ summum bonũ. quod ẽm apostolum ad omnia valet. Sicut et videmus q bonũ est naturaliter sui ipsius cõmu D

nicatiuum:sicut patet de bona arbore q̄ fructus nō ces
sat emittere bonos.⁊ eos alijs cōmūicare:Sic vere bo
nus homo fructus diuitiarū suarū per misericordiam
alijs largitur.⁊ seipsum alijs diffundere.communica
re et tribuere per pietatꝪ opera semper studet:qꝛ sicut
dicit Eccl'.vij.Bonū est sustentare iustū.vñ Mat.vij.
Arbor bona bonos fructus facit.⁊ Mat.xij.Bonꝰ hō
de bono thesauro suo profert bona.⁊ prouer.xiiij.Mi
sericordia ⁊ veritas ꝑparant bona:Diuites em̄ de the-
sauris suis debēt paupibꝰ dare bona ⁊ nō mala:Qđ ē
cōtra auaros:q̄ semper cōsueuerunt dare sibi bona et
paupibus deteriora:Contra quos est cōe prouerbiū:
qui sibi nequā est.cui aliquando bonus erit.Isti ergo
non hn̄t bonū clementie:De malo enī semine vel de
mala arbore semꝑ nascitur malꝰ fructus:Sic isti aua
ri q̄ mali sunt et pessimi:semper faciunt mala ⁊ crude
lia opera:⁊ nūꝙ miaꝫ seu bona:Math.vij.Non pōt
arbor bona malos fructus facere:neq̄ arbor mala fru
ctus bonos facere:Habeamus igitur bonū clementie
et pietatis:Ad hoc em̄ incitat natura.scriptura ⁊ figu
ra.Natura dico.exemplum de leone:qui parcit infan
tibus mulieribus ⁊ ꝓstratis:Qꝛ vere hō debet eē mi-
sericors:maxime erga pauperes.ipotētes:⁊ erga quos
cunq̄ ꝓstratos ⁊ depressos:Et ad hoc facit figura đ sa
maritano Luce.x.Qui appropians fecit miam cū sau
ciato ipsum ad domū deferendo:⁊ curam eius agēdo:
et vinum et oleū suis vulneribus infundendo.Sic ve
re bonus xp̄ianus debet sauciatis ⁊ desolatis appropi
are per cōpassionē.curam eorū gerere.per diligentiam
et ꝓuisionem:vinū etiā consolationis ⁊ oleum pieta-
tis infundere per beneficiorū largitionē.Ad hoc etiaꝫ
facit scriptura:Mat.v.Beati misericordes.quoniā ip
si miam ꝯsequentur:Diligite ergo miaꝫ qꝛ ⁊ miam ⁊
veritatē diligit deus.gratiā et gloriā dabit dominus.
Habeamus ergo bonū clementie ⁊ pietatis.Et hoc ē
E secundum.¶ Tertio debemꝰ habere bonū diligentie
et sedulitatis.quod ostenditur cum đr.Ambulate sol-
licite:Motꝰ cōtinuus celi est illud quod magis ē no-
bis vtile seu bonū:qꝛ fm̄ pħos ꝑ motuꝫ celi continuū
generantur oīa que hic inferius ꝓducuntur:Nam ni
si celū moueret.nihil in mūdo viueret vel generaretur
Sic vere charissimi illud qđ est magis vtile in homīe:
est motꝰ cōtinui exercitij.diligentie et laboris:Iste em̄
seruat a corruptione peccati ꝑ grām:⁊ facit hominem
viuere et in ipso virtutes et merita generari.qđ osten
ditur cum đr.Qđ sollicite dꝫ ambulare.i.diligenter se
in bonis opibus exercere:Eze.ij.Panē suū in sollicitu
dine comedēt:Istđ potissime ptꝫ de ꝑlatꝪ:quoꝝ sollici-
tudo.diligentia seu cura summe est subditis vtilis at-
q̄ bona:vt sit sicut symō qui perambulās ciuitates sol
licitudinem gerebat earū.sicut đr.i.Mach.xv.Simꝰ
ergo sicut formica que de victu querendo ⁊ ꝓcurādo.
et de re sua publica regendo multū est sollicita ⁊ atten
ta:nunꝙ em̄ videtur dormire sed in suis operibus sem
per sollicite circuire:Sic ⁊ tu nunꝙ per pigritiā dor-
mias.sed semꝑ in executione bonorū operuꝫ circueas
et discurras:Uade ergo ad formicā o piger:⁊ conside-
ra vias eius.⁊ disce sapientiā:ꝓuer.vj.Naꝫ vt dicitur
Hiere.xlix.In sollicitudine quiescere nō potui:Quod
est contra desides seu pigros;q̄ non sunt similes celo
per continuuꝫ motū.immo videntur terra per cōtinu
um statū:Terra enī īmobilis ineternū stat.sicut dicit
Ecci.iij.Sic isti ꝙ tū ad bona opa sunt immobiles at-
q̄ pigri:vnde Exo.xv.Fiant īmobiles quasi lapis:Nō
sic:sed habeamus diligentiā executiuā:qꝛ hoc est sum
mum bonū.Uñ qꝛ sicut dicitur Jaco.iiij.Scienti bo-
num facere ⁊ nō facienti peccatū est illi.Jō Ephe.iiij.
dicitur.Laboret operando manibus suis quod bonuꝫ
est.vt habeat vnde retribuat necessitatē patienti:Sol
licite ergo ambulate.vnde Hiere.vj.Hec est via bona
ambulate in ea.Habeamus igitur diligentiam execu
tiuam.¶ Quarto habeamus aliud bonū:scilicet ami
F ciciam charitatiuam cum deo:Ista enim proposi-
tio cum.signat coniunctionem.societatē.amiciciam ⁊
charitatē.Sicut enim filius patrisfamilias ꝙdiu est ī
potestate patris ⁊ cum patre:non potest facere condi-
tionem suam deteriorē:Arbor ꝙdiu est cū terra adhe-
rens et coniuncta:semper pōt viuere.virere ⁊ fructum
facere.Infans ꝙdiu est cum matre:semꝑ ab ipsa defē-
ditet docetur:Sic homo ꝙdiu est cum deo per cha-
ritatem.tandiu non deterioratur per peccatuꝫ:⁊ tan-
diu ab ipso iuuatur.⁊ tamdiu viuit per deuotionem:
viret per conuersationem.fructificat per operationeꝫ.
Cū deo ergo.vnde Geñ.vj Noe vir iustꝰ atq̄ perfectꝰ
fuit et cum deo ambulauit:Ideo de illa bona ⁊ chari-
tatiua adhesione loquitur ꝑs.dicens.Mihi autē ad-
herere deo bonū est.Habeamus igitur bonū amicicie
charitatiue.bonum diligentie executiue.bonū clemen
tie ⁊ pietatis:bonum iusticie ⁊ equitatis.Et sic mora
liter erimus boni:quando tot bonis moralibus erimꝰ
adimpleti:Et sic erimus sicut illa terra đ qua dicitur
Numeri.xiiij.Terram quā circuiuimus valde bona ē
Hec ergo de bono morali sufficiant.

Bona temporalia.

Nota ꝙ bona tē- A
poralia bonis ꝓ-
ficiunt ⁊ malos inficiunt:In se deficiunt:⁊ nullis suffi
ciunt.Primo ergo dico.ꝙ ista bona in se sunt defecti-
ua:quia enim sua principia intrinseca sunt corrupta.
iō ista non possunt esse durabilia.Et ista comparātur
illi arbori fracte ⁊ incise:cui dū innititur elephas sta-
tim frangitur:⁊ elephantem cadere facit:⁊ a venato-
ribus capi:Quia vere bona temporalia sunt in se de-
bilia ⁊ defectiua.ita ꝙ si eis homo per affectum inniti
tur faciliter pereūt ⁊ franguntur:⁊ possessor ⁊ dilector
eorum in desperationem labitur et in mortem.⁊ a ve-
natore dyabolo capitur per peccata:Unde ista arbor
figuratur in baculo arundineo egypti:cui dum inniti
tur homo confringitur:⁊ innitentibus humeris lani-
atur.sicut dicitur Esa.xxxvj.Sic vere bona mundi di-
cuntur baculꝰ:ꝓpter generalem sustentationē:sed di
cuntur arūdineꝰ ꝓpter facillimā corruptionē:Dicun
tur esse egypti:qđ interꝑtatur angustia ꝓpter laborū
et sollicitudinū annexionē.Ista igitur dicuntur eis in
nitentes decipere per sui defectuꝫ.⁊ eos perforare per
multum peccatum:Ideo de indurabili fragilitate isto
rū bonorum dicitur Job.xxj.Ducunt in bonis dies su
os:⁊ in pūcto ad inferos descendūt.Figura ad hec Lu.
xij.vbi dicitur Qđ ille diues cuius ager attulit fructꝰ
vberrimos.qui dicebat anime sue.anima multa bona
habes reposita in annos plurimos.comede ⁊ bibe ⁊c.
ille mortuus est et perdidit quicquid habebat:Quia
breuiter sicut dicitur Ecci.x.Omnis potentatus bre-
uis vita.Sunt igitur ista bona in se defectiua.¶ Se-
cundo sunt malis infectiua.Maudragora enim ꝙ-
ꝙ debite sumpta sit medicinalis et bona.immodera-
te tamen sumpta naturaliter est nociua:Habet enim
virtutem congelatiuam.consopitiuam et mortificati-
uam facit em̄ hominem immoderate dormire:⁊ dum
dormit congelat spiritus ⁊ humores.et virtutem mor
tificat naturalem:sicut dicit Platearius:⁊ alij auto-
res.Sic vere bona temporalia bene vtentibus profici
unt:sed male vtentes inficiunt:qꝛ hominē faciunt dor
mire ⁊ delectari congaudere ⁊ complacere:⁊ dū nō ad-
uertit.paulatim congelāt ipsum per indeuotionē:⁊ fi
naliter eum mortificāt:per multorum criminum gene
rationem.vnde de talibus bonis đr Ro.vij.ꝙ ergo mi
hi bonuꝫ est factū est mors.Ista igitur bona malos īfi
ciunt.¶ Tertio dico.ꝙ ista bona nullis sufficiūt.Ra
tionem enī assignat Aug.quare homo bonis istis nō
potest satiari.Dicit ꝙ qꝛ cor humanum capax est dei
qui est infinitus.Jō nullum bonum finitum potest eū
replere:Animam inquit deo capacem nihil minꝰ deo
replere potest.Ista enim sunt de natura aceti.quod hꝫ
prouocare appetitum quia scilicet ista bona semꝑ ge-
nerant ardorem habendi.vnde Job.xxx.Expectabam
bona ⁊ venerunt mihi mala.Bonum enim:id est suffi
cientia queritur et

ciētia q̄rit ⁊ expectat: et tamē sp malū .s. auaritia gñat.
¶ Sed quarto dico ꝙ ista bona bonis proficiūt. Sicut enī humor terre arbori proficit: ⁊ hoc quia arbor ⁊ ad sui ⁊ ramorū nutrimentum cū mittit: Sic bona tēporalia ⁊ terrena bonis actiuis ꝓficiunt: q2 ipsa ad necessitatem nō ad sup̄fluitatē accipiūt: ttā ad sui ⁊ suorum: et etiā ramorū ⁊ pauperum exteriorum adiutorium ⁊ nutrimentū ipsa accipiunt ⁊ acquirunt: Ideo de talib⁹ bonis dr̄ Eccl. xxxix. Bona hominis creata sūt a principio: Ro. viij. Diligentib⁹ deum oīa cooperantur in bonū. Istud enī idem quod vni nocet alteri nūꝙ̄ ꝓficit: Unde semen iusquiami aīalibus est mors: qđ tamen passeribus est cib⁹. Sic vere tēporalia bona animalib⁹ .i. peccatorib⁹ ⁊ carnalib⁹ ipis vti nescientibus est cā mortis eterne. Passerib⁹ autem ⁊ auibus .i. viris discretis ⁊ spiritualib⁹ qui eis bene sciunt vti est cibus adiutorium ⁊ augmentū Eccl. xiij. Bona est substantia cui nō est peccatū ⁊ nequissima paupertas in ore impij: Sȝ que est rō: quare illud semen qđ de se est venenosum nō nocet passerib⁹. Rñdet Auicēna ⁊ dicit ꝙ passer hȝ strictissimas venas: Et iō fum⁹ seminis iventre recepti nō pt̄ ascendere per venas vsqȝ ad cor ad eū mortificandū. cui⁹ tn̄ ꝯtrariū ē cā ꝯtraria in aīalibus Sic vere charissimi illi q̄ habent strictas venas scientie: sicut sunt viri iusti ⁊ scrupulosi: isto semine nō ledūtur. Et hoc quia fumus eius .i. amor ⁊ affectio istorū bonoꝝ temporalium ad cor eorum non attingit: Iuxta illud ps. Diuitie si affluant nolite cor apponere. Cui⁹ tamē contrariū reperitur in aīalib⁹ .id est peccatorib⁹ qui hñt venas conscīe multū latas. ita ꝙ fum⁹ .i. amor diuitiaꝝ ad cor eoꝝ penetrat: ⁊ ipsos per auariciā mortificat ⁊ obscurat. vnde Eccl. xxxix. ca. Omnia bonis in bonum: sȝ ipijs ⁊ pctōribus in malum conuertunt: Et sic patȝ: ꝙ bona tēporalia bonis proficiunt: nullis sufficiunt, malos inficiunt. Et in se deficiūt ⁊c.

A **Bona eterna.** Nota ꝙ bona eterna sunt appetenda: propter lucis tutissimam securitatē. propter rerū plenissimam sacietatē. propter status longissimā stabilitatē. Habēt enī ista bona firmamentum securitatis. ⁊ hoc ꝓbat loci celsitudo: q2 .s. ista bona sunt in celo: vbi ē locus securissimus. Iō possunt dicere illi q̄ sunt ibi illud Math. xvij Dn̄e bonū est nos hic eē ⁊c. Corpora locū istū monti olipi. vbi propter suā altitudinē nec grando. nec turbo. nec aliqua mala impressio attingit. Item ista bona habent complemētū fertilitatis ⁊c. Compa insulis fortunatis: in q̄b⁹ oīa bona sponte nascuntur. vnde in ps. Replebuntur in bonis dom⁹. ⁊ Sapien. vij. Uenerūt mihi oīa bona pariter: Uñ de sanctis potest dici illud. j. Para. iiij. Inuenerunt pascua vberrima valde bona Unde isti sunt qui dicebant in ps. Replebimur in bonis domus tue. san. est tem. tu. mira. in c. Deus enī replet in bonis desideriū eoꝝ. et renouabitur vt aquile iuuentus tua: Itē ista bona habēt fundamentum stabilitatis. q2 .s. perpetuo durant. et illi q̄ ipsa habent perpetuo viuunt. vñ Marci. x. Bonum est tibi ad vitā igredi ⁊c. Cōpara paradisuȝ insule hibernie: vbi homines nō moriunt ⁊c. Uide de paradiso: ⁊ de gloria eterna in suis titulis ⁊ in remissionibus ⁊c. Et si vis scire de tali b⁹ bonis quō acqruntur: audi dauid in ps. dicentem: Quis est hō q̄ vult vitā dili. di. vide. bo. ꝓhibe lin. tu. a

B ma. ⁊c. ꝓsequere auctoritatē si vis. ¶ Itē nota ꝙ bōa eterna cōsistunt in visione. fruitione et quietione: Dico in fruitione: vñ Sapien. ij. Fruamur bonis que sunt Dico in visione. vnde in ps. Credo videre bona domini. Dico insup ꝙ consistūt in quietiōe. vnde Gen̄. xlix. Uidit requiem ꝙ esset bona ⁊c.

A **Bos.** Nota ꝙ bos qñqȝ signat in malo quando qȝ signat in bono. In malo signat carnalitatem seu carnem Nam sicut bos est animal magne carnositat. magne tarditat. magne penalitatis: Sic caro vel vir carnalis ⁊ peccator est carnosa et pinguis per voluptatem: tarda per pigricie tepiditatem. Penalis ⁊ laboriosa ad exercendum omnem iniquitatem: Et sicut bos vinculis cingit. stimulis pungit retrocedēdo pascit ſm Pliniū: Sic carō et carnales vinculis malarum cōsuetudinum ligant stimulis malorum desideriorum pungunt: Et retrocedendo ꝑ obstinationem ⁊ deo ⁊ prelatis ꝯtradicūt. et in mundi pascuis ⁊ prosperis depascūtur: Dico ꝙ isti vinculis male ꝯsuetudinis alligantur. Iō de carnali iuuene: dr̄ Prouer. vij. Stati eam .s. mulierem seqtur: quasi bos duct⁹ ad victimam et nescit ꝙ ad vincula stultus trahat. Itē dico ꝙ malorū desideriorū stimulis agitātur: Uñ Eccl. xxxviij. Stimulo boues agitat: Itē dicoꝙ ꝑ contractionē retrocedendo cibatur. vñ .ij. Reg. vj. dicitur: ꝙ boues q̄ portabāt archam recalcitrabant. q2 scȝ inter nos ecclasticos sunt multi. q̄ sub archa religionis vel eccie ꝯtradicere et recalcitrare nō cessant: ⁊ cōtra deū ⁊ prelatos temere rebellare. Et iō sicut bos maxime q̄ non potest bene laborare ad hoc impinguat vt mactetur: Sic vere mūdi peccatores q̄ per penitentiam non laborant ad hoc impinguant in ꝓsperis huius mūdi: vt in macello iferni postmodū trucidentur: vñ dr̄ .j. Reg. xj. ꝙ rex saul iratus est nimis: ⁊ assumens vtrūqȝ bouem concidit eos in frusta: Sic vere de⁹ ꝯtra tales finaliter irascet et eos in inferno cōcidet ⁊ occidet. ¶ Item dico ꝙ signat in bono: ⁊ sic per boues intelliguntur boni viri ⁊ B
perfecti: ⁊ maxime boni p̄dicatores ⁊ boni actiui: vnde de de eis possum⁹ exponere illđ Job. j. Boues arabāt et asine pascebant: In quib⁹ vbis ostenditur: ꝙ isti ꝓpter tria pñt ꝓꝓrie dici boues. Bobus enī Nihil

Sedulius occupatur
Humilius subiugat.
Utilius operatur.

Sic vere viri perfecti occupātur cū diligentia ⁊ sedulitate: Arabant inquit Subiungantur cū patientia ⁊ humilitate. Asine inqt. Operantur cū efficatia et vtilitate: q2 scȝ per eos asine pascebant: Dico ergo ꝙ iusti habent diligentiam i operando. Sicut enī boues non cessant arare ⁊ laborare: ⁊ laborem suū continuare ⁊ frequentare: ⁊ in laborando non murmurare nec recalcitrare: Sic vere iusti ad labores bonorum operum exercendos debent sedule vacare: et sine murmuratione. ⁊ non in impatientia sine discontinuatione et desistentia cum omni executione et diligentia debent in agro eccie per penitentiam laborare: ⁊ terram sui corporis per disciplinas colere ⁊ arare. Arabant inquit: Et sic isti erūt de illis bobus arantibus. de quibus dicitur. iij. Reg. xix. vbi dicitur: ꝙ helise⁹ in duobus iugis boum arantib⁹ vnus erat: ⁊ sicut videmus ꝙ in arando bos pungitur: terra scinditur: aratrū trahitur: et cum eo ligatur ⁊ astringitur. Sic vere in oratione penitentie ⁊ diligentie. bos .i. homo dȝ pūgi ꝑ diuinū timorē: terra cordis debȝ scindi per contritionis dolorem: aratrum diuinorum mandatorum debet trahi: per executionis vigorem. et ad ipsum debet homo ligari per dilectionem et amorem: Quia nemo mittens manum ad aratrum et aspiciens retro aptus est regno dei: Sicut enim in aratro est et ferrum et lignum: Sic in aratro diuinorum mādatorum est ferrea duricies comminationum: et lignea mollicies consolationum et promissionum. Qđ est contra multos similes bobus indomitis et impinguatis: qui aratrum trahere dedignantur: Sic vere pingues et delicati indomiti et obstinati aratrū mādatorū dei trahere nunꝙ̄ volunt: sed ipsum per diuersa peccata dimittunt: qđ potissime patet de mult pinguibus et diuitibus: q̄ pre ceteris iugū diuini timoris et aratrū suorum mādatorū repellunt. Uñ in ps. Boues eorū crasse: abundātes in gressib⁹ suis. Non sic: sȝ habeamus diligentiā ⁊ sedulitatem. Arabant inquit.
¶ Secundo habeamus patientiā ⁊ humilitatem. Sicut enī bos collum iugo subijcit. receptū iugū nō abijcit bubulco obedit ⁊ ei se subijcit. Sic nos maxie ecclastici obedien⁹ iugo discipline nos hūilit̄ subijcere: ⁊ bubul

co:i.deo vel prelato benigniter obedire: Mo:figurat.ij.
Para.iiij.vbi dr.q salomon fecit mare vnū eneum et de
subter posuit.xij.boues fusiles quorū quidā respicie-
bāt ad oriētē. Alij ad occidētē. Alij ad austrū Alij ad aq
lonē Isti boues sunt viri iusti et humiles: qui mare.i.
amaritudinē tribulationū sustinēt atq portāt: Isti eē
dicunt.xij.qui est numer⁹ cōstans ex decē ⁊ duobus q:
scȝ boni debēt cū binario charitatis custodire denariū
mādatorū: Et isti p certo debēt respicere per considera
tionem. Ad orientem natiuitatis. Ad occidentē morta
litatis Ad meridiē iudicij vbi sol xp̄s erit i furore iusti
cie. Et ad aquilonem inferni Aquilo eīn ē pars frigidis
sima et signat infernū: Ideo de ista humilitate ⁊ beni-
gnitate pōt dici illud. Nume.vij. Obtulerūt i sacrificio
pacificorū boues duos Sed nota q duo requirunt ad
hoc q bos domit⁹ ⁊ subiectus efficiatur: Debet enim
a iuuentute castrari: q: tunc melius domatur ⁊ fortius
operatur et amplius crescit ⁊ augmentatur. Itē debet
boui seni et antiquo, coniungi ⁊ associari et copulari.
Sic vere ille est subiectior ⁊ humilior: qui cum senibus
⁊ sapientib⁹ cōtrahit societatē ⁊ qui a iuuentute vouet
⁊ tenet castitatem. Simus igitur humiles et patientes
Sed pro certo multi sunt similes quibusdā bobus indi
cis qui habent tria cornua et pedes equinos s̄m bedā
in li. de imagine mūdi: Sic vere multi sunt qui pedes
affectionū habent equinos per luxuriā. Et tria habēt
cornua per triplicē superbiā q: scȝ isti superbiunt de di
uitijs: de nobilitate ⁊ de pulcritudine: Uel de bonis na
ture. fortune ⁊ gratie. Non sic sed sim⁹ humiles. Asine
inquit quod est animal humile et deiectum.vij. Gen.
xij. Fuerūt abrahe oues et boues: ⁊ asini ⁊ serui: Habea
mus ergo patientiam et humilitatem. ¶ Tercio ha-
beamus efficaciam et vtilitatem: quia scilicet omnia
que sunt in boue sunt homini vtilia scilicet.

Pellis ad calciādum.
Fimus ad terram impinguanduȝ
Et caro ad homines nutriendum.

Sic vir bonus oībus est vtilis scilicet
Caro sue vite et perfectionis. pellis sue conuersatio-
nis: Fimus sue tēporalis possessionis. Alios enim cal-
ceant per bona exempla. nutriunt per bona documen
ta: impinguant per elemosynas seu dona. Et hoc osten
ditur cuȝ dicitur. Pascebātur: q: scȝ tales boues ⁊ tem
poraliter ⁊ spūaliter alios nutriunt atq pascunt vnde
Ezech.xxxiiij. Oues pascuntur a pastoribus: Nā sicut
dicitur prouer.xiiij. Ubi non sunt boues presepe vacuū
est. Sit ergo in nobis vtilitas humilitas sedulitas. Et
sic erimus spirituales boues ⁊c.

A **Brachium.** Nota q per brachiuȝ in quo vi
get hoīs maxima fortitudo et
ad operanduȝ potior aptitudo intelligitur communi-
ter in scriptura potentia seu virtus. Et ideo nos inue-
nimus brachiū diuinū ⁊ brachiū humanū: Brachium
diuinū est ipse filius quo mediante pater operat quic-
quid facit vnde. Lu.j. Fecit potentiam in brachio suo.
Sicut enim brachium constat ex carne et osse et me-
dulla: Sic christus ex interiori anima que est sicut
medulla: ⁊ ex corporea substātia que est sicut caro: ⁊ ex
deitate q̄ est sicut ossa: Xp̄s enim in se habet humani-
tatē ⁊ deitatē ⁊ cōpositū ab vtraq. ⁊ sicut brachiū extē
ditur ⁊ aliquādo reflectitur per dulcorē Et istud etiam
signat substantia brachij. Ossea enim substātia que est
dura signat iusticiā ⁊ austeritatē. Carnea autē substā
tia q̄ est mollis signat eius clementiā ⁊ benignitatem
Unde iste est illud brachiū dei patris de quo admirati
ue querit scriptura Esa.liij. Brachiū dn̄i cui reuelatū
est scȝ xp̄tum ad incarnationē.q.d. Paucis. Et nota q
xp̄s seu etiam potentia dei dicitur. Brachium.

Punitiuum. Naȝ per illud puersi hoīes puniū
Redēptiuuȝ tur vn̄ ps. In brachio virtutis tue
Defensiuū. depo. aduer. me. vn̄ istud ē brachiū
extentum: de quo Ezechi.xx. Uiuo ego dicit dominus
In manu forti ⁊ brachio et furore effuso. regnabo sup
vos: Secūdo dico.q p istud fideles populi redimun-
tur: Brachiū eīn si extracto sanguine percutitur: totū
corp⁹ a periculo redimitur ⁊ laxat: Sic de istius bra-
chij minutio. facta est corporis.i. generis hūani redē-
ptio vnde in ps. Redemisti in brachio tuo po.tuum. fi
li.ia.⁊ io. Tercio dico.q per istō brachiū viles ⁊ debiles
defendunt: Brachium eīn p toto corpore verberib⁹ se
opponit: Mater etiam portat in brachio filios ⁊ ifan-
tes. sic isto brachio p nobis per mortē percusso nos fu
imus defensi.⁊ ab ipso portati ⁊ sustentati. vnde Osee.
xj. Portabā eos in brachijs meis. ¶ Secundo dico.q B
inuenitur brachiū humanum. Et istud signat potenti-
am et fortitudinē: vt dictum est. Et quia i quolibet cor
pore duo sunt brachia.s. dextrum et sinistrum. Iō pos-
sumus distinguere duplicem mundi seu ecclesie pote-
statē: Prima et dextera est spiritualis: Secunda ⁊ sini
stra est temporalis. Prima principaliter remanet apō
prelatos: Secūda apud principes ⁊ prefectos: Primū
est brachium defensiuū. Secūdum brachium defecti-
uum: Defensiuū enim brachium est potentia spiritua
lis: vt dr̄ ps.xvij. Posuisti vt arcum ereū brachia mea.
Ista eīn brachia sunt prelati ⁊ predicatores quib⁹ me-
diantib⁹ boni a dyabolo ⁊ a temptationibus defendū
tur ⁊ protegūtur. Unde sap̄.v. In brachio sancto suo de
fendet eos. Brachia enīȝ sunt amica cordis. Et iō q̄c-
quid cor amat brachia amplexantur et ad cor trahere
nituntur: Sic vere prelati ⁊ p̄dicatores: et etiam quili-
bet boni viri cordis.i. dei sunt amici. et iō ceteros nitū-
tur verbis ⁊ exēplis ad istud cor reducere ⁊ omnes ho-
mines charitatiuis tenaculis amplexari: Unde de cha
ritatiuo amore talium brachiorum dr̄ Dan.ij. Pectus
et brachia erant de argento. ¶ Iteȝ brachiū defectiuū C
est vel potentia temporalis. Et istud est

Brachium aridum. Brachiuȝ dico ari
Brachium fluidum. dū sine pietatis dul
Brachiū inualidum. core: figuratum da
nielis.x. In illo qui loquebatur Danieli de quo scribi
tur.q brachia eius erant quasi species eris: Es enim
est durū ⁊ siccū ⁊ clamosum: Sic brachia huius mūdi:
idest mūdi potentes sunt duri. pleni crudelitate. sicci si
ne pietate. clamosi: idest pleni rixa ⁊ pōposītate: Zach.
xj. Brachium eius ariditate siccabitur: fluidum dico
sine firmitatis vigore: Aliqua eīn sunt animalia q̄ ha-
bent brachia sine ossib⁹. sicut sunt polipi in mari. qui
tamē si amplexantur: hominem ipsum faciliter sub-
mergunt: Talia brachia sunt carnales amici: et homi-
nes deliciosi qui ossib⁹ fortitudinis carētes illos quos
amplexantur et diligūt: suis malis exēplis in pctā sub
mergunt: Iō istud est brachium carneū.ij. Para.xxxij.
Cū eo brachium carneum. et Hiere.xvij. Ponit carnē
brachium suum. Inualidum dico sine stabilitatis te-
nore. vnde ps. Brachia peccatorū conterentur. Cācer
ei ⁊ locuste habent brachia: que tamen sunt valde fra-
gilia atq vana: Sic multi sunt ita fragiles: inconstā-
tes ⁊ vani: q nullus potest inuenire aliquam firmita-
tem. Job.xxxj. Brachium meum cum suis ossibus con
teratur. ¶ Si vis nota adhuc q in scriptura inueniun D
tur quattuor spiritualium brachiorum genera: scilicet

Brachia.
Superiora.
Inferiora.
Interiora.
Exteriora.

Prima sunt sancti qui sunt brachia ecclesie triūphan
tis. Unde de quolibet sancto dici potest illud Esa.lij.
Parauit dominus brachium sanctum suum: Secun-
da sunt iusti ecclesie militantis: Sicut enim brachia
sunt bina. dextrum scilicet et sinistrum: et seinuicem iu
debent summopere affectari: propter q̄n̄qȝ defectus q̄ sunt in bonis temporalibus huius mūdi. Bona em̄ mundi habēt annexa

Timorem et turbationem.
Laborem ⁊ vexationem.
Breuitatem ⁊ cessationem.
Inopiam ⁊ paupertatem.
Mutationem ⁊ instabilitatē.

¶ Sed reuera celuȝ ⁊ bona eius sunt cō trarie conditionis. Et hoc q͛ ibi est securitas que non impugnatur. Celū quod dicitur a celando. Ibi est trā quilitas que non perturbatur: sedes que signat quietē. Ibi est eternitas que non terminat᷑: est qd̄ signat durationem. Ibi est fertilitas que non vacuat᷑ terra: que est elementum magis fertile. Ibi est stabilitas q̄ non dissipatur vel qua mens sustentatur: scabellum quod sustentat pedes sedentis. Primo dico. ꝙ ibi est securitas inexpugnabilis: q͛ dicitur celum a celando eo ꝙ ibi celet᷑ ⁊ protegatur homo ab omni tribulatione. Ad partem enim superiorē aeris non ascendūt vel attingunt male aeris impressiones. s. turbines: grandines: niues: que tamen in inferioribus generantur ⁊ quibus homines grauiter impugnātur. Sic vere sursum in patria non sunt alique tribulationes ⁊ impugnationes: quia omnes remanent inferius in hac vita. Celum ergo a celando. Esa. xxxij. Erit inquit vir sicut qui absconditur a vento ⁊ celat se a tempestate. Ideo de illis qui sunt in isto celo potest dici illud Exodi. xxiiij. Viderūt deum israel: ⁊ sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini: ⁊ quasi celuȝ cum serenū est. Est igitur ibi securitas inexpugnabilis. Et ideo celuȝ dicitur firmamentuȝ: quia scilicȝ possessores suos firmiter protegit ⁊ defendit. Gene. j. Vocauit firmamētum celum: sequitur. Stellas posuit in firmamento

A celi. ¶ Secundo est ibi tranquillitas pacis laudabilis: quod ostēditur cum dicitur Sedes. Sedere enim signat statum pacis ⁊ quietis. Et ideo beati qui sunt in celo vbi requiescunt a laboribus suis sedere merito dicuntur: vt de quolibet istoꝝ dicatur illud Apo. iiij. Ecce sedes posita erat in celo: ⁊ sup̱ sedem sedēs. Arath enim est mōs altissimus armenie in quo requieuit archa post diluuiū s̄m Isido. Et signat paradisuȝ locum altissimum vbi est perfecta quies: vbi archa. i. anima post diluuiū presentis seculi requiescit Gene. viij. Requieuit archa super montes: vnde de tali sede quietis dicitur in p̄s. Dominus in celo parauit sedē suam. ¶ Tertio dico ꝙ ibi est eternitas indefectibilis

D Est inquit. Vita enim illa non potest dici fuit vel erit quia fundatur in eternitate in qua non est preterituȝ vel futuruȝ: sed presentia semper durans. Ideo de ista indefectibili eternitate dicitur: vel potest dici cuilibet illic existenti illud p̄s. Si ascendero in celū tu illic es. ¶ Quarto dico. ꝙ ibi est fertilitas īhaustibilis. Terra inquit: quod est elementum fructiferū que ꝑ cunctis viuentibus cibum gignit. Et ideo ista s̄m Isido. dicebat᷑ antiquitus alma mater: talis est paradisus: quia ibi est verus fructus: vera refectio: verū esse ⁊ vera vita: vt sic cuilibet beato possit dici illd̄ Geñ. xxvij. In rore celi ⁊ pinguedine terre erit benedictio tua: vt sic quilibet nostrum dicat cum p̄s. Portio mea domi

P ne sit in terra viuētium. ¶ Quinto dico ꝙ ibi est semper stabilitas durabilis. Scabelluȝ inquit pedū meorum. Gloria enim eterna dicitur scabellum peduȝ: q͛ scabelluȝ est illud quod sustinet pedes nostros: ad denotandum ꝙ pedes affectionum nostrarum tūc stabiliter sustinentur: quando semper eterna gloria innituntur. Bona em̄ temporalia non sunt scabellū sufficiens ad affectiones hominis sustinēdas. Fatuus em̄ est qui talibus innititur: vel qui in talibus confidit. Dic si vis sicut de baculo arundineo egypti sicut supra. Titulo de baculo. Sed celestia sunt bonum et firmum scabellum que non deficiunt nec franguntur. Et ideo sicut elephas fortibus arboribus solet inniti dum dormit. Sic nos debemus bonis eternis: q͛ celi solidissime quasi ere fundati sunt: sicut dicitur Job. xxxviij. Ideo de tali scabello dicitur cuilibet cōtemplāti illud p̄s. Adorate scabelum pedū eius q̄m sanctum est. Et. ij. Paral. ix. Rex Salomō fecit thronū eburneum: ⁊ scabellū aureū. Talia em̄ sunt bona celestia: q͛ scȝ propter istam quintuplicē conditionē sunt specialiter affectanda. Vt sic dicat quilibet illud Philipen. iij. Cōuersatio nostra in celis est. Sȝ heu proh dolor. Bona mundi: q͛ non sunt stabilia: sed fallibilia. Non sunt fertilia sed sterilia. Non durabilia: sed transitoria. Non sunt quieta sed turbata. Non sunt secura: sed diuersis impugnationibus obscura. ⁊ ideo non in istis temporalibus: sed in celestibus est morandum: contemplandum: ⁊ affectandū: ⁊ illuc cū gemitib⁹ anhelandū. Vt de quolibet dicat᷑ illud Mar. vij. Suspiciens in celū ingemuit. Et sic accidet nobis sicut illi domicelle: que dicebatur Calisto: que cuȝ s̄m fabulas propter fornicationem mutata fuisset in vrsam ⁊ quotidie gemeret ⁊ rugiret: iupiter mot⁹ pietate mutauit eam in stellam ⁊ posita est in celo ⁊ dicitur vrsa maior. Sic reuera quando homo propter fornicationem peccatorū suorum efficitur vrsus. i. vilis ⁊ peccator tandem fit humilis: penitens atqȝ gemens: ⁊ sic sepe accidit ꝙ mutatur in stellam. i. in virum luciduȝ ⁊ perfectum: ita ꝙ in celo finaliter collocatur. s. nunc per spē in fine per speciem. Nūc in affectu: tūc in actu nunc in voluntate tunc in re. Vnde dicat illud Eccl̄i xxiiij. Girum celi circuiui sola. vñ Actuū. vij. Intēdēs in celum vidit gloriam dei. Et si vis dic ꝙ istud est celum in quo deus sedet ad imperandum. Esa. lxvj. Celum mihi sedes est. ⁊ in p̄s. Dominus in celo sedes ei⁹ In quo deus manet ad habitandum p̄s. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. De quo de⁹ videt ad cōsiderandum p̄s. Dominus de celo ad terrā aspexit: videt oēs filios hominum. De quo deus venit ad nobis miserandum. Joh. vj. Ego suȝ panis viuus qui de celo descendi. Ad quod deus ascendit ad dominandum Hebre. vij. Excelsior celis factus est. A quo finaliter ad terram iterum descendet ad iudicandū Actu. xij. Angelus autem domini descendit de celo. Et nota ꝙ in isto celo est iocunditas: securitas: stabilitas ⁊c. concordia. ⁊ hoc de celo sufficit. ¶ Si vis celuȝ signat altum statum contemplationis. Esa. xiiij. Ascendam in celo supra astra dei ⁊c. Item signat militantis ecclesie vel religionis statum cum stellis fixis ⁊ erraticis. Vide si vis in reductorio meo titulo de celo. A

Cena.

Nota ꝙ cena idē est qd̄ cōmuū: prandiū vel refectio corporalis: ⁊ potissime illa q̄ fit in sero: ⁊ d͛ a cenō qd̄ est cōmune: eo ꝙ antiq̄ in cōmuni ⁊ in patulo comedebant. Vel dicitur a scia nō qd̄ est vmbra: eo ꝙ cena fiat in vespere quando dies obūbrat᷑. Cena ergo signat

Refectionem glorie.
Refectionem gratie
Refectionem scientie.
Refectionē eucharistie.

¶ Refectio em̄ glorie dicitur cena: eo ꝙ in sero mortis nobis offeratur: eo ꝙ cōmunis est cunctis intrare volentibus vel qd̄ sanctis cōmunicatur. Eo insuper ꝙ ibi sicut in vmbra ⁊ refrigerio omnis estus tribulationuȝ temperatur. Ideo de tali cena dicit Hester. j. Rex Darius fecit cenam magnā: vbi nota ꝙ ista cena est gloriosa q͛ Rex. est copiosa: quia Darius qui interpretatur fertilis est spaciosa: quia dicitur magna. De qua Apoca. xix. Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Item est cena gratie que scilicet xp̄o preparatur in cenaculo cordis Apoca. iij. Cenabo cum ipso ⁊ ipse mecum. Itē est cena scientie. In ista cenauit beatus Johānes in cena qui recubuit super pectus domini. Item est cena eucharistie: ⁊ in ista debēt cenare omnes fideles: ⁊ nunq̄ peccatores. j. Corinth. xj. Iam non est dominicam cenam manducare ⁊c. quia scȝ si indignus accedat iudiciū sibi manducat ⁊ bibit. Exē plo iude de quo dicitur Johan. xiij. ꝙ cena facta dia

bolus

B bolus introierat in cor ei⁹. ¶ In malo vo significato dic ꝙ inuenitur cena iniq̃tatis qua demones reficiūtur. De qua Judith. xij. Holofernes fecit cenam magnam seruis suis. Item est cena prosperitatis: qua diuites inficiuntur. quia. s. ibi inficitur hō peccato auaricie: luxurie ⁊ superbie. De qua dicitur Mat. xij. ꝙ ipsi amant primos recubitus in cenis ⁊c. Item est cena eterne aduersitatis: qua peccatores inficiuntur. s. sicut animalia morti tradūtur in cenis. De quo Apoca. xix. Congregamini ad cenā magnā: vt comedatis carnes regū: tribunorum ⁊ fortium. Uide infra de prādio vel conuiuio. Allega si vis figurā illam. Luc. xiij. ⁊. xiiij. Homo quidā fecit cenam magnam ⁊ vocauit multos ⁊c. Applica ad gloriā eternam sicut infra vbi vocare vel eucharistiam.

A **Cenaculum.** Nota ꝙ cenaculuʒ est locus seu habitaculum vbi consueuit fieri cena. Accipitur autem ⁊ trāsumitur pro quolibet habitaculo gratioso. Moraliter ego notabo ꝙ in scriptura reperit cenaculū qđ debes. Sternere pulcris virtutibus. Cernere claris aspectibus. Spernere famis despectibus. Est dico cenaculū virtutibus sternendum: ⁊ hoc est cenaculū consciētie: vbi xp̄s cū homine cenat: ⁊ vbi manet spiritualiter ⁊ se delectat. Unde de hac cena ipse dicit apostolis Marci. xiiij. ⁊ Luce. xxij. Ostendet vobis cenaculum grande stratum ⁊ ibi parate cenā. Cenaculū enim cordis debet esse grāde ⁊ capax charitate: stratum virtutum multiplicitate: ⁊ tunc ibi parata est cena de bonorum omniūvbertate. Jstud cenaculū figuratum est. iiij. Reg. iiij. vbi de Helyseo dictum est. Animaduerto ꝙ iste vir dei frequenter transit per nos. Faciamus ergo ei cenaculuʒ paruum: ⁊ ponamus in eo mensam: sellam: lectum et candelabrum ⁊c. Expone sicut supra de cādelabro. Tale etiam cenaculū virtutibus ornatum debet esse religio vel ecclesia. Jstud etiam est cenaculuʒ quod a sanctis hominibus inhabitatur. Unde Actuū. j. dicitur ꝙ maria ⁊ apostoli manebāt in cenaculo. In quo peccator sanatur ⁊ viuificat: sicut de mortuo filio sunamitis dicitur. iij. Regum. xvij. ꝙ Helyas portauit eū in cenaculum vbi manebat: ⁊ ibi resuscitauit euʒ. De tabita etiam dicitur Actuum. ix. ꝙ ipsa fuit resuscitata in cenaculo. In quo insuper deus oratur ⁊ honoratur. Sicut de Daniele dicit Danie. vj. ꝙ fenestris apertis in cenaculo suo contra hierusalē adorabat: hoc est ergo cenaculum v̄tutib⁹ sternēdū. Secundo dico. ꝙ est cenaculū aspectibus cernēdū ⁊ considerādū. ⁊ hoc est cenaculum paradisi. Paradisus enim est archa Noe. vbi sunt māsiones diuerse. cenacula ⁊ tristega pro diuersis diuersimode premiandis. Unde istud est illud cenaculum altum de quo. Ezechie. xlj. Platea erat in rotundum ascendens sursum per cocleā. et in cenaculum templi deferebat per gyrum. Tertio dico ꝙ est cenaculum despectibus spernēdum. et istud est mundus ⁊ mundi gloria. seu status in quo eglon ꝓditiose occiditur. Judicum. iij. Et a quo ochozias cadēs frangitur ⁊ interimitur. iiij. Regum. j. Jdeo de tali cenaculo dr̄ Hierem. xxij. Ue q̄ edificat domū suam in iniusticia ⁊ cenacula sua in iudicio. Sufficit ⁊c.

A **Centum.** Nota ꝙ centum est numerus perfectus. ⁊ ideo perfectum ⁊ complementum designat: siue bonum fuerit siue malum. Signat ergo complementum virtutis ⁊ gratie. Unde de tentorijs tabernaculi. i. de viris virtuosis qui sunt in ecclesia dicitur Exodi. xxvij. Erunt tentoria de bysso retorta cubitorum centum. Centum enim cubiti perfectam virtutum dimensionē designant. Item signat complementum ⁊ perfectionem salutis ⁊ glorie. Unde de paradiso potest dici illud ꝙ de illa ciuitate dicit Judicum. j. ꝙ turres posuit in altitudinem cubitoruʒ centum. Item signat complementum presentis laboris ⁊ miserie: de quo dicitur. ij. Paralipo. xxxvj. ꝙ nabuchodonosor condemnauit terram centum talentis. Item signat complementum iniquitatis ⁊ malicie. ⁊ sic dicitur Esaie. lxv. Puer centum annoruʒ morietur: ⁊ peccator centum annorum maledictus erit. Item signat complementum dānationis ⁊ eterne tristicie. Unde. iij. Regū xx. dicitur ꝙ de syris ꝑcussi sunt centum milia ⁊c.

Centurio. Centurio est ille qui habet potestatem supra centum: ⁊ sic potest significare quemlibet iudicem: principem: vel prelatum ⁊c.

Cepit. Uerbum defectiuum. Uide infra vbi incipere: in littera J ⁊c.

Cerimonie. Sunt quedā speciales obseruantie: leges: statuta vel discipline: que quelibet secta vel religio sibi solet specialiter vendicare. Accipitur etiam cerimonia ꝓ legis obseruantia vel mandato. ⁊ ideo dic sicut infra de mandato seu lege.

Cernere. Uide de videre respicere ⁊ aspicere.

A **Certamen.** Nota ꝙ certamē accipitur pro pugna exercitio vel labore. Nota igitur ꝙ est certamen contra vitia: qđ fit viriliter operando. Contra prospera: qđ fit prudenter moderādo. Contra aduersa qđ fit fortiter tolerando. Jsta em̄ sunt tria certamina quibus debemus in hoc mundo certare. s. contra spiritualium hostium malignitatē. Contra. s. mundum: carnem ⁊ diabolum ⁊c. Judicuʒ iij. Discent filij israel certare cum hostibus. Item contra rerum consolationem ⁊ prosperitatem. Jstud em̄ est magnum certamen: scʒ scire per prudentem moderationem prosperitatis obuiare. Hebre. xij. Curram⁹ ad propositum nobis certamen ⁊c. Item contra tyrānorum ⁊ tribulationum aduersitatem. ⁊ istud est certamē qđ habent iusti malis resistēdo. Eccli. iiij. Usq̧ ad mortem certa pro iusticia. Maxime auteʒ istud est certamen martyrum quod habuerunt pro fide militando. ij. Thimo. iiij. Bonum certamen certaui: cursum cōsummaui: fidem seruaui. Jdeo reposita est mihi corona iusticie. vide infra de labore et pugna ⁊c.

A **Certitudo.** Nota ꝙ certus ta. tum. idem est ꝙ clarū manifestum. Cognituʒ seu verum. Et dicitur a cerno cernis: eo ꝙ cernendo rē vera certitudo de ea generet. Nota ergo ꝙ certitudo est infallibilis de aliquo cognitio. Est ergo certitudo spei que est viatorum: certitudo fidei que est pugnatorum: certitudo rei que est beatorum. Primi cernunt deum ipsum credendo. Secundi cernunt deum ipsuʒ sperādo. Tertij autem ipsuʒ cernunt ⁊ de eo certi sunt ipsum videndo. De certitudine fidei dicit. ij. Thimo. ij. Scio cui credidi ⁊ certus sum: quia potens est depositum meum seruare. De certitudine spei dicitur Thobie. iij. Hoc pro certo habet om̄is qui colit te quod vita ipsius si in probatiōe fuerit coronabitur: ⁊ si in tribulatione fuerit liberabitur. Spes enim ⁊ fides dicūtur habere certitudinem pro eo ꝙ firmiter acquiescūt veritati ⁊ certitudini patrie. De certitudine auteʒ rei que scʒ est in patria dicitur Roma. viij. Certus suʒ ꝙ neq̧ mors neq̧ vita ⁊c. separabit nos a charitate xp̄i.

B ¶ Nota auteʒ ꝙ certitudo precipue debet spectare ad iudices huius mundi: quia anteq̄ procedant ad aliquid iudicandum: semper debent esse certi: instructi ⁊ informati. Leo enim attentissime considerat quis in eum lapidem mittit: ipsumq̧ inter multos eligit: infallibiliter inuadit: ⁊ in ipsum plus q̄ in alios seuit. Sic vere iudex certitudinaliter debet considerare ⁊ inquirere de excessibus subditorum. Et tandem certitudine habita debet procedere ad vindictam vt de quolibet dicatur illud Sapien. v. Induet' pro thorace iusticiam ⁊ accipiet pro galea iudicium certum. Dic ergo breuiter circa premissa ꝙ est certitudo verbalis: certitudo moralis: certitudo iudicialis: certitudo beatifica seu eternalis.

C ¶ Est ergo certitudo verbalis que fit

non mentiendo: quia sc3 viri iusti debent habere verba certa ⁊ vera. Eccli.xxij. Quis dabit ori meo custodiam: ⁊ super labia mea signaculū certū ⁊ non cadaʒ in ipsis ⁊ lingua mea perdat me. Itē est certitudo moralis que fit firmiter permanendo: ⁊ ista est certitudo perseuerantie: amicicie ⁊ iusticie: vt sit homo sicut ille spiritus de quo Sapientie.vij. Qui est spiritus coinquinatus: certus: suauis: amās bonū. Item est certitudo iudicialis que fit causas veraciter inuestigando. De quo Ezechie.xlvij. Certe vidisti fili hominis. ⁊ illud supra pro galea iudicium certum. Itē est certitudo realis ⁊ eternalis: ⁊ ista est illa quā habent beati de statu suo. Nihil enim est proprie certum in via fm achademicos. vnde Seneca. lib. de liberalibus artib⁹ in fine dicebat ꝙ sisson asserebat: hoc vtiqȝ certuʒ est nihil esse certi. Talis enim opinio de dubitate et incertitudine rerum tractatur ab Augusti. de ciui. dei. lib.iij.c.xxx. Ista etiam noviter non incipit insurgere apud phos nostros: sed non sic in patria: q2 ibi est vera ⁊ mirabilis rerū omniū certitudo Actu.xvj. Certi facti q2 vocasset deus nos. Item est certitudo mortalis seu letalis: quia sc3 omes sumus certi de morte. ij. Petri.j. Certus suʒ ꝙ velox est depositio tabernaculi mei ⁊c. Uide de veritate.

A **Cherub. Cherubin.** Nota ꝙ cherub singularit᷑: vel cherubin pluraliter accipit᷑ in scriptura quādoqȝ realiter quandoqȝ figuraliter. Realiter autem signat secundū ordinem prime hierarchie angelorū: qui cherubin appellantur: eo ꝙ dono scientie precipue sunt dotati. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientie. ⁊ de hoc dicitur de ascensione xpi in ps. Ascēdit super cherubin ⁊ volauit. Figuraliter autē cherubin signat tripliciter in scriptura. Nam quandoqȝ signat animalia que vidit Ezechiel. Ezechie.x. Eleuauerūt cherubin alas suas. Quandoqȝ signat quasdam picturas: que erant picte in parietibus templi. ij. Paralipo.iij. Celauit cherubin in parietib⁹. Tertio signat quasdam figuras auium: ⁊ forsitan aquilarū q̄ erant in sanctuario super propiciatorium: que erant de lignis oliuarū interius: de auro exterius: mutuo se respiciebant: super propiciatoriū sedebāt: alas alter ad alterum extendebant archam testamenti tegebant et alias alas ad exteriores parietes protendebāt. Sicut
B dicitur Exo.xxv. ⁊. iij. Reg.vj. Qualicunqȝ autem modo accipiantur literaliter: possunt tamen significare prelatos: clericos: ⁊ cōtemplatiuos spūaliter: q2 primo isti debent esse angeli per puritatē templi sancte ecclesie: debent esse pictura seu paramentum p honestatem: in sanctuario paradisi debent esse per cōtēplatiuam voluntatē. iij. Reg.vj. Posuit cherubin in medio templi interioris. Archam testamenti. i. ecclesiam debent velare: per tuitionem ⁊ autoritatem. iij. Regū.viij. Cherubin protegebant archam. Ideo Genes.iij. dicitur ꝙ cherub habebat gladium flammeuʒ ad custodiam paradisi. Super propiciatorium debēt sedere per pietatem: mutuo se respicere per caritatem alas alter ad alterum extēdere per mutuam subiectionem. Alas etiam sue protectionis ad parietes. i. ad extraneos porrigere per adiutorium ⁊ defensionem: vt de eis dicatur. j. Paralipo.xxviij. Similitudo quadrige cherubin extendentium alas suas intus esse de lignis oliuaruʒ per cordialem compassionem. Exteri⁹ esse de auro per claram ⁊ lucidā conuersatione Exodi.xxv. Facies duos cherubin aureos ⁊ productiles figuram debent habere auis vel aquile per clarum visum ⁊ discretionem. Et sic istis potest dici illud Ezechie.xxviij. Tu cherub extentus ⁊ protegens: posui te in monte sancto dei in medio lapidum ignitorū. Ubi aduerte ꝙ bonus prelatus debet esse discretione lucidus: cherub. i. plenus scientia. Correctiōe rigidus: extentus: contemplatione feruidus: q2 debet esse in mōte sancto dei: conuersatione placidus: quia debet esse in medio lapiduʒ ⁊c. Primo igitur habeat prelat⁹ C discretionis splendorem. Cherub inquit qd interpretatur plenitudo sciētie: quia vere prelati pre ceteris debent esse scientifici ⁊ discreti. sicut em dicit Auicenna Omne animal quod generat habet oculos preter talpam. Sic vere illi qui ex statu ⁊ beneficio habēt alios generare per gratiā ⁊ nutrire sc3 predicatores ⁊ prelati: necesse est p certo ꝙ habeāt oculos claros intellect⁹ sciētie: sapiētie: discretiōis: ⁊ prudentie vt sc3 sciant qd facere debeant: ⁊ in iudicijs ⁊ in promotionibus clare ⁊ discrete videant ⁊ cognoscant: nisi forte fuerint talpa que semper sub terra manet. i. viri in reb⁹ terrenis per auariciā inuoluti. ⁊ hoc figuratur in lege vbi a diuinis sacrificijs reprobatur omē animal carens visu: sicut dicitur Leuitici.xxij. Ad denotandū ꝙ illi qui carent visu sapientie ⁊ discretionis nō debent habere in ecclesia gradum prelationis. Osee.iiij. Quia tu scientiam repulisti repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Sit igitur cherub vt sic sit sicut ille cherub de quo dicitur Ezechie.xli. Duas facies habebāt cherub. Facies enim fm Grego. signant noticiam: cherub ergo id est prelatus duas facies. i. duplicem noticiam seu discretionem tenetur habere: sc3 in spiritualibus ⁊ in temporalibus: vt. s. de actiua ad cōtemplatiuam: ⁊ de contemplatiua ad actiuam veniat. Unde Ambro. in suo pastorali. Magna sublimitas: magna debet discretione firmari. ⁊ onus grande grandiori sollicitudine cōuallari. Habeat igitur prelatus discretionis splēdorem. Quod tamē raro inuenitur. ꝙ. s. prelatus inueniatur bon⁹ actiuus ⁊ bonus cōtemplatiuus in scientijs ⁊ negocijs circūspectus: in spiritualibus ⁊ tēporalibus eruditus. Raro enim inuenitur animal cornutū qd in vtraqȝ mādibula habeat dētes. Sic vere raro inueniuntur cornuti. i. prelati qui habeant dentes. i. discretionē superius ⁊ inferius. i. in spiritualibus ⁊ terrenis: ⁊ tamen vtrumqȝ est valde necesse. et ideo prohdolor: q2 multi moderni cherubin ecclesiastici vel prelati carent hodie scientia ⁊ discretione: iō sunt pleni ignominia ⁊ depressione: ⁊ carent fama gloria ⁊ honore ⁊ reputatione. Ezechie.ix. Gloria domini assumpta est de cherub. Non sic: sed habeant vt dictum est discretionis splendorem. Secundo ha- D
beant correctionis rigorem: extētus inquit. Manus enim extenta signat ꝙ parata est ad percutiendum. Uirga etiam extenta ⁊ recta parator est ad feriendū: ⁊ ideo per extensionem percussio: correctio: ⁊ castigatio designatur: quia sc3 prelati debent esse per equitatem extenti ⁊ ad punctionem inferendam iuste ⁊ licite preparati: vt dicant discolis ⁊ peruersis illud quod dicitur Ezechie.xx. In brachio extento ⁊ furore effuso regnabo super vos. Debet enim prelatus habere interius pietatem: exterius seueritatem: vt sc3 pie refoueat bonos: ⁊ seuere puniat iniquos. Caput enim interius habet multam medullam: ⁊ exterius ossa valde dura: quia sc3 prelatus qui caput est aliorū: valde debet esse mollis ⁊ pius interius in corde ⁊ in conscientia: durus autem ⁊ seuerus debet apparere in exteriori apparentia: nunqȝ enim vnum sine alio debet esse. Unde Grego.xx. moral. Sit ille qui preest in suis actibus taliter moderatus vt nec eum nimia pietas vileʒ reddat: nec nimia seueritas odiosum. Iste est ergo cherub extentus. Sed nota ꝙ adiūgitur ⁊ protegens: q2 sua seueritas debet esse ordinata ad innocentium tuitionem ⁊ ad ecclesie protectionem: ⁊ sic figurabitur in illo cherub qui habebat gladium flammeum ⁊ versatilem in ingressu paradisi ad custodiendum lignuʒ vite. Paradisus enim est ecclesia: ante cui⁹ fores stāt prelati. i. in officijs publicis constituti: qui per fores vbi iudices sedere solebāt designantur. Debet igitur gladius sue iurisdictionis esse flāmeus per correctionis ardorem: ⁊ cum hoc debet esse versatilis: vt. s. loco ⁊ tempore de rigore ad clementiam se conuertat p cōpassionis dulcorem. Cherub ergo extētus ⁊ protegēs

iij. Regum

iij. Regum. viij. Cherubin expandebant alas suas et protegebant archam. Habeant ergo correctionis ri-
E gorem seu seueritatem in corrigendo. ¶ Tertio habeant sublimitatem in contemplando. Posui inquit te in monte sancto dei: q. s. tales semper debēt esse positi per contemplationē ⁊ affecttionem in monte sancto padisi. Aialia siluestria sicut sunt capree ⁊ onagri libenter morantur in montibus: ⁊ hoc vt securius ibi sint: ⁊ vt venatores melius a longe videant veniētes: ⁊ vt ibi pascātur herbas que ibi sunt vt cōmuniter sapidiores ⁊ saniores. Sic vere ecclesiastici ⁊ prelati libēter debēt cōuersari per cōtemplationē ⁊ affectionē sursum in monte paradisi. Et hoc quia sic venatores inferni melius preuidentur ⁊ minus timentur. Herbe etiam. i. pabula gratie ⁊ glorie ibi pleniꝰ ⁊ vberius inueniūtur. In monte ergo sancto p̄s. Fundamenta eiꝰ in mōtibus sanctis Hiere. xiiij. Onagri steterunt in montibus. Habeant ergo sublimitatem in contemplādo Ezechie. xj. Eleuauerūt cherubin alas suas ro-
F te cum eis: ⁊ gloria dei erat super ea. ¶ Quarto debēt habere benignitatē in conuersando: q. scz ipsi debent esse in medio: quia scz societatē sociorū subditorū debent humiliter frequentare ad ipsorum consolationē tuitionem ⁊ dilectionē. Johan. xx. Stetit iesus in medio discipulorum suorum. Sed nota ꝙ dicitur in medio lapidum ignitorum. Lapides igniti sunt viri boni ⁊ iusti: qui sunt lapides per firmitatem: ⁊ igniti ꝑ charitatem: q. reuera in medio talium debet esse ecclesiasticus iudex vel prelatus: quia scz bonorum ⁊ non malorum debet consortium frequentare: bonos familiares ⁊ cōsiliarios habere cum bonis hominibꝰ se tenere. Et sic figurabitur in illo cherub Ezechie. xlj. vbi dicitur ꝙ in templo figura erat picta cherub semꝑ habens iuxta se figuram palme: ad denotandū ꝙ cherubin. i. viri ecclesiastici ⁊ prelati semper debent secū in societate sua habere palmas que sempervirēt. i. viros virides ⁊ honestos: sapientes pariter ⁊ discretos. Ecclesiastici. ix. Viri iusti sint tibi cōuiue. In medio igitur lapidū ignitorū. Unde Eccli. xxvij. In medio insensatorum serua verbum temporis: ⁊ in medio cogitātiū legem dei assiduus esto. Ezechie. x. Cherubin stabant a dextris. Sed prodolor hodie non fit: q. reuera tanta est hodie in multis superioribus superbia. ꝙ ipsi non dignantur cum aliquo socialiter conuersari: sed potiꝰ omnes solent terrere ⁊ pompa sue iactantie ⁊ cōminationis ex superbia perturbare. Ezechie. x. Sonitꝰ alarum cherubin audiebatur vsqꝫ in atriū exterius. Nō sic. sed habeāt benignitatem in conuersando. In medio inquit sup. sicut decet sociū ⁊ amicū. Sit igitur in medio non in occulto: non contemnat socios suos sꝫ frequentet. Et sic ratione societatis frequentate. Ratione sublimitatis contemplate. Ratione seueritatis ordinate. Ratiōe sagacitatis illustrate: debite esse poterit bonus cherub. i. ecclesiasticus vel prelatus ⁊c.

A **Ceruix.** Nota ꝙ ceruix sumitur vt cōmuniter in scriptura pro capitositate: ceruicositate ⁊ obstinata superbia: crudelitate ⁊ proteruitate. Exodi. xxxij. Populus iste dure ceruicis est. Et nota ꝙ in scriptura reperitur Ceruix

Impinguata.
Indurata.
Eleuata.
Inquinata.
Subiugata.
Dissipata.
Liberata.

¶ Ceruix impinguata est luxuriosorū qui. s. ceruicem mentis ita habent per carnalitatem impinguatam qđ nunq̄ volūt a luxuria resilire. Job. xv. Cucurrit aduersus deum erecto collo ⁊ pingui ceruice armatus est. Ceruix indurata est obstinatorū q̄ scz proterue ⁊ ceruicose resistunt dei ⁊ superiorū mandatis. Actuū. vij. Dura ceruice incircuncisis cordibus semper spiritui sancto restitistis. Et Esa. xlviij. cap. Scio em̄ quia durus es tu: ⁊ neruus ferreus ceruix tua: et frons tua erea. Istud maxime dicitur de subditis ⁊ de filijs rebellibus ⁊ inobediētibus: de quibus dat illud consilium. Eccli. xxx. Curua ceruicē eius a iuuentute ⁊ tūde latera eius dum infans est. Ceruix elata seu eleuata est superborum. Ideo contra superbiā dicit Baruch. ij. Inclinate humerū ⁊ ceruicē. Ceruix inquinata est peccatorū. Job. xiij. Rediget in lutum ceruices vestras. Ceruix subiugata est auarorum: q. scz auari pre ceteris sunt diabolo tyrannis ⁊ latronibus subiugati: ita ꝙ auaro potest dici illud Deute. xxviij. Seruies inimico tuo in fame ⁊ siti ⁊ penuria: ⁊ ponet iugum ferreū super ceruicē tuam. Ceruix dissipata erit finaliter omnium iniquorū: qm̄. s. sm̄ p̄s. Dn̄s iustus concidet ceruices peccatorū. Ceruix vero liberata erit finaliter bonorum pauperū ⁊ miserorum quorū ceruix. i. quorū libertas ⁊ potentia modo est seruituti diuitum subiugata: sed finaliter in alio seculo erit a iugo miserie liberata. Leui. xxvj. Ego autem dominus deus vester: qui eduxi vos de terris egyptiorum ne seruiretis eis. Et confregi cathenas ceruicum vestrarū vt incederetis erecti. Posses dilatare si velles quoniā superbi ⁊ obstinati sunt inobediētes ⁊ ceruicosi ⁊ ab omni iugo obedientie alieni. similes vnicorni: cuiꝰ tāta est ceruicositas: ꝙ viua non capitur: immo pre dolore moritur si ligetur ⁊c. Vide de obstinatione ⁊ superbia in multis titulis.

Ceruus. Ceruus in scriptura vt cōmuniter significat viros iustos: q. scz sicut ceruus solet A

Montes frequentare.
Fontem affectare.
Leuiter saltare.
Cito properare.

¶ Sic iusti montes frequentant alta contemplando p̄s. Montes excelsi ceruis petra refugium herinacijs. Fontem. i. deum desiderant pro se recreando p̄s Sicut ceruus desiderat ad fontes aq̄rū: ita desiderat anima mea ad te deus. Leuiter saltāt pericula ⁊ vitia declinando ⁊ transiliendo. Esa. xxxv. Tunc saliet sicut ceruus claudus: ⁊ aperta erit lingua mutorū. Celeriter currunt ⁊ properant bene operando p̄s. Perfecit pedes meos tanq̄ ceruorum: ⁊ super excelsa statuens me. Vide in varijs locis huius opis de conditionibus cerui. Omitto enim prosequi: quia pauce sunt autoritates.

Cessare. Idē est qđ desistere: deficere: discontinuare: sistere: finiri: compleri: ab incepto opere arrestari. ⁊ potest exponi in bono ⁊ in malo. A
In bono signat desistentiam a malo. Prouerb. xxij. Ejice derisorē ⁊ exibit cum eo iurgium cessabuntqꝫ rixe ⁊ ꝯtumelie. Item in malo: ⁊ sic Esa. xxj. dicitur. Omnem gemitū cessare fecit. Item est quedam cessatio virtuosa: quedā criminosa: quedā dolorosa: quedā gaudiosa. Virtuosa qua cessatur a criminibus. Criminosa qua cessatur a virtutibus. Gaudiosa qua cessatur a laboribus. Dolorosa qua cessatur a mundi ꝓsperitatibus. ¶ Est igit̄ prima cessatio. s. virtuosa. s. cessa-
re a vitijs ⁊ peccatis. Homo em̄ libenter abstinet atqꝫ B
cessat a rebus per quas sibi videt periculum imminere. Unde dicit Plini. ꝙ si lupus aliquē ꝓsequitur ⁊ homo aliquod signū in via coram lupo fecerit: vtpote si palum in medio fixerit vel aliquid tale: statim lupus cessabit eum persequi timens illaqueari ⁊ in periculum incurrere ꝓpter signū. Sic vere charissimi qñ consideramus ⁊ cognoscimꝰ ꝙ ꝓpter illa q̄ facimus nobis pōt periculū incidere vel venire: nos ꝓ certo statim ab illo cursu ab illo ope: ab illo actu: debemꝰ retrocedere ⁊ cessare. Job. iij. Ibi impij cessauerūt a tumultu: q. igit̄ charissimi ꝓpter vitia ⁊ pctā: ⁊ ēt ꝓpter mūdi delectabilia mors eterna facilit̄ incurrit̄: necesse est vt cessetur a vitijs. Nos enim a malis faciendis cessare debemus: ⁊ omnia in nobis mala cessare debent. Numе. xvij. deprecatus est aaron ⁊ plaga cessauit. Et Judicum. xix. Cessate ab hac stulticia. Osee. ij. Cessare faciā omne gaudium eius ⁊c. Eccli. xxxj. Cessa prior causa discipline. Ista est ergo cessatio virtuosa. ¶ Scđo C
dico ꝙ est cessatio criminosa illa. s. qua cessat̄ a virtu-

tibus. Ceruus em̄ fugiens venatorē: qñq; in sibilo venatoris: ⁊ in latratu canū taliter delectaꝛ: ꝙ currere cessat ⁊ faciliter capiꝛ ab eis. Tigris etiā inueniens speculū: ⁊ ibidē vmbrā propriā videns ⁊ suos catulos esse credēs cessat currere ibiq; arrestaꝛ ⁊ sistit ⁊ sic dat locū fugiēdi venatori ⁊ a recupatiōe catuloꝝ impeditur. Carissimi cursus spiritualis est exercitiū virtutum. Quelibet em̄ virtus est vnꝰ passus ad currēduꝫ in celū: verūtamē ab isto cursu cessant homines multis causis. Aliqñ ꝓpter sibilū diabolice suggestionis. Aliqñ ꝓpter vmbrā possessiōis tēporalis. Aliqñ propter latratū aliene detractionis. Propter istas em̄ et alias causas hō a virtutibus cessat: ⁊ a motu bonoꝝ operū retardaꝛ. cōtinuare igiꝛ debemus nō desistere. Et potissime tria sunt a quibus non est cessandū: scꝫ oratio: predicatio: elemosyna: seu cōpassio. De oratione dicitur Colocen. j. Non cessamus orātes ꝓ vobis. De predicatiōe dicitur Esa. lviij. Clama ne cesses quasi tuba ex. vo. tuā. De cōpassiōe aūt ⁊ elemosyna diciꝛ Eccli. xj. Mane semina semen tuū ⁊ vespere ne cesset

D manus tua. Ista igitur est cessatio vitiosa. s. cessare a virtutibus. ¶ Tertio dico ꝙ est q̄dā cessatio dolorosa ⁊ ista est qñ necesse est ꝑ mortē vel ꝑ aliud infortuniū vitā ⁊ cetera mundi ꝓspera deficere ⁊ cessare. Vñ em̄ dicit Grego. Sine dolore nō amittiꝛ qđ cū amore possidetur. Faciliter em̄ cessant mūdi ꝓspera: q2. s. ipa carent firmo ⁊ stabili fundamēto. Sicut em̄ torrēs qui ex viuo fonte nō ꝓgrediꝛ q̄q̄ ex aggregatiōe aquarū qñq; fortis ⁊ rapidus videaꝛ: diu nō ꝑseuerat: imo facillime deficit atq; cessat: sic pro certo charissimi q̄q̄ mundi prosperitas: qñq; ex aggregatione aquaꝝ. i. diuitiarū grādis ⁊ immēsa appareat: faciliter tñ ⁊ cito deficit atq; cessat. Istud patet de mūdi diuitibꝰ: quoꝝ glīa ⁊ memoria faciliter perit ⁊ cessat. Esa. xiiij. Quomodo cessauit exactor: quieuit tributū. Istud etiā pꝫ de mūdi prosperitatibus: gaudijs: honoribus: ⁊ statibus: q̄ faciliter habēt cessare ⁊ potissime in morte cessabunt: qñ risus dolori miscebiꝛ ⁊ extrema gaudij gemitus occupabit: sicut dr̄ Prouerb. xvij. Unde. Esa. xxiiij. Cessauit gaudiū tympanorū: quieuit sonitus letantiū: cōticuit dulcedo cithare: cū cantico non bibēt vinū: amara erit potio bibentibus illā. Et ista est cessatio dolorosa.

E ¶ Itē est cessatio gaudiosa ⁊ ista est in paradiso: vbi cessant miserie ⁊ dolores. Obtento em̄ fine cessant que sunt ad finem. Flos enim cessat adueniente fructu: hyems adueniente estate: nox succedente die: labor succedente q̇ete. Sic ꝓ certo cū quies: fructus: estas: ⁊ dies eterne beatitudinis aduenerit: tūc proculdubio cessabit nox obscuritatis et caliginis: hyems aduersitatis atq; turbinis: flos mūdane prosperitatis ⁊ temporalis plenitudinis. Ideo de illa gloria potest dici illud predictū. Omnem gemitū cessare fecit. Nume. xxv. Cessauit plaga ex filijs israel. Si ergo inuenitur cessatio a laboribus que est gaudiosa. A dulcoribus que est tediosa. A virtutibus que est vitiosa. A criminibus que est virtuosa. Sufficit.

A **Ceteri.** Nota ꝙ ceteri idem signat qđ alij. Et signat ceteri quandā disiūctionē seu diuisionem quandā extraneitatē ⁊ ab identitate ⁊ vnitate separationē. Igiꝛ possumꝰ notare ꝙ ceteri signat.

Impios peccatores.

Miseros viatores.

Inferni possessores.

¶ De peccatoribus ꝙ dicantur ceteri ⁊ a deo ⁊ sanctis alieni ⁊ diuisi: patet Luce. xviij. vbi dr̄. Nō sum sicut ceteri homines raptores: adulteri ⁊c. De miseris vero ⁊ pauperibus ꝙ dicanꝛ ceteri et extranei ⁊ ignoti ⁊ potissime boni viri qui hodie p̄ ceteris sunt repulsi. Unde patet q2 diuites de pauperibus videnꝛ dicere illud. Quid de ceteris solliciti estis. q. d. de pauperibꝰ nulla debet esse cura: ⁊ isti ceteri maxime sunt verecundi: q2 sicut dr̄ Actu. v. Ceterorū nemo audebat se coiūgere illis. s. diuitibus. De dānatis vero ꝙ dicanꝛ ceteri: patet Apoca. xix. Ceteri occisi sunt in gladio. De malis ergo notabis ꝙ ipsi sunt incōstātes nec valent sistere. Pereuntes nec valent viuere. Deridentes nec volūt credere. Pestilentes quos decet fugere. Sunt dico inconstantes qui in tentatione non sistunt. vñ. j. Macha. ix. Judas cecidit ⁊ ceteri fugerūt. Sūt etiā pereūtes qui in dei gratia nō viuunt. Apoca. iij. Confirma cetera que moritura erant. Sunt deridētes: qui in dei filium non credunt: sicut de incredulis dicitur Mat. xxvij. Ceteri aūt dicebant. Sine. videamus an veniat Helyas liberās eum. Derisorie enim loquebantur. Sunt pestilentes a quibus boni ⁊ iusti recedunt. Unde dicitur filijs israel Leui. xx. Ego sum dominus deꝰ vester qui separaui vos a ceteris populis ⁊c. Uide supra de alius ⁊ alienus: alter. ⁊ infra vbi extraneus.

Cetus. Nota ꝙ cetus idē est quod cōgregatio. ⁊ potest multipliciter significare ꝼm ꝙ sunt diuersa genera personarum. Nota ergo ꝙ est cetus iustoꝝ quem debes sectari: cetus malorū qui debet vitari: cetus beatorum qui debet laudari: cetꝰ dānatorū qui debet abhorreri: cetus indoctorum qui debet informari. Est dico cetus iustorū ⁊ penitentiuꝫ de quo Hiere. xxxj. Cōgregabo eos ab extremis terre: inter quos erit cecus ⁊ claudus: pregnans ⁊ pariens: cetus magnus reuerentiū huc in fletu veniēt: ⁊ in misericordia deducam eos. Item est cetus malorū ⁊ pestilentium. De quo Hiere. ix. Omnes adulteri sunt ⁊ cetus preuaricantium. Et Esa. j. Iniqui sunt cetus vestri ⁊c. Item est cetus beatorū ⁊ triumphantium. De quo Miche. ij. dicitur de peccatore. Non erit mittēs funiculum sortis in cetum domini. Item est cetus dānatorum ⁊ pereuntiuꝫ. Prouerb. xxj. Uir qui errauit a via doctrine in cetu gygantium cōmorabitur. Item est cetus indoctorū atq; simplicium seu etiā vacillantium. s. laicorū ⁊ ignorantium: de quibus. s. est predicandum. Unde Exo. xij. Loquimini ad vniuersum cetum filiorum israel. Et Joel. ij. Canite tuba in syō: sanctificate ieiunium: vocate cetum: congregate populū sanctificate ecclesiam: coadunate senes: congregate paruulos ⁊c.

Cibus. Nota ꝙ cibus inuenitur corporalis spiritualis: criminalis: sacramētalis ⁊ eternalis. A Cibus corporalis est sumendus cum sobrietate Cibus spiritualis est edendus cum auiditate. Cibus eternalis: est querendus cū sedulitate. De cibo corporali dicitur Job. xxx. Radix iuniperorum erat cibꝰ eoruꝫ. Et Prouerbio. xxvij. Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos. Talis enim cibus sobrie est sumendus exēplo apostolorum armatorum qui ꝼm Solinū tante fuerunt temperantie ꝙ de triduo in triduū solūmodo cibum sumebant. Eze. iiij. Cibus tuus quo vesceris erit in pōdere. De cibo spūali diciꝛ Joh. iiij. ego cibū habeo manducare quē vos nescitis. De cibo criminali. i. de peccato qui est cibus ⁊ complacētia iniquorum dicitur Leui. vij. Nō sumetis sanguinē in cibos. De cibo autē sacramētali. i. de eucharistia dr̄. Exod. xvj. vbi loquitur de manna ꝙ donec filij israel venirēt in terrā habitabilē hoc cibo aliti sunt. De cibo eternali diciꝛ in p̄s. Parasti cibū illoꝝ ⁊c.

B ¶ Cibus aūt ꝓut hic accipitur moraliter in scriptura modis pluribus potest dici. Aliquādo em̄ ꝑ cibū intelligiꝛ mundi prosperitas seu possessio. Aliqñ gratie puritas seu deuotio. Aliqñ doctrine veritas seu instructio. Aliqñ glorie voluptas seu refectio. Dico ergo primo ꝙ ꝑ cibū intelligiꝛ mūdi ꝓsperitas. Sicut em̄ cibus sumptus moderate est corporis nutrimentū. sic si immoderate sumitur corpori est magis detrimētū. q2. s. ex eo infirmitates varie generanꝛ: febres: apostema: ⁊ repletiōes: ⁊ cetera similia. Sic pro certo cibus mūdane ꝓsperitatis si discrete ⁊ moderate sumaꝛ ⁊ si recto modo eo q̇s vtaꝛ vtilis ⁊ proficuus pōt esse. Unde Eccli. xiij. Bona est substātia cui nō est peccatū. Sed ꝓ certo si immoderate ⁊ superflue ⁊ sine discretione sumaꝛ. tūc mirabiliter ē nociua. Istud pꝫ de malis diuitibꝰ q̇ cibo mūdane prospe

dane psperitatis indiscrete se replet. Et ideo in ipsis febres auaricie: apostemata seu inflature superbie: livor et immundicia luxurie generant. De tali cibo loquitur scriptura Eccl'ia. xxiij. Cofundet te in cibis suis. s. mundus idest dyabolus: i immundana psperitate vt exinaniet te bis vel ter. Dyabolus enim in cibis suis. i. in mundana psperitate et tpalib9 bonis que administrat confundit hominem: et hoc bis vel ter inqtum ad tria bona que sibi aufert. s. bona nature: bona gratie: bona glorie. Talib9 autem accidit sicut lupo q famem valde diu dicitur sustinere: tandem artatus fame ad predaz inhiat: ita q solet cibis mirabiliter se replere. Et tuc sicut dicit Plini9 vult quiescere et ludere et si venator fugauerit non pot fugere: nisi forte vt levior efficiatur cibos quos comederat velit pycere vel euomere. Istud ide videtur de cane: q pter cibos comestos quandoq efficitur infirmus. ita q ipsos necessario euomit. Sed q valde vile est. illud quod pri9 vomuerat reassumit. Sic vere carissimi postq ho diu sustinuit famem paupertatis et indigentie: qnq accidit q inuenta preda. i. aliquo fortune lucro. cibis mudane psperitatis se superflue cumulat et replet ita q tunc valde diligit quiescere et ludere: et in mundi delicijs delectari: ptz: q: tunc volunt fieri milites et viuere sicut nobiles et potentes: quado tamen venator idest mors vel aliqua grauis infirmitas appropiquat: tuc istos cibos necesse habent dimittere et vomere: et seipsos necessario vacuare. De hoc dr Job. xx. Cibos quos deuorauit euomet. et de ventre illi9 extrahet illos de9 Multi etiaz sunt qui more canis cibos. i. diuitias qs in infirmitate vomuerant et restituerant cum ad sanitatem venerint reassumunt. ij. Petri. ij. Canis reuersus ad vomit9 et sus lota in volutabro luti. Iste est ergo cibus mundialis possessionis: de quo quidez cibo intelligi potest illd Eccl'i. xxxiij. Cibaria et virga et on9 asino. Et bene asino: cuius cibus sunt cardones pungentes cuiusmodi sunt diuitie: quas isti asini magis diligunt qcibos gratie eucharistie et glorie preciosos. Tren. j. Dederunt queq preciosa p cibo ad refocillandum animam. Et isti sunt facti qui credunt animas suas bonis tpalibus refocillare et saciare quia vere tales cibi non saciant sed irritant appetitu. Et hoc est: q: auaricia obliuiscitur habita: et semp inhiat ad habenda. Dicit enim Geruasius: q lupus qui ceruarius dicit talis est conditionis: q du cibu comedit: si forte oculos diuertat alibi: statim obliuiscitur ipsum et circuit ad alium pquirendum: maxime em obliuionis est animal. Sic vere multi sunt mudi diuites: qui cibos diuitiaz habent apud se pre oculis abudanter sed reuera ipsas vident obliuioni dedisse: quia scz ac si nihil haberent non cessant alias querere et ad ampli9 anhelare Obliuioni em dederunt quid aliquado fuerunt et quid etiam modo sunt: et semper vident cogitare quid erunt. Ideo bn dixit. Seneca: q hoc habet pessimum auaricia: quia non respicit vnde veniat: sz quo vadat. Un Tren. j. Senes mei in vrbe consumpti sunt: quesierunt cibu sibi. Et bene dixit senes: in quibus. s. auaricia dominatur. Iste est igitur malus cib9 qui scz non satiat. Ideo iusti talem cibum non debet appetere sed horrere. Exemplo thobie qui a cibis gentilium abstinebat Thobie. j. Et sic patet q est cibus temporalis possessionis. ¶ Secundus cibus est spualis deuotionis. Gratia enim et deuotio sunt cib9 aie: sm enim Constantinum. Cibus est necessari9 ad humoris deperditi restauratione: Calor em naturalis cotinue psumit humore Et io mebra siccitate grauarentur et nutrimento debito fraudarentur si cibo et potu non vegetarentur. Sic vere carissimi cibus gratie et deuotionis et maxime cibus Eucharistie membra spiritualia idest virtutes in esse conseruat: et humorem pietatis qui continue per calorem auaricie deperditur: restituit et restaurat. Et ideo tali cibo vti debemus ne siccitatem indeuotionis incurramus. Sicut

C

enim dicit idem. Cibus temperatus in corpore virtutem conseruat: sanguinem augmetat: ingeniu acuit vires operadi tribuit: sanitate custodit: somnum dulcem et placidum inducit. Sic vere cibus deuotiois conseruat virtuteq perfectionis: augmentat sanguine compassionis vel memorie xpi passionis: acuit ingenium spiritualis discretiois: vires etiam fortificat ad laborem bone operationis: inducit etiam somnum eterne requiei et consolationis. Ideo de his omnibus potest dici illud. iij. Reg. xix. q cum Helyas comedisset et bibisset ambulauit in fortitudine cibi illius vsq ad motem dei. Quantum vo ad cibu eucharistie debem9 aduertere. q vnus et idem cibus est vni proficuus et alteri nociuus. Sicut patet de carnibus et de vino: qui sanos nutriunt infirmos autem occidunt. Unus enim et idem cibus couenit sano et nocet egroto: proficit iuueni et seni nocet: vtilis est laboranti et nocet quiescenti. Sic pro certo cibus eucharistie qui sit vn9 et idez digne tamen ipsum sumentibus proficit indigne autem sumetes interficit. Iste enim cibus illis qui sunt infirmi per fragilitatem illis qui sunt senes per tepiditatem: illis qui sunt quiescentes per carnalitate est contrarius et nociuus. Istis loquitur apls Hebre. v. facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo. Sanis vo. i. iustis et bonis pficit et eos inesse virtutis proficit et custodit. Hebre. v. Perfectoru solidus est cib9. Eucharistia enim similis est amigdalo: qui hominibus est cibus: vulpib9 autem venenum. vt dicit Pli. Nam sepe: vt dicit idem: qd vni prodest alteri nocet. Sic pro certo cibus iste vulpes. i. peccatores interficit homines vero. i. iustos: qui sunt sani per vite et moru integritatem: qui sunt iuuenes per virtutes et constatie probitatem: qui sunt etia laborates per boni exercitij sedulitatem: tales dico reficit atq nutrit. Joh. vj. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus. Odoricus enim ponit. q prope mare caspium nascutur fructus peponum: in quoru medio animal gignitur ad quantitate cuniculi qui vna cum matre pepone cibus efficitur incolarum. Sic vere xps qui sine virili semine de pepone. i. de virgine fuit nat9: fuit suis fidelibus in sacramento eucharistie factus cib9 ps. Parasti cibum illorum: qm ita est preparatio ei9. Hic est ergo cibus spiritualis refectionis. ¶ Tertio inuenitur cibus doctrinalis instructionis. Doctrina enim scripture seu pdicatio dicitur cibus quia scz ista habet mentem delectare: cofirmare et roborare. Et sicut videmus q in mesa diuitis sunt plures spes ciborum et q diuersi cibi diuersis coplexionib9 couenniunt Sic vere in mensa sacre scripture varia sunt genera ciborum. i. documentorum que fm diuersitatem ingeniorum varie varijs applicant. Est em ibi lac doctrine simpliciorus: q est pro pueris. Est ibi olus doctrine mediocris q est pro infirmis. Est ibi solidus cibus doctrine pfectioris: q est pro prouectis et speculantibus. Quia sicut dicitur in ps. Pane angeloru manducauit ho: cibaria misit eis in abundantia. Et ibi lac pro incipientibus. j. Cor. iij. Lac vobis potum dedi non esca. Est ibi olus pro pficientibus. Roma. xiiij. Qui infirmus est olus maducet. De his igitur cibis tam varijs q diuersis dr. puer. xiij. Multi cibi etia nouali bus patr. Noualia em patr sunt libri moysi noui et veteris testameti. In qb9 pcerto multi sunt cibi sciētie et doctrine. Talib9 cibis debet doctores et pdicatores nos nutrire. Sicut em dicit Aristo. Inter coruos femina cubat super oua et mascul9 portat sibi cibum Sic vere inter hoies masculi femellis. prelati subditis doctores laicis. discreti insciis: dnt cibu doctrine pcurare et dare. maxie q: ipsi p vtilitate publica solet circa pullos fouedos. i. circa negocia actia laborare. Eccl'i. xv. Cibauit eu pane vite et intellect9. Et in ps Cibauit illos ex adipe frumeti. ¶ Aduertam9 tn charissimi circa istu cibu male se hnt tria gna hoim. Quidam q volut comedere nimis salsum. Quida qui volunt

D

E

comedere nimis crudū. Quidā qui comedunt grossum τ impurum. Cibum nimis salsum comedunt presumptuosi. qui plus sapiunt ꝙ oportet sapere: nō sapientes ad sobrietatē: sicut sunt illi qui nimis ꝓfunde τ subtiliter volunt inquirere vel docere vel nouas opiniones facere vel tenere. Isti em̄ nimis ponunt de sale in cibo suo. Sal em̄ subtilitatē discretiōis signat Iuxta illud. Col. iiij. Omnis sermo vester sit sale cōditus. Item alij sunt qui comedunt cibum crudū. Isti sunt illi qui doctrinas seculares τ lucratiuas sciētias frequentant: que. s. crude dicunt: q2. s. cibus crudus τ indigestus generat humores superfluōs inflaturas et eructuatiōes. Sic tales scientie crude dicunt: q2 igne caritatis non sunt cocte q2 etiam eructuatiōes detractionis τ inuidie: τ inflaturas superbie generant τ inducunt. Ideo tales vident dicere illud. j. Reg. ij. Non accipiam a te coctum quid: sed crudum dabis mihi. Plus em̄ diligunt crudū ꝙ coctum: τ plus amāt sciētias humanas τ seculares ꝙ diuinas. Itē alij comedunt cibum impurum: sicut sunt heretici: quoꝝ. s. cibus est scientia corrupta: heretica τ nō sana. Porcus em̄ magis diligit cibaria stercoribus ꝙ aromatibus condita. Sic isti diligūt sciētias corruptas: bonas vero τ sanas negligūt: de quibus Job. xxxiij. Abominabilis est ei in vita sua panis τ cibus desiderabilis Iste
f est ergo cibus doctrinalis instructiōis. ¶ Quarto dico ꝙ est cibus eternalis fruitionis. s. cibus glorie: quo s. beati vtunt: cibus enim corpus in esse ꝯseruat: gustū comedentis delectat: vires naturales ꝯfortat. Sic cibus eterne voluptatis dat eis indefectibilem durationem: delectabilem recreationem: ꝯsolabilē confortationem. Iste em̄ est cibus angeloꝝ. Panis beatorū. Desiderium viatoꝝ. Requies compꝛehēsoꝝ. De cibo isto loquitur scriptura in persona cuiuslibet beati in ps. Qui simul mecum dulces capiebas cibos: τ in domo dei ambulauimus cum ꝯsensu. Istum aūt cibum debemus gustare: per deuotionem. Appetere per orōnem. Querere p̄ bonam opationem. Gustemus ergo cibum istum cū deuotione. Salmo enim cū gustauerit aquam dulcē τ inuenit eā sapidā τ suauem. nunꝙ redit ad salsam amplius: ꝙꝙ in salsa fuerit primo genitus τ nutritus. Sic vere nos qui in aqua salsa bonorum temporaliū huius mundi sum⁹ geniti seu nati: si aquā dulcem voluptatis eterne per deuotionem bene gustauerimus: in ipso ꝓcerto taliter delectabimur: ꝙ ab omni aqua salsa. i. ab omni terrenorum amore recedemus: τ in ista aqua dulci delectabimur: et quiescem⁹ ps. Gustate τ videte qm̄ suauis est dñs. Istū cibū videbatur gustasse Jonathas. j. Reg. xiiij. Qui cum intinxisset virgam in fauum mellis: illuminati sunt oculi eius. Reuera carissimi: si. s. virga nostra. i. mens in isto cibo dulci τ melleo p̄ deuotionem intingitur: tunc oculi nostri intellectus clarissime illustant. Istud potissime verum est de beatis. q̄ eo ipo ꝙ gustant istius cibi refectionem: statim illuminant per beatificam visionem. Iterum dico ꝙ istum cibū debemus petere p̄ orationem. Sicut enim pulli coruoꝝ dū adhuc sunt sine penis nigris: a ꝓprijs parētibus non nutriunt: clamare ad deū compellunt: ita ꝙ nature beneficio rore celesti pascuntur: vt dicit Aug. τ vt videt innuere: ps. in illo loco. Qui dat iumentis escam ipsoꝝ τ pullis coruorum inuocantibus eū. Sic vere carissimi q̄ plumas nigras. i. vitia τ peccata non habent: qui etiā a parentibus suis vicꝫ mundo τ carne p̄ ꝓsperitatē non nutriunt. Tales dico ꝓ cibo eterne glorie clamare p̄ orationem ad dominū cōpellunt vt. s. rore illo dulcissimo τ celesti recreari finaliter mereantur. De hoc dr̄ Job. xxxviij. Quis preparauit corno escam suam: quando pulli ei⁹ clamant ad deū vagientes: eo ꝙ non habeant cibum. Aduertam⁹ tamē ꝙ de illis pullis dicitur. Quod quando nigrescere incipiunt plume sue: tunc a proprijs parentibus recognoscuntur τ cadaueribus nutriuntur vel cibantur

Sic procerto illi qui habent nigras plumas. i. vitia τ peccata recognoscuntur τ diliguntur a suis parentibus carne. s. τ a mundo. Isti em̄ parētes homines sibi similes in peccatis solent recognoscere: iuuare pariter τ fouere: τ cadaueribus. i. mundi voluptatibus ipsos cibare atqꝫ nutrire. Hiere. vj. pascet vnusquisqꝫ ea que sub manu sua sunt. Isti tamē tunc tp̄is rore celesti. i. glorie eterne non cibantur per deuotionē: nec pascunt per contemplationē q2 procerto tales pl⁹ delectant in carnalibus quam in spūalibus vel eternalibus Job. vj. Que prius nolebat tāgere aīa mea modo per amaritudine cibi mei sunt. Non sic ergo: sed queramus cibum celestē per orationem. Item dico ꝙ istum cibum debemus querere: per bonam opationē Iuxta illō Joh. iiij. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius q̄ misit me et perficiā opus eius. Sed procerto carissimi iste cibus non diligitur hodie a trib⁹ generibus personaꝝ. Realiter em̄ cibum delicatū fastidiunt mulieres: que de nouo ꝯceperunt. Egrotantes quos humores infecerunt. Comedentes qui se nimis impleuerunt. Sic vere moraliter cibum voluptatis eterne hodie vilipendunt mulieres. i. deliciosi. qui conceperunt in corde suo amorem huius seculi transituri. Item egrotantes homines vitiosi: qui per peccata sunt infecti τ corrupti. Comedētes id est: illi auari qui grossis cibarijs. bonoꝝ temporaliū sunt repleti Isti em̄ omnes bona tempalia diligunt τ ab eternalibus se diuertunt: vñ in ps. Omnē escā abhominata ē anima eorum: τ appropinquauerunt vsqꝫ ad portas mortis. Non sic ergo: sed diligam⁹ τ appetamus τ acquiramus cibum istum: q2 iste est cibus delectabilis: cibus inuisibilis: cibus valde vtilis: τ durabilis. Est dico delectabilis. Vñ Abacuc. j. Incrassata est pars eius τ cib⁹ ei⁹ electus. Itē est inuisibilis. Vñ Thob. xij. Ego cibo inuisibili vtor. Iterum est valde vtilis τ ideo pro ipso habēdo valde est laborandū. Vñ Treñ. j. Dederunt queqꝫ preciosa ꝓ cibo ad refouendas animas. Sic igitur patet quō i scriptura habet quadruplex cibus. s. Cibus eterne fruitionis. Cibus doctrine vel lectionis. Cibus gratie τ deuotionis. Cib⁹ temporalis substantie τ possessionis. Et isti quatuor cibi bñ possunt notari in illo versu ps. Cibauit eos ex adipe frumenti τ de petra melle saturauit eos. Adeps em̄ signat mundanam ꝓsperitatem: ps. Sicut adipe τ pinguedine repleatur anima mea. Frumentum designat deuotionis τ gratie fertilitatem: ps. A fructu frumēti vini τ olei sui multiplicati sunt. Petra designat sacre scripture soliditatem ps. Percussit petram τ fluxerunt aque. Mel denotat suauitatem eternam τ felicitatem. Cant. iiij. Mel τ lac sub lingua tua. Si vis applica membra distinctionis membris autoritatis: τ ꝓsequere per modum diuisionis non distinctionis solū τc. Sufficit. Vide de comedere: τ de esca: τ de alijs similib⁹. De cibo vero corpali. Vide de ieiunio: τ de gula: τ de abstinentia τc.

Ciphus.
Vide vbi fit mentio de calice. A

Cilicium.
Nota ꝙ cilicium est genus vestis vilissime τ asperrime d̄ pillis capꝛarum facte. Et generaliter in scriptura p̄ cilicium intelligitur penitentie asperitas τ conditionis humilitas. Tali em̄ veste solebant homines antiquitus se induere in signum humilitatis τ in signum penitētie: τ asperitatis: quando eis aliquis aduersus casus cōtingebat. sicut dr̄ Ge. xxxvij. de iacob: qui audita morte filij scissis vestibus: indutus est cilicio lugens filiū In quo nos instruimur: ꝙ quando casus alicuius infortunij. spiritalis idest alicuius peccati nobis accidit: cilicium debemus induere idest humilitatem et penitentiam exercere. Unde de Judith. viij dicitur de Judith: que timebat principem Holofernem dicitur ꝙ se induit Cilicio: τ posuit Cinerē super caput suū et prosternens se clamabat ad dominum. In quibus verbis

verbis aduerte ꝙ cilicium pnie debet secuꝫ habere car
nis afflictionem. Cilicio. Mortis punitionem. Cine
rem. Mentis deiectionē. Prosternēs se. Uocis orō=
nem. Clamauit ad dn̄m. penitens em̄ ⁊ penitentie ci=
licio indutus debet carnem affligere. Asperis ictibꝰ.
Mortem attendere. tremulis visceribꝰ. Mentē deij=
cere. factis humilibꝰ. deum requirere verbis suppli=
cibus. Iste ergo: carnē pūgat penaliter. Cilicio. Mor
tem cernat subtiliter. Cinere. Menteꝫ sternat humi=
liter. prosternens. Deum oret suppliciter. clamauit.
B ¶ Debet enim fieri pnia cum carnis mortificatione.
Cum mortis consideratione. cum mentis humilia=
tione. Cum vocis pronunciatione. Habeamus ergo
carnis mortificationem. ⁊ hoc ostenditur cū dicitur
Induit se cilicio. Cilicium em̄ est vestꝭ asperrima ⁊ pū
gitiua. que cōponitur ex pilis capraruꝫ: signat carnis
mortificationem ⁊ virtutem penitentie: quam capra
i. fetor peccati causat ⁊ introducit. Ista em̄ animales
motus ⁊ carnem molem mortificat atqꝫ pungit. Un̄
Judith. viij. Habens super lumbos suos cilicium: ie=
iunabat oībus diebꝰ vite sue. Pnia enim carnem pū=
git. sicut enim sal habet carnes vrgere ⁊ a vermibus
⁊ putrefactione seruare. Sic procerto carissimi. sal. i.
acredo pnie carnes nr̄as mortificat atqꝫ salit: ipamqꝫ
a vermibꝰ malaꝝ cogitationum ⁊ putrefactione ma=
larum delectationum liberat ⁊ custodit. Talibus ci=
licijs solebāt indui ⁊ operiri altaria. in. xl. Saccis etiā
cilicinis operiebatur antiquitus tabernaculuꝫ fede=
ris ad denotandum ꝙ nos ecclesiastici spiritaliter de
bemꝰ eē saccis cilicinis. i. asperitate pnie velati. Tren̄.
ij. Consperserunt cinere capita sua. induerunt se cili=
cijs. Quod vtiqꝫ est contra multos q̄ procerto nō por
tant hodie vestes cilicinas. i. penitentie asperitatem:
sed habent potius vestes molles ⁊ peregrinas. i. deli=
ciarum corpalium voluptatem. Contra quos dicit̄.
Mal. j. Uisitabit dn̄s super omnes q̄ induti sunt ve=
ste peregrina. Isti potissime sunt hypocrite: qui exte=
rius portant cilicium non interius: qr. s. exterius pre=
tendunt asperitatem: interius autem carnalitatem:
quibus precipit̄ in lege. Deut. xxij. Nō indueris veste
lana linoqꝫ contexta. In tali em̄ veste lana q̄ exterius
apparet: signat pniam: linuꝫ vero qđ interius latitat
signat interiorem voluptatem. Non sic ergo: sed ha=
beamus ciliciuꝫ. i. carnis mortificationem. Apoc. vj.
C Sol factus est niger tanꝙ saccus cilicinus. ¶ Secū=
do dico: ꝙ nos debemus habere mortis cōsideratiōeꝫ
qđ ostendit̄ cū dr̄. ꝙ aspersit cinere caput suuꝫ. Caput
enim mentis nostre debemꝰ cinere nostre finalis re=
solutionis aspergere: videlꝫ ipsam continue cōsiderā=
do ⁊ in ipsa continue meditando. Unde Jone. iiij. dr̄:
ꝙ rex audita subuersione niniue: descēdit de solio suo
indutus est sacco ⁊ sedit in cinere. Ut em̄ dicit. Plin.
li. xix. ca. j. Si aspis hominem momorderit: statiꝫ ver
titur in soporeꝫ. Cinis aūt mustele cōbuste si cū aqua
sumatur patientem excitat a somno ⁊ liberat a vene=
no. Sic vere carissimi a somno delectatiōis quā mor=
sus aspidis. i. tentatio demōis introducit: solet cinis
mustele cōbuste. i. cōsideratio mortis ⁊ incineratio
nis carnis nostre mirabiliter excitare: ⁊ a peccati ve=
neno salubriter liberare. Eccli. vij. In omnibus operi
bus tuis memorare nouissima tua ⁊ ineternum non
peccabis. Quod potissime tunc est verū qn̄ dicto cine
ri. i. dicte memorie aqua pietatis ⁊ misericordie est ad=
mixta. Tali em̄ cinere aspergunt pauci hodie capita
sua: qr reuera pauci sunt q̄ mortis cogitant resolutio=
nem. Isti potissime sunt diuites ⁊ carnales a quoruꝫ
oculis mundi delicie: eminentie: ⁊ diuitie mortis me=
moriam abstulerunt. Sunt em̄ similes lignis sethiꝫ
que neqꝫ possunt cremari neqꝫ incinerari. Isti em̄ sem
per sperāt se victuros: nec vnꝙ cogitant se in cineres
vertendos. Un̄ Tren̄. j. Sordes eius in pedibus eius
nec est recordata finis sui. Quia enim in pedibus af=
fectionis talium sunt sordes diuitiarum ⁊ deliciaruꝫ
finis sui nunꝙ recordantur. ⁊ ideo nō miruꝫ si a mor
te preueniuntur: ⁊ si adueniente morte subito contur
bantur. Isti enim debent audire cōsilium Senece di=
cētis in quadam epistola. Mortem vt nunꝙ timeas
semper cogita. Job. xvj. Operuit cinere carnem suam
Unde Treno. ij. Consperserunt cinere capita sua vir=
gines hierusalem accincte sunt cilicijs. Habeamꝰ igi
tur mortis cōsiderationem. ¶ Tertio dico. ꝙ nos de D
bemus habere ⁊ querere mentis humiliationem: qđ
ostenditur cum dicitur. Prosternens se. Quando em̄
aper hominem persequitur: tutum remediū est: aut
in arborem ascendere: aut se ad terrā prosternere: tūc
enim aper nō potest nocere. Sic reuera charissimi cō
tra tentationem ⁊ persecutionē diaboli seu apri: duo
tuta remedia nobis dantur. s. vt arborē crucis per de
uotionem ascendamus: ⁊ eidē per fiduciā inhereamꝰ
aut ad terrā per subiectionem ⁊ humilitatē nos men
taliter prosternamus. Iste em̄ spiritualiter ad terram
prosternitur qui se inferiorem cogitat atqꝫ credit: ⁊ se
calciari: contemni ⁊ ab alijs vilipendi dimittit. De ta
li prosternatione ⁊ subiectione loquit̄ scriptura. Tho
bie. xij. Prostrati in faciem benedixerint deum. Sed
pro certo pauci sunt hodie qui se per humilitatē pro=
sternant. Multi vero qui se per superbiā erigāt atqꝫ
leuant: sicut sunt presumptuosi ⁊ ambitiosi: quibus
in persona dathan ⁊ abiron ⁊ sue congregationis dici
tur Numeri. xvj. Multuꝫ erigimini filij Leui. Isti em̄
filij leui de quibus loquitur erant valde presumptuo
si. Presumebant enim se esse dignos sacerdotio: erāt
enim valde ambitiosi: quia etiam ad summum sacer
dotium anhelabant: quapropter moysi ⁊ aaron inui
debant: ⁊ ad eorum mandata venire contemnebant:
quos vtiqꝫ deꝰ nō sustinens. fecit eos viuos absorberi
⁊ integros ab inferis deglutiri. Pro certo charissimi
multi sunt hodie tales qui ad sacerdotia: dignitates:
⁊ officia ambiunt ⁊ anhelant: ⁊ ideo in superbiam eri
guntur contra moysen ⁊ aaron. i. contra bonas ꝑso=
nas per fraudes atqꝫ malicias machinantur: et ideo
a terra finaliter deglutiūtur: inquantū pro huiusmo
di ambitione eternaliter punientur. Ideo dicitur
Deuteronomij. xxxij. Aperta est terra ⁊ deglutiuit da
than ⁊ operuit super congregationem abyron. Non
sic ergo charissimi: sed habeamus mētis humiliatio
nem. Unde de rege humiliato dicitur. iiij. Reguꝫ. vj.
Uidit populus cilicium quo rex indutus erat ad car
nem. Et de Achab humiliato dicitur. iij. Reguꝫ. xxj.
Operuit cilicio carnem suam. ¶ Quarto dico ꝙ req= E
ritur ꝙ habeamus vocis pronunciationem seu etiaꝫ
orationem quod ostenditur cum dicitur. Clamabat
ad dominum. Clamat enim ad ipsum qui deum ado
rat: qui deum laudat: qui deum cogitat: qui deum ho
norat. Sicut enim pulli in nido clamant ad matrē vt
cibum recipiant: pueri verberati clamāt ad matrē vt
ictus euadāt. Sic nos q̄ in nido huius mūdi tribula
tionibꝰ varijs verberamur: multis indigētijs flagel=
lamur: debemus ad deū clamare ⁊ ipsius miam implo
rare ps̄. Ad dn̄m cū tribularer clamaui. Elephas ca=
dens ad terrā cū ꝑ se surgere neq̄at altissime barrit et
clamat: ⁊ ꝑ talē clamorē socioꝝ suoꝝ adiutoriū inuo=
cat ⁊ implorat. Sic ꝓ certo charissimi si ꝑ pctm̄ a statu
grē cadimꝰ: si etiā ꝑ infortuniū a statu ꝓsperitatis de
cidimꝰ: necesse est vt ꝑ clamorē orōnis: cōfessionis: ⁊
gratiarū actiōis dei ⁊ sanctoꝝ auxiliū imploremꝰ. Cla
mauit inq̄t ad dn̄ꝫ. Hiere. xxxiij. Clama ad me ⁊ exau
diā te: ⁊ annūciabo tibi gaudia. Sed ꝓ certo charissi
mi multi sunt hodie q̄ in tribulatiōibus suis nō cla=
mant ad dn̄ꝫ ꝑ desꝑationē: vtpote sunt iracūdi: furio=
si: ⁊ blasphemi q̄ in suis tribulationibꝰ ad deū nō cla=
māt: sꝫ ipm blasphemāt nō deū ꝓcant̄: sꝫ cōtra ipsum
murmurāt ⁊ loquunt̄: nō deo regratiant̄: sꝫ turpit̄ iu
rādo ipm offendere nō verent̄. Nō sic ergo charissimi
sꝫ ad deū penitēdo clamamꝰ. Esa. xlix. Accingite vos
cilicijs: plāgite ⁊ vlulate: igit̄ habeamꝰ vocalē orōnē:

Mentalem subiectionem. Mortalē preuisionē. Car=
nalē afflictionē. Et sic habebimꝰ ciliciū spūale .i. car=
nis mortificationē ⁊ asperitatē. Sufficit de cilicio ⁊c.

A **Cingulum.** Nota ꝙ cingulum. zona ⁊ bal=
theus ꝓ eodē supponūt in scri=
ptura. Et est cingulū illa corrigia qua q̇s stringit̄ vel
ligat̄. et potest significare in bono vel in malo. In bo=
no em̄ signat castitatē ⁊ ꝯtinentiam. In malo autem
B signat partialitatē ⁊ auariciā. Et ideo quātū ad p̄ns
multiplex bonum cingulū possumꝰ distinguere. Est
enim cingulum castitatis. cingulum honestatis. cin=
gulum caritatis. cingulum dignitatis. Vel distingue
aliter ꝙ inuenit̄. Cingulum in pectore .i. circa cor. Ci=
gulum in iecore .i. circa ventrē. Cinguluꝫ in femore .i.
erga renes. cingulū in gutture .i. circa collū. cinguluꝫ
in corpore. Cingulum pectoris est sapientia. Ista em̄
stringit ⁊ cingit pectus: nec ꝑ vanos affectus ⁊ cogita
tus vltra dimittit dilatari. Isto cingulo precinctꝰ erat
filius hominis. Apoc. j. Precinctus erat zona aurea
circa pectus suū. Pectus em̄ vbi est cor signat rōneꝫ.
Cinguluꝫ iecoris: est abstinentia. que .s. stringit ⁊ cin=
git ventrem: ne per gulositatem nimium aperiat̄. De
hoc cingulo dicitur. Succinti lumbos mentis vestre
sobrij ⁊ perfecti sperate in dn̄o. Cingulum femoris est
continentia que stringit ⁊ cingit renes: ne per carnali
tatē ipsoꝝ desideriū euagetur. Vn̄ Esa. v. Non dormi
tabit neqꝫ dormiet. nec soluet̄ cingulū renū eius. Ista
est zona linea vel bissina qua in antiqua lege ꝓcingi
sacerdotes iubebant̄. De qua Ezech. xvj. Cixi te bisso
calciaui te hiacyntho: idui te subtilibꝰ: ornaui te or=
namēto. Vide istā autoritatē ꝓsecutā alibi i hoc ope.
Cingulum gutturis est obedientia: qua .s. collū .i. ere=
ctio vanitatis nostre stringit̄: ⁊ cingit̄: ne ꝑ supbiam
eleuetur. De isto dicit̄. Ioh. vlti. Petre: cum esses iu=
nior cingebas te ⁊ ꝑgebas quo volebas. nūc aūt alius
te cinget ⁊ ducet te quo tu non vis. Tali cingulo ꝓcin
xit se xp̄s volens pedes discipuloruꝫ lauare. Ioh. xiij.
Cingulū in toto corpore est cingulum honestatis ⁊ iu
sticie: quo homo stringit̄ vt decentius adornet̄: sicut
Exodi. xxix. ⁊ etiā xxxix. precipit̄: ꝙ filij aaron ministra
turi haberent cingulum de bisso retorta. Esa. xj. Erit
iusticia cingulū lūborū eius. Et sic patet quadruplex
cingulū virtuosuꝫ. Sed adhuc dico ꝙ inuenit̄ duplex
cingulum vitiosum. s. cingulum cupiditatis. Cingu=
lum penalitatis. cingulo cupiditatis ligantur auari.
Vn̄ iste sicut dicit̄ Eccli. xxxiij. Est quasi succinctus la
tere exiliens de ciuitate. vn̄ de angelo dicit̄. Ipse obuia
uit asine in angustijs duarum maceriaꝝ q̇bus vinee
cingebantur. Nume. xxij. ⁊c. Cingulo penalitatis li=
gant̄ damnati: ꝯcorda si vis. Vide vbi accingere. vbi
alligare vbi zona vbi ligamentum ⁊c.

A **Cinis.** Cinis s̄m Isid. est puluis vi caloris de ter
re substantia resolutus. Et dicit̄ cinis a
cadendo. eo ꝙ a re combusta post humoris ꝯsumptio
nem cadat: sup oīa autem cinis vilem habet colorem.
et hꝫ cinis saporeꝫ stipticū ⁊ amarū. Et s̄m ista per ci
nerem moraliter potest intelligi carnis finalis resolu
tio Penitentie castigatio: qr em̄ calor naturalis ⁊ in=
naturalis ꝯtinue agit in humiduꝫ necesse habet fina=
liter ipsum ꝯsumere: ⁊ sic corpus in cinerem ⁊ puluerē
resoluitur: ⁊ a vita ista in terram cadere ⁊ recedere cō=
pellit̄: que reuera tunc tp̄is in colorem turpissimū cō=
mutatur. Sap. ij. Cinis extinctꝰ erit corpꝰ nr̄m. Ista
etiaꝫ amara dr̄: qr sicut dr̄ Eccli. xlj. O mors ꝙ̄ amara
est memoria tua. Generaliter ergo ꝑ cinerem pōt in=
telligi penitentie amaritudo: vel finalis resolutionis
memoria denotari. Cinis em̄ est illd̄ qd̄ remanet a re=
combusta post combustionem. Et sic signat memori=
am mortis vel peccati: que post combustionem mor=
tis. vel post conflagrationem penitentie vel cōtritio=
nis debet semper in cordibus nostris remanere. Iob.
xiij. Memoria vestra comparabitur cineri. Nota Le=
uiti. vj. precipitur ꝙ cinis qui remouebatur de altari
debebat reponi in loco mūdo ad orientem. In quo de
signatur: ꝙ cinerem resolutionis nostre semper debe
mus in loco mundo idest in corde puro per iugeꝫ me
moriaꝫ reponere ⁊ reseruare. Ista enim sunt que sum=
me mouent hominem ad humilitatem: ⁊ ad contem
nenduꝫ mundi vanitatē scilicet consideratio ⁊ memo
ria mortis ⁊ preteritorum peccatorum. Pauo enim
videns pulcritudinem plumarum suarum dicitur su
perbire ⁊ plumas ipsas in altum erigere ⁊ leuare: quā
do vero pedes suos cinereos ⁊ deformes cōspicit: tūc
pre tristicia plumas suas quas erexerat deponit. Sic
vere carissimi: si nos ꝓpter plumaꝝ nostraꝝ .i. virtu=
tum ⁊ gratiarum ⁊ nostrarū diuitiarum vel tempo=
ralium amicoꝝ. aliqualiter supbimus: non restat ni=
si ꝙ pedes nostros cinereos .i. finalem resolutionem:
⁊ incinerationē corpis nostri: ⁊ etiam aīe nostre q̇. s.
ꝓpter peccata nisi purgentur cremabunt̄ ⁊ incinera=
bunt̄ in inferno. Respiciamus ergo hec ⁊ ꝯsideremus
qr vere tunc temp̄is fastum omnem superbie depone=
mus. Vt em̄ dicit Hiero. in quadā ep̄la. Memento
mortis tue ⁊ non peccabis qr qui se moriturum quo=
tidie recordat̄. vilipendit presentia: accelerans ad fu
tura. De talibus ergo cineribus loquit̄ sc̄ptura. He=
ster. xiiij. vbi dicit̄. Qd̄ hester regina fletibus ⁊ luctui
apta vestimenta suscepit. ⁊ pro vnguentis varijs cine
re impleuit caput. ⁊ humiliauit corpus suum ieiunijs
In quibus verbis aduertere possumus: ꝙ cinis corpo
ralis triplicem habet ꝓprietatem. Cinis enim habet
Virtutem sordium ablutiuam. Virtuteꝫ igniū serua=
tiuam. virtutem carniū corrosiuam. ¶ Cinis em̄ so=
let de vestibꝰ sordes abstergere. Solet in domibꝰ ignē B
contegere. Solet in carnibus humores rodere. Sic ve
ra carissimi facit per omnia cinis spūalis .i. peniten=
tie mordificatio: vel peccatoꝝ cogitatio seu finalis re=
solutionis meditatio. Ista enim sordes prauitatis so=
let expirare. qd̄ ostenditur cuꝫ dicit̄. Fletibus ⁊ lucti=
bus ignem caritatis solet conseruare. qd̄ ostēditur cū
dr̄. Vestimenta que .s. conseruāt calorem. Carnis vo=
luptates solet macerare: qd̄ ostenditur cum dicitur.
Corpus suuꝫ humiliauit ieiunijs. Dico igitur primo
ꝙ iste cinis solet abstergere feces prauitatis. scꝫ vitia
⁊ pctā. Sicut em̄ cinis corporalis qn̄ de eo fit lixiuia:
sordes ⁊ maculas vestium lauat ⁊ abstergit. Sic vere
qn̄ ex cinere cōsiderationis fit lixiuia lachrymaꝝ ⁊ cō=
punctionis. tunc a mente sordes peccatorum abluūt̄
⁊ etiaꝫ abstergunt̄. Quod ostendit̄ cum dr̄. Fletibus.
Fletus enim ⁊ lachryme lauant mentem a vitijs ⁊ pec
catis. p̄s. Lauabo per singulas noctes lectum meum
lachrimis meis. Vnde de tali cinere ⁊ de tali fletu di
cit̄ Iob. xvj. Operui cinere carnem meā: ⁊ facies mea
intumuit a fletu. Istud figuratur in cinere vitule: de
qua dicitur. Hebreo. ix. Cinis vitule aspersos inqui=
natos purificat ad emūdationem carnis. Sicut ciniꝫ
dicit Constantinus. Argentum viuum cum cinere sa
licis corpus a pediculis mundat. qd̄ etiam facit vt di
cit idem. Cinis plumbi vsti mixtus cum oleo ⁊ aceto.
Sic vere carissimi cinis humilitatis: vel cōsideratio=
nis mortis et peccatorum: scilicet cum argento viuo
idest cum eloquentia confessionis. cuꝫ aceto idest cuꝫ
acredine contritionis: cum oleo: idest cum plenitudi=
ne compassionis misceatur: tunc vermes ⁊ pediculos
mētis nostre: idest vitia ⁊ peccata mūdificabit et tol
let. Cinis ergo iste solet abstergere feces prauitatis.
Fletibus inquit vnde p̄s. Cinerem tanquam panem
manducabam ⁊ potum meum cum fletu miscebam.
¶ Secundo dico ꝙ iste cinis solet accendere ignem C
caritatis. Cinis enim super omnia seruat ignem ne ex
tinguatur. Sic vere consideratio mortis: ⁊ humili=
tas optime seruat in nostris cordibus caritatē: quod
ostenditur cum dicitur. ꝙ Hester assumpsit vestimē=
ta. Vestimenta em̄ calorem nutriunt et augmentant
Dicit enim Isido ꝙ cinis iuniperi seruat igneꝫ grecū
inextinguibilem. Sic ꝓcerto cinis .i. mortis memoria
seruat ignem

seruat.ignez caritatis vel contritionis in perpetuo ro bore τ virtute. Et maxime si iste fuerit de iunipero. Juniperus em̄ arbor pungitiua signat impios τ raptores alios pungentes τ excoriātes. q̄ ꝓcerto q̄n moriūẗ in inferno cremanẗ τ incineranẗ. Cinis iste. i. memoria mortis male sue. est alijs remediuz sanitatis τ etiā incendiū caritatis. Letabitur. n. iustus cū viderit vindictam. manus suas lauabit in sanguine peccatoris. De talibus ergo vestimentis calorē caritatis nutriētibus pōt dici illō. Job. xxxvij. Nonne vestimēta tua calida sunt. vnde d̄ tali cinere dicit̄ Job. xxx. Compat⁹ sum luto: τ assimilatus sum fauille τ cineri. Fauilla ꝓprie est cinis ignitus. Jste igit̄ cinis solet accendere

D ignem caritatis. ¶ Tertio dico. ꝙ iste cinis solet ꝯsumere carnem voluptatis. Cinis em̄ habet acredinem in sapore. Et ideo carnem supfluā ꝯsumit τ corrodit. Cinis em̄ pellibus recentib⁹ appositus. pillos exinde cadere facit ipsas vere pelles ne corrumpanẗ τ feteant ꝯseruat τ custodit. Sic ꝓcerto carissimi. cinis spūalis qui cordis acredinē. timorē τ amaritudinē introducit habet a nobis tollere τ abstergere carnē superfuaz. i. oēm voluptatē carnalem. Jtē pilos superfluos. i. oēs superfluam facultatem tempalez. Jlle em̄ qui in morte τ i peccatis se squalere ꝯsiderat: τ carnales voluptates tempat: τ a bonis temporalibus p elemosinās se denudat: qō ostendit̄ cuz dicitur. Humiliauit corpus suum ieiunijs. Dañ. ix. Posui faciem meam ad dn̄m meū rogare. τ depcari in ieiunio τ sacco τ cinere. Plinius em̄ dicit. ꝙ rutha in terra latericia τ cinerea vult seminari. Vñ dicit ꝙ semini eius debet cinis admisceri vt careat erucis: qō ꝓcerto credi debet. qr caliditas et siccitas cineris humorē superfluū ꝯsumit τ sic ab ortu erucaꝝ ꝯseruat. Sic vere carissimi homo debet secum hr̄e cinerē spūalem. i. memoriā mortis τ peccatoꝝ τ etiam humilitatē: tūc em̄ humor carnalitatis ꝯsumit̄: τ eruca peccati mortalis ne veniat impedit̄. Unde de sacerdotib⁹ d̄r. Judith. iiij. ꝙ pcincti cilicijs offerebāt sacrificia corā dn̄o. τ erat cinis sup caput ipsoruz. Sic ergo est cinis q̄ abstergit carnis voluptatem. Conseruat cordis caritatem. Emundat mētis prauitatē. Et

E nota si vis ꝙ de tali cinere debent p̄cipue aspergi.

Prelati vt iustificenẗ.	
Elati vt humilienẗ.	
Vidue vt castificenẗ.	
Virgines vt mūde seruenẗ.	
Regine ne male tractentur.	
Penitentes vt purificentur.	

De prelatis τ supiorib⁹ dicit̄ Hiere. xxv. Ululate pastores τ clamate: aspergite vos cinere optimates gregis. De elatis d̄r. Eccl̄. x. Quid superbis terra τ cinis. q. d. tu debes humiliari. ¶ De viduis d̄r. Judith. ix. ꝙ ipsa que erat vidua ꝯmendās deo castitatem suam posuit cinerem super caput suū. De virginib⁹ vero d̄r. Treñ. ij. Consperserunt cinere capita sua virgines hierl̄z. De reginis vero τ magnis τ deliciosis ꝑsonis: patet de hester regina: que timens adire presentiam regis orans τ ieiunans aspergit cinerez capiti. Hester iiij. De penitentib⁹ dicit̄. Job. xlij. Jpse me reprehendo τ ago pn̄iaz in fauilla τ in cinere. Et breuiter oīa genera ꝑsonaꝝ indigēt isto cinere: dato etiaz ꝙ sint iusti τ mundi. Nume. xix. Colliget autē vir mūdus cineres τ effundet in loco purissimo. Et hec suffi

F cit: qr in plurib⁹ alijs locis fit mentio de cinere in bono significato. ¶ Aduerte tn̄: ꝙ cinis aliq̄n signat diuitias. Cinis em̄ ignem ꝯseruat terram vbi seminat̄ facit sterilem. τ a vento faciliter dispergit̄ τ difficiliter congregatur. Sic vere diuitie ignem auaricie seruant τ nutriunt: terraz cordis in qua per amorē sunt seminate sterilem a bonis operibus efficiunt: a vento alicuius casus τ infortunij vel tribulationum faciliter possunt perdi: que tamen τ cū labore possunt τ difficiliter acquiri. Unde de diuite quando moritur τ diuitie ipsius dispergūtur: potest dici illō. iij. Reg. xiij. Altare scindetur τ effundetur cinis. Et sicut videm⁹ ꝙ antiquitus aspersio cineris erat signum fletus et doloris. Sic etiaz hodie aspersio et acquisitio diuitiarum: fletum: dolorem ac tristiciam signat vel demonstrat. Semper em̄ sunt diuitie cū doloribus τ timoribus admixte p̄s. Cinerē tanꝙ panē manducabā τ potum meuz cum fletu miscebam. Et nota si vis ꝙ quilibet peccator dicitur cinis: qr vilis coloris quo ad cōuersationem: facile dispergitur per tentationē: ignis est reseruatiuus per eternā dānationē: qr. s. semper cōburet̄ τ semper viuet. De vili conuersatione dicit̄ Sapien. xv. Cinis est cor eius. τ luto vilior vita ei⁹. De instabilitate cōtra tentationem dicitur. Exo. ix. ꝙ moyses accepit plenas manus cineribus de camino τ sparsit coram pharaone. De futura autem deputatiōe ad damnationem dicitur Amos. ij. ꝙ ossa regis idumee incensa sunt vsq ad cinerem τc. Sufficit.

Circa.

Nota ꝙ circa Juxta. ꝓpe in circuitu quasi idem signāt. Et signat in scriptura vicinitatē: propinquitatē τ societatē. Et qr ista possunt esse bona vel mala. Hinc est ꝙ nos possum⁹ distinguere ꝙ est vnū circa vitiosuz: vnū v̄tuosuz: vnū dolorosuz: vnū circa gratiosum. Nota ꝙ in scriptura reperitur Circa A

Gratis cupiditatis.
Bone societatis.
Praue vicinitatis.
Grandis vtilitatis
Sūme iocunditatis

¶ Circa igitur vitiosuz. i. propinq̄tas vitiosa: est vicinitas qua homo terrenis p auariciam applicatur: qua homo malis hominibus copulatur: qua homo mūdi negocijs implicatur. Jsta em̄ propinquitas causa est aliquotiens multorum peccatorū. fructus enim qui sunt inferius circa terram faciliter recipiunt corruptelam: non ita faciliter maturescunt. Mella enim q̄ inferius circa terram sunt malum saporē τ corruptū trahūt. Et breuiter ex nimia vicinitate terre veniunt τ causanẗ multa mala. Sic reuera illi q̄ circa terrā. i circa terrena negocia vel circa terrenos homines versantur: exinde multis vitijs maculantur. Luna enim que inter stellas vicinior est circa terrā: nunꝙ caret macula. Sic vere homo qui circa terram. i. terrena versatur vix est quin vitijs maculetur. Vñ Geñ. xiij. ꝙ Loth vidit regionem circa iordanem que sicut paradisus irrigabatur τ habitauit ibi: τ tn̄ cito post fuit captiuatus: quia. s. ille a diabolo faciliter per peccatuz capitur: q̄ circa mundi delectabilia conuersatur. Unde de tali circa dicit̄ Genes. xix. Ne stes in oī circa regione: sed in monte saluū

B te fac. ¶ Secūdo dico ꝙ est circa virtuosum: τ hec est bona societas. Jlle em̄ stelle que magis sunt circa polum articū situate: magis sunt immobiles τ stabiles: τ sunt etiā magis alte. Sic vere illi q̄ circa bonas personas frequentāt vel circa bona paradisi versantur τ delectantur: sunt ceteris firmiores: et in bonis operibus excellētiores τ in moribus altiores p̄s. Cum sancto sanctus eris: τ cum peruerso τc. Unde Ecclesiastici. xviij. Miseratio hominis circa proximum suum.

C ¶ Tertio dico ꝙ est circa dolorosum: τ ista est illa propinq̄tas τ vicinitas qua peccatores diabolo sunt proximi: qui scilicet finaliter erunt similiter circa eū per tormentum: similes papilioni: qui primo diu circa ignem volitat sed finaliter ab eo comburitur Marci. v. Erat circa montem grex porcorum: id est circa diabolum legio peccatorum. Et sequitur ꝙ omnes in mari sunt submersi. Unde de diabolo et malis hominibus qui circa nos sunt dicitur Trenorum primo. Jn circuitu eius hostes eius. ¶ Quarto dico ꝙ

D est circa fructuosum et amorosum: hoc est quando homo circa deum situatus per gratiam in presenti et per gloriam in futuro. Pulli enim perdicis semp volitāt circa matrē: τ si accipitrē viderit ad matris alas refugiūt ad tutelam. Pulli enim galline circa matrē volitantes: cum miluum videre ceperint: statim ad matris gremium se conuertunt. Sic pro certo charissimi debemus circa matrē nostrā xp̄m τ virginē gloriosaz p deuotionē τ gratiā manere: nō ab ipso recedere p pctm̄: τ si miluū vel aucupē diabolū viderim⁹: qui

per tentationes nos capere nitatur statim debemus ad alas sue misericordie refugere per orationē: ꝛ nos sibi ꝯmittere ꝑ sui adiutorij inuocationē. Quia sicut dr in ps. Prope est dn̄s oībus inuocantib⁹ eũ in veritate. Sap. xviij. Circa illũ steterũt quasi rami palme. Et Job. xxij. dr. Circa cardines ꝑambulabat. et sic nota: ꝙ nos debemus esse circa deum sicut paupes circa elemosinariũ: qꝛ iste nutrit indigentes. Sicut discipuli circa mgr̄m: qꝛ iste docet ignorãtes. Sicut īfirmi circa medicũ. qꝛ iste sanat egrotantes. Sicut subditi circa ꝓlatuꝫ: qꝛ iste regit obediẽtes. Sicut accipitres circa predã. qꝛ iste recreat ꝯtemplantes. Sicut operarij in sero circa ꝓcuratoreꝫ. qꝛ iste remunerat laborantes. et sic ipse poterit dicere illd̄ Job. xxix. In circuitu meo

E pueri mei. ¶ Quinto dico ꝙ est vnũ circa gaudiosuꝫ ꝛ hoc est quando sancti sunt in gloria circa deum. De quo Apoc. vij. Oēs angeli. i. oēs angelici viri stabant in circuitu throni ꝛc. Si vis aduerte: ꝙ circa sicut q̄si non dicit mihi aliquod ꝯplementũ sed potius aliquã imperfectionem: sicut cũ dr. Non est meridies sed circa meridiem. Et ideo ꝑ circa possunt intelligi viri imperfecti ꝛ nouicij. ꝛ etiam bona mundi: que nullum habent complementum ꝛc.

A **Circulus.** Nota ꝙ circulus ē figura rotũda ꝛ spherica in orbe in seipaꝫ reducta que inter omnes figuras geometricas perfectior reputatur. Et ideo dicit Isid. Quõ sicut infra decem oēs numeri continenꝭ. Sic infra circulum omnes figure

B Circulus autē ꝭm diuersas proprietates potest diuersa significare scilicet.

Dei perfectionem.	Et breuiꝭ tñ omnia q̄ sunt
Uite dimensionē.	in circulatiōe finit ꝛ vix est
Motus aptitudinem	dare aliquid qui possit ꝑ
Celi possessionem	circulum denotari. Per cir
Fortem correctionē.	culum igitur põt intelligi

dei perfectio: figura enim circularis est perfectissima: capacissima ꝛ ad motum aptissima. Ista enim caret principio atꝙ fine. Talis procerto est deus. Iste enim simplicissimus est in quidditate. Capacissim⁹ in quãtitate: omnia enim alia ab eo ꝯtinentur. Diutissim⁹ in eternitate: qꝛ ipse caret principio atꝙ fine. vñ phus cuidã petenti quid esset deus: sic dr respondisse. Deus inquit est sphera seu circul⁹ intellectualis. cuius centrum vbiꝙ est; circũferentia vero nusꝙ. Et ideo est si

C milis circulo celi ꝛc. Uide supra de Celo. ¶ Item ꝑ circulum intelligiꝭ vite dimensio. Circul⁹ em̄ in seipsuꝫ redit ꝛ reuertiꝭ: ꝛ est circul⁹ clausura a qua null⁹ põt modo exire. In circulo em̄ nõ sunt ostiũ vel apertura. Et ideo quicquid infra circularem ambitum continetur ibi perpetuo retineꝭ. Talis est ꝑ oĩa vita nr̄a. Ista enim non est nisi quedã circulatio: redit em̄ de pũcto ad punctum: de statu ad statũ: de terra em̄ facta sunt omnia: ꝛ ad terram pariter reuertunꝭ. vt dr Eccl' iij. Et nudus egressus sum de vtero matris mee: nudus reuertar illuc. Job. j. Ista etiã est certissima clausura: ꝛ mensura. Ambitũ em̄ ꝛ circuluꝫ vite a deo limitatũ ꝛ prefinitũ: nõ põt aliquis p̄terire: imo ꝭm dimensionem talis circuli necesse est hominem sistere ꝛ finire. Job. xiiij. Constituisti dies eius qui p̄teriri nõ poterũt Iste em̄ est circulus quē facit leo rex animalium circa animalia sibi subiecta queꝫ exire nequeũt neꝙ audẽt ita ꝙ ille quem voluerit accipit vt magister. Quia reuera rex noster deus circa animalia sua. i. circa hoīes constituit circulum ꝛ limites vite p̄sentis: quē ꝓcerto nullus est qui transgredi valeat aut presumat. Infra em̄ istius circuli ambitũ viuere possumus ꝛ nõ vltra Et ideo iste leo qñ vult: ꝛ quē vult; ꝛ vbi vult tollit et accipit de circulo huius vite. s. ꝑ mortẽ: aliquando bonos: aliquãdo malos: aliquãdo iuuenes: aliqñ senes

D Unde breuiꝭ d̄ isto circulo dr Eccl'. j. Oriꝭ sol. i. homo ꝛ occidit: ꝛ per circulos suos reuertiꝭ. ¶ Tertio dico: ꝙ per circuluꝫ intelligiꝭ motus aptitudo. Nulla em̄ figura ad motum est aptior ꝙ̄ circularis. Circul⁹ em̄ in puncto ꝛ in modico tangit terraꝫ: ꝛ ideo in terra nõ sistit imo moueri ꝛ discurrere semper cupit. Sic vere vita ꝛ perfectio viri iusti semꝑ est habilis ad motũ bonorũ operum exercendũ. Eorum etiam volũtas semꝑ debet esse mobilis ꝛ agilis ad obediendum suis superiorib⁹. Terram em̄. i. terrena non debent ꝑ affectum tangere nisi forte in puncto. i. qñ necessitas requirit. ꝛ sic poterunt obediendo ꝛ bene operando faciliter se mouere. Esa. xxxvij. Ponam circulum in narib⁹ tuis: ꝛ frenum in labijs tuis. Isti sunt illi circuli de quibus Ezech. x. dicitur. Quõ colla ꝛ circuli rotarum plena erãt oculis. Iste circulus similis est circulo lacteo seu galacie: quia. s. vita ꝛ ꝯditio bonorum per pietatē Lactea potest dici. vita vero malorum similis est circulo obliquo zodiaci in quo stelle erratice vagantur: quia vere in circulo huius vite obliquo vel ꝓsperitatis mundane errant ꝛ vaganꝭ in diuersis signis ꝛ mãsionibus erratici peccatores. vnde ps. In circuitu impij ambulant ꝛc. ¶ Item per circulum intelligitur E

eterna mansio: que. s. caret principio ꝛ fine: vnde anime beate potest deus dicere illud Ezech. xvj. Dedi circulos in auribus tuis ꝛ coronã decoris in capite tuo.

¶ Item per circulum intelligiꝭ fortis correctio. Bubalus enim non domatur nisi circulus ferreus in ei⁹ F

naribus infigatur ꝭm Pli. Sic vere obstinati ꝛ proterui nõ possunt corrigi vl' domari. nec reduci ad obedientiam: nisi circulus ferreus. i. fortis vel dura correctio in eius naribus idest in ipsius superbis affectibus immittatur. Job. xl. Nunquid pones circuluꝫ in naribus eius? q. d. Aliꝭ difficile est. Patet ergo quomodo per circulum intelligitur.

Dei conditio.	Item ꝑ circulum potest accipi
Uite dimensio	pene conclusio. Aranea em̄ nõ
Motus aptitudo.	potest exire de circulo olei circa
Celi possessio.	eaꝫ facto: immo ac si in quodã
Fortis correctio	carcere esset inclusa: necesse ha

beat ibi mori. Sic vere aĩa ex quo inclusa fuerit ꝛ ꝯtẽta in circulo: clausura ꝛ ambitu infernali: nõ poterit ꝑpetuo exire. sed necesse habeat ꝑpetuo ibi mori. Hiere. xx. Ibi morieris ꝛ ibi sepelieris. Uel etiã ꝑ istum circulũ intelligitur deliciaꝝ infectio seu diabolica suggestio qb⁹ si aliquis includaꝭ nõ poterit ad libitũ exire īmo vsꝙ ad mortẽ nisi ꝑ auxiliũ diuine gr̄e extrahaꝭ. habet ibi necessario remanere. Uel ꝑ istũ circulũ ītelligiꝭ clausura dei mandatoꝝ: ꝛ etiã regulariũ statutoꝝ In qua ꝓcerto si inclusi fuerimus: exinde ꝙ̄diu viuimus egredi nõ debem⁹. Iste est em̄ circul⁹ leonis de tribu Juda quē circa hoīes fecit: ꝛ īfra cui⁹ ambitũ oīs voluit hoīes detineri: ꝛ exinde perpetuo nõ exire. Patꝫ ergo ꝙ est circulus dei ꝯditiōis. Uitalis dimensiōis. Motalis ꝑfectionis. Celestis habitationis. Austere correctiōis. Finalis damnationis. Carnalis infectionis. Uirtutis ꝛ religionis sufficit.

Circuire. Circuitus. Nota ꝙ circuire idē ē qd̄ circa ire. Cõponiꝭ em̄ a circũ: ꝛ ab eo is it ꝛc. Et ē circuire idē qd̄ discurrere. ꝛ laborare: inq̄rere: ꝛ explorare. ꝓtegere: ꝛ defendere: ꝯcludere ꝛ vallare. Circuit em̄ mercator discurrẽdo patriã vt lucretur. Circuit leo siluã vt insidieꝭ. Circuit mur⁹ ciuitatē vt ꝓtegaꝭ. Circuit exercitus castrũ vt capiaꝭ. De circuitu ergo laboris ꝛ discursoris dr in ps. Circuit⁹ ipsoꝝ labor labioꝝ ipoꝝ operiet eos. de circuitu insidiose exploratiōis dr. j. Pet. v. Leo rugiēs circuit q̄rēs quē deuoret. De circuitu aũt defensiōis ꝛ ꝓtectiōis dr in ps. Mõtes in circuitu ei⁹. ꝛ dn̄s in circuitu ppl'i sui. Possum⁹ ergo notare ꝙ ē duplex circuit⁹. s. bon⁹ ꝛ mal⁹: ṽtuosus ꝛ vitiosus. Uirtuos⁹ em̄ circuit⁹ est qñ hõ in bonis oꝑib⁹ ꝛ virtutibus discurrit. circuit ꝛ laborat. Sicut enim stelle fixe non cessant circa stellã immobilē q̄ diciꝭ polus artic⁹ ꝯtinue circuire. Sic ꝓcerto boni xpiani i bono stabiles atꝙ fixi, non debent cessare circa polum articũ i. circa ipꝫ deum immobileꝫ: iuariabilē ꝛ eternũ circuire ꝛ discurrere: per

rere: per deuotionem ⁊ dilectionē: ꝑ cōtemplationem
ꝑ obedientiā ⁊ subiectionē: ⁊ per diligentiam ⁊ boni
opis executionem. Et sic poterit cuilibet dicere illud.
Cañ.iij. Surgā ⁊ circuibo ciuitatē queraʒ quē diligit
anima mea. In quibus vbis possumus aduertere: ꝙ
quatuor modis debemus circa res circuire. Circuire
B em̄ debemus Celum per affectionem: cū dr̄. Surgam.
Mentem ꝑ discussionem: cum dicitur. Circuibo ciui
tatem. Mundum ꝑ laborem ⁊ discursionē cū dicitur
Queram. Deū per amorē ⁊ deuotionē. cū dicit̄. Queʒ
diligit anima mea. Circuit nanqꝫ. Affectio celuʒ: vi-
goroso passu. Surgaʒ. discussio mentē timoroso gres-
su. Circuibo ciuitateʒ. Discursio mundi doloroso tra-
ctu: ꝑ vicos. Queraʒ. Deuotio ad deū amoroso tactu
Quem dili. anima mea. Affectio em̄ dʒ circuire celum
⁊ superiora ipsa desiderando. Discussio debʒ circuire
mentem ⁊ interiora ipsa considerando. Discursio dʒ
circuire mundum ⁊ inferiora laborando. Deuotio dʒ
circuire deum ⁊ vtiliora ad ipsum reccurrendo. Dico
ergo primo ꝙ circuire debemus celū ⁊ superiora cum
desiderio ⁊ affectione: ⁊ hoc ostenditur: cū dicit̄. Sur-
gam. Surgere em̄ nihil aliō est q̄ꝫ de amore tempaliū
ad amorem celestiū nos trāsferre. Sicut em̄ dicūt do-
ctores: ⁊ patet ad sensum. Lepus nunq̄ꝫ currit directe
contra vallē: qꝛ propter crurium anterioꝝ breuitateʒ
posset valde faciliter corruere. Et iō si necesse habet
ad vallem descendere semꝑ nitit̄ circuire circa montē
Circūeundo em̄ montē non consueuit cadere. sʒ semꝑ
añ canes vellocissime currere ⁊ ab eoꝝ morsibus se sal
uare. Sic reuera carissimi si nos aliꝗ necesse habueri-
mus ad vallem. i. ad mūdi negocia descendere: ad illa
non debemus directe. i. cū impetu ⁊ ꝯplacentia curre-
re seu animū inclinare: qꝛ currēdo ad valleʒ negocioꝝ
mundi: faciliter corruimus per peccatum. De hoc di-
cit̄. Timo. vj. Qui volūt diui. fieri inci. in laqueuʒ ⁊ in
tēta ē dyaboli. Quid ergo necesse ē nobis. ꝓcerto nos
debemus ad istam vallem. i. ad mundi negocia nō ita
directe seu affectuose descendere: currere: vel ambire.
Quia sicut dicit̄ Esa. xxx. Ve qui descēditis in egyptū
immo circa montem paradisi ⁊ circa bona celestia et
eterna debemus ꝑ ꝯtemplationem ⁊ affectionem con
tinue circuire. Vt sibi dicatur illud Eccl̄. xxiiij. Giruʒ
celi circuiui sola. Sic em̄ currendo ⁊ circuendo non ca
dimus in peccatum: sed a canū morsibꝰ. i. a demonū
tentationibꝰ nos saluamus. Surgam inq̄t. Mich. ij.
Surgite ⁊ ite qꝛ non habetis hic requiem. De tali cir
cuitu: dr̄ Esa. lx. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide.
Ista tñ sunt ꝯtra cupidos ⁊ auaros. q̄ reuera nō circū
eunt celestia: sed terrestria: non paradisum sed seculū
non supiora sed inferiora: qō ptʒ: quia non cessant de
loco ad locū: de statu ad statum: de beneficio ad bñfi-
cium circuire. Nullo em̄ statu ⁊ gradu possunt ꝯten-
tari: ita ꝙ bene psit dicere illud qō dixit sathan Job. j.
Circuiui terram ⁊ ꝑambulaui eaʒ. Nō sic: sed circuea
mus celum ⁊ superiora cuʒ desiderio ⁊ affectione. Jo-
sue. vj. Circuite montem hiericho qui. s. interpretatur
C luna. ¶ Secundo dico: ꝙ nos debemꝰ circuire mē-
tem ⁊ interiora cum sapientia ⁊ discretione: vel etiam
cum discussione. quod ostenditur: cum dr̄ Circuibo ci
uitatem. Ciuitatem enim cordis nostri debemus cir-
cuire ipsam ꝯsiderando: statum suum meditando et
cogitando. Et si fuerit peccatoꝝ ruinis dissipata per
pniam recuperando. Aranea enim diligentissime cir
cuit telam suam. ⁊ si ibi aliquid fractū inuenerit: sta-
tim ad reparationeʒ intendit. Sic ꝓcerto telā cordis
nostri semꝑ discutere ⁊ circuire debemus. ⁊ si aliquaʒ
fracturam ibi inuenerimus: stati ad repationē spūa
lē laboremus. Fūdibularius circulat ⁊ in circuitu ver
tit lapidē quem alte cupit ꝓijcere: templū etiā circuit̄
qñ ab epō ꝯsecratur. Sic vere anima que se in deum
vult iacere: ⁊ se ad eū ꝯuertere: ⁊ se ei consecrare ⁊ dedi-
care: debet seipsam circuire ⁊ se in se reducere: ⁊ interio
ra scrutādo ab exterioribus se retrahere ⁊ arcere. Hie
re. v. Circuite vias ierusalē ⁊ aspicite ⁊ cōsiderate. Cō-
scientia enim debet esse in mente: sicut est in abbatijs
ille qui dicitur ꝑscrutator. gallice la serche. qui scʒ in
sero officinas circuit cum candela vt videat si lateret
aliquid quod nō deceat. Sic cōscientia cū candela di-
scretionis in abbatia cordis debet oīa circuire. Eccli.
xij. Circuibunt in platea plangentes. Circuibo ergo
ciuitatem: et hoc est quod precipitur Esaie. xxiij.
Circuiuit ciuitatem meretrix obliuioni tradita: su-
me citharā: frequēta canticū: vt memoria sit tui. Me
retrix em̄ est anima peccatrix q̄ multis mūdi volupta
tibus est infecta. Et ideo a deo reputatur derelicta et
oblita. Et propter ista debet ciuitatē cordis sui circui-
re per contritionem ⁊ discussionē: debet cytharā suaʒ
sumere. i. carnis macerationē ⁊ afflictionē: debet etiā
frequentare canticū per confessionem ⁊ orationem: et
sic a deo recordabitur: ⁊ ad gratiam pristinaʒ reducet
per virtutū restitutionē. Circuibo ergo ciuitatē. Vn-
de Hiere. v. Circuite vias hierusalem. Circueamꝰ igi-
D tur mentem nostrā cū discussione. ¶ Tertio debemꝰ
circuire mundum istum cū bona operatione. Querā
inquit. Sicut enim canis nobilis non solet cessare di-
scurerre ⁊ circuire donec predā inuenerit quam querit
Sic nos in nemore huius mūdi nō debemus quiesce-
re vel cessare: sed per obedientiā ⁊ subiectionē: ⁊ ꝑ bo-
ni operis executionem debemus discurrere ⁊ circuire:
vt queramus predā paradisi. i. gratiā in presenti per
spem: ⁊ ibi in futuro inueniamus per gloriaʒ ⁊ spem.
Queramus inquit Esa. lv. cap̄. Querite dominuʒ dū
inueniri potest. Et Col̄. iij. Que sursum sunt querite.
vbi xp̄s est in dextera dei sedens. Talem circuitum fa
ciebant antiqui sancti qui mūdū circuibant. Quidā
nemora frequentādo vt heremite. Quidā maioribus
obediendo vt religiosi. Quidā semen doctrine seminā
do: vt apl̄i. Quidaʒ actus militares pro fide ⁊ iusticia
exercendo: vt Machabei. Quidā negocia reipublice
gubernādo: vt boni prelati. Quidam de actiua ad cō-
templatiuam: ⁊ de contemplatiua ad actiuam se trāſ
ferendo: vt viri perfecti. De istis ergo circuitibus dici
tur Hebre. xj. Circuierūt in melotibus ⁊ in pellibꝰ ca-
prinis. Egentes: angustiati: afflicti quibus dignꝰ nō
erat mūdus. Circuitus autem iste. s. bonorum operuʒ
⁊ maxime diligentie potissime pertinet ad prelatos q̄
sʒ per diligētem inuestigationem debent mores sub-
ditorum ⁊ commissa sibi negocia circuire: exemplo il-
lius summi sacerdotis Eliachim. de quo Judith. iiij.
Eliachim sacerdos magnus circuibat omnem israel:
allocutusqꝫ est eos ⁊c. Circuire em̄ debet.

Vt corrigat	Corrigat primo delinquentes.
Vt dirigat.	Dirigat oberrantes.
Vt erigat.	Erigat desolatos. i. desperātes
Et vt porrigat.	Porrigat scʒ elemosynas ⁊ nu

triat indigētes. Eccli. j. Lustrās vniuersa in circuitu
pergit spūs. i. spūalis. Circueamus igit̄ mūdum ⁊ in
feriora cum bonis laboribus et discursione. Queram
inquit Sapientie. viij. Circuibam querens vt sume-
E rem eam. ¶ Quarto dico ꝙ debemus circuire deum
et vtiliora cū veri amoris deuotione: qō ostēditur ibi
Quem diligit anima mea. Apes enim regem suuʒ di-
ligunt. Et ideo exercitus apum semper consueuit re-
gem ambire et circuire: et se ad eius obsequium prom
ptum ⁊ paratum exhibere Sic vere charissimi exer-
citus fidelium debent regem suum christum diligere
et ipsum per deuotionem ⁊ amorem continue circuire
⁊ se ad eius seruitium et mandatum promptos et vi-
giles exhibere. psalmus. Circuiui et immolaui in ta-
bernaculo eius hostiam vociferationis. Et Matth.
xxij. Diliges dñm deum tuū. Tales potissime debēt
esse ecclesiastici. quia scilicet deum circueunt in offi-
ficio ministrando. Juxta illud psalmiste. Lauabo
inter innocentes manus meas: et circuibo altare
tuum domine. Sic debent eum circuire per deuo-
tionem et contemplationem frequentando: vt sic

finaliter sint in paradiso in circuitu eiꝰ sibi pñtialiter assistendo. Ita ꝙ de eis possit dici illud. Filij tui sicut nouelle oliuarꝫ in circuitu mense tue. Et merito nos debemus esse in circuitu eius: qꝛ reuera ipse ꝛ angeli eius semp sunt in circuitu nr̄o. parati. s. nos iuuare et defendere si voluerimus ꝓmereri. ps. Montes. i. angeli. in circuitu eiꝰ. ꝛ dñs in circuitu ppl'i sui ꝛ Zach. ij. Ipse dicit de quolibet iusto. Et ero ei murus igneꝰ in circuitu: ꝛ in gloria ero in medio eius. Ipse enim fecit magnū circuitum de celo ad terram descendendo ꝛ iterū reuertendo. Eccl'. j. Oritur sol ꝛ occidit: ꝛ p circulos suos reuertit lustrās vniuersa in circuitu. Item per terram vndiqꝫ discurrendo ꝛ pdicādo. Math. iiij. Circuibat iesus totam galyleam docēs in sinagogis. Item nunc circuit si quis se dignos inuenit perquirēdo. Sapieñ. vj. Dignos seipsa circuit querens. Circuit etiam suos ꝓtegendo. ps. Angelꝰ domini in circuitu timentiū eum. Finaliter autem ipsos circuibit premiando ꝛ remunerando. vñ illud pdictum. Dominꝰ in circuitu populi sui. Patet igitur carissimi ꝙ est. Circuitus.

Amoris ꝛ dilectiōis.	Et sic bñ dicitur. Et circuibo
Laboris ꝛ vexationis.	ciuitatem. querā quez diligit
Meroris ꝛ ꝯtritionis.	anima mea. Quilibet ergo bo
Honoris ꝛ plātiōis	nus debet tales circuitus fa-

cere ꝛ a bono circuitu non cessare. Eccl'. j. Lustrās vniuersa in circuitu perg. t spiritus. Iste est ergo circuitꝰ
F multiplex virtuosus. ¶ Sed adhuc dico: ꝙ est multiplex circuitus vitiosus. Est enim.

Circuitus detractorꝫ	Detractores. n. sunt: sicut
Circuitus exactorꝫ	lupus qui de nocte circu-
Circuitus deceptorꝫ.	it mare vt pisces inueni-

at quos mādacet: qd verum est ƀm Pli. de quibusdā lupis qui comedēdo pisces delectāt. Et ideo si pisces nō inueniūt ad comedenduz: ad illa vilia que de rhetibꝰ suis piscatores eyciūt se ꝯuertunt: ꝛ etiā ad deuorandū ipsa rhetia multotiens animantur: vt dicit idez. Sic ꝓ certo detractores qui pisces. i. bonos ꝛ deuotos viros semp nitunt dente detractionis lacerare mare huius vite non cessant hodie circuire. s. explorādo ꝛ inuestigādo cōditiones ꝛ mores alioꝝ hoiꝫ: rhete em̄ vite bonoꝝ dentibus deuorant; ꝛ si quicqd ibi vile ꝛ defectuosum inueniunt: illud verbis suis detractorijs in ore recipiunt ꝛ manducant. Detractio eniz ꝛ inuidia pascitur alienis malis. sicut adulatio alienis bonis: vñ. ij. Thimo. v. Ociose discūt circuire domos: non solum ociose sed etiam verbose ꝛ curiose loquentes q̄ non oportet. Hic est ergo circuitus detractoꝝ. vñ boni possunt dicere detractoribus illud ps. Audiui vituperationē multoꝝ cōmorātiū in circuitu
G ¶ Secundus est circuitus exactoꝝ. Exactores enim raptores vsurarij Auari non cessant perambulare: discurrere ꝛ circuire tam per se ꝙ per suos: quō possint homines excoriare vel spoliare vel in suis ꝯtractibꝰ irretire. Auari em̄ ꝛ aduocati sunt siles vrso: q̄ circa stipitem cui alligat circuire non cessat. sed ꝓpter hoc de cathena sua non soluit: sed quantomagis circuit tātomagis in cathena sua fortius inuoluit. Sic vere carissimi auari circa stipitem diuitiaꝝ ꝛ possessionum suarum qbus cū cathena auaricie sunt ligati non cessant circuire ꝛ discurrere ꝛ laborare. s. de mercato ad mercatum: de placito ad placitum: de foro ad forum; deambulare q̄. nunꝙ tamen a cathena auaricie: ꝓpt hoc liberant: sed quanto plus viuūt ibi amplius inuoluunt. De talibus videt loqui dauid dicens in ps. In circuitu impij ambulant. Balliui etiam raptores sunt siles leoni q̄ non cessat circuire ꝛ discurrere: vt pdā quā rapiat valeat inuenire. Quia reuera isti circueunt qrūt ꝛ inuestigāt: quō occasionē inueniāt rapiēdi: excoriandi ꝛ pecuniam a subditis exigendi. j. Pet. v. Aduersarius vester tanꝙ leo rugiēs circuit querēs quē deuoret. Iste est etiā circuitus dyaboli q̄ circuire non cessat vt aīas nr̄as temptet ꝛ damnet. Hic est ergo circuitus exactoꝝ. Unde de circuitu tyrannoꝝ et demonum potest dici illud Hiere. xxj. Chaldei obsident nos in circuitu. Uide supra quō dicunt chaldei.
¶ Tertio dico ꝙ est quidam circuitus deceptoꝝ. Cir- D
cueunt em̄ ambitiosi: luxuriosi: ꝛ maliciosi. Ambitiosi enim laborant ꝛ circueūt ꝛ p varias cautelas ꝛ inductiones ꝓcreant: quō possint superiores decipere: ꝛ per fraudes ꝛ malicias ad alicuius status apicē peruenire. Luxuriosi etiam multos malos circuitus ꝛ labores qñqꝫ faciunt: vt ad aliquaꝫ delectationē perueniant quam intendunt. Maliciosi etiā hypocrite ꝛ heretici qui anteꝙ malū effectuꝫ sue peruersitatis ꝛ malicie introducunt: per multos circuitꝰ ꝛ ambitus inductiones ꝛ seditiones discurrūt. De quibus dicitur Math. xxiij. Ue vobis hipocrite ꝛ pharisei q̄ circuitis mare ꝛ aridam vt faciatis vnum ꝓselitum: ꝛ cum factus fuerit faciatis eū filiū gehenne. Expone de hereticis ꝛ luxuriosis: qui auditores suos faciunt filios gehenne. Isti em̄ sunt similes hyene: que ƀm Pli. Uoceꝫ humanā fingit tabernacula pastoꝝ circuit. ipsosqꝫ de nocte sub specie vocis humane ad exeundum excitat vt ipsos deuoret ꝛ consumat. Uocē em̄ habet ita similez voci hominis: ꝙ pōt ī melodijs admisceri. Sic ꝓ certo tales deceptores. ābitiosi: luxuriosi ꝛ maliciosi: nō cessant voces humanas fingere: id est verba blāda ꝛ adulatoria dicere: ꝛ per tabernacula pastoꝝ. i. per domos ꝛ hospitia hominum ꝛ maxime pncipū ꝛ platorū circuire. Et sic solent hoīes ad sui amorē inducere ꝛ ipsos spūaliter deuorare. damnificare ꝛ decipere De tali ergo circuitu: dr̄ in ps. Nubes ꝛ caligo in circuitu eius. Nubes em̄ signat velatam fallacitatē. Caligo deceptoriam prauitatem. ps. Oēs gentes circuierūt me ꝛc. Circūdātes circūdederūt me sicut apes ꝛc. Et exarserunt sicut ignis in spinis. Et pro certo oms isti mali sicut sunt corporalit in circuitu ꝛ in motu ita sunt mentaliter in trāsitu ꝛ in fluxu. Qui em̄ rote voluenti innititur: necesse est vt cū voluente se circueat ꝛ voluatur. Et ideo quis oīa temporalia sicut visum est cōtinue circueūt ꝛ voluunt. non est mirum si mēs taliū qui talibꝰ innititur cōtinue p mala desideria circuit ꝛ mutat. Solus em̄ deus mētem facit stabilē ꝛ qetaꝫ mundus vero ipaꝫ ponit in circuitu sic fluxibilem et turbatam: patet qꝛ nullus talium est ꝯtentus bonis adeptis. sed de vno ad aliud circuiēs semp cogitat de habendis. Unde figuraliter isti sunt sicut ventus qui circulariter vadit. Eze. j. Uentꝰ turbinis veniebat ab aquilone. nubes magna ꝛ ignis inuoluens ꝛ splēdor in circuitu. Ostende quōmodo dicunt ventus: turbo nubes: ignis: ꝛ splendor. Unum aduerte hic. Quō ille qui diu circuiuit postꝙ cessauerit adhuc credit: ꝙ cia circueant sicut ipse: qd facit motus spūs visibilis qui est in cerebro. Sic vere mali qui sunt in tali desideriorum fluxu ꝛ circuitu non credunt possibile: ꝙ aliquis careat tali circuitu seu motu: credūt enim oēs esse talibus vitijs implicatos: sicut cōsiderant semetipsos. Iuxta illud Eccl'. x. Stultus autem cuꝫ ꝛ ipse insipiēs sit oēs stultos existimat. Uidetur ergo ꝙ mercatores auari ꝛ aduocati videntur sibi diuisisse orbem. vnus eniꝫ circuit in vna patria: aliꝰ in alia. iij. Regū. xviij. Diuiserūt sibi regiones vt circuirēt eas. Patet igitur ꝙ est circuitus detractorum: exactorum: ꝛ deceptoꝝ Et hoc de circuire sufficit.

Circundare. Nota ꝙ circundare idem est quod circuire. cōcludere ꝛ val- A
Est ergo primo clamor iactantie Hiere. xij. Clamauerūt post te plena voce. Item est clamor seuicie. Et de hoc dicitur Marci xv. c. Iterū clamauerūt. Crucifige crucifige eum. Item est clamor tristicie. Soph. j. Uox clamoris a porta piscium: ⁊ vlulat⁹ a secūda. Possumus ergo distinguere φ est bon⁹ clamor quo debem⁹ clamare. Et est malus clamor quo debemus cessare. Prim⁹ bonus clamor est quo sc3 debemus clamare ad deū. B

Sicut pupillus clamat ad tutorem.
Sicut discipulus clamat ad doctorem.
Sicut pauper clamat ad benefactorem.
Sicut vim patiens clamat ad adiutorem.

¶ Clamemus ergo ad deum.

Ut ad tutorem: vt defendamur.
Ut ad doctorem: vt instruamur.
Ut ad benefactorē: vt nutriamur.
Ut ad adiutorem: vt eruamur.

Sicut em̄ d3 esa. xxx. Miserebit tui ad vocē clamoris tui. Et in ps. dicitur Ad te clamauerūt ⁊ salui facti sunt. Deus enim clamat ad hominē vt cōuertatur. hō aūt clamat ad deū vt misereatur hō vero clamat ad hominē: vt cōpatiat. De clamore dei ad hominē dicitur. Mich. vj. Uox domini ad ciuitatē clamabit. Et iohānis. vij. Clamabat iesus: si quis sitit veniat ad me ⁊ bibat. De clamore hominis ad deū dicitur Prouer. xxj. Qui obturat aures suas ne audiat pauperē: clamabit ⁊ ipse ⁊ nō exaudiet. Clamem⁹ igit a dn̄m sua bn̄ficia implorādo: veniam peccatorum postulādo eius misericordiā supplicādo. Elephas enim cū3 ceciderit ad terrā: videns φ per se surgere non potest: solet barrire fortiter ⁊ clamare. ⁊ sociorum suorū iuuamē talibus clamoribus implorare vt dicit. Plini. qui audito clamore: statim ad eū cōueniunt: ⁊ vt possunt sibi subueniūt ⁊ succurrūt. Sic pro certo charissimi: si nos ceciderim⁹ a statu gratie p̄ peccatum: vel a statu prosperitatis per infortuniū: nos p̄ certo debemus clamare ad socios nostros. sc3 ad deū3 ad angelos ad sanctos. ⁊ ad proximos. Clamare dico debemus ad deū per orationē ⁊ suorū beneficiorū implorationem ⁊ sic statim aderit per sui benigni adiutorij manifestā et occultā collationē vnde ps. Ad dn̄m cum tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me. Et alibi. Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit. Mat. xxv. Ideo de tali clamore potest dici illud Esa. xl. Uox dicentis. clama. quid clamabo? Omnis caro fenum. In quibus verbis aduerte. quod est triplex bonus clamor scilicet clamor.

Imperatiuus.
Informatiuus.
Deploratiuus.

De⁹ em̄ clamat nobis imperādo vox inqt dicētis. Predicator clamat suos īformādo. Clama inqt. Et pctor clamat sese deplorādo Quid clamabo inquit: Ois caro fenū. ¶ Dico ergo primo. φ est quidam clamor imperatiu⁹ ⁊ iste est clamor dei ad hoies quo sc3 deus clamat: ⁊ in scriptura ⁊ per pphetas mādata sua declarādo. Uox inquit dicētis. Leo enim terribiliter rugiens atq3 clamās: circa animalia facit circulum: que circulū exire non audentes capi ab eo se permittunt. Sic leo de tribu iuda deus: clamando et imperando in scriptura: circulū mandatorū nobis dedit in quibus debem⁹ manere: ⁊ vsq3 beneplacitū suū sit nos per mortem accipere. vnde debemus penit⁹ nō exire: qui clamor nobis ostenditur cū d3 Uox dicētis. vbi Math. iij. ⁊ esa. xl. Uox clamātis in deserto parate viā dn̄i. Circa qd' aduerte. φ clamor isti⁹ leonis est.

Aliqn̄ expssiu⁹ amoris.
Aliqn̄ incussiu⁹ timoris.
Aliqn̄ pmissiu⁹ valoris.

De⁹ em̄ clamat exprimēdo suū amorē Unde Luc. xxiij. clamās voce magna emisit spiritū. Item deus clamat imprimēdo nobis timorem Apocal. xiiij. Clamauit voce magna ad angelum qui habebat falcem acutam dicens. Mitte falcē tuam et vindemia botros vinee terre. Iste clamor potissime audietur quando dicet. Ite maledicti ⁊c. Item iste clamat promittendo magnū valorem. sc3 promittendo paradisū dicens. Uenite benedicti ⁊c. Mathe. xxv. vnde Ioh. vij. Clamabat iesus: si quis sitit veniat ad me ⁊ bibat. Hic est ergo clamor imperatiuus Uox

dicentis inquit. Mich. vj. Uox domini ad ciuitatem clamat. ¶ Secundo dico. q̄ est clamor informatiuus
D Et iste est clamor predicationis. Clama inquit Onager enim clamat et rugit. vt inueniat vxorē suā q̄n eā amisit. Aquila clamat terribiliter q̄n vadit ad predā cuius clamore audientes predales: tanto terrore terrentur q̄ vix illa die ad predandū animant. Sic vere predicator qui videt q̄ vxores suas. i. animas xp̄ianas quas tanq̄ vxores debet diligere per ipsarū peccatū amisit: debet alte clamare p̄ predicationē ⁊ instructionem: vt ipsas recuperet per penitentiā ⁊ p̄uersionem. Iste enim debet esse sicut aquila alte volans per contemplationē acute videns per discretionē. Terribiliter clamans per cōminatoriā monitionē: vt sic aues predales. idest peccatores ⁊ raptores eius clamorib⁹ terreantur: ⁊ ab actibus impijs retrahant. Osee. viij. In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domū dn̄i. Clama ergo. esa. lviij. Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuā annuncia populo meo peccata eorū ⁊c. Multi tamen sunt hodie quasi illi quos lupus videt qui statim cum ipsos viderit: vocem ⁊ clamorē eis aufert. Corrumpit enim aerem contiguū qui corruptus aufert vocem et clamorē. Sic procerto multi sunt quibus incumbit officium clamandi contra lupū. i. contra dyabolum qui tamen ab aere corrupto. idest. a malis mulieribus taliter inficiuntur q̄ vocem videntur perdidisse inq̄tū clamare contra vitia non presumūt quib⁹ se sentiunt irretitos vnde p̄s. Laboraui clamās rauce facte sunt fauces mee. Iste est ergo clamor infor
E matiuus. ¶ Tertio dico. q̄ inuenitur clamor lamentatiuus. ⁊ iste est quādo homo plangit: clamat et lamentatur de miseria fragilitatis. De p̄missione iniq̄tatis. De offensa diuine maiestatis: quod osēditur cū dicitur. Quid clamabo. Omnis caro fenū. quasi diceret: tot habeo materias clamandi q̄ nescio vbi incipiam quare: quia procerto. Omnis caro fenū. Puer enim statim quādo nascitur incipit clamare: signans miseriam ad quam intrat Mandragora etiā quādo eradicatur solet clamare. f̄m Plinium. Ceruus insup quādo a canibus capitur solet lachrymare. clamare et mugire. ⁊ ad hominem quē naturaliter cognoscit esse pium: solet vltro recurrere et abire. Sic vere carissimi nos debemus plorare et clamare de miseria mūdane habitationis sicut puer q̄n nascit̄. de eradicatiōe a terra. idest de fine mortalis defunctionis sicut mandragora que auellitur de labore presentis tribulationis: sicut ceruus qui impingitur. clamandum est.
Cum homo nascitur: quia nascitur ad laborem.
Cum homo viuit: quia impellitur ad timorem.
Cum homo auellitur a terra. id est quando moritur: q̄r deducitur ad dolorē. Ideo dr̄ Ione. ij. Quod ionas in ventre ceti absorptus a mari clamauit ad dominū Spiritualiter etiam loquendo: quando a terra. idest a deo per peccatū eradicamur q̄n etiā a canibus. i. a demonibus ⁊ a tentationibus impugnamur: nos procerto debemus plangere per contritionē: clamare per confessionem plorare per compunctionē: dolorē ⁊ desolationem: ⁊ ad hominē. i. ad christum refugere: per sui adiutorij implorationē. Iste est enim homo naturaliter pius: ⁊ ideo ad ipsum in necessitatib⁹ est recurrendū ⁊ in tribulationib⁹ clamandū. Unde de incola tu presentis miserie: potest dici illud. Job. xxx. Consurgens in turba clamabā. Frater. fui draconū soci⁹ strutionum. i. demonū ⁊ hominū peruersorū. Ideo a turba ipsorum debemus consurgere ⁊ recedere: ⁊ ad deū recurrere ⁊ clamare. Iuxta illud p̄s: Clamabo ad deum altissimū qui bene fecit mihi. Iste est ergo clamor lamentatiuus: q̄n sc̄z homo lamentatur et clamat propter mundane prosperitatis breuitatē propter humane fragilitatis vtilitatē. quod totū ostendit̄ cū dicitur Omnis caro fenū. vnde ibidē. Esa. xl. ca. Uere fenum est populus. Iaco. j. Exortus est sol cum ardore suo: ⁊ arefecit fenum: ⁊ flos eius decidit ⁊ decor vultus eius deperijt. Et sic ergo patet q̄ est clamor lamentatiu⁹ informatiuus imperatiu⁹. Et iste est multiplex bon⁹
F clamor. ¶ De malo vero clamore nota. q̄ inuenit̄ clamor. Languentis. furentis. et Dolentis. clamat.

Egenus languens in biuio.	seu incēdio. clamori
Tyrannus furens in solio.	egeni debemus sub-
Dānatus dolens in deuio.	uenire. q̄r sc̄z clamor

aliene miserie tribulatiōis ⁊ angustie: debet per compassionē in nostris aurib⁹ introire: ita q̄ ipsis debem⁹ si possum⁹ subuenire vn̄ p̄s. Nō est oblit⁹ clamorem pauperū. Isti eīn̄ pre tribulationib⁹ clamant. q̄r sc̄z tyranni ⁊ mundi miserie eos grauant et quod peius est ipsi clamare: loqui: vel cōtradicere tyrannorū violentijs nūq̄ audent. Inter alpes enim ytalie multe sunt horrende rupes que perpetuis niuib⁹ sunt obsesse. cū igitur per cōcauitates illorū montiū quis trāsierit: necesse est q̄ nō clamet: q̄r statim nix de mōtibus caderet que ipsū in profundū submergeret ⁊ necaret. Sic vere hodie si quis reclamando vel cōquerendo de altis rupibus. i. de tyrannis diuitibus. iuste vel iniuste dixerit. statim a niue. i. a frigore tribulationū: exactionū ⁊ molestiarū ab eis inuolutus erit. Et ideo hodie pauperes ⁊ depressi q̄uis clamādi habeant materias clamare, tamē non audent immo tribulationes suas sustinent. q̄r peius incurrere timent. Iosue. vj. Clamabitis neq̄ audietur vox vestra. neq̄ vllus sermo egredietur ex ore vestro. Iste est ergo clamor egenorum cui debē subuenire. ¶ Itē est clamor tyrannorū qui debē non audiri. Tyrāni enim ⁊ diuites clamant se iactando ⁊ alios deterrēdo. vnde. iij. Reg. j. Insonuit terra a clamore eorū. Litigiosi clamant litigando atq̄ rixādo et alios molestādo: similes ranis q̄ animalia sunt clamosa. Soph. j. Uox clamoris a porta piscium. Detractores clamant alios infamando ⁊ de alijs murmurādo similes porcis q̄ clamāt i stercorib⁹ rauca voce. Mce. v. fact⁹ est clamor populi murmurātis. Patet igit̄ q̄ est clamor iniquorū quē decet nō audire. ¶ Itē est clamor dānatorū qui nequit deliniri qui sc̄z pre tormētis et desperatione clamant. vnde de occisione p̄mogenitorū dr̄. Exo. xij. Ort⁹ est clamor magnus in egypto idest in inferno. Sic igitur patet q̄ inuenitur.

Clamor dānatorū.	Et hoc de clamore sufficit
Clamor iniquorum.	Uide infra de. Exaudire.
Et clamor egenorū.	vbi inuenies autoritatē

diuisā ⁊ p̄secutā. clamauit ad me. et ego exaudiā eū.

Clangor. Cum clangor nihil aliud sit nisi sonus buccine seu tube: non oportet aliud dicere q̄ dictum est de clamore vel de buccina. Uel quod tuba infra dicetur.

Claritas. Clarus. Nota q̄ in scriptu- A ra pōt triplex claritas inueniri: Est eīn̄ ibi claritas habēda. Claritas q̄rēda ⁊ claritas horrēda. Prima ē interior. Scd̄a ē exterior. Tertia ē supior. ¶ Pria ē claritas sp̄ualis. Scd̄a ē claritas eternalis. Tertia ē claritas t̄palis. Prima signat morum honestatē de qua pōt dici illud. j. Cori. xv. Alia est claritas solis. alia lune. alia stellarū. Claritas enim solis est claritas ⁊ sanctitas prelatorū. claritas lune est claritas ⁊ bonitas actiuorū. claritas stellarū est bonitas ⁊ sanctitas p̄templatiuorū. ¶ Secūda signat celi felicitatē. de qua Apoca. xxj. Ciuitas illa non eget sole ⁊ luna: nam claritas dei illuminat illā ¶ Tertia signat mundi p̄speritatē: que. s. debet cōtēni ⁊ horreri. vnde Job. xxxj. Uidi sole cū fulgeret: ⁊ lunam incedentē clare. Luna eīn̄ que est mutabilis. prosperitatem signat: Loquamur ergo aliquantulū magis diffuse de morali: sp̄uali ⁊ interiori claritate que nihil aliud est q̄ sapientia seu discretio q̄ bona apparētia seu honesta conuersatio q̄ bona fama seu splendida reputatio. Tales ergo claritates debem⁹ appetere quibus in nobis ipsis debemus clarescere et alios clarificare. Exponamus igitur illam. autoritatē. j. cor. xv. Alia est claritas sol. alia claritas lune alia stellarū

In quibus

In quibus verbis potest ostendi triplex claritas spiritualis. que in tribus statibus ecclesie. debet principaliter abundare. scȝ in prelatis actiuis ⁊ contéplatiuis.

B ¶ Prima est claritas sapientie ⁊ discretionis ꝙ̄tum ad prelatos. Solis inquit. Secunda est claritas opulentie ⁊ bone operationis ꝙ̄tum ad actiuos. Lune. Tertia est claritas apparentie, et famose ꝯuersatiōis ꝙ̄tum ad cōtēplatiuos. Stellarū. Prima est claritas illuminatiua. Secūda est claritas cōmunicatiua Tertia est claritas letificatiua. Dico ergo primo. ꝙ est claritas sapiētie que est in prelatis ⁊ ista intelligit in claritate sol'. Alia inquit est claritas sol'. claritas enim solis totū mundū illuminat nunꝙ̄ deficit seu cessat. et cunctis alijs luminarib9 lumē prestat. Sic vere sapiētia prelatorū debȝ per doctrinā alios illuminare nūꝙ̄ debet per negligentiā vel ignorantiā cessare vel deficere: ⁊ lumen scientie ⁊ gratie debet alijs distribuere. vt de tali claritate possit dici illud. Sap. vj. Clara est ⁊ q̄ nunꝙ̄ marcessit sapientia: Sapientia enim istorum nunꝙ̄ debȝ in iudicādo errare. In cōmonendo ⁊ informando subditos ⁊ instruendo nunꝙ̄ debet esse marcescens. deficiens seu cessans. Aduertamus tamen carissimi: ꝙ claritas solis deficit aliquotiens duplici ratiōe. Aliquādo per lune interpositionē. In nouilunio enim quando luna inter nos ⁊ solē interponitur. claritas solis ꝙ̄tum ad nos obscuratur ⁊ eclypsatur. Aliquando per vnius lapidis qui dicitur elytropia virtutem ⁊ operationē. Iste enim lapis quadā sua mirabili virtute: si in aqua ponatur ⁊ solis radijs perfundatur facit aquā euaporare ⁊ in nubē resolui. Et sic videtur ꝙ sol rubeus efficitur: et ꝙ a claritate propterea eclypsatur. vt dicit diascorid'. vnde ī lapidario dicitur. Ex re nomē habens est hic elytropia gēma. Que solis radijs aque subiecta trementi. Sanguineū reddit mutato lumine solem. Eclypsimq; nouam terris effundere cogit: Vere charissimi: istis duobus modis eclypsantur homines ⁊ deficiunt a claritate sapientie ⁊ rationis: ⁊ a recti iudicij veritate Et primo per lune interpositionem. idest per mundane fluxibilis prosperitatis nimiā delectationē. ¶ Item per elytropie operationē. idest per carnalis affectionis. ⁊ per personalis acceptionis impeditionē. Elitropia enim dicit ab ely quod est sol: et tropos quod est conuersio quasi solis conuersio. Ista enim duo scȝ temporaliū amor et ambitio. ⁊ carnalis affectio seu personarū acceptio: procurant hodie solis. idest prelatorū cōuersionē. Faciūt enim hodie solē sanguineū ⁊ obscurū: q2 scilȝ per ista duo prelati fiunt sanguinei ⁊ carnales: ⁊ a claritate veri iudicij eclypsantur. vnde Joelis. ij. Sol cōuertetur in tenebras ⁊ luna in sanguinē. Ideo potest hodie dici multis ecclesijs illud. Esa. lx. Non erit tibi sol ampli9 ad lucendum idest bonus prelatus ad veraciter iudicandum vel ad sagaciter illuminanduȝ. vnde talis ecclesia vel patria figurari potest in illis que dicunt apoca. xxj. de ciuitate hierusalem. Solem inquit non vidi in ea. ita ꝙ isti possunt dicere illud. j. Machab. j. Claritas nostra desolata est. Non sic ergo carissimi: sȝ sit in prelatis claritas sapientie. Solis inquit, esa. lx. Nō

C occidet vltra sol tuus. ⁊ luna tua nō minuetur. ¶ Secundo debet esse in actiuis claritas cōscientie. Alia inquit est claritas lune. Luna enim que est planeta terre propinquior signat bonos actiuos: qui prope terrā idest prope terrena negocia sunt siti, et necessario occupati qui reuera claritatem et mundiciā scientie tenentur habere. Quia sicut luna ꝙ̄ꝙ̄ propter vmbraȝ terre multotiens perdit lumen ꝙ̄tum ad apparentiā nostram. Istud tamen veruȝ est. ꝙ illa pars lune quā sol respicit: semper est clara et illuminata. Sic vere ꝙ̄uis boni seculares et actiui ex vmbra terre. idest ex ꝓpinquitate terrenorū negociorū: que administrant cōtrahant sepissime tenebras, defectuū qui variātur in diuersas ⁊ varias figuras conditionū istud tamen debet esse certum et verum. ꝙ illa pars ipsorum quā sol iusticie deus principaliter respicit. scȝ cor ⁊ consciētia semper debet esse per gratiā illuminata: clara pariter atq; mūda. Claritas lune inquit. vnde illud Job. xxxj. Vidi solem cū fulgeret: ⁊ lunā incedenteȝ clare. Quod est contra multos: qui procerto magis appetunt esse clari exterius ꝙ̄ interius magis in corpore ꝙ̄ in corde magis in apparentia ꝙ̄ in ꝯscientia. Isti sunt similes speculo qui habet claritatē exterius ⁊ nō interius. Similes enim sunt noctiluce: que habet claritateȝ de nocte et non de die. in parte posteriori et non anteriori. Sic vere charissimi: multi sunt qui plus volunt esse: ⁊ videri clari. idest famosi: curiosi et politi exteri9 in visu hominum: ꝙ̄ interius in corde. quod deus respicit et videt. Magis enim appetunt claritateȝ mundane glorie que in nocte huius vite rutilat ꝙ̄ claritatem conscientie que tamen in die future vite nihil estimabitur vel lucebit. Magis volunt clari in parte posteriori esse. idest in corpore ꝙ̄ in anteriori. idest in mēte vnde Baruc. vj. Neq; lucebunt vt sol neq; illuminabunt vt luna. Non sic ergo: sed habeamus claritatem conscientie.

¶ Tertio dico. ꝙ in ꝯtemplatiuis dȝ esse D claritas apparentie. idest splendor sapientie ⁊ honeste conuersationis. quod ostenditur cuȝ dicitur: Alia est claritas stellarum. Stelle enim sunt corpora diaphana. habent enim claritatem non solū interius sȝ etiaȝ exterius. Sic vere contemplatiui qui more stellarum in celo. idest in celestibus per contemplationem ⁊ affectionem debent esse siti ⁊ fixi. Iuxta illud Genes. j. Stellas posuit in firmamento celi: tales dico non solum debēt esse clari interius per ꝯscientie puritatem immo etiam exterius per apparentie venustatē et per bone fame reputabilem sanctitatē. vnde. j. Corint. xv. Stella differt a stella in claritate: quod est cōtra multos qui scȝ nō habēt claritatē nec interius nec exteri9 Sicut sunt insolentes et inhonesti viri: quorum exterior conuersatio potest dici magis obscura ꝙ̄ clara: nigra ꝙ̄ alba ingrata ꝙ̄ accepta. vnde tales non habent claritatem

In aspectu. — In aspectu habent deformitatem.
In habitu. — In habitu habent curiositatem.
In vultu. — In vultu verecundā frondositatem.
In actu. — In actu īhonestā operū multiplicitatē

De istis ergo carētibus sic claritate: pōt dici illud Leuiti. xiij. Vbi dicitur. ꝙ si apparuerit cādor non satis clarus lepram signabit. Non sic ergo charissimi: sed habeamus claritatem spūalem que scȝ consistit.

In sapientie limpitudine. — Et proculdubio si ta
In conscientie sanctitudine — lem multiplicem cla
In apparētie pulcritudine. — ritatem habuerim9

ad finalem claritatem paradisi finaliter attingemus Iuxta illud. ij. Corin. Nos vero reuelata facie gloriā domini speculantes in eandem imaginē transformamur a claritate in claritatem. A claritate dico gratie ad claritatem glorie. Et sic patȝ ꝙ ista est claritas spiritualis quam debemus habere. ¶ Secundo dico ꝙ E est claritas eternalis quā debemus optare. Aues enim nobiles magis diligunt loca clara ꝙ̄ obscura sicut patet: quia in locis altis vbi est.

Aer purior. — Faciunt nidos suos. sicut de
Locus mundior — aquila dicitur Job. xxxix. Ele
Splendor clarior. — uabitur aquila in arduis po

net nidum suum. Sic reuera charissimi: si nos simus aues spūales. virtuosi nobiles. famosi ⁊ morales debemus claritatem paradisi ⁊ bonorū eternorū diligere. Et ideo in ipsis locis altissimis celi: debemus, per contemplationem et affectionem nidificare. Ibi est eniȝ.

Locus purior sine feditate.
Locus clarior sine obscuritate.
Locus sanctior sine infirmitate.

Unde Thobi. xiij. Benedictus ero si fuerint reliquie seminis mei ad videndum claritatem hierusalem. Ista est claritas eternalis quam debemus optare.

¶ Tertio dico ꝙ est claritas mūdialis prosperitatis. F

quam debemus horrere. Et ista est claritas et splendor mundane prosperitatis. Ista enim est similis splēdori lampadis quam frequentant papyliones circa quam comburūt sepissime alas suas. Similis etiam est splendori fulguris: que quāuis splendeat ꝛ clarescat vrit tamen ꝛ dissipat quicquid tangit. Sic vere claritas mundane ꝓsperitatis illos qui more papylionis circa eam ambulant et discurrūt facit incurrere multa vitia et peccata. oleum enim sue claritatis ipsos inficit et inquinat. et ignis sue pietatis alas. idest. affectiones eorū vrit et inflammat. fulgur insuper crudelitatis ipsos dissipat et eneruat Claritas enim diei ledit oculos paruulorum. Claritas enim peluis ardentis excecat oculos visorum. Sic procerto splendor et claritas mūdane glorie: pueros ꝛ viros. idest iuuenes et prouectos excecat per peccatū. vnde Act. xxij. Cum non viderem per claritatē luminis illius ad manꝰ tractus veni damascum Damascus enim interpretatur sanguinis potus vel sanguinis osculum. Quia reuera illi qui per claritatem mundane glorie excecantur ad sanguinis idest ad peccati potum ꝛ osculum inclinātur ꝛ ibi per malas ꝯplacentias attrahuntur. Patet ergo ꝙ est claritas spūalis claritas eternalis claritas mundialis. Hec ergo de claritate sufficiunt.

A **Claudere.** Nota ꝙ claudere idē ē ꝙ obstruere. stringere. vel serare. abscondere vel occultare. Et potest accipi in bono et in malo. In bono signat humilitatem que se claudit ꝛ inuoluit ne bona ipsius videantur. et ne sibi per inanem gloriam auferātur. vnde Math. vj. Claude hostia tua super te et ora patrem tuum qui videt in abscondito. In malo autē signat cupiditatem ꝛ parcitatē que ita claudit et stringit hominem ꝙ ipsum per elemosinā aperiri aliqualiter nō permittit Hier. xiij. Ciuitates austri clauserunt ꝛ nō est qui aperiat. Aduertamus igitur ꝙ est.

Clausura virtuosa.
Clausura vitiosa.
Clausura tediosa.

Prima clausura est qua hō infra muros discipline regularis ꝛ diuinorū mādatorum abscondit ꝛ clauditur ꝛ qua per humilitatē a visibus hominū abscōditur ꝛ celatur. Ista etiā est clausura qua nos debemus sensus exteriores claudere ne intrent exteriora delectabilia corda nostra. Quādiu enī pinella est clausa: pinelli ipsius non comeduntur nec sibi subtrahuntur. statim autem ꝙ super ignem ponitur: ipsa aperitur ꝛ pinelli cadunt exeunt et sumuntur Sic vere carissimi. Quādiu infra ꝓdictas clausuras clausi fuerimus et restricti. sani et integri erimus. et pinelli nostri. idest interiores gratie et virtutes nobis nullatenus subtrahentur. Si vero super carbones bonorū temporalium nos ponamus: tunc per desideria aperimur et nobis interiores gratie auferuntur. Claudamur ergo. Dan. xiij. Ostia pomerij claudite. vnde Gene. viij. Adduxit spiritū super terrā ꝛ imminute sunt aque et clausi sunt fontes abyssi. Quādo enim fontes abyssi. idest sensus exteriores claudūtur. tunc aque delectationū diminuunt. ꝛ spūs sanctus in eis ꝓducitur et causatur. De tali ergo clausura dr̄ ibidē Gene. viij. Clausi sunt fontes abyssi ꝛ cataracte celi. et prohibite sunt pluuie. In quibus verbis ostenditur. ꝙ nos debemus Claudere Sensus corporales. fontes abyssi Restringere. Motus carnales cataracte celi Arcere. fluctus criminales. prohibite inquit sunt pluuie. fontes enim exteriorū sensuum sunt claudendi Ambitus interiorū montium sunt restringendi fluctus deteriorum actuum sunt arcendi. Claudi ergo debꝫ

B Sensuum vanitas.
Cordiū leuitas.
Carniū voluptas.

seu actuū vtilitas. Claudamus ergo sensuū vanitatem qd̄ ostēditur cum dr̄. fontes abyssi Abyssus est locus ꝓfundissimꝰ a quo oīa flumina possunt exire et in quem omnia possunt intrare. Sic sensus nostri sunt profundissimi et capacissimi: sicut patet qꝛ visus pōt cōprehēdere omnia visibilia auditus omnia audibilia gustus oīa gustabilia et sic de alijs. Omnes enī illiciti appetitus per istos sensus possunt intrare vsqꝫ ad cor Hiere. ix. Mors intrat per fenestras nostras. Omnes etiā mali aspectꝰ: cogitatꝰ actus. per istos fontes possunt exire. Et ideo breuiter necesse est: ꝙ isti fontes claudantur et a concupiscentijs arceantur. Qd̄ vtiqꝫ ipsa sensuū instrumēta videātur satis significare. que inter quasdā clausuras naturaliter sunt inclusa Oculi enī includunt in palpebris aures in cartilaginibus circūuolutis Nasus labio superiori claudit. lingua muro dentiū ꝛ labiorū includit Et sic breuiter loquēdo: oēs sensus naturales quibusdam clausuris vallantur. quod est ad denotandū qd̄ ipsos debemus claudere: ꝛ ne illicite vagent cū discretiōis muro includere ꝛ ambire. vnde Josue. x. Ponite viros industrios qui clausos custodiāt. Viri industrij sunt virtutes: ꝛ discretio: ꝛ disciplina: que procerto sensus debent claudere et a superfluis vagationibus custodire. ergo claudendus est.

Visus ne videat vanitatem.
Auditus ne audiat prauitatem.
Gustus ne comedat voluptatem.
Odoratus ne odoret mundi suauitatē.
Tactus ne nimis tangat ꝓseueritatē.

C ¶ Primo ergo dico. qd̄ nos debemus claudere oculos ipsos a vanis aspectibꝰ ꝯpescendo. Aues enī que habent acutū visum: habēt ipsum vt cōiter valde clausum ille aūt que visum habēt debilē oculos valde aptos sicut ptꝫ in aquila que clarissime videt: cuius oculus paruus est inclusus ꝛ ꝓfundus. Et in noctua que debilē hꝫ visum. ꝛ ideo oculum habet apertum valde et magnum. sicut dicit Aristo. Patet etiaꝫ de piscibꝰ qui parū vident. qui clausura palpebrarū carēt: ꝛ apertos oculos semꝑ habēt. Sic vere charissimi: illi q̄ sunt clarius vidētes. s. discreti, viri aquilini ꝛ contēplatiui tenent vt cōiter oculos suos clausos ꝛ inclusos. Oculos dico corporis ne exterius vagentur ꝛ oculos intellectus ꝛ mentis: ne superflue circa subtilitatē sciētiarum meditētur. vnde esa. xxxiij. c. Claudit oculos suos ne videat. Sed reuera illi qui sunt sicut noctua: que. s. per ignorantiā carent visuali ꝛ intellectuali claritate tales dico pre ceteris habēt apertos oculos ꝛ nō clausos. Sicut pꝫ ī illis q̄ oculos corꝑales aperiūt ad aliena facta vidēda ꝛ inuestigāda ꝛ ad aliena bona acq̄renda ꝛ desiderāda. Et sicut ptꝫ de luxuriosis: qui habent oculos apertos ad respiciendū impudice vxores alioꝝ in auaris: qui oculos hn̄t apertos ad ꝯcupiscēdas diuitias alienas ꝛ cetera silia. vn̄ ꝓuer. xvij. Oculi stultorum in finibus terre. et eccl's. ij. Oculi sapientie in capite eius. Itē istud ptꝫ in multis insipiētibꝰ q̄ oculos spiritales intellectus habēt nimis aptos. s. Ad inuestigandū altitudinē scientiarū. Profunditatē opinionum. Et sublimitatē rerū ꝛ dei operationū. Qui plus volūt sapere q̄ oportet sapere ꝛ nō ad sobrietatē. Ro. xv. Qui altiora se volunt querere et in rebus superuacuis curiosi esse cōtra consilium. Eccl'i. iij. Tales dico nō habent clausos oculos sed apertos. Non sunt circūspecti: sꝫ indocti. Nō sunt sapiētes: sed errātes. De istis dr̄. Job. ix. Aperuit oculos ceci nati. Nō sic ergo: sed claudamꝰ oculos ipsos a vanis aspectibꝰ cōpescēdo. ¶ Scd̄o claudamꝰ aures ipsas a malis auditoribꝰ ipsos excludēdo. Sicut enim aspis claudit et obturat aures suas ne audiat incantatorē. Sic nos debemus aures nostras auertere ꝛ claudere ne malos incantatores. s. detractatores. adulatores et maloꝝ suggestores aliqualiter audiamus Eccl'ici. xxviij. Sepi aures tuas spinis et noli audire verbum neq̄. ¶ Tercio claudamus nasum a malis odorationibus. Nasus enim qui discernit inter odores. signat cōditionē inuestigatiuā ꝛ exploratiuā qꝛ scꝫ multi sunt qui non querūt nisi sentire ꝛ inuestigare cōditiones aliorū. Vix enim bonum possunt presumere de quocunqꝫ. figurati Leuit. xxij. vbi dicitur. Quod illi qui valde magnum hn̄t nasum

sunt a

sunt a sacerdotio repellendi. Talis ergo nasus.idest talis investigatio odoris et fame aliene in nobis est claudendus. Narratur enim in fabulis. Quod leo precepit asino ꝙ se oscularetur. quo ꝯtradicto: ſꝫ finaliter facto petijt ab eo. vtrū feteret: Respondit ꝙ non: imo valde suauiter fragraret. Leo aūt dixit. Mentiris inquit adulator pessime certus sum de ꝯtrario. ⁊ cū vnguibus excoriauit sibi caput. Tandem vocauit lupuꝫ qui coactus dedit osculū sicut alter. Et petenti a lupo vtrū feteret: Respondit ꝙ ita: quo indignatus leo vulnerauit eū cum vnguibus dicens. Ribalde. detractor tu dicis mihi iniuriam: Tandem vocatur vulpes: que dato osculo ⁊ petito vtrum feteret: Respōdit. O sic inquit parcas mihi. qꝛ procerto nasus meus ita clausus est reumate: ⁊ obstructus: ꝙ nihil penitus possuꝫ sentire. Leo autem ex dictis istis contra non potuit indignari. Securius ergo est habere nasuꝫ clausuꝫ ꝙ apertum nihil sentire de fama aliena ꝙ verū vel falsum dicere tam ex vero enim ꝙ ex falso dicto incurrunt multe indignationes ex ignorantia autē vel ex taciturnitate nulla: vnde ezech. xxiij. Nasum ⁊ aures precidēt. ¶ Quarto dico. ꝙ claudendus est gustus a malis delectatōibus. Os eīm hominis respectu aliorū animalium: valde est paruū. clausum ⁊ minus apertū ad denotandū ꝙ homo summe debet esse sobrius: ⁊ in illis que pertinent adgustum, ⁊ in illis que pertinent ad loquelam. Gen. xxix. Os eius grandi lapide claudebat. ¶ Quinto autem debet claudi tactus a duris correctionibus. Leo enim ambulat pedibus ⁊ vnguib⁹ clausis: ne forte tangēdo lapides ledat. ⁊ destruat vngues suoꝫ. Sic procerto carissimi: semper ⁊ cōmuniter debemus vngues correctionis nostre habere clausos: quia scilicet raro debemus eos aperire vel extendere ad tāgendum per duriciam et crudelitatem. vnde Eccl. xliij. vbi manus multe sunt clause. Et sic ergo patet: ꝙ quinꝙ sensus diuersimode sunt claudendi. Sed procerto mundi petōres ipsos non claudūt isto modo sed potius contrario. Quia reuera multi claudunt.

Aures ne audiant pauperem clamantem.
Oculos sicut talpa ne videant mortē ꝓpinquantem.
Nasum ne sentiant infirmum fetentem.
Os ne doceant simplicem errantem.
Manum ne nutriant fame pereūtem.

Ideo breuiter omnes tales possunt dicere illud. Hier. xxxvj. Ego clausus sum: nec intrare valeo domū domini. Non sic carissimi non simus clausi malo modo: ſꝫ bono et claudamus vt dictuꝫ est sensuum vanitatem Sicut enim dicit. iiij. Reg. iiij. Cum mulier vidua clausisset portas domus sue oleum eius multiplicatuꝫ est et creuit. Sicut etiaꝫ dicitur ioh. xx. Cum fores essent clause: xp̄s ad discipulos suos venit. Ad denotandum ꝙ tunc oleum gratie augmentatur interius. ⁊ xp̄s ad nos venit propinquius cum porte sensuum nostrorum caude clauduntur exterius: Claudamus ergo sensuū vanitatem. Clausi sunt inquit fontes abyssi. Prouer. viij. Certa lege vallabat abyssos. Et hoc ē primū claudendum. ¶ Secundo dico ꝙ nos debemus claudere
D cordiū leuitatem. Cor enim claudendū est ⁊ arcenduꝫ ne nimis effluat per malas cogitationes et ne indiscrete se exterius manifestet per fatuas reuelationes. ⁊ ne nimis se erigat per altas opiniones. Quod ostenditur cū dicitur Quod catharacte celi clause sunt. Catharacte enim celi sunt secretissima loca aeris: in quibus pluuie ⁊ alie impressiones aeris generantur ⁊ signant profunditatē cordis humani. a quo multe male impressiones peccatorum procedūt quia sicut dicit Marci. vij. A corde exeunt cogitationes male: furta. homicidia ⁊c. Ista ergo sunt claudenda: nec interius tenenda: nec exterius propalanda. iuxta illud prouerb. xxv. Secretum extraneo ne reueles et ecclesiasti. viij. Non omni homini cor tuū manifestes. iste ergo sunt catharacte celi que sunt claudende Apocal. xj. Hij habent potestatem claudendi celum. Per celum enim intelligitur cor: quod vtiꝙ debemus celare ⁊ claudere Taxus enim cum sua cauda pilosa claudit foramē cauerne sue per quod videt ventum intrare ſm Pliniū. Sic vere carissimi: cauernam cordis nostri debemus claudere cum cauda idest cuꝫ memoria mortis nostre ne ventus vanitatis possit inibi subintrare. Luce. iiij. Clausum est celū annis tribus. Includamus ergo cordium leuitatem. ¶ Tertio dico. ꝙ nos debemus claudere et includere carnium voluptatem. Prohibite inquit sunt pluuie. vnde Hiere. iij. Prohibite sunt stille pluuiarum. Claudenda ergo est. E

Uanitas sensuum.	¶ Et ista ergo est clausura
Leuitas cordium.	virtuosa: qua ſcꝫ nos alij de
Uoluptas carnium.	bemus claudi et abscondi.

Dicit enim diascorides. Quod flores capparis si clausi colliguntur sunt medicinales: si dilatati fuerint nihil valēt. Sic inter ecclesiasticos: ⁊ maxime religiosos: illi qui se tenēt clausos ⁊ cautos ⁊ in proprijs claustris absconditos: boni sunt. Illi vero qui nimis manifestando: vel per mundū discurrendo dilatantur: bonitate et precio pauperantur. Sicut patet potissime de monialibus que quia extra claustri clausuram indiscrete vagantur ideo luxuria inquinantur. sicut patuit de Dyna Gen. xxxiiij. Ideo de sancta muliere ⁊ casta. iuditb dicitur iudith. viij. Quod cum puellis clausa morabatur. quod est etiā contra religiosos ⁊ vagabūdos per seculuꝫ discurrentes. Ista est ergo clausura virtuosa. ¶ Sed adhuc dico secundo. ꝙ inuenitur clausura F
vitiosa. et ista est clausura auaricie. clausura immundicie: clausura verecundie. Auari enim claudunt diuitias ne expandant immundi claudunt seipsos vt act⁹ malos exerceant et exequantur. Peccatores et obstinati per verecundiā ⁊ malam consuetudineꝫ claudūt corda sua. ne. ſcꝫ confiteantur. Auaricia enim luxuria et verecundia sunt quedam clausure quidaꝫ carceres in quibus dum diabolus homineꝫ incluserit de suis amplius laqueis vix euadit. vnde Gene. xxxix. Tradidit Joseph in carcerem ⁊ erat ibi clausus. Ista est ergo clausura vitiosa ¶ Tertio dico. qꝺ inuenitur clausu G
ra tediosa seu dolorosa. Et ista est clausura qua ianua paradisi reprobis clauditur. De qua dicitur Luc. xiij. Cum intrauerit paterfamilias et clauserit hostium. incipietis foris stare. vel clausura qua reproborum cetus in inferno includitur. De qua esa. xxiiij. Cōgregabuntur congregatione vnius fascis in lacum. ⁊ includentur ibi in carcere. De clausura vero vteri virginalis que figurata est in porta clausa: et exemplificata in concha clausa. dic ꝙ illū quem celi capere non poterant. in vtero virginis est inclusus. De quo Senec. epistola. liij: Magni artificis est clausisse totuꝫ in exiguo et hoc de claudere sufficit quo ad presens.

Claudus. Claudicare. ¶ Nota ꝙ claudicatio A

sumitur in scriptura in bono et in malo. Et sic nota quod est claudicatio in rebus que est miseranda. ⁊ est claudicatio in moribus que est abhorrenda Est dico claudicatio in rebus: et ista nihil aliud est ꝙ infortunium vel paupertas. quia scilicet miseri et pauperes a fortunato incessu et a ꝓspero statu claudicare noscūtur nō eīm incedūt i illa fortune rectitudine qua diuites. Penitentes etiam claudi ꝓnt dici qꝛ ſcilꝫ a cōmuni incessu mundanorum et iniquorum declinant et deuiant et sic bono modo claudicant. figurati in iacob. quia sicut dicitur Gene. xxxij. Tactus ab angelo luctatore. emarcuit neruus femoris eius. et sic fuit perpetuo claudus factus. quia scilicet quando intrinsecus homo ab angelo idest a deo per inspirationem vel extrinsecus per tribulationem tangitur. tunc in eo neruus femoris. idest carnis delectatio marcessit. ⁊ sic spiritualiter claudus fit: inꝙtum a motum malorū gressu et processu recedit iusti ergo hoc modo claudi dicuntur quia pedes. idest. affectus illorum in vna parte decurtantur. Pedes enim affectus signant iu-

pta illud Augu. Pes meus affectus meus eo feror quo cunq; feror. Pes ergo dexter est affectus spiritualium pes sinister est affectus temporalium. sed reuera iusti vno pede ambulant et incedunt. quia sola spiritualia affectant et diligunt. et temporalia vilipendunt. et sic vno pede claudicant et altero bene vadunt Esa. xxxv. Tunc saliet sicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutorum. Si vis compara tales ceruo: qui affectat et desiderat ad fontes aquarum: sicut supra in loco suo Et nota quod tales claudi.
Ad deum reuertuntur celeri profectu.
Futura speculantur limpido prospectu.
Lachrymis abluuntur pro suo defectu.
A christo inuitantur paterno affectu.
Superne consolantur in dei conspectu.
¶ Isti igitur ad deum reuertuntur per penitentiam Hier. xxxi. c. Inter quos erunt cecus et claudus cetus magnus reuertentium huc Item isti eterna speculantur per sapientiam Math. xi. Ceci vident. claudi ambulant. Item isti lachrymis abluuntur quo ad conscientiam. vnde ioh. v. dicitur. quod circa probaticam piscinam erat multitudo claudorum et aridorum expectantium aque motum. Item a xpo inuitantur per amiciciam: vnde Luc. xiiij. dicitur. Quod ad conuiuium patrisfamilias ceci et claudi intrare sunt compulsi. Item superne consolantur per eternam leticiam. vnde illud predictum. Tunc saliet sicut ceruus claudus. scilicet pre gaudio. Sic ergo patet quomodo claudicatio sumitur pot in bono
B Sed adhuc dico quod sumi potest in malo. et sic dico quod ille claudus dicitur qui in vita et moribus non recte incedere sed deficere comparabatur et sic generaliter omnes peccatores claudi dicuntur. Lupus enim et vulpes crura sinistra habent dextris longiora: et sinistris dextra breuiora. Et ideo isti semper claudicant in dextra parte: Et pro certo peccatores plus abundant in affectu et desiderio terrenorum quam sunt defectibilia et sinistra quam spiritualium et dexterorum. et ideo isti a parte dextera seu pede dextero claudicare dicuntur quia deficere in spiritualibus comprobantur. Prouerb. xxvi. Claudus pedibus iniquitatem bibens.

Nota igitur quod talis claudus.	Dico quod talis clau
Ab omni dignitate debet repelli.	dus ab omni ecclesia
A celi ciuitate debet expelli.	stica dignitate iure
A propria hereditate solet auelli.	repellitur. vnde Deu. xv

dicitur. quod animal quod erat cecum vel claudum immolari domino non debebat. Non enim cecus et claudus ministrare in sacrificio minime dignus erat. sicut dicitur Leuit. xxi.
¶ Item talis claudus a celi ciuitate: et a xpi societate iure repellitur. Vulcanus enim secundum fabulas quia turpis erat de celo fuit eiectus. et dum caderet factus est claudus. Ponit etiam iustinus hystoriographus. Quod appollo responderat lacedemonijs. quod tunc eorum imperium deficeret quando regnum cum rege pariter claudicaret. quod et factum est. quia agesilao claudo regnante: cepit regnum eorum vacillare et claudicare. et tandem penitus necesse habuit atheniensibus preualentibus deficere et cessare: Ex hoc ergo concludo quod taliter claudicantes non sunt digni in celo manere nec regni celestis gloriam obtinere. Figura ij. Reg. v. Dauid precipitur quod cecos et claudos de hierusalem expellat et auferat. ¶ Item talis claudus propria hereditate. scilicet gratia et gloria auellitur sicut de miphyboset dicitur. ij. Reg. x. et. ix. Quod cadens factus est claudus et tandem propria hereditate in dimidio diminutus. Temporalia enim et eterna sunt due partes hereditatis nostre: sed procerto talibus claudis hereditas dimidiatur. quando celestia dimissis eis temporalibus subtrahuntur. Sic ergo patet quod claudicatio sumitur in malo: vsquequo ergo claudicatis in duas partes iij. Reg. xviij. Propterea autem dicitur. quod instabiles et falsi. bilingues et proditores claudicare dicuntur et cetera. Sufficit.

A **Clauis.** Nota quod clauis est instrumentum ad claudendum et aperiendum ordinatum. Et sic dico quod spiritualiter per clauem potest intelligi.

Potentia superioris.	Est dico clauis potentie
Scientia discretionis	qua scilicet superiores quam habent
Justicia veracionis.	iurisditionem. fores ec-

clesie aperiunt atque claudunt: inquantum scilicet excommunicatos eijciunt et absolutos inducunt. et inquantum ad sacramenta et ad statum et beneficia ecclesiastica homines recipiunt vel repellunt. Ideo petro et successoribus prelatis dictum est Math. xvi. Tibi dabo claues regni celorum. Istam potestatem etiam habet xpus qua scilicet regnum celorum potest omnibus aperire. et animas saluare. soluere et ligare quia sicut dicitur Apoca. iij. Ipse habet clauem dauid: et aperit et nemo claudit. claudit et nemo aperit. Et etiam ista potestas sua se extendit ad inferos inquantum ibi potest damnatos claudere et illos qui sunt in purgatorio liberare. Figuratus in illo angelo Apoc. ix. qui habebat claues putei abyssi. et cathenam magnam et apprehendit draconem et cetera. quod etiam ad prelatos potest pertinere quia scilicet cum claui potestatiue iurisditionis: debent impios coercere Aduerte tamen quod clauis iuridica malorum superiorum magis vacat hodie ad flagellandum bonos quam malos. Narrat enim geruasius. quod karolus magnus omnia ydola hyspanie confregit preter vnum ereum situm in terra vandalorum idest in regno granate quod frangere non potuit. Et hoc vt dicitur quia machometus ibi demones inclusit. Est igitur ydolum ereum super vnam columnam lapideam in confinio maris situm. quod in mari clauem tenebat et faciem conuertebat ad austrum. quod tante dicebatur esse virtutis quod xpiani appropinquantes illico puniebantur: saraceni vero ipsum adorantes nullatenus ledebantur. Sic vere mali superiores sunt hodie ydola per ignorantiam. sunt erei: quia facile sonant et feriunt vel furiunt per impatientiam sunt super altam columnam. quia alte presunt per preeminentiam et superbiam. Clauem habent in manu idest potestatem iudiciariam: qui scilicet a demonibus inhabitantur per nequicias xpianos. idest bonos occidunt et grauant per iniusticiam: Saracenos vero. i. malos cum adorare. idest adulari velint non ledunt: sed eos potius diligunt et defendunt per acceptationem et maliciam Isti figurantur apocal. ix. in illa stella cadente de celo cui data est clauis putei abyssi. quo aperto exiuit fumus qui obscurauit solem et aerem de quo exiuerunt locuste et cetera. Sic vere isti qui deberent esse stella stans: sunt stella cadens. habent clauem putei abyssi. idest. crudelem et impiam iurisditionem: et sic fit quod puteo insatiabili cui presidet: idest de ipsorum curia exit infamie fumus sicut fornacis inquit magne. quia sicut fornax auaricia omnia deuorans est apud eos conturbata et obscurata ita sol et aer idest tota patria est per eos conturbata et etiam obscurata et merito. quia locuste idest mali familiares qui de puteo abyssi idest de eorum domo et curia exeunt omnia deuorant et corrodunt. Joel. j. Residuum eruce comedit locusta residuum locuste comedit brucus et cetera. Quia scilicet tot sunt ibi mali familiares. quod omnia vnus post alium succesiue corrodunt. Et si vis dic de effigie ista locustarum. sicut in reductorio meo lib. xiij. c. ix. Ista est igitur clauis potentie. ¶ Secundo est clauis scientie que scilicet docet quomodo est apertio vel ligatio facienda. Non sufficit enim prelatis prima sine secunda. Multi tamen habent istam qui male vtuntur ipsa sicut sunt mali clerici qui sciunt bonum facere. et non faciunt. nec alios facere sinunt. Contra quos Luce. xi. Ve vobis pharisei et ypocrite qui tulistis clauem scientie et illos qui intrabant prohibuistis intrare. ipsi vero non introistis. ¶ Tertio est clauis iusticie qua scilicet mediante boni debent in ecclesia et alijs dignitatibus introduci mali vero repelli. Esaie. xxij. Dabo clauem dauid super humerum eius. Clauis dauid est iusticia Juxta illud Hiere. xxiij. Suscitabo dauid germen iustum et cetera. ¶ Vel si vis dic adhuc. quod clauis que est instrumentum ad aperiendum et claudendum potest significare tam in bono quam in malo. Unde nota. quod quia in aperiendo requiritur potentia. et scientia. C
Ideo in scriptura inuenitur generaliter duplex clauis.

Est enim

Est enim clauis potentie et iurisditionis. et est clauis scientie et discretionis. Prelati enim boni istam duplicem clauem habere tenentur vt possint et sciant exequi quod iubentur. Et ideo in armis papalibus et in vexillo ecclesie super campo rubeo duplex clauis argētea pingit̄ ad denotandū ꝙ plati ecclesiastici rubei. ignei ⁊ inflāmati ꝑ caritatē existūt ⁊ adiūcto argēto examinate eloquētie: duplici claue potētie ⁊ sciētie potiūtur. vt de quolibet iusto prelato ⁊ de qualibet tali claue intelligatur illud. Esa. xxij. Dabo clauē domꝰ dauid sup humerū eius. ⁊ aperiet ⁊ nō erit qui claudat et claudet ⁊ non erit qui aperiat. ⁊ figam eū paxillum in loco fideli. Expone si vis de iurisditione. bonorū q̄ dicit̄ clauis dauid quia fuit iustꝰ prelatꝰ q̄ scꝫ iuste debēt claudere ⁊ serare. Nō est cōtra multos qui nō vidētur habere clauē dauid. i. iurisditionē istā: sed potius clauē abyssi. i. iurisditionē impiā ⁊ crudelē. figurati Apoca. ix. vbi dr̄. ꝙ stella magna cecidit de celo ⁊ data est ei clauis putei abyssi. ⁊ aperuit puteū. ⁊ ascēdit fumus sicut fornacis ⁊ obscuratꝰ est sol ⁊ aer. ⁊ cū fumo exierunt locuste super terrā. quibꝰ data est ptās nocēdi: ⁊ habebāt aculeos scorpionū. Stella ista est malꝰ iudex vel platus vel princeps qui reuera clauē habet abyssi. inq̄tū sua ptās iuridica insatiabilitati auaricie. que per abyssum intelligit̄ est cōnexa. De puteo ergo abyssi. i. de ꝓfunditate auaricie q̄ per istos cōtinue aperitur exit fumus fornacis magne. i. infamia valde magna que aerē ⁊ solē. i. bonas ꝑsonas tāgit ⁊ eos tristificat ⁊ obscurat. Exinde etiā exeūt locuste. i. voraces balliui ⁊ officiales eorū. qui sicut locuste deuorāt vniuersa qui aculeati vt scorpiones dicunt̄ pro eo q̄ fallaciter vt scorpio adulātur ⁊ cū hoc per rapinā pungere cōprobant̄. Ideo de tali mali clauigero: dr̄ Apoca. xx. Nō ipse vidit angelū descendentē de celo. q̄ habebat clauem putei abyssi et cathenā magnā in manu sua. Malus enī prelatus angelus dicit̄ qui scꝫ carne caret quia iste nihil habet de carnea ꝯpassione dr̄ descendere de celo q̄ nō residet in celesti cōtemplatione dr̄ habere cathenā q̄ nō delectat̄ nisi in subditoꝝ grauamine punitione ⁊ cathenatione. Tales ergo sunt mali q̄ vtunt̄ claue potētie nō scientie nec iusticie sꝫ boni ecōtra vnde de bono plato dr̄ Math. xvj. Tibi dabo claues regni celorū. ⁊ sufficit. q̄ pauce sunt autoritates.

A **Clauus.** Pōt significare in bono et in malo. Et nota. ꝙ non inuenimꝰ clauos.

Ad pungendum. Primi sūt claui diuini timo-
Ad stringendum ris qui scꝫ figūt ⁊ penetrant
Ad vrgendum. corda nostra. Isti sunt claui
Ad figēdum aurei quibꝰ salomon in tēpli

fabrica vsus fuit. ij. Paral. iij. Sed et clauos fecit aureos. Talis dꝫ esse clauus tabernaculi cordis nostri. figuratus Iudicum. iiij. vbi dicit̄ quod iahel mulier: sysarā filiorū israel inimicū clauo tabernaculi in tymporibus suis immisso dormientē occidit q̄ scilꝫ sagax mulier. i. discreta ratio. statim q̄n videt ꝙ dyabolꝰ tabernaculū cordis per malā suggestionē ingredit̄ ipm in capite idest in cogitatione ⁊ principio clauo diuini timoris ⁊ mandatorū dei ꝯsideratione conclauare tenetur. Iudicū. v. Sinistrā manū misit ad clauum. et dexterā ad fabrorū malleos. ¶ Secundi sunt claui ingenitis amoris. Amor enī cōsolidat atqꝫ stringit ⁊ etiā stare in bono ꝓposito per ꝑseuerantiā cogit. iij. Reg. vj. Affixit laminas clauis aureis Aurū enī caritatem designat. affixio stabilitatē. Itē Hier. x. Clauis ⁊ malleis cōpegit illud: vt nō dissoluat̄. ¶ Tertij sunt claui mundani laboris. i. puncture tribulationum. De q̄bus dicit dominꝰ Ioh. xx. Mitte manū tuā in locum clauorū. i. cōsidera que sit tribulatio quā passus sum. ¶ Quarti sunt claui eterni doloris. idest pena eterna Unde de demonibus et peccatis potest dici illud Nume. xxxiij. vbi dn̄s precepit filijs israel. ꝙ deleant chananeos de terra sua. alias inquit erunt tibi sicut claui in oculis et lancea in lateribus. Et aduerte q̄d sicut amigdalus antiqua ⁊ sterilis. fertilis efficitur quādo clauis in radicibus perforatur. vt dicit Plinius. Sic vere si quis clauis precedentibꝰ. i. diuino timore amore. tenore et futuro dolore et presenti labore confixus fuerit: fertilitatem virtutum faciliter obtinebit. Ideo consulitur Esaie. liiij. Longos fac funiculos tuos ⁊ clauos tuos consolida. ¶ Dic si vis in malo significato B
ꝙ claui signant tenaculum moris et male consuetudinis. figurati Esa. xlj. vbi dicitur ꝙ fabricans ydolum confortauit eum clauis vt non moueretur. Tales tamen clauos debemus dirumpere et ab ipsorum tenaculis nos seruare. Exemplo samsonis. de quo dicitur Iudicum. xvj. Quod irruente in eo spiritu domini. extraxit clauū cum crinibus. Uel si vis adhuc. ꝙ clauis possit significare in bono et in malo. In scriptura inuenitur generaliter triplex clauus. s. clauus ad

Iungendum Clauus ad iungēdū ē caritas qua C
Stringendnm. boni cōsuunt̄: associant̄ ⁊ inuicē
Pungendum astringūtur. figurati in laminis

aureis templi. de quibus dicitur. iij. Regum. vj. ꝙ clauis aureis erant affixe. Talibus clauis fuit christus clauatus. Ideo cum thoma mittamus digitū nostrū in locum clauorum. Ioh. xx. ¶ Clauus ad stringendū seu retinendum est firmitas ⁊ propositi stabilitas: siue in bono siue in malo. In bono dico. vnde Esa. xxxiij Nequaq̄ transferri poterit. nec auferentur claui eiꝰ in sempiternū. In malo etiam. vnde de obstinata mēte malorum dici potest illud quod de idolo dicit̄ Hiere. x. Clauis et malleis compegit illud vt non dissoluatur. figura Iudicum. iiij. vbi dicitur. ꝙ iabel mulier proditiose sysaram inuitauit ad somnum. et dum dormiret infixit clauum in cerebrū eius quia scilicet dum quis in oblectamentis proditoris dyaboli sopit̄. clauus obstinate mentis sibi faciliter infigitur ⁊ in cerebro idest in interiori corde firmatur. simus tamē sicut samson crinitus. qui euigilans clauum quem dalila infixerat: extraxit cū crinibus. Crines enim sunt virtutes quas dum samson idest homo retinet nullꝰ clauus mali propositi quem sibi infigat dalila. idest. dyabolus ipsum tenet. ¶ Clauus pungens est aduersitas. vnde de punctura mortis tribulationis et inferni: potest dici illud Iudi. iiij. ca. Uidit barach sizaram iacentem mortuum et clauum infixum in tympora eius ⁊c. Sufficit. Uide de pungere. figere et similibus.

Clementia. Clemens. Cum clementia sit A
virtus animi qua quis facile remittit iniurianti. et facile compatitur desolato. quia tamen pauce sunt autoritates vocales parum potero dicere de eadem. Notabis ergo. quod ista virtus precipue spectat ad principes et prelatos. Et ideo Seneca. fecit librum de clementia ad neronem: qui scilicet erat imperator et princeps. Nam sicut s̄m naturales: cor est principale membrum in homine. et est vt aiunt proprium domicilium sanguinis ipsiusqꝫ generatiuum ⁊ contentiuum et ad membra alia diffusiuum. Sic vere dicam quod illi qui in corpore ecclesie sunt corda. i. cordatiores. maiores ⁊ principaliores. debent esse sanguine. idest benignitate et clementia pleniores. quia scilicet ista virtus debet in eis principaliter habitare. et ab ipsis ad alios emanare. quia reuera valde decet quemcunqꝫ superiorem quod in factis suis clementiā habeat et quod benignum ⁊ amicabilem in omnibus se ostendat. Ideo Seneca loquens cuidam correctori in Prouerbijs. dicit sic. Optimum est semper ignoscere tanq̄ si tu ipse continue pecces. Ideo in libro de clementia dicit sic. Nullam clementiam magis q̄ regeꝫ decet Sequit̄: Nam maiestas pestifera vis est ad nocendum. Aduerte tamen quod dicit idem Sene. quod clementia non debet esse nec vulgaris. nec promiscua nec abscisa. q̄ vt ait. Tam omnibus ignoscere q̄ nulli crudelitas est. et ideo supponit. quod clementia in principe semper debet cum iusticia fore iuncta.

Cerebrum enim quod est vnū de membris principali-bus. Secundū anathomos habet duas pelles quib⁹ tegitur et vallatur vnā que dicitur pia mater et aliam que dicitur dura mater. Uerūtamē illa que pia mř dr. magis cerebro coniungitur. Duravero exterius ab co amplius elongatur. Talis debet esse prelatus vel princeps qr scilicet more cerebri debet sensū cōmunē. i. rationē et prudentiā pre alijs cōtinere qr reuera tales debent habere duas principales virtutes sibi cōtiguas et vicinas. quarū pōt proprie quelibet dici mater scilicet clementiā que est pia mater quia parcit. et iusticiam que est dura mater. qr punit. Propius tamē debz habere piam q̄ durā. clementiā q̄ iusticiam. pietatē q̄ seueritatē qr scz ista debet semp vti quantū est de propria volūtate. altera vero solū vtēdū est ex necessitate. Bene ergo dicitur. iij. Reg. xx. Quod reges domus israel clementes sunt. et breuiter ista ē veritas q̄ quicūq; superior semper debet esse promptior ad parcendū q̄ ad puniendum. Ad quod etiā facit fictio quā ponit. Sene. lib. de naturalibus questionib⁹. vbi ait. q̄ Jupiter quādo mittebat fulmina psperitatem significantia vel bonū facientia: nullius consiliū requirebat. qñ vero mittere volebat fulmina aduersa et ledentia. oēs deos ad consilium inuocabat. In quo etiā ipse notat. q̄ rectores orbis facilius debent bene facere q̄ nocere et difficilius et cū maiori deliberatione quādo necesse est debent ledere et punire. Ideo concludit. Senec. lib. j. de clementia dicens sic. Si dij placabiles et equi non statim delicta peccantiū fulminibus persequunt quanto equius est hominē hoībus ppositū miti animo exercere imperiū. Unde etiā solinus ait. q̄ in trapobana et taprobana. īsula indie vbi sunt estates due et due hyemes. et vbi flores bis vernāt annis singulis ille antiquitus rex eligebatur. qui spectatior moribus habebatur. Eligebant hominē inquit inueterate clementie et etiam annis grauem. et qui nullos haberet liberos. Et nota q̄ clementia est habenda. qr

B Stabiliter fortificat.
Utiliter fructificat.
Humiliter letificat
Finaliter beatificat.

¶ Dico igit. q̄ clementia habz fortificare qr reuera sicut ossa plena medulla sunt fortiora. nec ita faciliter possunt frangi sicut ossa vacua. Sic illi q̄ medulla clementie pleni sunt. fortius et stabilius perseuerant et sistunt. patet in regibus. qr tyranni pietate carentes quotidie eijciuntur et deponunt. Pij vero et clementes principes diliguntur. et in regimine stabiliuntur. Prouerb. xx. Roborabit clementia thronus regis. Patet etiā in alijs qr generaliter ille qui clemēter parcit: meretur a deo q̄ sibi parcatur et q̄ in peccatum cadere non permittatur. et q̄ virtus eius fortiter continuetur. ¶ Itē dico q̄ clementia habet fructificare. pcreat eīn vberes fructus virtutū. similis rori que facit terrā fructificare Prouerb. xvj. Clementia quasi ymber serotinus. ¶ Itez habet letificare. Magna eīn est consolatio et leticia reo quando habet facere cum iudice clemente. Sicut de hester legitur. q̄ contra mādatum regis faciens: timore percussa cecidit in pallorem vultu mutato. sicut dicitur Hester. xv. sed vbi rex aureum sceptrum in signū clementie sibi extendit. ipsamq; cōsolabiliter erexit. leticia resumpta legationez suam pro qua ierat adimpleuit Ideo Senec. xlv. dicit. q̄ Joseph clemēter dixit fratribus. accedite nolite pauere. ¶ Item solet beatificare: qr scz ista procurat gloriam paradisi. vnde prouer. xj. Clementia preparat vitam. Ista etiam omnia possunt probari ex Sene. lib. de clementia. s. q̄ clementia fortificat. vnde ibidē ait: q̄ clementia non tantū honestiores: sed etiam tutiores facit. Et alibi. Unū est inexpugnabile munimētū amor ciuium. ¶ Itē letificat. vnde idē. Nō est quisq̄ cui innocentia sua tantū placeat. vt stare in conspectu clemētiā. paratā humanis errorib⁹ gaudeat. ¶ Sed nota adhuc. q̄ cū clementia sit virt⁹ animi qua q̄s misericorditer agit i pximū. vř idē q̄ misericordia seu benignitas denotate. Notabo ergo breuiter q̄ ē clementia habenda et tenēda multiplici ratione. scz quia.

Nobis ostenditur exemplariter.
Infigitur seu indicitur naturaliter.
Fortificat spiritualiter.
Beatificat eternaliter.

¶ Dico ergo q̄ clementia pretendit exēplariter De⁹ enim qui est omniū regula et exēplar est clementissimus. Et ideo iste est a nobis prout est possibile imitādus et etiam vt nobis clementer parcat et indulgeat requirendus. Caput enim qd est in corpore summum membrū: abundat pre alijs in medulla. Sic deus cuz sit superior atq; summus: est per clementiā potissime medullosus. vnde Nee. ix. Deus miserationum et clemens tu es. Ista autē clemētia apparuit in incarnatione. qñ figuratus in Assuero in signū clementie virgā aurea. i. xpm filiū suū extendit ad hester. i. ad virginem gloriosam sicut dicit Hester. iiij. et viij. Sz de hoc vide infra. vbi. Signum. ¶ Itē clementia indicit naturaliter. Inest enīz naturaliter homini q̄ sit clemens. Uñ narrat. Plin. li. viij. ca. xvij. q̄ cū metor siraculanus in syria leonē obuiū habuisset et pauidus diuertere quereret. leo semper ei obuiabat et lambēdo eius vestigia adulanti similē se prebebat. Ostendit ergo leo homini pedem suum tumidū et vulneratū: et ideo naturaliter cognoscens hominē esse clementē et pium ab eodē remedium modo quo poterat requirebat. Homo igitur hoc cognito: surculū de leonis pede extraxit et euz a piculo liberauit. Pictura indicat cassiod. hec testat siracusis. Patet igitur q̄ etiā ipsa animalia hominem clementē esse naturaliter testantur. Et ideo nullus potest ita leoninus esse aut ferus. quin homo ipsum libenter adiuuare debeat si petatur qd etiā ipsa animalia docent. que quadaz naturali pietate erga miseros vigent. sicut exemplificat. plinius de elephātib⁹. xxx. quibus Botrux rex niniue. quosdam captiuos ad stipites ligatos obiecit et quosdā pungentes et prouacontes vt seuirent in ligatos apposuit qui tamen nūq̄ facere potuerunt q̄ elephātes qui naturaliter sunt clementes aliene crudelitati operam darent: et quod in captiuos illos seuirent. Uidebantur enim scire illud Sene. lib. de clementia. Nullum morosius animal nullum maiore arte tractandum q̄ homo. Ista virtus potissime pertinet ad prelatos. qui reuera debent pre ceteris esse clementes. Juxta illud. iij. Regum. xx. Audiuimus quod reges israel clementes sunt. Teste enīz solino. in taprobana. alias trapobana insula. nō eligebatur rex nisi qui inueterate probatus erat clementie et qui nullos haberet liberos. Et hoc forte fiebat. quia sepe fit quod occasione liberorum ditandorū: homo solet a iusticia et etiam clementia deuiare. ¶ Item clementia nos fortificat spiritualiter ossa enim min⁹ sunt fortia quando sunt vacua a medulla. Sic vere ille nunq̄ spiritualiter est fortis. qui non est clemens. pius. medullosus et mitis. Simus ergo clementes alijs faciliter indulgendo et misericorditer succurrendo Juxta illud Sene. Alteri semper ignoscito. tibi nunq̄. Et alibi dicit. Optimum est semper ignoscere tāq̄ quotidie tu ipse pecces. Et in libro. de clementia ad neronem dicit quod ex clementia omnes idem sperant nec est quisq̄ cui innocentia sua tam valde placeat: vt non stare in conspectu clementiam paratam humanis erroribus gaudeat. Sola hec virtus inter innocentes cessat. Ista est igitur que fortificat et tutificat. quia scilicet qui considerata propria fragilitate ad indulgendum alijs est facilis. meretur effici constans et stabilis. Juxta illud Bernar. q̄ magna firmitas est infirmitatem propriam cogitare. Clemens etiam princeps tutior efficitur. inq̄tum a suis diligitur et tuetur qr sicut dicit. Ille clementie in suos. gladius est in hostes. vnde Sene. vbi supra scilicet li. de clementia dicit sic. Clementia non tantū honestiores. sed tutiores facit ornamentūq; piorū ē simul et certissima lux. qd eīn

aliud

aliud interest inter tyrannum et regem. species enim fortune ac licentia par est. nisi quod illi ex voluptate seuiunt: isti ex necessitate τ causa. De tali etiã fortificatione quã spũaliter τ tpaliter facit clementia. dr̃ prouer. xx. Misericordia τ veritas custodiũt regẽ τ roborabitur clemẽtia thronus eius. Patet igit̃ ꝙ clemen-
f tia nos fortificat spũaliter. ¶ Quarto dico. ꝙ clemẽtia nos beatificat eternaliter. Et hoc qꝛ ista est q̃ dat et procurat vitã eternã. vñ hiero. dicit. Se nõ memínisse hoiem male mortuũ qui libẽter faceret opa pietatis. Jõ puer. xj. dr̃ Clemẽtia pparabit vitã: sectatio maloꝝ mortẽ τc. Uide de pietate. miscõia indulgẽtia parcere dimittere τ remittere τ cetera sil'ia. Sufficit.

Clericus.

De clericis nulle sunt autoritates in biblia. Et ideo omitto qꝛ de ecclesiasticis bonis τ malis: i multis titulis factũ est. s. vbi de deuotione. ambitione. aaron sacerdos τc.

Clypeus.

A Cũ clype⁹ sit armatura defensiua. s. ad latus et ad cor protegendum et ictus aduersarios sustinẽdum τ corpus a lesiõe seruãdum. Notabo ꝙ per clypeũ in scriptura intelligitur.

Christus exposit⁹ penis τ ictibus.
Justus oppositus hostiũ vectib⁹.
Diuina scriptura secũda fructib⁹.
Patiẽtie armatura repugnãs hostib⁹

Christ⁹ eniꝫ ẽ clype⁹ dei triãgularis. qꝛ triplicis est nature. In ꝙ tũ scꝫ corpus animã τ diuinitatẽ ꝯtinet vn⁹ qui. s. exposit⁹ ictib⁹ iudeorũ. fuit ab eis pforatus τ fract⁹. ij. Re. j. Abiect⁹ est clypeus fortiũ. clype⁹ saul quasi nõ esset vnct⁹ oleo. Et tñ ipse xp̃s verbũ patris est. ille clype⁹ de quo Prouer. xxx. Sermo dei ignit⁹ clype⁹ sperãtib⁹ in se. ¶ Justus etiã τ maxime plãtus dr̃ clypeus scꝫ p ecclesia τ patria defendẽdis. vñ. j. Mach. vj. Refulsit sol in clypeos aureos et ereos. τ resplẽduerũt mõtes ab eis. Tamẽ prohdolor iam videt̃ illõ verificatũ. ij. Parali. xij. vbi dr̃ ꝙ sesach rex egypti. i. diabolus abstulit de hierusalẽ clypeos aureos quos fecerat τ posuerat ibi salomon. Scripturarũ etiã autoritates dicunt̃ clypei quib⁹ scꝫ cõtra demones τ hereticos pmunimur. Uñ Cant. iiij. dr̃ de turri dauid. idest de scriptura. ꝙ mille clypei pendẽt ex ea oĩs armatura fortium. Uirt⁹ etiã patiẽtie dicit̃ clypeus qui habꝫ
B ictus repellere τ sustinere Esa. xxj. Surgite principes accipite clypeũ. ¶ In malo etiã significato põt dici. ꝙ clypei dyaboli sunt tyrãni τ heretici. q̇ ydololatrias τ errores defendũt. Uñ de golya. i. de dyabolo dr̃. j. Re. xvij. Mõ clypeus ereus tegebat humeros eius. ¶ Si vis adhuc dic de clypeo: cũ clypeus cõiter accipiatur pro scuto vel saltẽ pro certa specie scuti. satis videt̃ qõ clypeus quo corp⁹ armat̃ poti⁹ ad sui defensionez ꝙ̃ alterius inuasionez põt in bono significare omnes illas virtutes quib⁹ contra vitia defensamur sicut eniꝫ miles sine clypeo nõ defendit̃ ab ictib⁹ hostiũ. sic nec sine ꝟtutib⁹ hõ tuet̃ a tẽtatiõnib⁹ spirituũ malignoꝝ Jõ. ij. Pa. xxxij. dr̃. ꝙ ezechias rex ad defensionẽ hiersm
C fecit oĩs generis armaturã τ clypeos Notabo ergo qõ boni vtunt̃ triplici spũali clypeo defensiuo. vicꝫ.

Clypeo patiẽtie qui est fortissim⁹.
Clypeo ꝯfidentie q̇ est leuissim⁹.
Clypeo sapiẽtie q̇ est clarissim⁹.

Clype⁹ eñi dꝫ eẽ fortis ne cito frãgat̃. Leuis vt faciliter feratur pulcer τ pictus. vt ab aliis cognoscatur Est igitur clypeus patientie ceteris fortior Iste est enim clypeus triãgularis quia scilicet homo debet esse patiens τ fortis in tribus scilicet

In ꝑlatione iniuriarũ.
In illatione penarũ:
Et in sublatione rerũ.

Aper eñi hꝫ vnũ lat⁹ ita fortissimũ: ꝙ vix põt gladio penetrari Et iõ pars illa corporis vocatur clypeus apri aper autem sciens illam partem corporis ceteris fortiorem semper solet eam obijcere iaculis venatorum. Talis est patientia. ceteris enim partibus corporis. idest ceteris virtutib⁹ anime fortior est in aduersis. Et ideo ipsam debemus semper cuicunqꝫ tribulationis iaculo opponere τ cuꝫ ipsa contra hostiũ impetus nos munire Sicut enim dicit Sen. li. de moribus. Cuiusuis doloris remediuꝫ est patientia Ideo de ioiada summo sacerdote: dicitur ij. Parali. xxvj. Mõ ipse dedit centurionibus qui astabant regi: hastas τ clypeos Uult eniꝫ sacerdos noster xp̃s ꝙ nos fideles et maxime eccl'iastici qui regi. i. deo patri assistim⁹. hastas bonorũ operũ τ clypeos patiẽtie deferamus sed prohdolor videt̃ ꝙ tales clypei hodie perierunt Dicit̃ enim. ij. Paralip. xij. ꝙ sesach rex egypti abstulit de hierusalẽ clypeos aureos quos ibi dimiserat salomon τ positi sunt loco eorum erei. Aurum enim quod malleatum et percussum non sonat neqꝫ finditur. patientiaꝫ significat que in tribulationum ictibus sine sono murmurationis: et sine crepatura discõtinuationis perseuerat. Es autem quod percussum sonat, et frangitur impatientie vitio comparatur. Rex ergo egypti dyabol⁹ clypeos aureos. i. patiẽtiam a hierusalem. i. ab ecclesia sustulit et ibi clypeos ereos. i. murmur τ impatiẽtiã seminauit. Ideo lamẽtãdo dicebat dauid. ij. Reg. j. Abiectus est clype⁹ fortiuꝫ saul. quasi non esset vnctus oleo. Iste est igitur clipe⁹
patientie ceteris fortior. ¶ Secũdo dico. ꝙ est clype⁹ D
confidentie. i. clypeus spei ceteris leuior. Iste etiã clypeus debꝫ esse triangularis. qꝛ scꝫ sperare oportet.

Ueniam peccatorum.
Euasionẽ tormentorũ.
Et adeptionẽ gaudioꝝ

Experimento enim docetur apud aliquas gallye regiões ꝙ si hõ sit submersus τ nesciat̃ quo loco querat̃ cadauer. τ ponat̃ in aqua clypeus militis de genere antiquo rotabit supnatãdo quousqꝫ veniat ad locuꝫ vbi cadauer fuerit et tũc immobilis ibi sistet. Talis est clype⁹ spei qui fuit antiqui militis τ pugilis nostri christi: quia scilicꝫ isto mediante τ supernatante. si mortui per peccatũ fuerimus a profundo vitiorum eripimur et sepulture paradisi tradimur et saluamur. Ideo de spe dicitur Josue. viij. Leua clypeum qui in manu tua est. Iste est igitur
clypeus spei seu confidentie ceteris leuior. ¶ Tertio E
dico. ꝙ est clypeus scripture seu sapientie ceteris pulcrior. Scriptura est enim clypeus triangularis. qꝛ scilicet iste docet preterita. presentia et futura Clype⁹ eñi diuersis picturis τ coloribus picturat̃ sic scriptura variis sciẽtiis et autoritatibus decoratur. Iste est clype⁹ palladis cristallinus τ lucidus. quo munitus perseus i. in Ouid. li. iiij. fab. xix. de gorgone que lapidificabat homines triumphauit. qꝛ reuera quo clypeo sacre scripture. clare. limpide scientifice cristalline munit⁹ fuerit faciliter de diabolo triũphabit. vnde prouerbi. xxx. Omnis sermo dei ignit⁹ clypeus est sperantibus in se Scriptura etiã Cant. iiij. dicitur turris dauid que edificata est cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea. omnis armatura fortiũ mille dico clypei. i. mille sententie. Sic ergo patet quomodo tripliciter clype⁹ sumitur in bono. ¶ Dic etiam si vis. qõ per clypeos triangulares: possunt intelligi viri iusti et maxime boni ecclesiastici, τ pastores qui more clypei ecclesie sunt defensores qui pro eo triangulares existunt. quia fidẽ trinitatis credunt. de quibus dici potest illud. j. Macha. vj. Refulsit sol in clypeos aureos et ereos: et resplenduerunt montes ab eis. ¶ In malo vero significato dic. ꝙ clypeus significat.

Mundi pompam τ elationẽ.
Hostis fraudem et tentationem.
Seculi penam et tribulationem.

Isti sunt clypei quibus contra nos militatur τ quibus contra nos triumphatur vnde de goliad gigante dicitur. j. Regum. xvij quod clypeus ereus tegebat humeros eius. Et anime peccatrici dicit̃. Ezechiel. xxiij. Lorica τ clypeo τ galea armabuntur contra te. scilicet chaldei τc. vide infra de scuto et in tabula.

Coaxare.

quod est ad modum rane clamare. Uide vbi detrahere.

Codex.

Uide infra. vbi. Liber.

Cogere. Vide infra de cõpellere violentia et similibus.

A **Cogitatio.** Nota ꝙ cogitatio ē caput ⁊ principiũ omis opatiōis siue bona fuerit siue mala. est ei sicut radix ĩ arbore a qua arbor vniuersa depēdet. Sicut em̄ a radice ꝓcedit stipes foliũ. fructꝰ. ⁊ flos sic a cogitatiōe ꝓcedũt tãꝙ ab origi nali radice omnes circũstantie operis cuiuscunq̃. scꝫ.

Flos affectionis.
Folia locutionis.
Stipes ꝑseuerãtie.

¶ Et iō sicut videmꝰ ꝙ a radice amara: raro ꝓgredit fructus dulcis. sic a mala cogitatione raro progredit opus bonũ. Dicit em̄ Pli. ꝙ venenũ salamãdre radicē arboris inficiēs atq̃ tangens oēs arborũ fructus inficit atq̃ fedat. Sic vere si venenũ dyabolice tentatiōis cogitatiōis radicē infecerit oēs fructꝰ exinde exeuntes inficit ⁊ corrũpit. Sapie. j. peruerse cogitatiōes separant a deo. Et aduertēdum est. ꝙ cogitatio in scriptura nō sp̄ accipit pro illo primo motu intellectꝰ qui nō est in nostra volũtate. immo vt cōiter cogitatio idē est qđ meditatio ⁊ occultorum consideratio. Juxta illud p̄s. Cogitaui dies antiquos. ⁊ annos eternos in mēte habui. Jtē idē est ꝙ deliberatio vel in aĩa ordinatio. j. paral. xxviij. Cogitaui vt edificarē domũ dño. Jtē ē idē ꝙ existimatio vel aliqualis imaginatio. vnde Math. ix. Ut quid cogitatis mala in cordibꝰ vestris. Est igit cogitatio ꝯmendabilis. ⁊ est cogitatio detestabilis. Bona em̄ cogitatio ē
B exercenda mala autē cogitatio est refutanda. ¶ Dico ergo ꝙ debemus sancte ⁊ vtiliter cogitare q2 scꝫ ex bona cogitatione orit bona delectatio ex delectatiōe cōplacētia. ex qua tandē bonꝰ cōsensus prouenit ex quo postmodũ sequitur bonũ opus: Sicut em̄ ait. ille magister de ꝓprietatibꝰ rerũ. Aries dum dormit sp̄ hꝫ caput erectũ. semꝑ etiã ruminat nisi ꝙ̃ diu est infirmus Sic vere illi qui debēt dici aries ab ara. i. viri ecclesiastici. ⁊c. qui circa arã. i. circa altaris officiũ sunt locati isti dico semꝑ debēt dormire. ⁊ requiescere spũaliter capite intētionis ad deũ eleuato ⁊ semꝑ debēt ruminare. cogitare ⁊ ꝯsiderare. aliquid vtile ⁊ honestũ. Ruminent ergo idest cogitent ꝙ̃ta sit suorũ scelerũ immensitas: ꝙ̃ta sit misericordia dei lõganimitas: ꝙ̃ta sit sui iudicij seueritas: ꝙ̃ta sit infernaliũ tormentorũ asperitas ⁊ cetera similia Talia em̄ debemus cogitare et in cordis hospitio ruminare nisi forte per pctm̄ mortale infirmi fuerimus in hac parte. vnde in p̄s. et habetur Esay. xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Possumus autem aliter distinguere. Dicamus igitur. ꝙ

C Est cogitatio penitentium.
Est cogitatio cōtemplantiũ.
Est cogitatio delinquentiũ

Penitētes ei cogitãt circa interiora contemplãtes cogitant circa supiora deliquētes vero cogitant circa exteriora. Simus igitur penitētes ⁊ cogitemꝰ in nostris interioribus. Juxta illud p̄s. Cogitaui vias meas: ⁊ conuerti pedes meos in testimonia tua. Jn quibꝰ verbis aduerte. ꝙ penitens debet cogitare. Circa verbũ p̄mũ propriã ꝯditionē. Cogitaui inquit vias meas. Circa secundũ cordis affectionẽ. Pedes inquit meos. Circa tertiũ morũ mutationē. Cōuerti inquit in testimonia tua. Cogitemꝰ ergo in primo conditionē. vt eam corrigamus in secũdo cordis affectionē vt eam erigamus. in tertio morum mutationem vt eam compleamus.
D ¶ Dico ergo primo. ꝙ nos debemus cogitare circa vite conditionē Cogitaui inquit vias meas. Vie em̄ nostre sunt conditiones nostre vite per quas nos ambulamus ⁊ currimus. vel ad gloriaꝫ vel ad penam. que ꝓcerto debent cogitari. Cogitemus ergo viam natiuitatis nostre. que est plena fragilitate: viam vite presentis: que est plena penalitate: viã mortis q̃ est plena aduersitate. Consideremus ergo viam.

Peccati que est plena peruersitate.
Paradisi que est plena felicitate.
Jnferni que est plena crudelitate.

¶ Cogitaui ergo vias meas. p̄s. Cogitabo pro peccato meo: ⁊ hier. ij. Vide vias tuas in cõualle. scito quid feceris: Nauta enim sedens in fine nauis: semꝑ respicit ad principiũ et ad mediuꝫ: Sic vere carissimi: hō debet sedere in fine nauis. i. in fine vite sue. s. in cogitatione mortis et exinde semꝑ de principio ⁊ de medio vite sue cogitare. Cogitet ergo vnde venit: q2 de vili ꝓpagatione. de mala conuersatione. de hostis damnatione. Cogitet insuper quo vadit. quia.

Ad mortis dolorem.
Ad graueꝫ timorē.
Ad tetrũ horrorem.

Jtē cogitet vbi nō est. Et procerto ipse inueniet ꝙ ip̄e non est Jn pacis tranquillitate. Jn paradisi iocũditate. Jn sui status securitate.

¶ Jtē cogitet vbi ē. quia scꝫ ipse est.

Jn mũdi anxietate.
Jn hostiũ societate.
Jn cordis dubietate.

Jtē cogitet q̇d fecit. ⁊ ꝓcerto ipse inueniet q̇d ipse fecit. s. Contra deũ. Cōtra proximũ. Cōtra semetipsum. Jtem cogitet quid non fecit. et procerto ipse inueniet quid ipse non fecit. scilicet.

Erga deũ quod deberet.
Erga ꝓximũ qđ liceret.
Erga seip̄m qđ deceret.

Jste ergo sunt vie nr̄e que sunt ĩ corde iugiter reuoluende. Cogitaui inquit vias meas: Vñ Prouer. iij. Jn oībus vijs tuis cogita Cogitemus ergo circa actuũ nostrorũ propriã ꝯditionem. Cogitaui inquit vias meas. ¶ Secundo cogitã E
dum est circa nostrorũ cordiũ affectionē. Pedes inq̇t meos. Vrsus em̄ valde delectat lambere pedes suos. Sic vere nos debemus delectari in lambēdo. i. in cogitando ⁊ considerando quales sunt pedes affectionuꝫ nostrarũ. s. in meditãdo affectiōes interiores vtrũ scꝫ sint inordinate vel honeste. vtrũ immoderate vel modeste vnde Sap̄. vj. Cogitare de illa interiori affectione: sensus est cōsummatus. Aduertendũ est tamen. ꝙ isti pedes affectionum et interiorũ cogitationum.

Sunt abstergendi.
Sunt expurgandi.
Sunt calciandi.
Sunt excutiendi.

Primũ hꝫ fieri ꝑ correctioneꝫ. Correctio enim tergit ⁊ fricat quicq̇d in pedibus affectionis nostre inuenit vitiosum. Lupus enim vadens ad predam. si pes ipsius strepitum facit. mordet eum: quasi puniens eum. propterea ꝙ eius strepitu sibi potuit periculũ imminere sicut dicit. Plinius. Sic vere carissimi: si pes affectionis nostre. fecerit in corde strepitum malaruꝫ cogitationum et malorum desideriorũ nos procerto ipsuꝫ debemus reprehendere ⁊ mordere: Juxta illud Math. xviij. Si pes tuus scandalizat te: abscinde euꝫ et ꝓijce abs te. Pes enim scandalizans est mala affectio ⁊ cogitatio cor offendens que procerto est abscindenda ꝑ reprehensionem et correctionem. ¶ Jtē dico ꝙ pedes sunt purgandi quod fit per confessionem Gene. xviij. Lauentur pedes vestri ⁊ requiescite sub arbore. ¶ Jtē sunt calciandi quod fit per mortis meditationem calciamenta enim que sunt de pellibus animalium mortuorum: signant memoriam mortis: vnde. j. Tymo. vj. Calciate pedes in preparatione euangelij pacis.
¶ Jtem sunt in puluere bonorum terrenoruꝫ excutiēdi. per eorum contemptum ⁊ abominationem Mat. x. Excutite puluerem pedum vestrorum. Cogitemꝰ ergo circa cordium affectionem. ¶ Tertio dico: qđ nos F
debemus cogitare circa actuum ⁊ morum immutationem. Conuerti inquit in testimonia tua Cogitanduꝫ est enim quomodo perfecte poterimꝰ conuerti ad dominum in futurum Ecclesiasti. vij. Viuēs cogitat q̇d futurum sit. Conuersio enim non potest perfecte fieri nisi cogitatione et premeditatione multiplici precedēte nisi forte diuina inspiratio intercedat. Sicut enim in conuersione et immutatione naturali requirit causa materialis: causa efficiens: formalis et finalis: Sic procerto in conuersione ad deum: requiritur materia fundamentalis: scilicet bona cogitatio. Requiritur causa formalis scilicet rectus modus seu discretio. Discretio enim dat formam moribus. Requiritur causa efficiēs. scilicet caritas seu dilectio. Requiritur causa finalis. scꝫ

finalis.s.placendi deo recta intentio. Et sic si ista qua tuor conueniant poterit in nobis fieri conuersio perfecta et propria: non per accidens. De tali conuersione loquitur Joel.ij. Conuertimini ad me in ieiunio: in fletu et planctu etc. vt sic de quolibet possit dici illud.ij. Macha.xij. Juste et religiose de resurrectione cogitans. Conuersio enim est idem quod moralis resurrectio. Patet ergo quod penitens et quilibet bonus christianus debet cogitare.

De morali conuersione. Bene ergo dicit. Cogitaui vias meas et conuerti pedes meos etc.
De mentali affectione.
De primaria conditione

G Ista est ergo cogitatio penitentium. ¶ Sed secundo dico: quod est cogitatio contemplantium: et ista est consideratio bonorum eternorum: de quo pot dici illud Sap.v. Cogitatio illorum apud altissimum. Prouer.xix. Multe cogitationes versantur in corde viri. ¶ Item tertio est cogitatio delinquentium: et ista est mala et vana cogitatio: cui nisi immediatius occuratur: statim trahit voluntatem ad consensum. Ideo sicut cerua que secundum Plinium habet secundinam venenosam: si terram tangat: ideo antequam ad terram descendat: ipsam rumpit et deuorat: et consumit. Sic vere homo quando videt quod in corde suo oritur aliqua cogitatio venenosa. statim debet eam rumpere et intercipere ne forte ad terram.i. ad consensum cadat. vel ad opus possit aliquatenus peruenire. Prouer.xv. Cogitationes impiorum eradicabuntur. Impij enim habent cogitationes malas et venenosas. quia sicut dicitur Gen.viij. Sensus et cogitatio cordis humani intenta est in malum. Et reuera multi sunt hodie quorum cogitationes semper sunt ad nequiciam inclinate. De quibus dicitur Osee.v. Non dabunt cogitationes suas vt reuertantur ad dominum. Circa quod notandum quod quidam cogitant.

H

De cupiditate. Primi sunt auari qui cogitant in diuitijs augmentandis et acquirendis vnde Job.xij. Lampas contempta apud cogitationes diuitum. Secundi sunt immundi qui cogitant de delicijs: vnde.ij. Cor.j. Que cogito secundum carnem cogito. Tertij sunt impij: qui cogitant in seuicijs. vnde Joh.xj. Cogitauerunt vt interficerent Jesum Quarti sunt inuidi qui cogitant in malicijs. Esa.xxxij. Ipse cogitationes cocinnabit ad perdendos mites. Quinti autem sunt superbi qui cogitant in eminentijs: vnde Rom.j. Euanuerunt in cogitationibus suis.etc. Sufficit.
De carnalitate.
De crudelitate.
De malignitate.
De pompositate.

A

Cognatio. Consanguinitas

et Parentela idem sunt. Et est cognatio idem quod propinquitas a carnali copula generata: et ab eodem pre originaliter deriuata. Est enim quoddam vinculum carnale: quo cum fidelitatis nexu alter debet cum altero copulari: vt sicut ab vno patre et matre originaliter processerunt sic inter se seruent cordium vnitatem. Sic breuiter dico. quod duplex cognatio in scriptura reperitur. Inuenitur enim cognatio naturalis. et cognatio spiritualis. Prima includit fidelitatem: secunda caritatem. prima impedit ne alter alteri turpiter coniungatur Secunda precipit quod alter alteri per amorem sinceriter vniatur. Naturalis ergo cognatio debet in nobis fidelissime conseruari. vt scilicet alter alterum adiuuet et diligat: et vt acommixtione sanguinis inter gradus prohibitos abstineat et caueat. Juxta illud Leuit.xviij. Unusquisque ad proximam sui sanguinis non accedat. Istud enim docent aialia bruta. Dicit enim Aristo. quod camelus non libenter coit cum matre. Equi etiam de scia matris copulam refugiunt. Unde narrat idem. quod rex septentrionis equam habuit pulcerrimam et filium pulcerrimum: et volens habere filium de vtroque: fecit operiri faciem matris: ne a filio cognosceretur: qui cum saltasset super eam: et tandem matrem cognouisset: pre dolore fugiens precipitauit se. Equus etiam vt dicit idem: dum est in grege: libentius vadit cum sorore quam cum matre: et in hoc

B

instruimur naturaliter. quod propinquas nostri sanguinis debemus naturaliter euitare: et quanto attinent nobis magis propinquius: tanto ad ipsos strictius abstinere: vnde Gen.xij. Egredere de terra tua et de cognatione tua. quia sicut dicitur Marci.vj. Non est propheta sine honore: nisi in cognatione sua. Multi tamen sunt sicut canes: qui secundum Plinium vsque ad senectutem libidini vacant: et inter matrem et sororem non discernunt. Sic vere multi sunt qui cognatis et consanguineis non parcentes: naturalibus vinculis non tenentur: sine lege et contra legem viuentes vsque ad senectutem luxuria maculantur. Homini enim fornicario omnis panis dulcis: non fatigabitur transgrediens vsque ad finem. Eccli.xxiij. vnde Osee.iiij dicitur. Periurium et adulterium inundauerunt super terram: et sanguis sanguinem tetigit. Et ista est causa inimiciciarum et periculorum: bitumen enim alipati quod nullo modo pot dissolui: solo sanguine menstruo dissipatur secundum Plini. Sic vere quamquam inter aliquos sit indissolubile vinculum caritatis: si tamen interueniat sanguis menstruus.i. feditas incestus.i. ruptio consanguinitatis. Istud pro certo omne tale vinculum eneruat: et inimicicias perpetuas introducit. Exemplum de semiramide assyriorum regina: que post mortem nini regis viri sui. se filium et heredem habere mentita: diu sub spe filij. imperium rexit. tandem vero proprio filio adulto: ipsum in virum recepit: et vt priuatam verecundiam publico scelere excusaret proclamare fecit: quod nulla reuerentia nature exhibita: quecunque vellet proprium filium vel cognatum in matrimonium ducere possit: ipsam tamen proprius maritus et filius interfecit: et scelus quod comiserat vindicauit: sicut ponunt. Orosius et Justinus. Ista est ergo cognatio naturalis. ¶ Sed secundo dico: quod est quedam cognatio moralis seu spiritualis. Et ista nihil aliud est quam caritas: seu amor: seu etiam fides. fides enim et caritas faciunt omnes homines cognatos: notos etiam et amicos. Ab eodem enim patre et matre ecclesia prouenimus. et ideo spiritualiter cognati sumus: vnde.ij. Esdre.iiij. Proximus mihi sedebis et cognatus meus vocaberis. In quibus verbis aduerte. quod cognatio causat in homine.s. Societatis firmum tenorem. Proximus inquit mihi. Tranquilitatis verum dulcorem. Sedebis. Sublimitatis magnum honorem. et cognatus meus vocaberis. Inter autem tales cognatos.i. inter viros fideles et caritatiuos diligit dominus habitare: vnde Luc.ij. dicitur Quod parentes iesu requirebant eum inter cognatos et notos. Ipse etiam dicit Hier.xxxj. Ero deus vniuersis cognationibus israel.etc.

C

Cognitio. Cognoscere.

Nota quod cognoscere idem est quod aduertere: perpendere: scire noscere: et scientiam vel noticiam habere. Et est cognitio idem quod completa rei notio. Cognitio ergo est virtus naturalis et moralis: et est idem spiritualiter quod discretio: scientia fides seu consideratio. Per ista enim scilicet cognoscimus cognoscenda.

A

Per fidem. Uidemus enim quod etiam bruta cognoscunt quid est fugiendum: et quid etiam est faciendum. Discernunt enim inter delectabilia et tristabilia: quantomagis homo vtens ratione debet cognoscere et discernere quid est faciendum et quid obmittendum: quid est dannabile: et quid est vtile: quid est proficiens: et quid deficiens. Ideo bene dicit Hiere.xj. Demonstrasti mihi et ego cognoui. Nota ergo: quod virtus cognitiua et discretiua summe est necessaria. sine ista enim nec bonum amatur. nec malum declinatur: quia secundum Aristo. non diligitur bonum nisi prius cognitum. Dicit enim Pli. quod elephas inter omnia bruta est optimi intellectus: docetur enim regem cognoscere et eum adorare. Canis etiam sicut videmus optime cognoscit dominum suum: et eum et non alium solet sequi: aliqui etiam equi scitici dominos suos cognoscunt et nullos alios sessores admittunt: sicut dicit idem.
Per discretionem
Per scientiam
Et per prudentiam et sapientiam

Pro dominis etiam suis pugnant. ⁊ in morte eorum plorant. equos em̄ inquit affectum cõpassionis habe re certum est. Sic reuera nos xp̄iani debemꝰ habere sagacitatem intellectus: dñm enim ⁊ regem nostrum xp̄m: vel prelatum debemus cognoscere: ⁊ eum sequi ⁊ adorare: ⁊ ei firmiter obedire. nullum alium sessorez vel magistrũ scꝫ mundũ: carnem: vel dyabolum debe- mus admittere: sed istum solum diligere: ⁊ sub eius obedientia nos aptare: ⁊ etiam pro ipso ⁊ pro fide ⁊ iu sticia defendenda debemus pugnare. ⁊ mortem ipsiꝰ deplorare. Eccli. iiij. Usqꝫ ad mortem certa pro iusticia: ideo bñ dicit Esa. xix. Cognoscent egyptij dominum. Luc. xxiiij. Cognouerunt dominum in fractione pa- nis. Quãqꝫ multi sunt hodie contrarie cõditiões: qꝛ scꝫ deum benefactorem non cognoscunt: quãuis ipe in beneficiorũ collatione eos quotidie recognoscat vñ Gen. xlij. fratres ipse cognoscens: non est cognitꝰ ab eis. Acteõ em̄ sm̄ Ouid. lib. iij. fab. ij. mutatus in ceruum bene cognoscebat canes suos: qui tamen ab ipsis nõ cognoscebatur sed durissime mordebat. Sic vere deus qui cognoscit canes suos. s. xp̄ianos: ipsis sua beneficia largiendo: ab ipsis hodie non cognoscit nec seruitur: sed magis ab eis per diuersa peccata impu gnatur: ⁊ per blasphemiam ⁊ detractionem mordet grauiter ⁊ vrgetur: vñ ps. Uir insipiens nõ cognoscet ⁊ stultus non intelliget hec. Ista etiam videmus quo tidie inter homines euenire: quamuis em̄ aliquis sit acteon. i. diues ⁊ potens: ita qꝫ secum ducat canes. i. fa miliares ⁊ sequaces suos ipsos fouẽdo: ⁊ eis bñfaciẽ- do: si tamen accidit qꝫ mutet in ceruũ: ⁊ qꝫ de hoĩe fiat bestia. i. qꝫ de diuite fiat paup. ipe pcerto ab eis ampli us nõ cognoscitur: nec amatur: sed magis ab ipis per- sequitur: mordetur ⁊ diffamat: qꝛ breuiter hõ postqꝫ venit ad infortuniũ: vix amplius inuenit qui eum di- gnet cognoscere: qꝫ nõ cesset auxiliũ implorare. ps. Considerabam ad dexterã ⁊ videbã ⁊ non erat qui co gnosceret me. Non sic ergo: sed cognoscamus deuꝫ et benefactorem nr̄m: ⁊ ip̄m totis affectibꝰ diligamus. Iuxta illð Joh. x. Cognosco oues meas ⁊ cognoscunt me mee. ⁊ Esaie. j. dr̄ Cognouit bos possessorẽ suũ ⁊c. In quibus verbis nobis aduertendũ est: qꝫ quatuor sunt a nobis precipue cognoscenda. scꝫ.

Interiora. — Debemus em̄ cognoscere res inte-
B Exteriora. — riores ⁊ humanas. cognouit. i. cor
Superiora. — nouit res: exteriores ⁊ mundanas
Inferiora. — Bos q scꝫ herbas bonas ⁊ malas

discernit: res superiores nobis prelatas. Possessorem Res inferiores nobis subiectas. Suũ inquit. Dico er go. pmo qꝫ nos debemus cognoscere res humanas interiores. i. pprias cõditiones naturales.

Cognoscere em̄ debemus. — Ista em̄ ẽ cogni-
Quã viles fuimꝰ in ingressu. — tio pfectissima
Quã fragiles sumus in processu. — s. cognoscere se-
Quã flebiles erimus in egressu. — metipsũ. Mar

ci. xiij. c. Uidete vosmetipsos. Alexãder em̄ vulneratꝰ in prelio: ista verba dixit. Omnes inquit homines me dicunt filium Jouis: sed ego cognosco in isto vulnere me esse hominem: vnde dicit Hiero. lib. de ysaac. Sa- pientis inquit est segregare se a voluptatibꝰ carnis: eleuare aĩam atqꝫ a corpore abducere. hoc est cogno- scere se hominem esse. Ista autẽ cognitio valde est no bis necessaria.

Inducit em̄ dei timorem. — Istud figuratũ ẽ Gen.
Uite presentis horrorem. — iij. vbi dicitur. Qð post
Humilitatis amorem. — quã adaꝫ ⁊ eua cogno-

uerunt se nudos. consuerunt folia ficus pre verecũdia prius em̄ anteqꝫ se nudos cognoscerent non fuerunt verecundati peccare postqꝫ aũt se nudos cognouerũt se peccasse erubuerũt. Ex quo datur intelligi: qꝫ cogni tio sue nuditatis. i. sue naturalis paupertatis ⁊ vilita tis. causat in nobis verecundiam ⁊ timorem ⁊ peccati displicenciam ⁊ horrorem. Qð vtiqꝫ est contra mul- tos de quibus dicit Bern. in suis meditatiõibꝰ. Mul ti inquit multa sciũt ⁊ seipsos nesciũt. qꝛ reuera sicut oculus cognoscit ⁊ videt alia: se aũt cognoscere nõ po test vel videre. Sic multi sunt q seipsos non ꝯsiderãt nec cognoscũt: nec suos defectꝰ tam naturales qꝫ mo rales recogitãt vel aduertũt: q tñ alios sciunt optime cognoscere: considerare: iudicare: ⁊ videre. Sicut ptꝫ in detractoribus ⁊ in hypocritis: q in oculo fratris vi dent festucã: in suo aũt non vident trabẽ. Nã vt dicit Aug. lib. x. confessionũ. Curiosũ est genꝰ hoĩm ad co gnoscendũ vitã alienã desidiosum ad corrigendũ suã De istis dr̄ ps. Non cognoscet amplius locũ suũ. Non sic charissimi nõ: sꝫ cognoscamus res humanas ⁊ in- teriores: qꝛ sicut dicit Aug. li. de achademicis. Illa est humanarũ rerũ sciẽtia q nouit lumẽ prudẽtie: tempe- rantie decus: fortitudinis robur: iusticie sanctitatẽ. C

Secũdo dico. qꝫ nos debemus cognoscere res mun danas ⁊ exteriores: qð ostẽdit cũ dr̄ bos Bos em̄ aial est odoratu sagax: discernit em̄ inter herbas bonas et malas. Socios ẽt cũ qbꝰ iugũ trahere ꝯsueuit solet co gnoscere: diligere: ipsosqꝫ lãbere: ⁊ frequentare: ⁊ si ab ipo recesserint solet affectũ ostẽdere, ⁊ mugire. Sic ⁊ ve charissimi nos debemꝰ herbas. i. res exteriores discer nere ⁊ cognoscere. s. qd vtile ⁊ qd inutile: quid bonuꝫ ⁊ quid malũ: qd honestũ ⁊ qd molestũ. Nume. xxij. Si- cut solet bos herbas capere consideratis circũstãtijs ⁊ indigẽtijs: sic debemus etiã cognoscere socios nr̄os ⁊ amicos cũ quibus iugũ eiusdẽ fidei: religionis ⁊ so- cietatis ducimus ⁊ trahimus: ⁊ ipsos debemus lãbe- re. i. pfecte diligere ⁊ amare: ⁊ erga eos cõpassionis af fectum oñdere ⁊ habere. Uñ Job. j. Boues arabant ⁊ asine pascebant: de ista cognitione dr̄. j. Corint. xiij. Nunc cognosco ex parte. Et ibidẽ. Ex parte inqt. i. im perfecte cognoscimus ⁊ ex parte prophetamus. ⁊ pro certo cognitio quã habemus in mũdo isto: tã de rebꝰ qꝫ de psonis bñ dr̄ esse ex parte: qꝛ vere vix aut nũqꝫ po test aliqs pfecte aliqd cognoscere. Illud em̄ videmus de hoĩbus q pcerto vix cognoscunt: qꝛ sepe q creditur amicus inuenit inimicus: q credit equus inuenit ini- quus. Tãta est em̄ silitudo exteriꝰ inter gẽmas veras ⁊ fictas: lapideas ⁊ vitreas: qꝫ hõ in eligẽdo sepe deci- pit: sicut nõ cognoscẽs q melior dꝫ esse: qꝛ reuera inter amicos veros ⁊ fictos. Inter hoĩes bonos ⁊ malos tã ta est qñqꝫ similitudo exteriꝰ p maloꝝ hypocrisim et cautelã qꝫ vix alter ab altero cognoscit: nisi forte per opera distinguant: qꝛ sicut dr̄ Mat. vij. A fructibꝰ eo rum cognoscetis eos. Dypsas em̄ alio noĩe situla est serpens ita minimꝰ qꝫ añ interficit qꝫ videat sm̄ Isid. a calcantibꝰ em̄ nõ cognoscit: donec morsus ⁊ venenũ ipsius sentiat: sic vere multi sunt q pter puritatẽ hu militatis ⁊ simplicitatis ab alijs nõ vident: sꝫ qñ vene nũ malicie ab eis infundit: tũc aliud esse qꝫ apparue- rãt cognoscunt. Nõ sic ergo sꝫ cognoscamus res mũ- das ⁊ exteriores.

Tertio dico qꝫ nos debemꝰ cogno- D scere res diuinas ⁊ superiores. s. deũ: platũ: benefacto rem ⁊c. ⁊ hoc oñdit cũ dr̄ Possessorẽ. Illi em̄ q nõ pos- sidẽt ⁊ sustinẽt gubernãt pariter atqꝫ iuuãt sunt cogno scẽdi ⁊ sinceris affectibus diligendi. Apes em̄ cogno- scũt regẽ suũ. Elephas etiã siluestris cadẽs in foueam venatoris cognoscit illũ q ipsũ de fouea liberat ⁊ ip- sum sequitur: ⁊ factus domesticus eidẽ obtẽperat et obedit. Sic vere charissimi benefactores: reges: prela- tos: ⁊ supiores: ⁊ maxime deũ superiorẽ ⁊ benefactorẽ debemus cognoscere: q nos de pcti ⁊ inferni fouea li- berauit: ⁊ tantoꝝ grati beneficioꝝ sibi in oĩbus obedi re. Joh. x. Cognosco oues meas ⁊ cognoscũt me mee. Possessorẽ inquit. Regratiet ergo qsqꝫ ⁊ dicat illud Prouerbio. viij. Dominus possedit me ab initio: sꝫ p certo de multis ingratis dr̄ Hiere. ix. Nõ audierũt vo cẽ possidẽtis a volucre celi vsqꝫ ad pecora transmigra uerũt ⁊ recesserũt. Uolucres em̄ celi. i. supbi pecora ter re. i. auari vocem sui possessoris ⁊ benefactoris: prelati ⁊ preceptoris non audiunt: preceptis ipsius obediẽdo accepta beneficia recognoscẽdo: sed ab ipso per mẽtis

induratio nẽ

indurationem fugiunt τ recedunt. Nõ sic sed cognoscamus res diuinas τ superiores. Qđ etiam potest referri ad paradisũ τ ad dei occultam prouidentiã τ ad secreta dei iudicia que oĩa debent a nobis cognosci et solerti indagine meditari. cognoscamus ergo celestia vt ea contemplemur Hiere. viij. Miluus in celo cognouit tempus suum. Cognoscamus dei prouidentiam vt eam admiremur ps. Existimabam vt cognoscerem hoc labor est ante me. Cognoscamus dei iudicia. vt per ea de malo retardemur ps. Cognoscetur dñs iu-
E dicia faciens. Cognoscamus ergo res diuinas τ superiores. ¶ Quarto cognoscamus res subiectas τ inferiores: qđ ostendit cum dr̃ suum. Suum enĩ est pronomen possessiuũ: quia. s. que sunt in possessiõe τ subiectione debemus cognoscere. Tria aũt proprie possunt dici nostra. s. Onus peccatorũ. Uirtus meritorũ. Chorus subditorum. Cognoscunt peccata vt dimittãtur merita vt augeantur: subditi vt debite gubernantur Cognitio enĩ propriorũ peccatorũ est necessaria quia tunc signum est: φ freneticus sanatur qñ cognoscit se esse infirmum. Sic vere signum est spiritualis sanitatis: quando homo cognoscit quãta est iniquitas sue prauitatis. Jõ dr̃ in ps. Iniquitatem meam ego cog. τ pec. τc. Sicut enim dicit Grego. li. mor. xxxvj. Quanto quis minus se videt: tãto sibi minus displicet τ quanto maior grẽ lumẽ percipit tanto amplius reprehensibilẽ se esse cognoscit. Uñ enĩ dicit idẽ in mor. Nemo certitudinẽ suã nisi qui rectus esse cepit comprehendit. Nã q̃ oĩno peruersus est non põt videre qđ ẽ Itẽ cognitio propriorũ meritorũ est necessaria: vt. s. sciamus quãtũ pficimus qr̃ breuiter fm̃ Bern. in meditationib⁹ suis: vtile est τ necesse φ ab exteriorib⁹ ad interiora redeã: τ ab inferiorib⁹ ad superiora ascendã vt possim recognoscere: vnde venio aut quo vado:
F quid sim: τ vñ sim: vt p cognitionẽ mei. possim venire ad cognitionẽ dei. ¶ Item necessaria est cognitio subditorũ. Prelati enĩ dñt subditos cognoscere: vt ipsos possint fm̃ merita pmouere: φφ multi sunt sicut ysaac de quo dr̃: φ cũ iacob esset pelliculis inuolutus. pater non cognouit eũ: τ ideo dedit sibi benedictionẽ pmogenitorũ. Sic vere carissimi: qr̃ pñs moderni. i. prelati vident subditos mediantib⁹ pillis τ pelliculis. i. mediante pelle carnalis affectionis: τ pillis diuitiarũ τ tpalis possessionis. ideo non pñt ipsos pfecte cognoscere τ pp̃ter hoc bñdictionẽ pmogenitorũ. i. beneficia bonis personis debita ipsis solent indebite ministrare. Istud enĩ est certum: qr̃ amor τ affectio: τ acceptio personarum: munera etiã τ ambitio diuitiarũ cautella τ hypocrisis τ fictio maliciarũ impediant plãtos ne cognoscant cõditionem subditorũ: Uñ de talib⁹ dr̃. Gen. xxxviij. Thamar operuit vultũ suum pallio: vt non cognosceret. Sicut pz̃ de illis q̃ adulatores: cõpatriotas τ personas indignas pmouet τ exaltant τc. Jõ Gen. xxvij. dr̃. Pater inquit non cognouit eũ: qr̃ pilose manus fratris similitudinẽ ptendebãt. Suũ inq̃t. Illđ enĩ qđ suũ est debet cognoscere. Uñ Thob. xj. Cognouit venientẽ filiũ suũ. φφ de multis malis dicat. Joh. j. In propria venit τ sui eũ non cognouerũt: qr̃. s. mali bñ cognoscunt: τ inscij τ ignari a suis carnalib⁹ pmotorib⁹ τ amicis: ita φ ipsi acceptores videntur dicere illđ predictum Joh. x. Cognosco oues meas: τ cognoscunt me mee. qr̃. s. nõ videntur hodie cognoscere nisi suos. cũ nulli bonũ faciant nisi ipsis. Boni vero ab eis non vident cognosci: qđ pz̃. qr̃ nullus videt per eos pmoueri. Uñ Sen. in ep̃la Ueni athẽas inquit democritus: nemo vnq̃ ibi me agnouit. Qđ etiã hodie pñt dicere paupes: quos diuites cognoscere non dignant dato φ etiam sint pximi vel cognati. Jõ in psona pauperũ dicit xp̃s in ps Considerabã ad dexteram τ videbam: τ nõ erat q̃ cognosceret me quinimo multi sunt ingrati: qr̃ dato φ qñq̃ fuerint ab alijs in necessitatibus cogniti τ adiuti: ipsi tñ vice reciproca alios si ad necessitatem venerint cognoscere non dignant: sicut es

illi qui dr̃ propontis. i. brachium sancti Georgij. De quo dicit Pli. τ Soli. Qđ aquas ponti fluentes cõtinue recipit ipsas tñ refluendo iterũ non remittit: qr̃. s. isti aliena bona volunt bene recipere: sua tñ nolunt alijs cõicare: nec etiã p gratiarumactionẽ refundere: vel ad benefactorẽ pp̃riũ diriuare: τ bene volunt in necessitate cognosci: ipsi tñ solẽt alios ignorare. Unde de ioseph dr̃. Gen. xlij. φ frẽs ipse cognoscẽs nõ est agnitus ab eis. Cognoscamus ergo carissimi inferiora: superiora. exteriora. interiora τc. sufficit: vide de agnoscere si placet.

Colere est cultura. Nota φ colere idem est qđ honorare frequẽtare: pparare: τ alicui seruitiũ seu obsequiũ exhibere. A
Colit ergo deus per reuerentiam τ fidelitatem.
Colitur anima per penitentiam τ aspritatem.
Colitur mundus per frequentationem.
Colũtur diuites per adulationem.
Colũtur peccata per eorũ executionem.
Colit diabolus per sue voluptatis adimpletionẽ. Dico ergo φ deus colit: p fidem τ reuerentiam: vñ Judith. xj. Ego ancila tua deũ colo Item colit aĩa p asperitatem τ pniam. Uñ. Hiere. xxvij. Colet terrã τ inhabitabit eã. Item colit mũdus: per sue psperitatis dilectionem Roma. j. Coluerunt τ seruierunt creature poti⁹ q̃ creatori. Item colit dyabolus: p peccatorũ executionem. vñ. iij. Reg. x. Achab coluit baal. Et. iij. Reg. xj. Colebat Salamon acharã deã sydorũ. Item coluntur diuites per adulationẽ: vñ Prouer. xix. Multi colũt personam potẽtis seu diuitis. Et Dan. xiiij. Erat draco in babylone colebant enĩ babylonij. Item colunt peccata p eorũ continuationẽ. vñ. iiij. Reg. xvij. Coluerunt immundicias de quib⁹ preceperat dñs ne facerent B
verbũ hoc ¶ De cultura ergo qua colit deus vnum solum aduertendũ est: φ a bonis τ sanctis viris vult coli τ seruiri. Balsamus enĩ sicut pluries repertũ est nũq̃ plene fructificat nisi a xp̃ianis colatur. Sic vere deus fructũ grẽ τ glorie nunq̃ reddit nisi illis cultoribus q̃ xp̃iani. i. sancti τ iusti esse dinoscũt. Ideo dr̃. ij. Mach. j. Det vobis cor oĩbus vt colatis eum τ faciatis eius voluntatem. De alijs aũt dr̃. Marci. vij. Inuanum enĩ me colunt τc. Et nota φ in mũdo inueniuntur plura genera hoĩm qui non colunt. nec adorãt deum verum: sed quid aliud loco dei. Quidã enĩ adorant τ colunt animalia. Quidam idola lignea quidã idola lapidea. Quidã: dico aĩalia: sicut dr̃ in li. de mirabilib⁹ orientis: φ ppls de regno columbi adorãt boues: τ isti sunt viri carnales qui animalia. i. personas carnales τ animales frequentant scilcet. luxuriosas mulieres: τ hmõi. qr̃ multi sunt q̃ recte de talib⁹ mulieribus faciunt deos suos. Sap. xv. Aialia miserrima colunt: τ Osee. x. Uaccas bethauen coluerũt: alij dico colũt ydola lapidea. τ isti sunt illi qui đ lapidibus et metallis faciunt deos suos. sicut sunt auari. De quibus dr̃. Hiere. ij. Dicentes ligno: deus meus es. τ lapidibus: tu me genuisti. Item alij colunt ydola lignea: τ isti sunt fatui nobiles: qui de lignis. id est de lãceis faciunt deos suos: nihil aliud colẽtes τ nihil aliud reputantes. neuter enĩ populi scithie solebãt dijs enses colere: τ pro simulacris lanceas honorare q̃ etiam fuit cõis cultura apud antiquos ante ydola: τ hoc fm̃. Justinum li. vi. vñ illud pdictum Eze. xx. Erimus sicut gentes: τ colamus ligna τ lapides. Si vis dilata quõ diuersi ydololatre diuersimode colũt deos suos. sicut colũbini. qui colunt bouem De illis qui colendo ydola dant eis fumum τ sibi retinent cibos τc. ¶ Sed si C
vis adhuc distingue de colere. Nota φ colere sumitur p frequẽtare: exercere habitare: reuereri τ honorare. Colitur autem ager quando frequentatur: domus quando habitatur: deus quando adoratur: dyabol⁹ quando a nobis reueretur: homo quãdo honoratur. Igitur loquendo moraliter dico φ in scriptura repe-ritur.

Cultura.
Penitentium que solet corpus terrere.
Contemplantiū q̄ facit deum querere. Est igitur
Oberrantiū q̄ solet vana credere. dico cultu-
Adulantium q̄ solet vana dicere. ra peniteti
um .i. ista est illa q̄ fossorio diuini timoris ⁊ ꝯtritionis nosipsos iterius penetramus: per gladiū lingue sup-flua ꝯfitendo rumpimus: ⁊ lachrimis rigando ad fructum vite ꝑ satisfactionē nos vtiliter ꝑparamus. Arbores eī siluestres ſm Plini. efficiunt domestice per culturam: exemplificat de olea: ⁊ de rosa. Sic peccatores fiūt boni ꝑ pniam. Ideo .ij. Mach. xij. dr̄. Judei .i. confitentes agriculture opam dabant. Et merito: q2 corpus nr̄m ⁊ etiam eccl'ia ⁊ religio sunt illa terra. De qua dr̄. Gen̄. xxxiiij. Negocient in terra ⁊ exerceant eā q2 speciosa ⁊ lata est: ⁊ cultoribus indiget. Secūdo dico ꝙ est cultura ꝯtemplantiū seu rite credentiū: qui .s. colunt deum fide deuotione ⁊ bona operatiōe. Sicut eī ponit hystoria alexandri. Sacerdotes qui colebāt arbores solis ⁊ lune: erant homines maximas aures ⁊ longos dentes hn̄tes: sup terram nudi iacentes: pomis arborꝫ ⁊ lazare ⁊ amonio viuentes. Sic vere illi q̄ cultores volunt esse solis ⁊ lune .i. xp̄i ⁊ marie: debent hr̄e aures magnas .i. virtutes obedientie: que omnia audit longos dentes ⁊ magnos .i. virtutem correctionis ⁊ iusticie: que oīa rodit ⁊ omnia mala mordet ⁊ punit. Nudi dn̄t iacere ꝑ virtutem ꝯtemptus rerūꝫ corporalis indigētie: q̄ oīa ꝓ dei amore vilipēdit: pomis ⁊ fructib⁹ sacre scripture ⁊ lazare seu gūmi deuotiōis viuere ꝑ v'tutē dīuotiōis ⁊ clemētie: q̄ oīa illibata custodit: a talib⁹ xp̄s digne colit: ⁊ sibi digne ab eis d̄seruit itaq ⁊ tūc pōt dici illud .ij. Paral. xxxv. Cultura dei rite cōpleta est. Tertio dico ꝙ est cultura oberrantium ⁊ est illa qua diuersa diuersos deos aut vitia colunt ⁊ credunt. Et si vis compa diuersa moderna vitia diuersis ydolis. Jō .ij. Paral. vij. dr̄. Adorauerūt deos alienos ⁊ coluerunt eos. Quarto dico ꝙ est cultura adulantium: de quib⁹ puer. xix. Multi colunt personaꝫ potentis: ⁊ amici sunt dona tribuentes. figurati in illis: de quibus legit. Sap. xij. ⁊ xv. ꝙ serpentes ⁊ aīalia muta colebant: q2 reuera hodie qui sunt serpētes: i. maliciosi: ⁊ animalia muta .i. brutales ⁊ iusti ampli
A us ab adulatorib⁹ volunt coli. Ezech. xx. Uenite colamus ligna ⁊ lapidem ⁊c.

Color.

Nota ꝙ color signat exteriorem ꝯuersationem vt cōiter eī color est illd̄ ꝙ oculis obijcitur intuentis. Color eī est immediatū obiectum visus. Et ideo de colore possumus loqui dupliciter. Accipitur eī quādoq ꝓ bona cōuersatione: q̄nq ꝓ mala. Est igitur color delectabilis. ⁊ est color detestabilis. Color delectabilis ⁊ cōmendabilis est color bone conuersationis: virtutis ⁊ perfectionis. Sicut eī imago pulcris coloribus multis ⁊ varijs picturatur vt pulcrior ⁊ acceptior efficiatur. Sic vere homo debet multis colorib⁹ virtutū ⁊ morꝫ depingi: vt apud deū ⁊ homines possit acceptior iudicari. Ezech. xvj. Sūpsisti vestimēta tua multicoloria ⁊ ornata es eis. vbi aduerte: ꝙ color honeste conuersationis. Est turpitudinis velamentum. Uestimenta inquit tua. Est pulcritudinis paramentum. multicoloria. Est sanctitatis munimentū. ornata inquit es. Dico ergo ꝙ iste color est velamentum turpitudis; qđ ostenditur cuꝫ dr̄. Uestimenta. Uestes eī tegunt ⁊ operiunt omneꝫ corporis deformitatem. sicut color operit omnē substantie nuditatem: sic bona cōuersatio. si sit in homine quicquid habuerit interius in morib⁹ turpe vel vitiosum contegit ⁊ celabit vn̄ Judicum .v. Uestes diuersorum colorum cisare traduntur. ⁊ Esa. iiij. Panē
B nostrum comedemus. ⁊ vestimentis nostris operiemur. ¶ Secūdo dico: ꝙ iste color est paramentū pulcritudinis: multicoloria inquit. Sicut eī ex multis colorib⁹ efficitur vestis pulcra. Sic ex multis virtutibus efficitur conuersatio gratiosa. Et ideo simus sicut yris que multis coloribus est distincta. Simus etiam sicut cameleon: qui colores oppositarū rerum in sue pellis corio representat. Simus sicut lapis qui dicitur pantheron: qui multis ⁊ varijs coloribus depictus est: q2 sicut dicitur in lapidario. In isto est color niger: rubeus: pallidus: viridis: purpureus: rose⁹: ſm Dyas. Sic vere charissimi nos spiritualiter multos liquores variarum virtutum debemus habere: ⁊ ad colores bonarum conditionum quas in alijs videmus pellem nostre conuersationis transferre. Sit ergo in nobis niger color humilitatis: robur etiā caritatis: viror insuper honestatis. Hester. xv. Ipsa autē roseo colore vultum perfusa: gratis ⁊ nitentibus oculis tristē celabat animū. Sit tibi etiā palor penitentie purpura patientie: roseitas verecūdie. Hester. xv. Corruit inquit regina ⁊ in pallorē colore mutato: lassa super ancillā reclinabat caput. Unde de tali sic coloratio dr̄ Ezechie. xvj. Uestita es bisso ⁊ polymito: ⁊ multis coloribus. Homo enim perfectus similis est optalio qui est lapis in quo multarū aliaꝝ gēmarum colores resultant ſm Dyas. Ibi eī carbunculi ignis: purpura ametisti: viriditas smaragdi sub q̄dā diuersitate refulgent ſm Isido. Et quot habet colores tot creditur habere valores: sic per oīa vir iustus colores. i. perfectiones ⁊ virtutes aliorū debet in seipso representare. Sit igitur in ipso color
Igneus caritatis ⁊ amicicie.
Purpureus firmitatis ⁊ patientie.
Uiridis honestatis ⁊ apparentie. ¶ Ista eī omnia debēt in eo diuersimode relucere ⁊ nō solū exteri⁹ in apparētia: immo etiam interius inexistentia. vnde primo. Paralipo. xix. dr̄. ꝙ Dauid parauit pro tēplo edificando diuersorum colorꝫ lapides preciosos ⁊ marmor pariū abundantissime. Uerūtamen aduertēduꝫ est ꝙ q̄uis colores exteriores ſm passiones interiores mutantur. Nam color mutatus delucide demōstrat interni animi gaudiū ⁊ merorē. Istud tamē sepissime fallit: q2 vere sepe accidit: ꝙ q̄uis hō multis pulcris coloribus conuersationis fit exterius picturatus. Interius tamen multis criminibus est infectus. Sicut patet in hypocritis: quorꝫ pellis cōuersatiōis est pulcra. mēs: tn̄ interioris cogitationis est horribilis atq vana. Isti sunt similes cuidā vermi coloratissimo de quo dicit Isido. ꝙ quot habet colores tot habet dolores. Similes etiā sunt serpenti qui dicit stitalis q̄ tanta varietate colorꝫ est pictus: ꝙ ad sui cōsiderationem mutat bestias transeuntes quas dū circa pulcritudinem sue pellis videt in se mussare: ipsas subito vulnerat atq pungit: sicut dicit Isido. Cerastes etiam serpens venenosissim⁹ habens cornua pulcra ⁊ colorata corpus autem totum in terra vel puluere abscondit ⁊ cornua picta foras dimittit: qđ dū bestie videntes credunt esse vermes ad quē dum appropinquauerint ab eo capiuntur. Recte tales sunt hypocrite ⁊ heretici. Isti enim exterius in apparentia sunt multis virtutibus colorati: propter quos colores homines ad sui societatē copulā ⁊ amorem inuitāt: quos finaliter decipiunt ⁊ inquinant. Istud patet in multis qui propter fictā sanctitatem quā pretendunt decipiunt iuuenculas mulieres quod in illis maxime apparet: q̄ sub bono colore cōfessiōis: vel spiritalis eruditionis: vel etiā carnalis cōsanguinitatis ipsas decipiūt ⁊ inquinant ⁊ tunc bn̄ dr̄ illud Treno. iiij. Mutatus est color optimus: dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omniū platearū. Isti figurantur Leui. xiij. vbi dr̄ ꝙ casus capillorū: inequalitas cutis color albus vel rufus significabat leprā interiorē. Sic vere charissimi si habuerimus casum capillorum .i. defectū virtutū inequalitatē .i. discontinuitatē inconstantie: ⁊ colorē album hypocrisis: ⁊ rufuꝫ malicie: bene signū est: ꝙ interius in conscientia latet lepra .i. corruptio peccatorum. Et bene dico rufum colorem malicie: propter maliciosos: q̄ semꝑ in omni actu malicie sue q̄runt aliquē superficialem

cialem colorem: quia ipsi sunt sicut dicitur. Sap. xv. Effigies sculpta per varios colores. Non sic: sed habeamus colorem bone conuersationis: quia iste est paramentum pulcritudinis. C ¶ Tertio dico quod color honeste conuersationis est munimentum sanctitatis. Ornata inquit es. Pulcrius enim ornamentum quod homo sanctus possit habere: est color honeste conuersationis: sicut bene dicitur de hester. Hester. xv. quod die tertio posuit vestimenta ornatus sui et circundata est gloria sua. et infra. Ipsa autem roseo vultu colore perfusa et gratis ac nitentibus oculis tristem celabat animum. Iste tamen color. scilicet color ornatus exterioris: non est hodie in multis sanctitudinis ornamentum: sed potius libidinis incitamentum: sicut patet de multis iuuenibus et iuuenculis: qui ad hoc se sophisticant et colorant vt alijs complaceant et ad suum amorem alios attrahant et inducant. Stellio enim quamquam guttis stelleis coloretur: est tamen animal venenosum. Cattus etiam quando videt quod pellis sua est pulcri coloris: exinde efficitur vagabundus: nec ad domum domini sui libenter moratur. sed huc atque illuc discurrit. Sic vere carissimi illi qui pulcritudine corporis colorantur. stellantur et picturantur: sunt quandoque preceteris venenosi: et aliorum etiam infectiui: sicut patet de malis mulieribus etc. Isti enim quando se vident habere pulcram pellem: quandoque siluestres efficiuntur. scilicet inquantum volunt discurrere vt videantur et in domibus suis manere dedignantur: potissime maxime in monialibus vagabundis. Iste sunt secundum apostolum. j. Thimo. v. Que discunt circuire domos. et cum fornicate fuerint volunt nubere. Et breuiter loquendo talis color. scilicet ornatus et pulcritudo corporis est quandoque tamen causa multorum malorum. Unde Leui. xiij. Non queret amplius vtrum capillus in flauum colorem sit mutatus: quia aperte immundus est. Non sic ergo: sed habeamus colorem spiritualem non corporalem. Habeamus honestatem: non corporis curiositatem: quia procerto: sicut dictum est: color honeste conuersationis est sanctitudinis munimentum est pulcritudinis paramentum A est turpitudinis velamentum etc.

Coluber.

Vide infra de serpente. Nota tamen quod coluber est dictus a collabendo: eo quod collabendo solet incedere. Vel dicitur coluber quasi colens vmbras: eo quod in vmbris solet libenter manere. Dicam ergo breuiter: quod per colubrum possunt intelligi multa genera peccatorum: secundum quod multis malis conditionibus est infectus.

Coluber enim vmbras colit.
Simpliciter et collabendo incedit.
Acriter mordet et ledit.
Tortuose progreditur et vadit.
Venenose intoxicat et occidit.
Sic ergo dicam quod coluber significare potest
Deliciosos qui volunt viuere suauiter.
Maliciosos: qui querunt nocere falaciter.
Tempestuosos. qui solent ledere crudeliter.
Adulatores qui sciunt collabi subtiliter.
Et detractores: qui solent nocere mordaciter.

Signat dico deliciosos: quia sicut coluber colit vmbras Sic de istis dicitur. Job. xl. Sub vmbra dormit in secreto thalami: in locis humentibus. Unde Gen. xlix. fiat dan coluber in via: cerastes in semita: id est in vmbraculis semitarum et viarum. Item signat maliciosos. Coluber enim tortuose incedit: sic maliciosi numquam recte nec plane procedunt. Job. xxvj. Obstetricante manu dei eductus est coluber tortuosus. Item signat crudeles et tempestuosos: quia sicut coluber mordet et ledit. Sic crudeles iudices et tyranni. figurati in virga Moysi que primo fuit ordinata ad oues regendum. Sicut dicitur. Exodi. iij. tandem tamen conuersa fuit in colubrum ad virgas alias deuorandum. Sicut dicitur Exodi. iiij. Quia reuera isti qui debent esse virga pastoralis ad regendum inferiores: sunt hodie facti colubri per crudelitatem et rapinam ad mordendum et deuorandum alios inferiores. Istud potissime potest dici de maioribus principibus et prelatis: qui iurisditiones minorum prelatorum et vasallorum impediunt: et eos molestant grauiter confundunt: et sic virga virgam comedit: et coluber colubrum rodit. Sap. xvj. A morsibus colubrorum exterminati sunt. Item signat adulatores ac verbosos: quia coluber collabendo simpliciter incedit: sic adulatores cum lapsu complacentie et applausus sciunt facere facta sua: ideo dicitur. Prouerb. xxx. quod non est qui possit cognoscere viam colubri super petram. Item signat detractores et venenosos. Eccli. xxv. Non est caput nequius super caput colubri. Et si vis etiam signat peccatum et dyabolum etc. Eccli. xxj. Quasi a facie colubri fuge peccatum: et Eccles. x. Qui dissipat sepem. mordebit eum coluber: vide infra de Serpente etc.

Columba.

B Nota quod columba est auis simplex beniuola et benigna multis virtutibus et bonis proprietatibus naturalibus insignita: et potest significare quemlibet virum iustum: et maxime virum religiosum vel ecclesiasticum: qui inter et super ceteros homines debet esse mitis: humilis benignus: gratijs et virtutibus insignitus. Columba enim est

Victu munda. Sic procerto vir perfectus debet
Fructu fecunda. esse victu mundus: quia sicut co
Cantu gemebunda. lumba non comedit cadauera

vel immunda: immo grana pura et munda eligit sibi ipsi in signum cuius dicitur. Gen. viij. quod columba non inueniens vbi requiesceret pes eius: eo. scilicet quod in aqua non poterat descendere nisi super cadauera mortuorum reuersa est ad noe in arcam. Sic vere nos debemus in rebus mundis et puris quiescere. scilicet in actibus virtuosis: et in societatibus honestis: et etiam in spiritualibus bonis et a cadaueribus fetidis. i. a vitijs: a malis socijs: a temporalibus delicijs. abstinere. Ita quod de quolibet bono potest dici illud. Job. j. Vidi spiritum sanctum. i. virum spiritualem et mundum tamquam columbam descendentem. Item debet esse fructu fecundus. Columba enim in regione calida. sicut est egyptus omni mense fructificat et pullificat. Et quanto pennosior. tanto fructuosior. Alie enim aues semel tantum in anno vt communiter pullificant. Ista autem duodecies aliquando. Sic vere carissimi quilibet vir perfectus debet esse in bonis operibus fructuosus. omni enim mense: omni tempore debet fructus et pullos bonorum operum procreare. Ad quod principaliter procerto duo suffragantur. scilicet si homo sit in calida regione. i. in caritatis feruore. si sit pennosus virtutum multiplicitate. Ideo desiderabat dauid in ps. Quis dabit mihi pennas sicut columbe. scilicet vt volem et vt fructificem. Item debet esse cantu gemebundus. Columba enim pro cantu gemitum reddit. Sic procerto vir sanctus pro cantu mundanarum leticiarum et humane consolationis: debet habere gemitum tristis et gemebunde meditationis. Esa. lix. Quasi columbe meditantes gemitus. Viri sancti ergo dicuntur columbe: quia sicut dictum est. Isti sunt.

Victu mundi. Unde de talibus columbis loquitur
Fructu fecundi. Esa. xxxviij. Ut columba atte
Cantu gemebundi. nuati sunt oculi mei: suspicien

tes in excelso. In quibus verbis ostenditur quod viri perfecti secundum quatuor conditiones columbe: quatuor virtutibus sunt dotati. Debent enim habere ista. scilicet Cordis meditationem. Meditabor inquit: vt columba. Rerum diminutionem: attenuati sunt inquit. Sensus circumspectionem. oculi suspicientes. Mentis subleuationem in excelso. D ¶ Dico ergo primo quod nos debemus habere sanctam cogitationem. quod ostenditur cum dicitur. Meditabor. Columba enim semper vadit meditando: et postquam diu meditauerit pro omni conclusione gemit. Sic vere carissimi nos semper debemus meditari et cogitare in aliquo spirituali bono. scilicet in rebus preteritis: presentibus et futuris. Preteritis dico. scilicet in peccatis commissis: et in bonis omissis. Item in presentibus scilicet in prosperitatis varietate. in nostre nature fragilitate. Item

in futuris scilicet in iudicij asperitate in mortis propinquitate: in inferni penalitate: in paradisi felicitate Ista ergo debemus meditari: et exinde spiritualiter cōtristari: et ad gemendum et plorandum actualiter cōmoueri. Meditabor inquit: vnde Esa. lix. Rugiemus quasi vrsi et quasi columbe meditantes gememus. Ista tamen sunt contra multos: qui pcerto nō cogitāt nec meditant in rebus occultis: sed in manifestis: non in futuris: sed in propinquis: non in absētibus: sed in psentibus non in spūalibus sed in tēporalibus. Isti sunt similes pueris qui nō cogitant in aliquo nisi in illis delectabilibus vel tristabilibus que eis psētialiter preponuntur: sic mundi peccatores pculdubio in psētibus mundi consolationibus vel tribulationibus meditant: de futuris vl' de preteritis non curantes Isti deberent audire sniam sapiētis: que dicit Eccli. xj. In die bonorum: ne immemor sis malorum: supple preteritorum et futurorum. Meditabor inquit: vñ in ps. Meditatus sum: nocte cum corde meo &c. vñ Sen. Si prudens fuerit animus tuus: in tribus dispensetur. Psētia inqt ordina: preterita: meditare futura pcaue. Quod potissime est contra multos diuites qui de humili statu venerunt: qui sui generis vilitatem: sui status primitiuam paupertatem meditari non volunt. Similes cuidam serpēti qui dicit scila. qui nullo modo potest respicere retro se: si em̄ flecteretur creparet: sic procerto tales nunq̄ flectuntur retro ad meditandum tpa retroacta: vnde di. Sen. q̄ hoc hꝫ pessimū cupiditas: quia non respicit vnde veniat: sed quo tendat. Nō sic ergo: sed meditabor inquit: habeamus ergo sanctaꝫ

C cogitationem. ¶ Secundo si volumus esse spūales columbe: habeamus rerum diminutionem. Attenuati sunt inquit. Columba em̄ de nido suo eijcit stercora. Sic nos procerto de nido cordis nostri debemus stercora bonorum temporaliū que stercora ab aplo dicūt quantum ad amorem eijcere. Phil. iij. Omnia arbitratus sum sicut stercora: etiam temporaliter debemus bona nostra per elemosinas dispergere: et nos quantum ad tēporalia attenuari et spūaliter tpare. Attenuati sunt inquit. Ista em̄ stercora a malis et nō a bonis diliguntur et reputant. vñ. iiij. Reg. vj. dr. q̄ in pestilētia famis que fuit in samaria: carissime vēdebāt stercora columbarum: quia reuera fames auaricie huius mundi facit stercora bonorum tēporalium pciosa reputari: qđ tn̄ nō est apud columbas. i. apud viros pfectos quia isti tēporalia detestant et eternalia meditantur: vnde Esa. lx. Qui sunt isti qui vt nubes volant et quasi columbe ad fenestras suas. Volatus em̄ et leuitas attenuationem signant ponderis. Attenuati sunt: ergo Esa. xvij. Attenuabitur gloria iacob: et pigues carnes eius marcescēt. Sopho. ij. Attenuabo robur eius. Istud tamen est contra auaros: qui reuera nunq̄ volunt attenuare substantiam suam pauperibus largiendo: sed ipsam potius augmentare diuitias acqrendo. Vñ isti non sunt sicut columba que eijcit stercora immo recte sunt sicut vpupa que iacet in suis stercoribus: de stercoribus enim humanis facit nidum suū Porci etiam qui sunt aialia immundissima stercora comedere delectant. Leopardus etiam humana stercora diligit. ita q̄ p eis habendis se capere facit. Sic pcerto vpupa que portat cristam: id est ecclesiastici prelati seu mitrati. porci etiam. i. seculares voluptuosi et delicati. leopardi insuper. i. crudeles diuites et tyrāni. isti dico omnes diligunt stercora bonorum tēporalium. et in ipsis morari et nidificare: ipsa acquirere et deuorare nitunt intantū q̄ sepe diuersis ex hoc criminibus a dyabolo capiunt. Tre. iiij. Qui vescebantur voluptuose āplexati sunt stercora: Nō sic ergo: sꝫ more colū-

D be habeamus rerum diminutioēꝫ id ē paupertatē. Attenuati sunt inqt. ¶ Tertio dico q̄ nos debemus hr̄e sensus circūspectioēꝫ: qđ ostēdit cū dr. Oculi suspicientes. Columba em̄ hꝫ oculos claros qbus inter accipitres discernit: et quādiu insidiantes viderit. a foramine i quo latitat nō recedit colūba etiā īnt grana discernit: et meliora eligit: deteriora emittit. colūba etiā sup ramū sedēs: quo volare debeat diu circūspicit: et nisi pus quo ire debeat diu deliberauerit ad volatū nō attēdit. Sic pro certo charissimi vir perfectus debet habere oculos intellectus per discretionē limpidos seu claros: ita q̄ inter accipitres infernales debet discernere. s. videndo qualiter et quomodo ipsum nitunt varie defraudare. vnde Cant. i. Oculi tui colūbarū. In foramine em̄ petre. i. in consideratiōe mortis: vel in foraminibus passionis et plagarum xpi: et super arbore crucis debet p compassionē: et deuotionē et bonā operationē quiescere et manere: et ibidē continue residere. Canti. ij. Ueni colūba mea in foraminibus petre. Et quādo etiā vult volare ad aliquē actū diu debet circunspicere et deliberare et vndiq̄ ad oīa accidentia que possunt contingere: et potissime ad finem: vt sic quid facere debeat valeat preuidere. Socra. dicit. Diu delibera: cito facito. nil curare hoc est insanū esse: nil posse hoc est mortuū viuere. Et Seneca dicit in prouer. q̄diu deliberanduꝫ est q̄ seme statuendū est: omnis mora vtilis est et facit sapientiā. et Sapiens dicit in prouerb. iiij. Palpebre precedant gressus. Ista enim est summa discretio et prudentia cordis humani. s. diu deliberare et precogitare in faciēdis. Qđ est contra fatuos qui sine deliberatione subito: et quasi a casu faciunt facta sua. et ideo vt cōmuniter talibus male cedit. Unde Sen. lib. de ira. Maxime sunt contraria cōsilio: velox consiliuꝫ et ira. Velox etiā cōsilium sequitur penitentia. Non sic ergo: sed sitis prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. Mat. x. Iuxta dictū Gaij in quadaꝫ epistola dicētis sic. Simplicitatē columbe in ecclesia serua: in foro serpentis astutiā. Ut ergo habeamus sensus circūspectionē. Oculi inquit. Multis tamen accidit sicut columbe: cuius oculi aliquotiens excecātur et tunc non solum nescit se regere: immo etiā ab aucupe in rhete posita: causa est perditionis aliarū que bene vident. Exemplo em̄ eius ad rhete aucupis trahuntur alie: et sic per eā decipiūtur. Sic vere charissimi sepe accidit per illos qui ceci sunt et duces cecorū. i. p exēpla peccatorum per luxuriam vel auariciam excecatorum: q̄ alij qui sunt columbe videntes. i. boni et insti ad rhete diaboli trahuntur: et eorū exemplo diuersis vitijs inuoluuntur Iob. xviij. Immisit in rhete pedē suum tenebitur planta eius laqueo. Non sic ergo: sed habeamus sensus circūspectionem. Oculi inquit suspiciētes. ¶ Quarto dico. q̄ nos debemus habere mē- E
tis eleuationem. In excelso inquit. Columba em̄ que naturali instinctu cognoscit accipitrem qui predatur in aere: ab illo qui predat in terra contra vtrūq̄ prouidet sibi de remedio oportuno. Nā quando videt pdātem in aere: columba descendit ad terram: si autem viderit illum qui in terra predatur: sursum ad aerē euolat: sic vere columba spiritualis vir perfectus inter rapinas accipitrem. i. inter tentationes demonū dijudicat. Nam si rapientem in aere. i. si tentantem de superbia de inani gloria viderit et cognouerit: tunc ad terrā id est ad memoriam mortis et proprie terreitatis p consideratione et humilitatē descendit. Si vero predantem in terra. i. tentantem de auaricia videat: tunc sursum ad celum per contemplationem et affectionē euolat et ascēdit: qđ ostenditur cum dicitur In excelso. vnde Esa. xxxiij. Iste in excelsis habitabit. vnde talis potest dicere illud ps. Quis dabit mihi pennas vt columbe: et volabo et requiescam. Debemus enim esse sicut columbe per mentis simplicitatem et benignitatē: debemus habere pennas. i. virtutum multiplicitatē: debemus ibi requiescere per contemplationis et per spei securitatem: volatus em̄ columbe contemplationem signat et eleuationem a terrenis. Sicut enim columba in columbari suo vbi genita est et nutrita mostur vt cōmuniter et quiescit: et vbicunq̄ vadit ad pastū ad ipsum semp reuenit atq̄ redit. Sic vere charissimi ad

fimi ad colūbare paradisi τ ad ipm̄ deū a quo habem⁹ esse τ nutrimentū semꝑ debemus reuenire: τ vbicunq̧ ad mūdi negocia deflectimur ad ipsum iterū per cōtēplatiōis studiū reuolare. Esa. lx. Qui sunt isti q̄ vt nubes volant. τ quasi colūbe ad fenestras suas. τ Hiere. xlviij. Estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. Multi tn̄ decipiunt: sicut colūbe: q̄ si colūbā alteri⁹ colūbaris melle pastam inuenerit ipsam sequunt ad alterius dn̄i colūbare: vbi mel inuenientes ibidē domesticant: τ sic columbari ꝓprio mellis dulcedine priuant. Sic vere carissimi multi q̄ dū mel ꝓsperitatis in alieno colūbari. id est in mundo inueniunt ad columbas huius colūbaris. id est mundanos τ diuites inducunt: τ cū ipsis ad colūbare mūdi τ ad sua negocia deflectunt: in quibus melle τ dulcore ꝓsperitatis talit delectant: q̄ ꝓpriū colūbare paradisi obliuisci vident. De tali deceptiōe columbarū dicit Osee. vij. Effraym quasi colūba seducta non habens cor. Columba eni q̄q̄ habeat multas bonas ꝓprietates: est tn̄ auis obliuiosa. Et ideo q̄uis pullos suos ꝯtinue ꝑdat: τ se τ suos quotidie ꝑdere videat: hoc tn̄ stati dat obliuioni. τ ideo ibidē pullificare ꝓpter hoc nūq̄ cessat. Sic vere sunt hodie multi: q̄ q̄uis pullos diuitiarū se τ ꝑdecessores suos videāt in mūdo ꝑdere τ etiā ꝑdidisse: ex hoc tn̄ ad pullificandū ibidē. i. ad diuitias cumulādū nō cessant quotidie laborare: qd̄ tn̄ de bonis colūbis in bono exponere possum⁹: qz bonus hō patiens τ ꝯstans q̄uis in vno actu ꝑdiderit vl' q̄uis de aliquo facto semel vel pluries sibi male successerit: non ꝓpter hoc dz cessare laborare iterum circa idē: qz vna hora veniet q̄ quicq̄d est debitū restaurabit. Vn̄ dicit Sen̄. Post pericula inq̄t maria tentant τc. qd̄ etiā in bn̄ficijs reperit esse verū. Si eni vnū beneficiū factū alicui ꝑdideris: non ꝓpter hoc dimittas esse i exhibēdis bn̄ficijs liberalis: qz vnus veniet q̄ totū soluet: vn̄ Sen̄. dicit: qd̄ multa ꝑdenda sunt bn̄ficia: vt semel bn̄ ponas: vnū eni beneficiū bn̄ positū: multa ꝑdita recōpensat: pz ergo carissimi: q̄ si volum⁹ esse colūbe spirituales τ bone: nos debemus habere eleuatam affectionem. In excelso: illustratam discretionē: oculi. Dimi-
F nutam possessionē: attenuati. conturbatā intentiōe meditabor. Si vis potes dicere d̄ spūsancto: quare columba dr̄. ꝓpter sc3 simplicitatē innocentie: qz. s. colūba est auis simplex innocens: fecunda: nullū ledens: multis ꝓficiens τc. τ applica quō xp̄s cathedras vendentium colūbas euertit. Joh. ij. τ Math. xxj. τ Mar. xj. qz vere ꝑlati symoniaci q̄ colūbas. i. dona τ grās spiritusancti vendūt a deo subuertunt τ cathedre sue iurisditiōis τ ꝑlatiōis q̄nq̧ tempalit destruunt τc. Sz si vis dic: q̄ ꝑ colūbā pn̄t intelligi multi peccatores. Colūba eni hz tres malas ꝓprietates. Est enim.

Obliuiosa.
Luxuriosa.
Desiderosa.

Obliuiosa dico: qz sc3 sicut sup̄ dictum est ipsa obliuiscit dāna pullorū: q̄ sibi quotidie subtrahunt. Luxuriosa etiā: qz vsq̧ ad senectutem nō cessat vacare libidini: coiter oī mense contra naturā aliarū que certis tn̄ tempōib⁹ ad hoc vacant τ qd̄ deterius est. Ista auis serus oblita masculus sup̄ masculū: femina sup̄ feminā sepe salit. Item est desidiosa: qz. s. q̄n est in aliquo loco antequā volet: vel antequā se moueat ita diu deliberat: τ ita graue est ei se mouere: q̄ interiz impetit τ occidit sepius a sagitta. Sic vere carissimi multi sunt peccatores obliuiosi: q̄ pullos suos: id est virtutes nō recordant: nec dolēt quotidie ꝑ vitia sibi tolli dei bn̄ficia τ alia ꝑtinentia ad salutē: vn̄ Esa. xlix. Nunq̄d obliuisci potest mulier infantem suū? Itē quidam sunt luxuriosi: q. s. vsq̧ ad senectutē oī loco τ tēpore nō cessant actus immundissimos exercere. Exēplū de duobus senib⁹ iudicib⁹. Dan̄. xiij. q̄ luxuriari cum susanna cōabant: qz hz qd̄ dr̄ Eccl'i. xxiij. Homini fornicario ois panis dulcis: non fatigabit transgrediēs vsq̧ in finē. Vn̄ Gen̄. viij. dr̄. q̄ columba emissa de arca non est ampli⁹ reuersa ad noe. In quo notat: q̄ luxuriosi ex quo de arca status gratie per luxuriam recesserint: nunq̄ ampli⁹ ad noe. i. ad deū volūt per pn̄iam reuenire: istud eni peccatū hominē ꝑpetuo tenet. Item quidam sunt desidiosi q. s. non mouent se de statu peccati. immo ita sunt tardi: q̄ dum modos τ vias circūspiciūt a sagitta tentationis dyabolice ꝑcutiunt: bonū propositū suum eis subtrahit: τ sic spūaliter occidūtur. vnde bene consulitur. Eccl'i. v. Non tardes ꝯuerti ad dominū nec differas de die in diē: qm̄ subito venit ira τc. De talib⁹ ergo bene dr̄ illud ꝓallegatum. Osee. vij. Effraim columba seducta non habens cor: patet ergo q̄ quedam sunt columbe luxuriose: quedam columbe obliuiose: quedam desidiose τc.

Columna. Nota q̄ columna est stipes ad sustinendū pondus edificij cōstitutus τ signat vt ꝯmuniter ecclesie prelatos: τ etiā quoscunq̧ iudices τ magnates: qui pondus negociorum ecclesie vel cōmunitatis habent firmiter sustinere. columna enim sustinet edificium ne cadat. τ est media inter solum τ tectum. Sic isti negocia fidei: ecclesie: religionis vel reipublice sustinent τ ꝓhibent ne corruat seu cadat: medij sunt inter inferius τ superius. i. inter deum τ populū. Apoc. iij. Qui vicerit faciam eum columnam in templo dei mei: τ aduertamus q̄ colūna debet habere triplicem vel quadruplicem ꝓprietatē debet eni esse firma: alta: recta: pulcra. Ita q̄ de columnis spūalibus potest exponi illud. Eccl'i. xxvj. Columne auree super bases argenteas. In quib⁹ verbis ostendit: q̄ isti debēt habere. Justicie rectitudinem: qz columne q. s. recte debent esse. Constantie fortitudinem: qz habent bases qd̄ est fundamentum rei. Decentie pulcritudinem: qz debent esse auree τ argentee. Eminentie celsitudinem: qz dr̄ sup̄: qd̄ denotat altitudinem. A

¶ Habeamus igit: iusticie rectitudinem. Columne inquit. Columna eni debet esse recta: nō enim debet pendere magis ad vnā partem q̄ ad aliā: alioquin sub onere faciliter posset frangi. Sic vere carissimi: prelati τ iudices τ persone publice: debēt esse rectissimi τ equissimi τ in promotionibus τ in iudicijs. Nō enim debent pendere magis ad vnam partē q̄ ad aliā per aliquam ꝑticularem affectionem: vel ꝑ personarū acceptionem: immo semꝑ debet τ que τ recte τ equalit se tenere. Exo. xxxviij. Capita columnarū eiusdem mensure operis τ metalli erant: isti enim dicunt capita propter superioritatē: dicunt eiusdem mensure ꝓpter iusticie τ temperantie equitatem dicunt esse de metallo qz. s. esse debent sonori: ꝓpter eloquentie venustatem. Et nota q̄ dicit mensure. Nihil enim iustius τ equi⁹ q̄ mensura. Ista enim reddit omnib⁹ eandem quātitatem: ad denotandū q̄ iustus iudex. vel prelatus debet esse mensuratus τ iustus: qz ceteris parib⁹ semꝑ dn̄t mensurare τ ad omnes equaliter se habere. Sap. vj. Equaliter est ei cura de omnibus. Verumtn̄ circa hoc sciendū est q̄ mensura q̄n concutit vel agitatur: tunc solet reddere maiorē quantitatem. Sic vere multi sunt qui q̄n concutiunt ꝑcibus. aut muneribus aut adulationibus τ suggestionib⁹: tunc τ maiorem reddunt portionē. τ dant ꝑbendam pinguiorem: vel sn̄iam iudicant fauorabiliorē. Cōtra quos. Prouer. xx. Pondus τ pondus. mensura τ mensura: vtrunq̧ abominabile est apud deū. Isti sunt sicut columne tortuose que semper magis pendent ad vnam partem q̄ ad aliam. Non sic ergo sed habeamus iusticie rectitudinem Columne inquit. B

¶ Secūdo habeamus ꝯstantie fortitudinem. Colūna eni debet esse firma. Jō fm Pli. de cipresso solent fieri bone columne: qz. s. nunq̄ cedūt onerib⁹: nec quocūq̧ pōdere flectunt Sic vere boni ꝑlati debent esse fortes τ firmi cōstantes τ perseuerātes: ita q̄ nullo onere tribulationis debent flecti vel a iusticia τ prosecutione iuris ecclesie vel reipublice retardari: qd̄ ostendit cum dr̄. Basis Basis eni est illd in quo sustentatur τ fig̃t columna. vt firmius roboretur. Et signat constantie ꝟtutem: per quam debet C

prelatus quilibet stabiliri. Vñ Exo. xxxviij. Bases columnarum fuerunt enee. Et sic tales columne figurātur in illis duab⁹ columnis: que fuerūt posite ante tēplum quarum vna vocabatur ioachis .i. firma: alia vocabat boos .i. robur: ad denotandum q prelati q ante templū ecclesie positi sunt p columnis firmi et robusti in bonis actib⁹ debent esse. ij. Regum. xiij. Roboramini et estote viri fortes. Habeamus igitur constātie fortitudinem.
D ¶ Tertio dico q ipsi debent habere decentie pulcritudinem: quod ostenditur cum dr: q ipsi debent esse columne auree et argētee: que sunt metalla que summe fulgent et lucent: ad denotandū q plati et ecclīastici dēt p bona opa lucere et p bona documēta fulgere. Aurū eni signat sapiam et bone vite venustatem. Argentum autem signat eloquentiā et bone doctrine veritatē. Ideo dicitur. Exo. xxxvj. Quod columnas q portabāt tentorium operuit auro. Dicit etiam Exo. xxxviij. Qd columnas atrij vestiuit argento: ad denotandum q prelati qui tentoriū ecclesie portant. debent esse operti auro sapientie: et bone apparētie pulcritudine.
E ¶ Quarto debent habere eminētie celsitudinem. Columna eni debet esse recta non prostrata. Sic prelati debent esse sursum ad celestia per desiderium erecti: et per cōtemplationē eleuati. Colo. iij. Que sursum sunt querite. et a terrenis et inferiorib⁹ per cōtemptum remoti et segregati: qd ostenditur cū dicitur sup ps. Qui ascendit sup celum celi ad orientē De qua columna dr Apo. x. Pedes angeli erant tāq columna ignis. Angelus enim spūalis est et in celo et non in terra vt cōiter moratur. Ignis etiā sursū mouetur. et morari inferius dedignatur. Sic vere ecclesiasticus vel prelatus: spūalis et angelicus debet esse sursum in celo per contēplationē manere. et ibidem p affectionē et desideriū euolare. Patet ergo q isti debēt esse columna scz.

Recta — Recta dico per iusticiam.
Firma — Firma per constantiam.
Formosa — Formosa per apparentiam.
Erecta — Erecta per eminentiam.

Bene ergo dicitur vir iustus: columna aurea sup bases argenteas.
F ¶ Nota adhuc q in scriptura inueniūtur multa gnā columnarū. Inueniunt eni ibi colūne.

Nubee. Ignee. Lignee. Auree. Argentee. Marmoree. Ferree. Eree.

Ista procerto octo genera columnarū signāt in ecclesia: octo genera prelatorum. Inter prelatos enim bonos quidam sunt nubei per doctrine roriflu itatem. Isti sunt boni predicatores: q sunt sicut columna nubis que durit filios israel in terram promissionis. sicut dicit Exo. xiij. De quo dr in ps. In columna nubis ductor eorum fuisti. Item quidā sunt ignei: per amicicie caritatem: sicut sunt viri boni et caritatiui. De quibus dr Apoca. x. Pedes angeli erant quasi columna ignis. Item quidā lignei: p voluntariam paupertatem. Lignum enim in aquis positum .s. supernatat. Sic nos in aquis mūdane psperitatis positi semper debemus p contēptum et displicentiam et voluntariam paupertatem sursū ad amorem celestium enatare. Vñ Exo. xxxvj. Dominus precepit fieri columnas de lignis sethim. Item quidam sunt aurei per honestatem. Unde Eccli. xxvj. Columne auree super bases argenteas. Itē quidam sunt argentei: per eloquētie venustatem: sicut predicatores. De quib⁹ Exo. xxxviij. Columnas atrij vestiuit argēto. Item quidam sunt marmorei: per constantie stabilitatem: et isti sunt viri perfecti qui sua stabilitate et firmitate sustinent ecclesiam dei. Unde de istis dicitur. Hester. j. Columnis marmoreis fulciebātur. Et Cātico. v. Crura ei⁹ columne marmoree. Itē quidā sunt ferrei per iusticie seueritatē sicut sunt illi qui admodum ferri cuncta per iusticiam dure percutiunt atq domant. Hieremie. j. Dedi te in columnam ferream &c. Item quidam sunt erei per inconstantie debilitatem. Et isti sunt pusilanimes plati qui more eris faciliter et de modico clamant et conqueruntur et faciliter deficiunt et franguntur. vnde dicitur. iiij. Regum xxv. Et Hiere. lij. q nabuchodonosor confregit colūnas ereas que erant ante templum: quia vere diabolus qui in isto rege significatur: tales imbeciles homines per diuersa peccata laniat atq frangit. Inueniūtur ergo in ecclesia columne Nubee per sapientiam et veritatem. Ignee per amiciciam et caritatem. Lignee per eminentiam et voluntariam paupertatem. Auree per apparentiam et honestatem. Argentee: per eloquētiam et venustatem. Marmoree: per permanentiam et firmitatem. Ferree: per iusticiam et seueritatem. Eree: per incōstantiam et debilitatem. Et hoc de columnis sufficit. Uel dic q p columnas Nubeas. Igneas. Aureas Argenteas: intelliguntur boni prelati. Per colūnas vero ligneas. Marmoreas. Ferreas. Ereas: intelliguntur mali qui sunt lignei putribiles per luxuriā. Marmorei: id est insensibiles per ignorantiam. Ferrei: id est duri et indomabiles per crudelitatem. Erei et clamosi et importabiles per brigositatem &c. Sufficit.

Collidere.

Nota q collidere accipitur p cōcutere: confringere: vel cassare.

Colligere. collectio.

Quia collectio idem est qd ag- A
gregatio vel acquisitio seu apprehensio. Possum breuiter notare q in scriptura reperitur Collectio dei iusti: impij: hostis et mortis. Colligit enim deus iustorū cumulos. Iustus virtutum titulos. Impius gazas et loculos. Diabolus malorū populos. Mors gentes et tumulos. Colligit enim de⁹ iustos vt his proficiat Iustus virtutes vt se perficiat. Auarus pecuniam vt hanc custodiat. Diabolus animas vt has inficiat. Mors autem corpora vt hec deglutiat. De collectiōe enim dei dicitur Esa. xj. q ipe congregabat profugos israel: et colliget dispersos iuda a quatuor plagis terre iste est enim verus agricola qui in horreo suo recipit et colligit omnes iustos. Unde nota q ab ipso colligūtur iusti diuersimode: scz

Fide deo credendo.
A mundo recedendo.
Per mortem decedendo.
Ad celum accedendo.

¶ Prima ergo collectio iustorum fit quando per fidē sibi creditur. Deus enim in agro mundi fideles colligit: inquantum ad fidem suam sacram ipsos per predicatorum doctrinam conuertit. Figura. iiij. Reg iiij. vnus de pueris collegit colloqntidas amaras: quas tandem mixta farina Helyseus dulcorauit: quia scilicet amari: id est infideles per pueros helysei .i. per xpi predicatores primitus colliguntur: et sic farina diuine gratie postea dulcorantur. Mat. vij. Nūquid colligūt de spinis vuas i. ex malis bonos: quasi dicat sic. B
¶ Secunda iustorum collectio fit quando a mundo ad statum penitētie refugitur. Deus enim in alienis hortis herbas colligit quasi in apotheca religiōis cōficit: et sic alios inde lenit: vñ sic collectis et ad religionem conuersis: videtur dominus dicere illud. ij. Paralipo. xxxiiij. capi. Colligā te ad patres tuos. ¶ Tertia iustorum collectio fit quando per mortem hinc recceditur. Agricola enim quandoq colligit fructus immaturos quandoq maturos. Sic deus per mortem colligit ad placitum iuuenes et prouectos. Ideo. iiij. Regū. xxij. dicitur. Tu autem colligeris ad sepulcrū tuum in pace. ¶ Quarta autem collectio iustorū fit quando ad gloriam quis recipitur. De quo Esa. lviij. Gloria domini colliget te. Ista est igitur collectio dei qua colligit iustorum cumulos. ¶ Secundo dico: q C
est collectio iusti qua colligit virtutum titulos. Apothecarij eni certo et competenti tempore colligūt herbas: quib⁹ tandem suas conficiunt medicinas. Apes etiam colligunt flores: quibus tandem conficiūt mella sua. Herici⁹ etiā poma colligit: et post retrocedēdo defert ad

defert ad cubiculum vt post in hyeme inde viuat. Sic reuera iusti dum durat tempus oportunum: tempus merendi colligunt et acquirunt herbas diuinarum scie̅tiarum flores virtutum et gratiarum. Fructus p̄mioꝝ et celestium opulentiarum: quibus sc3 in hyeme possint viuere: quando per mortem retrocesserint et venerit tempus angustiarum. De tali ergo bonorum collectione: dicitur in ps. Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Et bene dicit Dante te et aperie̅te te. q.d. sine deo no̅ potest fieri talis collectio. Unde ipse dicit Matt. xij. Qui non est mecum contra me est: et qui non colligit mecu3 dispergit: et ideo iustis precipitur illud Deutero. xj. Colligatis frumentum: oleum et vinum: fenum ex agris ad alenda iumenta. Ubi nota φ iusti debent colligere Temporalem pasturam: qua possunt enutriri. Fenu3 inquit ad alenda animalia. Spiritalem scripturam qua possint erudiri. Uinum inquit. Uirtualem mixturam qua debent premuniri. Frumentum. Eternalem vnctura̅ qua possint deliniri. Oleum. Que reuera loco et tempore colligenda sunt. Temporalia q̄ sunt fenu3. Spiritualia que vinu̅. Uirtualia que sunt frumentum. Eternalia que sunt oleum. De temporalibus enim que licite pro necessitatibus possunt colligi dici potest illud Johan. vj. Colligite que superauerunt fragme̅ta ne pereant. De spiritualibus enim dicitur Hiere. xl. Collegerunt vinum et messem multa3. De virtualibus vero dicitur de viro iusto. Canticoꝝ. vj. Dilectus meus descendit in hortum suu3, ad area̅ aromatum vt pascatur in hortis et lilia colligat. lilia dico: id est virtutes. De eternalibus vero que notantur per oleu3 dicitur Deutero. xvj. Die septimo: id est in requie paradisi: collecta est domini dei tui. Ista est ergo collectio iusti. ❡ Tertio dico. φ est collectio impij: quia sc3 mali non cessant superflue terrena colligere. Unde Salomoni reprehe̅siue dicitur Eccli. xlvij. Collegisti quasi auricalcum aurum: et vt plumbu̅ co̅plesti argentum: et inclinasti femora tua mulieribus. ❡ Quarto est collectio diaboli seu hostis. Qui sc3 secum colligit et aggregat malos in infernum Matth. xiij. Colligite 3izania ad comburendu3 etc. ❡ Quinto est collectio mortis q̄ sc3 colligit bonos Esa. lvij. Uiri misericordie colliguntur. Et etiam malos. Johan. xv. Colliget eum et in igne etc.

A **Collis.** Nota φ colles in scriptura signant in bono et in malo. In bono enim signant

Uiros eminentes.
Status excellentes.
Gradus p̄mine̅tes.
Signat dico
Emine̅tia̅ sanctitatis.
Eccelle̅tia̅ dignitatis.
Prominentia̅ felicitatis.

❡ Dico primo φ collis signat vite emine̅tiam. Na̅ sicut coles sunt mo̅tes in altum longius ceteris terre partibus apparentes. Sic sancti viri propter cumulum meritorum plus ceteris apparent et eminent: et versus celum per contemplationem et affectionem altius se exaltant. Gene. xlix. Donec veniret desideriu̅ collium eternorum. Et sicut colles sunt vt co̅muniter loca herbosa: fluctuosa et luminosa: tuta insuper et no̅ ruinosa: leta etiam et solatiosa: q2 sc3 cantus auiu3 ibi frequentius solet audiri. Sic viri p̄fecti sunt herbidi virtutum folijs. sunt roridi doctrine fluuijs. sunt lucidi conte̅plationis studijs. sunt tuti atq3 solidi constantie et perseuerantie refugijs. Ibi dico est herbaru3 idest virtutum copia: quia sc3 pax et iusticia vige̅t ibi ps. Suscipia̅t montes pacem populo et colles iusticia̅ Item ibi fluit sacra scientia. Esa. xl. Aperiam in supremis collib9 flumina. Item ibi viget laus et leticia ps. Exultatione colles accingentur. Item ibi manet vis et consta̅tia vel etiam spes et victoria. Unde de dauid legit: φ ipse manebat in locis tutissimis in colle achille. j. Regu̅. xxiij. cap. ❡ Ite̅ collis signat dignitatis excellentiam: vnde reprehenduntur presumptuosi. Hiere. xlix. Habitans in cauernis apprehe̅dere niteris altitudinem collis. De superbis etiam et in dignitatib9 constitutis dicitur Hiere. l. Transierunt de monte in colle: obliti sunt cubiculi sui. In istis au̅t collibus mu̅danarum dignitatum: vel etia̅ in colibus. s. in mundi altis hominibus et elatis abundant hodie mu̅di mala. Ibi enim est

Infectio carnalitatis. Terremotus tribulationis.
Elatio pompositatis. Siccitas indeuotionis.
Deceptio me̅dacitatis. Sterilitas omnis p̄fectio̅is.

❡ Et faciliter cadit ibi fulmen et ruina eterne damnationis. In collibus enim mu̅danaru̅ dignitatu̅ homines carnalitatib9 inquinant. Hiere. xiij. Super colles in agro vidi abominationes. et Ezechie. xxxvj. Implebo colles sanie. Item homines prepositatibus ve̅tilantur in collib9: q2 ibi vt co̅muniter flat maior ventus Soph. j. Contritio magna a collibus. Ite̅ ibidem homines adulatoribus defrauda̅tur. vnde Osee. iiij. Super colles asce̅derunt thymiamata. Item in istis collibus homines indigni a malis superioribus promouentur. Unde dicit de Achab. iij. Reg. xvj. φ ipse posuit statuas et lucos in om̄i colle sublimi. Item ibi homines faciliter mentiuntur. Hiere. iij. Uere me̅daces fuerunt colles. Item ibi timor et tribulatio genera̅tur. In collibus em̄ fit facilius terremotus: sic apud altos homines accidunt multe tribulationes. vnde Esa. liiij. Montes co̅mouebuntur et colles contremiscent. et Hiere. iiij. Om̄es colles conturbati sunt. Ite̅ siccitas indeuotio̅is ibi amplior reperitur. Unde Esa. xlj. Colles quasi puluerem ponens. Ite̅ ibi virtutum sterilitas horribilior inuenitur. Esa. xlij. Desertos faciam montes excelsos et colles: et omne germen eorum exsiccabo. Item ibi fulmen eterne damnatio̅s facili9 presentitur. Deus em̄ istos colles in iudicio ponderabit: Esa. xl. Iste librabit in pondere montes et colles in statera. postea vero ipsos per damnationem conteret et cassabit. Unde. iiij. Regu̅. xix. Erunt in ruinam colliu3 compugnantiu̅ ciuitates munite. Patet ergo φ colles signant dignitatis excellentiam: seu etiam presumptione̅ et superbiam. ❡ Ite̅ signat felicitatis opule̅tiam. Collis em̄ est terra insimul cumulata: et sic in paradiso sunt omnia bona cumulata et aggregata. ibi C enim crescunt poma satietatis: thura suauitatis: lac dulcedinis et voluptatis. Sunt ibi dico poma satietatis. Deutero. xxxiij. De pomis fructuum solis et lune: de vertice antiquorum montium: de pomis collium eternoru3. Item est ibi thus suauitatis. Cantico. iiij. Ascendam ad montem myrrhe et ad colle̅ thuris. Ite3 est ibi lac voluptatis. Joelis. iij. Colles flue̅t lac et mel Et sic collis accipitur in bono: in malo autem statu3 superbie: vel etiam ipsos superbos. elatos et inflatos. Esaie. ij. Uisitabo super omnes colles eleuatos etc. Sufficit.

Collocare. Nota φ collocare ide̅ proprie est A q̄ aliquid alicui ponere et firmare et radicaliter stabilire. et ideo collocare dicitur quasi complete locare. Dicam ergo breuiter φ s̄m diuersitatem locoꝝ est diuersitas collocationum et sic dico φ boni collocantur

In celo ad contemplandum.
In terra ad laborandum.
In inferno ad meditandum.
In religione ad penitendum.
In ecclesia ad presidendum.
In scriptura ad discendum.
In paradiso ad p̄fruendu̅.

❡ Dico ergo φ in celo e̅ collatio conte̅plantiu̅: vn̄ de lepore leui et fugitiuo: et qui dormit oculis apertis s̄m aliquos dicitur Prouerb. xxx. φ est animal sapientissimum: quia collocat in petra cubile suu̅. Sic co̅te̅platiui leues: paup̄es et vigiles in soliditate celesti collocant mentaliter semetipsos. Ite̅ est collocatio laborantiu̅. i. actiuoꝝ de quibus di ps. φ deus collocauit illic esurientes et co̅stituieru̅t ciuitatem habitationis. Item est collocatio meditantiu̅. s. illoꝝ q̄ penas meditant eternas ps. Collocauit me in

obscuris sicut mortuos seculi. Itẽ est collocatio peni-
tentium: qui scz ponuntur in religione ⁊ in ecclesia: vt
bonũ iugiter operentur. vnde de Machabeo dicitur
primo Macha. iiij. ꝙ ipse in hierusalem collocauit vi-
ros qui legem facerent. Item est collocatio presiden-
tium. vnde Salomon dicebat. iij. Reg. ij. Collocauit
me dñs super soliũ patris mei. Item est collocatio ad
discẽtiũ ⁊ sciẽtiũ: qui scz in scriptura collocauit sibi se
dem: vnde de sunamite dicitur. iiij. Reg. iiij. ꝙ ipsa col
locauit filiũ suũ super lectũ hominis dei. Sunamitis
em̃ est ratio que filiũ suũ. i. intellectũ: collocat in scri-
ptura que est lectus cuiuslibet viri dei. Item est collo-
catio triumphantiũ: scz beatorũ qui dicunt illud ps.
Dominus regit me ⁊ nihil mihi deerit in loco pascue
ibi me collocauit ⁊c. Uide infra de loco.

A **Collum.** Nota ꝙ collũ qđ est mediũ inter cor
pus ⁊ caput. p qđ cibus in corp9 traij
citur. potest significare prelatos, ⁊ predicatores: q̇ in
ter deũ ⁊ corpus suũ. s. ecclesiã sunt medij: ⁊ per ipsos
cibus doctrine alijs ministratur: vel etiam cibus ele-
mosine vel subsidij temporalis: corpori subditorũ in
necessitatibus erogatur. Et nota ꝙ collũ debet esse

Altum.
Mundum.
Rectum.
Flexosum.
Uirtuosum.
Et clamosum.

¶ Altum dico. q2 sicut collũ in
alto corporis situatur: ⁊ sursũ
etiam tẽdit ⁊ eleuatur. Sic isti
pro certo debent esse alti per vi-
te eminentiam ⁊ in altũ tendẽ-
tes per contemplationis excel-
lentiam. vnde Cãti. iiij. Sicut turris dauid collũ tuũ.
Item debet esse mundum. Collũ em̃ est vna de parti-
bus corporis: que mundius seruatur. Sic isti ceteris
hominibus debẽt esse mundiores ⁊ sanctiores. Unde
Canti. vij. Collũ tuũ sicut turris eburnea. Item debet
esse rectum. q2 scz collum gibbosum nõ est cõmenda-
bile. Sic isti per iusticiam debent esse recti: non per in
iusticiã tortuosi. Esa. iij. Ambulauerũt extento collo.
Qđ est cõtra superbos qui habent gibbum in guttu-
re ⁊ in collo: sicut in mõtib9 pireneis: ꝓpter potũ aque
frigide habẽt multi. Itẽ collũ dz esse flexosum. Collũ
em̃ reflectit ad oẽm partẽ: sic isti debẽt esse flexibiles, ⁊
cõuertibiles ⁊ inclinabiles ẜm loca ⁊ tpa ⁊ casus. vñ
Geñ. xlj. dicit. ꝙ Joseph habebat in collo suo torquẽ
auream. Torques em̃ aurea est flexuitas pietatis. Itẽ
debet esse virtuosum: sicut patet de bobus ⁊ alijs aia-
libus: ⁊ maxime de leone que maiorem fortitudinem
habẽt in collo. Sic vere isti debent esse fortes ⁊ constã
tes ⁊ in bonis actibus perseuerantes ⁊ virtuosi. Unde
Job. xlj. In collo eius morabitur fortitudo. Itẽ debet
esse sonorum seu clamosum: omnia enim aĩalia p col-
lum sonũ emittũt. Sic ista colla. s. predicatores ⁊ pre
lati debent sonũ predicationis emittere: ⁊ viam verita
tis alijs proclamare. Unde Job. xxxix. Quis circunde
dit collo equi hinnitũ. Et sic ergo patet ꝙ isti possunt
dici collum. Altum per contemplationẽ. Mundum
per conuersationem. Rectum per iusticie executionẽ.
B Flexibile per clementiã. Forte per constãtiam. Clamo
sum per eloquentiam. ¶ Quantũ ad mores autẽ per
collum intelligitur fastus superbie ⁊ arrogãtie: ⁊ etiã
virtus constantie ⁊ permanentie. Collum em̃ est situm
in loco alto. In collo etiam quando tenetur extentum
apparet signum superbie. Ideo de superbo dicit. Job
xv. Cucurrit aduersus deũ erecto collo. Superbi em̃
sunt similes leoni: cuius collũ est inflexibile ẜm Pli.
Lupus etiã collum nõ potest flectere nisi tantum in
maio quando fiunt tonitrua: vt dicit Philologus.
Sic vere superbi collum opinionis ⁊ obstinationis et
presumptionis sue ita habent rigidũ ⁊ superbũ: ꝙ ip-
sum flectere ad humilitatem non possunt: nec ad bo-
num aliquod inclinare. Neemie. iij. Magistratus nõ
supposuerunt colla sua in opere dei sui: nisi forte quã-
do tonitruũ alicuius terribilis diuini iudicij audiũt
sonuisse: q2 sicut dicitur Eccli. xxxiij. Jugum ⁊ lorum
curuant collum durum. Ideo dicitur Luce. xvij. ꝙ vti
lius est si lapis molaris suspendatur ad collũ eius et

submergit in mare. Utile enim est superbis: ꝙ mo-
les tribulationum collo superbie sue adhereat: ⁊ ꝙ in
mare tribulationũ mergantur: vt exinde ad humili-
tatem flectantur. Item collũ in bono signat Spei ful
cimentum. Libertatis anime munimentum. Fortitu
dinis ⁊ constantie firmamentum. Signat spei ⁊ fidu
cie certitudinem. Collum enim: sicut sursum erigitur
versus caput: sic spes ⁊ fiducia versus deum. ¶ Et no C
ta ꝙ collum est rotundum: forte: neruosum: osseum ⁊
sonorum. Sic spes debet esse rotunda: mentem in deũ
circulariter reducẽdo. Fortis ⁊ ossea: terribilia pro do
mino sustinendo. Mobilis ⁊ neruosa: per bona ope-
ra se mouendo: ⁊ se ab hostibus defendendo: ⁊ per di-
scretionem circũspiciendo. vnde illud Canticorũ. iiij.
Sicut turris Dauid collum tuũ que edificata est cum
propugnaculis. Signat etiã libertatis anime magni
tudinem. Omne enim animal tunc est liberum quã-
do collum non habet vinculis alligatum. Sic anima
tunc est libera: quando vitiorũ vinculis nõ est vincta
⁊ ideo sicut homo qui bene vult animal tenere solet il
lud in collo ligare. Sic diabolus cathenã verecũdie in
collo anime. i. in libertate ipsius ponit: ita ꝙ vocẽ cõ-
fessionis ⁊ orationis emittere nequit: ⁊ sic eam in sua
potestate detinet ⁊ custodit. Ideo diabolus videtur di
cere cuilibet illud Hierem. xxviij. Fac tibi vincula ⁊ ca
thenas ⁊ pones in collo tuo. Cuius contrarium cõsu
litur Esa. lij. Cõsurge ⁊c. Solue vĩcula colli tui capti
ua filia syon. Signat cõstantie firmitudinẽ. Ista em̃
dicitur fortissima ⁊ inflexibilis ꝓpositi in bono. Job.
xlj. In collo eius morabitur fortitudo ⁊c.

Comburere. Nota ꝙ cõburere idẽ est qđ
cõplete vrere ⁊ cremare. Diffe A
rentia em̃ est inter ardere ⁊ cõburi. Ardere enim de se
nõ signat aliquã substantie cõsumptionẽ. Comburi
autem signat substantie cõsumptionẽ ⁊ destructionẽ
⁊ ideo cõburi vt cõmuniter signat in malo. Inuenitur
enim triplex combustio in sacra scriptura: scilicet Cõ
bustio

Spiritualis.
Temporalis.
Eternalis.

¶ Cõburitur em̃ homo spiritua
liter criminib9: temporaliter tri
bulationibus: eternaliter penis ⁊
ignibus. Est igitur cõbustio precauẽda. Cõbustio su B
stinenda. Cõbustio metuẽda. ¶ Dico ergo primo. ꝙ
est cõbustio precauenda: ⁊ ista est cõbustio vitiorum.
Sunt enim aliqua vitia que habent igneã naturã: q2
scz hominem per mala desideria cõburũt: cruciãt: ⁊ in
flãmant ps. Flãma cõbussit peccatores. Specialiter
aũt tria vitia habẽt comburere: stimulare: ⁊ sollicita
re mentem humanã: scz Luxuria: que inflammat ad
voluptates. Auaricia que inflammat ad facultates.
Inuidia que inflãmat ad malignitates. Luxuria em̃
comburit sicut comburitur calx que ignem habet vir
tualiter inclusum. ⁊ ideo modice aque superestusione
totaliter comburitur: aperitur: ⁊ diuiditur: ⁊ sensibili
ter fumat ⁊ ardet: et quicquid tãgit vrit ⁊ ledit. Sic ve
re charissimi caro nostra ignẽ luxurie habet natura-
raliter inclusum: ita ꝙ si aqua delitiarum aspergitur
faciliter per concupiscentiã inflammatur: ⁊ tunc fu-
mamus per mala desideria: aperimur per mala col-
loquia: alios comburimus per mala exempla. Caro
enim est sicut basiliscus qui flatu suo omne viride cõ
burit: et non solum tangendo: sed etiam respicien-
do occidit et aues volantes detrahit ⁊ consumit: si-
cut dicit Plinius. Quia reuera charissimi q̃uis ho-
mo sit viridis per honestam cõuersationem: q̃uis sit
auis volans per altam contemplationem: q̃q̃ sit lõ
ge distans per solitariam habitationẽ: a basilisco ta-
men: id est a carne propria: vel etiam aliena sepissime
per concupiscentias comburitur ⁊ ab arce contem-
plationis detrahitur et aufertur. Ezechie. xx. Com-
buram in te omne lignum viride ⁊ omne lignũ aridũ
non extinguetur flãma succẽsionis: vbi nota ꝙ luxu-
ria Juuenibus insidiatur. Lignum viride. Senibus
iniuriatur. Lignũ aridum. Firmiter cõcomitat: vel fi-
nibus nõ

nibus non limitat. Non extinguetur inquit. Ista est
C ergo cōbustio precauenda. ¶ Secūdo dico φ est que
dā cōbustio sustinēda. Et illa est cōbustio mundana
rū tribulationū ⁊ correctionū: sicut vstio est spiritus sancti. Equus em̄ cōburit vt sanior fiat. Phenix seipsā
cōburit vt reiuuenescat. Aloes ⁊ thus cōburit vt sua
uis odor exinde euaporando redoleat. Sic vere boni
in hoc mundo sustinent cōbustionū tribulationes et
correctionū: vt ad sanitatē gratie reducantur vt p cō
uersionē perfectā iuuenescāt ⁊ renouētur: ⁊ vt fragrā
tia sue bone fame alij delectent. Quia reuera charissi
mi ista cōbustio tria consueuit facere. s. sanitatē gra
tie introducere ⁊ infirmitatē peccatorū curare. Condi
tionē mutare ⁊ renouare: ⁊ per patiētiā ibidē habitā
fame bone odorē vndiqꝫ diuulgare. Unde de tali cōbu
stione dicitur Apoca. viij. Omne fenū viride cōbustū
est. Sed circa hoc nota φ cōburendi sunt

Carnales vt corrigantur.
D Perfecti vt corrumpant.
Obstinati vt destruant.

¶ De carnibus em̄ dicitur Eccl'. xxxviij. Uapor ignis cōburit carnes eius. Et. j. Reg. xxxj. Cōbusserunt cadauera saul. Et in ps. Ure renes meos et cor meum. Itē de cōbustione bonorū dicit Jacob. Gene. xxxj. Estu ⁊ gelu vrebar. Dē obstinatis vero ⁊ malis quomodo tribulationib⁹ vri debēt dicit. Esa. xxxiij. Spine cōgregate igni cōburētur. ¶ Sed nota hic φ quidā cōburūt alios per iusticie seueritatē. sicut boni iudices. Quidā per seuitie crudelitatē sicut mali principes. Quidā per malicie puersitatē: sicut iniuriosi et detractores. Bonus em̄ prelatus ⁊ iudex est sicut incole regiōis vbi crescit piper. qui igne accenso siluā igni cōburūt vt serpētes fugiāt: ⁊ remaneat granū purū. Sic isti in silua. i. in patria. ignem. i. fortē ⁊ asperā iusticiam exercent: vt serpentes. i. mali extirpent ⁊ cōburantur. boni vō in pace maneant ⁊ versentur. Leuiti. xvj. Cōburēt igni tā pelles φ carnes vituli ⁊ hirci Luce. iij. Paleas cōburēt igni i extinguibili: triticū autē cōgregabūt in horreū suū. Secundi. s. principes: crudeles ⁊ tyranni sunt sicut draco qui de naribus spirat ignem: ita φ aerem inflāmat ⁊ vrit. Sic vere crudeles ⁊ tyranni: qui ignem crudelitatis rapine ⁊ seuitie semper spirāt: sunt sepissime causa φ aer. i. patria circūiacens cōburatur: ⁊ suis exactionibus destruat. Unde ipsi sunt sicut ignis qui comburit siluā: ⁊ sicut flāma comburens montes. Isti em̄ dicūtur ignis per crudelitatem interiorē Cōburere siluā. i. populū inferiorē Etiā dicunt inflāmare montes. i. populū superiorem Isti tertij. i. detractores sunt similes ramno: de quo dicit Plinius: φ ignee est nature. Nā in partibus oriētis in feruore estatis flante fauonio per se inflāmat. ita φ ignis tantus ibi quandoqꝫ accenditur φ tota silua cōburitur. Sic vere a detractoribus ⁊ verborum falsis relatoribus: inter partes quandoqꝫ tant⁹ ignis iracundie ⁊ discordie gignitur: φ exinde guerre ⁊ rapine exterius: odia vero ⁊ tristicie interius generantur. ex quibus ⁊ ipsi ⁊ tota patria comburuntur: depauperantur ⁊ grauantur. Uñ Apoca. viij. Tertia pars terre combusta est. Isti igitur sunt combustores diaboli quos: sꝫ diabolus mittit ad terram domini comburendam. Uerūtamen illi qui comburuntur ⁊ qui per istos malos penis ⁊ laboribus affliguntur: si cum patientia sustinere voluerint: gloriam cōsequuntur eternam: quia sicut dicitur Jaco. v. Beatificamus eos q̄ sustinuerunt: Ista est ergo cōbustio sustinēda. ¶ S3
E tertio dico φ est quedam combustio metuēda. i. combustio ignis eterni. Sic em̄ est in alio mūdo sicut est in quadā ciuitate indie: que dicitur columbum: que est patria vbi piper nascitur. de quo dicit in lib. de mirabilibus orientis: φ q̄ñ aliqs morit sepulture nō traditur: sꝫ igni cōburit: ⁊ nō solū ipse: immo etiam vxor ipsius tota viua cū eo cōcremat. Nolūt em̄ φ sine vxore ad aliud seculū trāseat. Sic vere charissimi q̄ñ indi nigri. i. demones vident aliquē peccatorē mortuū ipm pro certo nō pmittunt in paradisi cimiterio sepeliri: immo ipsum in inferno sepeliūt ⁊ cōburūt. Sicut patet de diuite epulone. Luce. xvj. Et non solum ipsum immo etiam vxor eius. Qr reuera ⁊ vxores ⁊ similiter filij ⁊ mali consiliarij ⁊ fautores malorū cū impijs in inferni ignibus mancipantur. Unde Judicū. xv. Ascēderunt philistei ⁊ cōbusserunt tā vxorem eius φ patrē.
¶ Circa qd notādū φ in isto igne debēt comburi tria F
genera personarum: sꝫ

Superbia tumētes.
Luxuria fetentes.
Et seuitia pūgentes.

¶ Comburent igit in inferno illi q̄ sunt tumentes per superbiā: vñ ps. Montiū fundamēta cōburet. Item illi qui sunt fetentes p luxuriam. Unde Esaie. ix. Uestimentū mixtū sanguine erit in cōbustionē ⁊ cibus ignis. Item illi qui sunt pungentes per seuitiam. Unde Esa. xxxiij. Spine congregate igni comburētur. Et sic patet φ triplex est cōbustio. ¶ Sed nota φ inueniūtur tria que impediūt G
cōbustionē. Primū est quidā lapis qui dicitur amatides: quo si vestis tacta fuerit cōburi non poterit fm Plinium. Secūdum est lana de terra abraham: quia dicitur in libro de mirabilibus orientis: φ lana illius patrie si vestimentum exinde fiat: preseruat hominē a cōbustione. ¶ Tertiū est spina que dicitur ligna sethim que incōbustibilis est nature. Pro certo charissimi sic sunt loquēdo spiritualiter tria que a predictis malis combustiōibus nos preseruant. Primū est lapis amatides. i. amaritudo penitentie. Secūdū est vestimentum seu lana de terra Abraam. i. decētia honeste apparentie. Tertiū durities lignorū sethim. i. fortitudo patientie. Ista enim tria qui habet malis ignibus non comburitur: nec in hoc seculo nec in alieno. Patet in presenti de viris pfectis qui licet in igne tribulationis positi sint tamen non comburūtur p impatientiā: nec per aliquod vitiū cōsumuntur. Un isti sunt sicut rubus. Exodi. iij. qui ardebat ⁊ non cōburebatur. Patet etiam in alio mundo vbi in igne purgatorij anime bone affliguntur: ⁊ tamen ad consumptionem vltimā nō deducunt. vnde Esa. xliij. Cū ambulaueris per ignē non cōbureris ⁊c. Unde ardere: de igne ⁊ de vrere.

Comedere.

Quāuis multa significet i scriptura siue in bono siue in malo H
istud tamen possumus notare: φ qr comedere idē est qd cibū ⁊ nutrimētū recipere: ideo triplicem comestionem possum⁹ inuenire Est em̄ comestio seu receptio spūalium: temporaliū: ⁊ eternaliū. Comestio spiritualis est triplex: sꝫ comestio seu acquisitio

Uirtutū ⁊ meritorum. — Primo mō comedūt pfecti.
Sciarū ⁊ documētorū. — Secūdo modo discreti.
Eucharistie sacrorū. — Tertio modo deuoti.

Istis em̄ trib⁹ modis debem⁹ comedere. s. Recipiēdo.

Gratiarū refectionē.
Doctrinarū instructionē.
Sacramēti cōmunionē.

¶ De comestiōe seu incorporatione bonorum spiritualiū dr̄ Prouer. xiij. Justus comedit ⁊ replet aīam suā: venter autē impiorū insatiabilis. De comestione seu acquisitiōe sciētiarū dicitur Canti. v. Comedite amici mei ⁊ bibite. De comestione sacramentaliū dicitur Eccl's. ix. Uade comede in leticia panē tuū. Dicam⁹ ergo charissimi φ sicut videmus omnia mortalia ⁊ caduca indigent comestione ⁊ nutrimenti receptione. Sicut patet de arboribus que continue recipiūt nutrimentum a terra ⁊ ab aqua. De animalibus q̄ a fructib⁹ ⁊ aere ⁊c. Homines enim ⁊ animalia morerent: arbores ⁊ herbe siccarentur nisi comedēdo ⁊ nutrimentū sumendo quotidie fulcirentur ⁊ sustentarentur. Comestio enim vtilium

Uitam conseruat.
Humorē restaurat.
Corpus roborat.
Animā letificat.
Appetitū quietat.

¶ Sic reuera charissimi necesse est: φ si volum⁹ spūaliter viuere cibū spūaliū comedam⁹. s. deuotionē: lectionē eucharistiā ⁊c. qr vere p talē comestionem humor gr̄e ⁊c

parat̄. Uita gloria preparat̄. Fortitudo constantie ro-
boratur. Anima per letificationē cōsolatur. Et appe-
titus desiderioꝝ nostroꝝ in bono figitur ⁊ quietatur
⁊ ideo helye dormienti preceptū est. Surge comede: qꝛ
grandis restat tibi via. Et sequitur ꝙ ambulauit in
fortitudine cibi illius vsqꝫ ad montem dei. De come-
stione ergo spirituali videt̄ loqui Ezechie. ij. in fine et
in principio tertij: vbi dicit̄. Aperi os tuū ⁊ comede q̄-
cunqꝫ ego do tibi. Et vidi ⁊ ecce man⁹ missa ad me in
qua erat liber inuolutus: ⁊ scripte erant in eo lamen-
tatiōes ⁊ carmen ⁊ ve. Et dixit mihi. Fili hominis qḋ
cunqꝫ inueneris comede. Comede volumē istud. Et va
dēs loquere filijs israel. ⁊ sequitur Comedi illud ⁊ fa-
ctū est in ore meo q̄si mel dulce. Iste est liber sacre scri
pture charissimi: quem man⁹ diuine misericordie no-
bis expandit: in quo pro certo inueniuntur scripte la-
mentationes viatoꝝ: ve damnatoꝝ: carmen beatoruꝫ
quem pro certo debem⁹ comedere ⁊ per studiū nobis
incorporare vt filijs israel. i. ceteris fidelibus sciamus
⁊ possimus loqui ⁊ predicare. Et ꝓ certo si ipsum co-
D mederimus legerimus ⁊ studuerimus ipsuꝫ melle dul
ciorem inueniemus. ¶ Exponam⁹ igitur de spiritua
li comestione illā autoritatē. Canti. v. Comedi fauuꝫ
meum cū melle meo: bibi vinum meū cū lacte meo. In
quibus verbis aduerte ꝙ tria sunt comedenda princi
paliter. s. diuine sapientie nutrimentū: mel caritatis ⁊
gratie cōdimentū: vinum: panis eucharistie sacramē
tum: lac primū est cibus illuminatiuus vel mundifi-
catiuus: mel secundū: cibus letificatiuus: vinū tertiū
cibus viuificatiuus: lac: mel enim sordes mūdificat:
vinum corda letificat: ⁊ lac vitā prolongat seu fortifi
cat: sicut patet in pueris. Comedamus ergo nutrimē
tū sanificatiuum. Mel inquit Multa enim comedū
tur vt sanitas habeatur: ⁊ nō solū vt corpora nutrian
tur. Unde dicit Plini. de serpente ꝙ feniculū comedit
contra visus obscuritatem. Ceruus etiā comedit quā
dam herbam: que dicit̄ dyptannus vt virtute eius sa
gitas de corpore suo eijciat. Mustela comedit rutam
vt cōtra basiliscū preualeat. Sic reuera charissimi si
nos fuerimus sicut serpentes per prudentiā ⁊ discre-
tionē. Mat. x. Estote prudentes sicut serpētes. Sicut
ceruus per desideriū ⁊ affectionem p̄s. Sicut ceruus
desiderat ad fontes aquarum ⁊c. Sicut mustela ꝑ au
daciā ⁊ strennuitatē: pro certo nos debemus comede
re ⁊ nobis incorporare nutrimentū sacre scripture ⁊ sa
pientie diuine ⁊ scientie: qꝛ vere ista est sicut feniculuꝫ
illuminans nostrā cecitatē. Ista est dyptānus eijciēs
sagittarū diaboli venenositatē. Ista est sicut ruta eli-
minans basilisci ⁊ carnis seu hostis potestatē ⁊ auto
ritatē. Comedamus ergo eam ⁊ studeamus in ipsa vt
illuminetur nostra cecitas obscurata: vt sanificet̄ no-
stra infirmitas vulnerata vt etiā superet̄ hostis mali
gnitas venenata. Ad istuꝫ ergo cibū comedendū inui
tat scriptura Canti. v. Ueniat dilectus meus in hortū
suum vt comedat fructuꝫ pomorū suorū. Hortus enī
cōmuniter omnib⁹ nobis est sacra scriptura vbi sunt
multe pomi plene fructibus. i. multi libri pleni scien
tijs: quos pro certo studendo debemus colligere ⁊ gu
stare. Iste est ergo cibus sanificatiuus: quod ostendi
tur cū dicitur. Mel. Mel enī habet virtutem mundi
ficatiuā: habet etiā virtutē visus depuratiuā ⁊ illumi
natiuā. Abstergit enī dissoluit ⁊ cōsumit hūores gros
sos ab oculo. Nec mirū cū mel ex floribus conficiat̄
que pre ceteris rebus medicinales esse noscunt̄. Reue
ra charissimi mel est sacra scriptura que ex pluribus
apum floribus. i. ex sanctorū patrū scientijs est confe
cta. Ista enī sordes ruditatū ab oculo intellectus mū-
dificat: ⁊ visum fidei ⁊ scientie illuminat ⁊ illustrat. ⁊
sic sanitatē intellectus reparat ⁊ reformat: qḋ bene fi-
guratū est. j. Reg. xiiij. ꝙ cum Ionatas tinxisset sum-
mitatem virge in fauū mellis: ⁊ comedisset illumina-
ti sunt oculi eius. Uirga. i. intellectus noster: qui scꝫ si
intinctus fuerit in fauuꝫ mellis. i. in studiū sacre scri-
pture oculi nostre discretiōis pro certo illuminabunt̄
Ideo precipitur Prouerb. xxiiij. Comede fili mi mel:
qꝛ bonum est. Aduertamus tamē ꝙ quādoqꝫ aranee
circa mel faciunt telas suas ⁊ corrumpūt mel. Quan
doqꝫ etiam quedā false apes que dicūtur labiō a Pli-
nio. in mel ita auide ⁊ profunde se immergunt ꝙ exin
de exire non possunt. Iste aūt apes a veris apibus fu-
gantur punguntur ⁊ occiduntur. Sic vere charissimi
circa mel sacre scripture versantur quandoqꝫ aranee
i. heretici qui telis suoꝝ falsorum tractatuū ⁊ exposi-
tionū ipsam corrumpere nitūtur. Item ibi morant̄ la
bion. i. quidā fatui ⁊ simplices theologi qui quādoqꝫ
ita profunde se immergūt: ⁊ de rebus ita profunde tra
ctant ꝙ exinde nesciūt exire: nec ad finē debitū appli-
care: immo qḋ deteri⁹ est sepe per multas hereses mo
riuntur: necnō a veris apibus. i. a sapientibus redar-
guūtur: cōtemnūtur ⁊ arguuntur: ⁊ etiā qḋ peius est
deridētur. De talibus pōt dici illud Prouerbio. xxv.
Sicut qui mel comedit multū nō est ei bonū: sic q̄ per
scrutator est maiestatis opprimet̄ a gloria. Mel enī
indiscrete comestuꝫ valde inflat. Sic sciētia indiscre-
tos per superbiā ⁊ ꝓsumptionem habet inflare. j. Co-
rin. viij. Scientia inflat: caritas autem edificat. Ideo
precipitur Eccl'i. iij. Altiora te ne quesieris: ⁊ in sup̄ua
cuis rebus ne fueris curiosus. Et Rom. xij. dicit̄. Nō
plus sapere. q̄ oportet sapere. Patet igitur ꝙ nos de
bem⁹ comedere nutrimētū sanificatiuum: mel. ¶ Se B
cundo dico. ꝙ nos debemus comedere alimentū letifi
catiuū. Uinū inquit. Per vinum enim intelliguntur
bona spiritualia. s. deuotio: cōtemplatio diuine mise-
ricordie: consolatio ⁊ spes: futuroꝝ consideratio. Ista
enim sunt cibaria letificatiua ⁊ ad spirituale gaudiū
inductiua. Uinū inquit p̄s. Uinuꝫ letificat cor homi-
nis. Est enim quedam herba que dicitur apiū risus:
que comesta facit hominem ridere. Sic vere spes bo-
norū paradisi ⁊ spiritualia bona faciunt hominē spi-
ritualiter consolatum. De quo dicitur Eccles. ix. Ua
de comede in leticia panē tuū ⁊ bibe cum gaudio vinū
tuum. Illud potissime est verum de comestione eterne
voluptatis: pro qua ad modū formice debem⁹ in estate
te presentis seculi laborare: vt illū cibū in mortis hye-
me possim⁹ manducare Prouerb. vj. Formica cōgre
gat in messe que comedat in hyeme. Omnia enim ani
malia tractant ⁊ certant pro comedendo: sicut patet
in muribus qui prouident ⁊c. Aduerte tamen ꝙ ista
comestio bonorum eternorum est edificatiua triplici
ratione. Primo qꝛ habet fertilitatem. Nume. vj. Co-
medes panem sine penuria. Habet suauitatem. Can
ti. v. Comedi fauum meum cū melle meo: bibi vinum
cum lacte meo. Habet satietatem. Leuitici. xxvj. Co
medis panem in saturitate. Istud est ergo alimentuꝫ
letificatiuum. Aduerte tamen ꝙ est quidam lapis di
ctus echites qui sub cibo positus non sinit eum come
di nec aliqualiter deglutiri qui si motus fuerit cibus
sine difficultate aliqua transglutietur s̄m Dyascori.
Sic vere charissimi cibus glorie paradisi si lapidem
peccati mortalis apposueris: a te non poterit finali-
ter manducari. Exodi. xxix. Non comedentur: quia
sanctificati sunt. Si autem istum lapidem per cōfes-
sionem et penitentiam amoueris: tunc ad comeden-
dum istuꝫ cibum sine difficultate aliqua finaliter ad-
mitteris. ij. Paralipome. xxxj. Comedimus et satu-
rati sumus. Istud est ergo alimētum letificatiuum.
¶ Sed tertio dico. ꝙ nos debemus comedere sacra-
mentum viuificatiuum. ⁊ istud est alimentum eucha C
ristie: que pro certo animas viuificat atqꝫ nutrit Io-
han. vj. Qui manducat carnem meā habet vitā eter-
nam: quod ostenditur cuꝫ dicitur Lac. Lac enim vnū
est de principijs humane vite: s̄m sententiam sapiētis
Eccl'i. xxxix. Initium vite hominis aqua: ignis: ⁊ fer-
rum: sal; lac: ⁊ panis: similagineus mel ⁊ botrus vue:
oleum et vestimentum. Ista enim sunt decem neces-
saria ad vitam humanam corporaliter nutriendam:
que etiam

que etiā ad vitā spūalē necessario req̄runt: videlicet.

Aqua pietatis.	Panis sacre scripture ⁊ veritatis.
Ignis caritatis.	Botrus vue. i. memoria passiōis.
Ferrū stabilitatis.	Oleum: id est lenitas cōpassiōis.
Sal sagacitatis.	Mel: id est dulcedo deuotionis.
Lac satietatis.	Uestimentū: id est velamen bone

cōuersatiōis. Ista ergo sunt nobis necessaria ad vitā moralē ⁊ spūalē: ⁊ maxime lac corporis xpi. Lac enim est cibus puerorū. Et corpus xpi est cibus purorum ⁊ sanctorum. j. Corin. iij. Tāq̄ paruulis in xpo lac dedi vobis edere. Eze. xxxiiij. Lac comedebatis ⁊ lana cooperiebamini ⁊c. Uide supra de cibo. Aduerte tñ ꝙ ille cibus est a nobis comedendus cū amaritudine contritionis: cū memoria mortalis corruptiōis: cū dulcedine deuotionis. De primo Job. iij. Anteq̄ comedam suspiro. ⁊ Exo. xij. Cū lactucis agrestibus comedetis illum. Itē de scd̄o dr̄ in ps. Comederunt sacrificia mortuorū. De tertio aūt dicit̄ Ezechie. xvj. Simila ⁊ mel ⁊ oleū comedisti ⁊ decora facta es vehemēter. Sic ergo patet triplex comestio que a nobis est facienda: q2 sc3 nos debemus comedere vt dictū est Nutrimentū sciētiale ⁊c. Uide supra de cibo vbi multa de sacramento altaris inuenies: ⁊ etiā de alijs. S3 nota adhuc ꝙ est quadruplex comestio vituperabilis. vc3 Comestio

Uoracitatis.	Prima est comestio gulosorū.
Rapacitatis.	Secūda est comestio auarorum.
Detractionis.	Tertia est comestio oblocutorum.
Cōsumptionis.	Quarta est comestio demoniorū

vel infernaliū tormentorum. ¶ Dico ergo primo modo E comedūt gulosi. Isti eñ sunt similes vrso: cuius appetit⁹ est insatiabilis: vix eñ ita satiat⁹ fuerit qd̄ si sibi aliquid proijcit̄ quin comedere conet̄. Sic vere multi sunt ita gulosi: ꝙ quasi non possunt satiari. Esa. xxij. Ecce gaudiū ⁊ leticia occidere vitulos: iugulare arietes: comedere carnes: bibere vinum. Ut eñ dicit̄ Prouer. xiij. Iustus comedit ⁊ replet aīam suā: venter aūt F impiorū insaturabilis est. ¶ Itē secūdo modo comedunt auari. Isti eñ comedūt bona aliorum: q̄ p fraudes rapinas ⁊ vsuras deuorāt ⁊ extorquēt. Joelis. j. Ignis comedit speciosa deserti Ignis eñ insatiabilis signat auaros ⁊ raptores q̄ pro certo oīa speciosa ⁊ delectabilia huius mundi rapiūt comedūt ⁊ acquirūt. Sicut eñ videmus ꝙ aīalia crudelia pugnant cū innocentibus vt comedāt carnes eorum. Ut dicit Plin. ꝙ cā quare vrsus pugnat cū asino ⁊ thauro est vt comedat carnes eorum: cū ipse naturaliter diligat carnes crudas: sic vere charissimi crudeles ⁊ maliciosi pugnant hodie p lites: vsuras: ⁊ rapinas: cū aīalibus innocentibus. i. cū pauperibus ⁊ simplicibus vt carnes eorum rodāt: comedāt ⁊ acquirāt. Uñ Hiere. xix. Unusquisq̄ carnes amici sui comedat Et bñ dicit amici sui: q2 p certo tales auari nō parcūt homini. Ita eñ libēter exheredāt socios vt remotos: ꝯsanguineos vt extraneos. Ut eñ dicit Aug. de verbis dñi. Auarus nec parcit patri: nec matrē cognoscit: nec fratri obtēperat: nec amico fidē seruat. Sicut eñ dicit Odoricus in lib. de mirabilib⁹ oriētis. In india est quoddā regnū dictū dodin. in lingua illa idē est qd̄ immundū. immūda eñ gēs ibi habitat ⁊ morat̄. Comedūt eñ carnes crudas ⁊ oēm abominationē. Comedit etiā pater filium: filius patrem: vxor maritū ⁊ maritus vxorē. Nā cū aliquis infirmatur: statim filij eius vel amici vadunt ad idolū suum: vt sciāt si de illa infirmitate moriatur: q2 si exinde mori debeat statim ipsum suffocant ⁊ eum comedunt: et ad eum comedendum amicos cū festinitate inuitant Et hoc ipsi faciūt vt dicunt ne parentes eorū a vermibus comedant̄: melius est inquiūt vt comedam⁹ amicos nostros q̄ ꝙ vermes in sepulcro comederent eos. Si autē de infirmitate cōualescere debeat: tūc ipsum ad dictum idolū dimittūt. Pro certo charissimi q̄ꝙ materialiter loquendo iste ritus nobis sit horribilis ⁊ ignotus: loquendo tamen allegorice nobis esse dinoscit̄ notorius ⁊ cōis. Constat eñ ꝙ auari habēt idolū suū cui obediūt in hoc mundo: videlicet peccatū auaricie: q2 fm Aplm Gal. v. Auaricia est idolorū seruitus. Isti eñ idolo auaricie obediunt. fm ꝙ ab eo sollicitant̄: inducuntur vel stimulant̄. nūc contra patrem nunc contra matrē: nunc cōtra ꝓximū debachantur. Cognoscat igit̄ ꝙ ad stimulationē auaricie pater surgit cōtra filiū: filius contra matrē. Unde dr̄ Ezech. v. Patres comedēt filios in medio tui: ⁊ filij comedent patres suos Et istud nō solū verum est de filijs naturalibus: immo de spūalibus: ⁊ etiā de ecclesiasticis et regularibus: ⁊ hoc est verum. Inter istos eñ pater a filio id est prelat⁹ a subdito ⁊ ecōuerso: ⁊ socius a socio impugnat̄: qd̄ vtiq̄ totū facit p̄ceptū idoli. i. auaricie corruptela. Hiere. xix. Cibabo eos carnibus filiorum suorum ⁊ filiarum suarū. Ista etiā videmus de istis balliuis q̄ ad mādatū idolorū suorum. i. dñorū suorum ⁊ magistrorum alios deuorāt ⁊ corrodūt p exactiones: violētias: ⁊ rapinas. Et sic ergo pt3 ꝙ ista est comestio auarorum. De qua dicit̄ Michee iij. Comederūt carnē ppl̄i mei. Isti etiam quāto plura comedūt de diuitijs ⁊ acquirūt tāto maiores ab alijs reputant̄. Uñ Dañ. xiiij. Nunqd ē bel viuens deus: nonne vides quanta comedat ⁊ bibat. Ista est ergo comestio qua comedūt exactores. Isto ergo mō comedunt raptores. ¶ Sed adhuc dico ꝙ alio G modo comedunt detractores. Isti eñ sunt similes serpentibus qui pulos auiū trāsglutiunt ⁊ comedunt totos viuos: qui sc3 cū dētibus suis. i. cum verbis detractorijs que ideo dentes dicuntur fm Isido. q2 deminunt hominibus bonā famā: alios comedūt totos viuos. Figurati Dañ. xiiij. in illis sacerdotibus q̄ occulte venientes comedebāt oīa que ante deos ponebant̄. Et reuera charissimi multi sunt hodie falsi sacerdotes in templo ecclesie q̄ nō cessant comedere ⁊ corrodere per detractionē quicquid boni a bonis hominib⁹ deo offertur. Uñ Eccl'i. xxix. Comedebatis carnes ⁊ bibebatis sanguinē eorum. Isti enim sunt similes leopardo: q̄ delectat̄ comedere stercus hūanū: ⁊ illud suā reputat suauitatem. Similes etiā symie q̄ scrutat̄ capillos hominis vt inueniat pediculū vel immundiciā aliqualē quod cum inuenerit statim comedit. Sic vere detractores in pediculis: immundicijs ⁊ stercoribus hominum delectant̄. Hoc est dictu in vitijs ⁊ criminibus aliorum: ⁊ ideo capillos eorum. i. facta ⁊ conditiones aliorum non cessant inuestigare ⁊ scrutari: vt aliquid immundicie. i. aliquid reprehensibile reperiāt: quod obloquendo deuorent ⁊ cōsumant. Mala enim aliorum sunt cibus et comestio detractorum. Osee. iiij. Peccata populi mei comedent. Ista ē igitur tertia mala comestio: qua sc3 comedunt detractores. ¶ Quarto in- H uenitur comestio: qua comedūt infernij tortores. Et ista comestio non est nisi pene exquisitio. Sicut enim canis comedit ouem ⁊ postea a lupo comeditur. Sic vere illi qui in hoc mundo alios vel alia indebite comedūt: tandem in inferno a lupis demonibus comeduntur: sc3 quantū ad animā ⁊ quantū ad corpus in sepulcro a vermib⁹ corrodit̄. Job xxx. Qui me comedunt non dormiunt. In quo enim peccat quis in hoc ⁊ punietur. Sapien. xj. Ideo peccatores qui comedēdo peccant: sicut sunt gulosi qui comedunt delicias. auari qui comedunt diuitias: tyranni qui comedunt alienas iniurias: detractores qui comedunt ⁊ corrodunt aliorū famas ⁊ sufficientias: tales dico multotiens in inferno a demonibus comedūtur. Ethiopes eñ nigri comedunt dracones fm glo. super ps. Quia pro certo niger populus ethiopum. i. demonum tales dracones. i. tales peccatores finaliter comedent ⁊ vorabunt. Unde. iiij. Regum. xxj. Canes comedent Iezabel in campo iezrael. Et sic igitur patet ꝙ comedunt ⁊ comedunt̄ mali et peruersi. Et ista sunt quatuor genera comestionis que a nobis potissime sunt horrēda ⁊c. Uide de cibo ⁊ de detractiōe ⁊ eucharistia.

Commendare. Nota ꝙ cōmēdare q̄nq̄ sumit̄ p laudare: sicut. ij. A

Corin.x. Non em̄ q̄ seipsum cōmendat ille probat⁹ est sed quē de⁹ ɔmēdat. Qñq3 sumit̃ p cōmittere vel custodire: sicut .j. Reg.xvij. de dauid dr̄. q ipse ɔmēdauit gregē custodibus. Et isto modo accipit̃ vt cōmuniter cōmendare. Notabis ergo q cōmēdatio dr̄ illa ɔmissio qua alicui dat̃ aliqd in custodia vel ɔmisso: ⁊ hoc pro tpe non ad semp. ⁊ q p libito volūtatis pōt repeti ⁊ auferri. Et sic notabo q in scriptura inuenit̃.

Cōmendatio
- Deuotiōis quā facit orās humiliter
- Prelationis quā h3 regēs vtiliter.
- Possessiōis quā fuat viuēs hūanit̃.

Prima. Secūda. Tertia. — Est cōmenda — Cōmendabilis. Formidabilis. Miserabilis.

¶ Prima est ergo cōmenda deuotoꝝ. q.s. ipsi cōmittunt ⁊ cōmēdāt dño se ⁊ sua: nihil.s. de se sperādo: sed in deo ɔfidēdo: ⁊ se ⁊ alios ptectioni ipsius cōmittendo: sicut dicebat Dauid in ps. In manus tuas dñe cōmendo spm̄ meū. Et Actu.xx. dicit Paulus alijs discipulis. Cōmendo vos deo. Et Actu.xiiij. Cōmendauit eos deo in quē crediderunt. ¶ Scd̄a est cōmenda prelatorū: qua.s. deus vel superior cōmittit ipsis animas subditorū. De quo figuratiue dr̄ Exod.xxij. q si qs cōmēdauerit pximo bouē vel asinū ⁊ furatū fuerit: reddet dānū dño. Ut reuera talis cōmēda facta est prelatis ⁊ custodib⁹ tali pacto q si anime pereūt ppter eorū defectū: lucre vel restaurare tenebunt̃: ⁊ iō cauēdū est ne indignis fiat ɔmissio aiaꝝ: iō apl's loquēs Thymo.ij. Thimo.ij. dicebat sic. Hec cōmēda fidelib⁹ hominibus qui idonei sunt ⁊ alios docere. ¶ Tertia est cōmissio terrenorū seu etiā caducorū omniū. Et ista est illa q̄ omnia nostra bona tēporalia: naturalia: gratuita ⁊ fortuita sunt nobis a deo cōcessa ⁊ data: ⁊ pcario cōmendata: ⁊ ideo more accidentiū sunt nunc ppria: nunc aliena: nunc presentia: nunc remota: ⁊ proculdubio deus vult q nos sicut bone fidei cōmissarij ista nobis cōmendata debite ministremus: ⁊ in meli⁹ multiplicantes cuncta ad laudem ipsius ordinemus sicut Mat.xxv. dicitur q pecunia nūmularijs cōmittenda erat cū lucro ⁊ vsura ampliori reportāda. Ideo bene dr̄ Luce.xij. Cui multū cōmendatū fuerit multū exigetur ab eo ⁊c.

Comminuere. Nota q cōminuere vt cōmuniter accipit̃ p destruere ⁊ dissipare: sicut in ps. Et cōminuā eos sicut puluerem ante faciē venti vt lutū platearum delebo eos. Uide in alijs titulis cōsimilibus: et vide infra de minuere et de minus.

Comes. Uide de societate.

Commixtio. Uide de coniunctione ⁊ societate ⁊ cetera similia. Et infra de miscere.

Commissio. Committere.

Nota q cōmittere accipitur pro cōmēdare. Sicut em̄ primo Macha.viij. dicitur q romani cōmittebāt vni homini magistratū. Raro tamen in scriptura sumitur isto modo. Itē accipitur pro bellare vel pro bellū facere: vel pro prelio se aggregare. Unde ij. Ma h.x. primo autē solis ortu vterq exercitus preliū cōmiserunt. Item sumitur pro delinquere vel peccare; et sic dicitur de illo pessimo menelao.ij. Mach.xiij. q multa erga aram dei cōmisit delicta. Uide ergo de bellare ⁊ de peccare ⁊ de cōmendare ⁊c.

Commorari. Uide infra de mora in litera M. ⁊ vide de habitare manere: perseuerare ⁊c.

A **Commouere. Commotio.**

Nota q commotio sumitur multipliciter in scriptura. Signat enim in bono ⁊ in malo. Et primo signat in bono Motum.

- Timoris qui mentē cōcutit.
- Doloris qui culpas excutit.
- Amoris qui cūcta discutit.

¶ Prim⁹ ergo motus timoris ⁊ turbationis est qui mentem habet cōcutere. Mens em̄ viri considerās rigorē diuine iusticie mouet̃ ⁊ ɔcutitur p timorē: sicut equ⁹ solo aspectu virge vel calcaris fremit ⁊ cōmouet̃ visibiliter in seipso. Unde in ps. de cōmotione timoris: dicitur domino. Cōmouisti terrā ⁊ cōturbasti eā: sana contritiones eius q2 cōmota est. Et iteꝝ. Cōmota est ⁊ contremuit terra. Et iteꝝ. Cōturbati sunt ⁊ cōmoti sunt: tremor apprehēdit eos. ¶ Scd̄s est motus doloris ⁊ ɔtritiōis. Ista est em̄ ɔmotio quā facit flatus inspirationis diuine: ex qua sequit̃ vox ⁊ tonitruū cōfessionis laudis. Figura Ezechie.iij. vbi dr̄. q ipse audiuit post se vocē cōmotionis magne.s. alarū aialiū percutientiū alterā ad alterā: ⁊ vocē rotarū sequētiū animalia ⁊ cōmotionis magne. Spiritus em̄ vite erat in rotis. Quatuor animalia sunt q̄tuor affectiones. Rote sequētes sunt bone operationes: q2 pro certo qñ in corde fit cōmotio ɔtritionis: ⁊ ibi viget sp̄us vite gratie ⁊ diuine inspiratiōis. tūc quatuor affectiones inuicē se ɔcutientes: vocē ɔfessionis solēt emittere: ⁊ voces rotarū sequentiū.i. laudē bonorū operū faciūt sonare Ista est igit̃ cōmotio contritionis: de qua.ij. Macha.xiij Cōmoueant̃ contritione sua. Et illud ps. Sana contritiones eius q2 cōmota est. ¶ Tertio dico q est cōmotio amoris ⁊ affectiōis. Et ista est quādo qs cōmouetur ad fraternā cōpassionē: ad fidei zelum ⁊ deuotionē: ad iusticie executionē. Ignis em̄ solet cōmouere materiā in quā agit: patet in scintilla accensa q̄ sursū mouetur. Sic caritas mentē cōmouet ad omnia supradicta. De motu cōpassionis dicit̃. Gen̄.xliij. q ɔmota sunt viscera Joseph sup fratre suo. De motu zeli dicit dñs loquēs de phinees. Nūe.xxv. Phinees zelo meo cōmot⁹ est ɔtra eos.i. ɔtra ydololatras. De cōmotione aūt iusticie dici potest illud Esa.xxix. Uisitabit̃ in tonitruo ⁊ cōmotiōe. Uisitatio em̄ est idē qd̄ iusticie executio. Sic ergo sumit̃ commotio in bono. B
¶ Secundo principaliter dico q inuenit̃ cōmotio in malo: ⁊ sic dico q mali cōmouentur.

- In constantie saltu.
- Iracundie tactu.
- Discordie fluctu.
- Mesticie luctu.

¶ Cōmouent̃ dico p incōstantiā q̄ non nouit stare. vñ de incōstātibus qui nunq̄ pseuerāt in vnū finem: nec quātū ad se nec quantū ad alios: nec quantū ad proximū: nec quātū ad deū: sed semp fluctuāt ⁊ mouent̃: pōt dici illud. Esa.xxiiij. Cōmotione ɔmouebit̃ terra ⁊ ɔcussione cōcutiet̃: ⁊ agitatione agitabitur ⁊c. Cōmouent̃ etiā p iracūdiā q̄ solet turbare. Uñ de iracundia antiochi dr̄.j. Macha.vj. q ɔmotus valde decidit in le tū. Cōmouent̃ insup p discordiā q̄ solet rixare. Treno.iiij. Jurgati quippe sunt ⁊ ɔmoti. ⁊ in ps. fūdamēta montiū ɔturbata sunt ⁊ cōmota sunt qm̄ iratus est eis. Cōmouent̃ etiā p mesticiā vel p fortune insolentiā: q̄ solet grauare: sicut pz q2 sicut fortuna faciliter de statu psperitatis commouet ⁊ eradicat malos mors ⁊ infernus turbāt ⁊ ɔmouēt vniuersos: ⁊ maxime impios ⁊ dānatos. iō de ɔmotione fortune ⁊ mūdane tribulatiōis pōt dici illud Amos.ix. Percute cardinē ⁊ ɔmoueant̃ supliminaria. De ɔmotione mortis ⁊ dānatiōis dr̄ Eze.xxxix. Cōmouebunt̃ a facie mea volucres celi ⁊ pisces maris ⁊ bestie terre. Uolucres dico i. supbi q̄ sunt volatiles. Pisces.i. luxuriosi q̄ sunt natatiles. Bestie terre.i. auari q̄ sūt gressibiles. S3 reuera a talib⁹ mal' ɔmotiōib⁹ pseruāt̃ tria gñā psonaꝝ vez

- In diuinis auxilijs ɔfidētes.
- In virtutū psidijs residētes.
- In eternis fastigijs psidētes.

¶ Primi sunt deuoti q̄ solēt in deo sperare dicētes illud ps. A dextris est mihi dñs ne cōmouear. Secūdi sunt iusti qui solent perseuerare: q2 sicut dr̄ Prouerb.x. Justus ineternū non cōmouebitur. Tertij sunt beati qui solent semper durare. vñ in ps. Nō ɔmouebit̃ ineternū. qui habitat i hierl'm. Sufficiāt igit̃: vide infra de moueri.

Cōmunitas

a **Cōmunitas.** De cōmunitate inquantū signat cōgregationē: societatem ꝛ similia. vide in alijs titulis. s. de religione societate ꝛc. Et vide in tabula huius operis: vbi multa inuenies. ꝛ similiter vide in tabula de singularib⁹: quia cōmunis vita opponitur singularitati. Sed de cōmunitate inquantū signat negocia reipublice ꝛ vtilitatē cōmunem. Nota ꝙ Aristo. dicit. Bonū qđ est cōmunius est diuinius. Justū enī ꝛ congruū est: ꝙ vtilitas publica preferatur priuate: quod maxime spectat ad iudices ꝛ prelatos ꝛ alios quoscūq; qui sunt in publicis officijs constituti. Teste enim Solino. In insulis ebudum tantus erat amor reipublice: ꝙ rex eorū nō permittebatur aliquid ꝓprium possidere: immo alebatur de publico: ꝛ etiā vxorem nō sinebatur habere: nec liberos procreare: sed si motus esset libidine: licebat ei aliorū vxoribus seruire que omnia ciues patiebātur vt ait: q2 nolebāt ꝙ rex q̄ in officio publico erat positus haberet aliquid priuatum facere: sed solū cōmunibus vtilitatibus militare. Et ideo bene dicit Judi. xix. In cōmune discernite quid faciendū sit. Et merito: q2 sicut dicit Leo ī quodā sermone. Publica preferenda sunt proprijs: ꝛ ibi intelligenda est ratio vtilitatis: vbi vigilat cura cōmunis. Et reuera sic faciebāt antiqui. De priuata enim vtilitate parū curabant: sed solū de vtilitate sui cōmunis reipublice cogitabāt. et ideo ciuitates tūc ꝛ regna in prosperitate ꝛ gloria crescebant. Quid enim fecit deci⁹ imperator: ꝛ post ipsū eiusdem nominis filius. Nōne vterq; teste Tyto liuio audito in somnis ꝙ si ipē in bello caderet: exercit⁹ suꝰ vinceret ꝛ exercitus cōtrarius succumberet: ꝛ econtra statim citatis equis se ꝛ aduersarioꝝ exercitū inferis deuouerunt: bellū intrauerunt: ꝛ vt suū saluarēt exercitum morti se exposuerunt: qđ ꝛ factum est: aduersarij succubuerūt ꝛ sui victoriā reportauerūt. De curcio voraginem intrante. De mucio ignem sustinente: de regulo contra salutē propriā: pro vtilitate romana cōsilium dante: ꝛ ad hostes sponte redeunte: de ligurgo legum latore ꝓ cōmunibus moribus reformādis exilium eligente. De fabricio paupere quo ad se in imperio perseuerante q̄ omnes cōmunē vtilitatē ꝛ rēpublicā taliter dilexerunt: ꝙ priuatā ꝛ propriā neglexerūt. Longum esset dicere: nec sufficeret calamus tantorū virorum gloriam enarrare. Unde etiā ipse Tullius li. de amicicia de seipso dicit. Mihi aūt nō min⁹ cure est qualis respublica post mortem meā futura sit: ꝙ qualis sit hodie. Unde Crisosto. super Mattheū. xxiij. vbi dicitur. Beatus seruus ꝛc. dicebat sic. Ad vtilitatem cōmunem oportet vti quemlibet his que habet: siue sit sapientia siue rerum facultas: ꝛ nō inferre alijs nocumentum. Nō prosequor de cōmunitate propter defectū auctoritatū vocaliū. S3 vide infra de multitudine de religione: de cōgregatione: societate: prelato: acceptione: iusticia: equitate. Et in tabula recordare. De aplo cōem vtilitatē preferēte priuate q̄ dicebat. Nō quero q̄ mea sunt: sed que multoꝝ vt salui fiāt.

a **Cōmunicare.** Nota ꝙ in scriptura inuenit multiplex cōicatio: s3

Cōmunicatio qua
- Tua tribuis liberaliter.
- Christū recipis salutabiliter.
- Te das alijs socialiter.
- Malos sequeris exemplariter
- Bonos decipis criminaliter.

¶ Est dico cōmunicatio sua distribuēs illa. s. qua boni bona sua. s. fortitudinem: sapiētiā: ꝛ temporalē substantiam in alios diffundūt similes

- Fonti aquā diffundenti.
- Soli lucē effundenti.
- Igni calorē emittēti.
- Terre fructus efferenti.

¶ Nihil enim est in natura: quin homini cōmunicet vno mō vel alio seꝫ sua. Sic vere quilibet tenet̃ sē bona sua cōicare: ꝛ nō sibi soli sed alijs militare. Roma. xij. Necessitatibus sanctoꝝ cōicantes: ꝛ maxie: q2 ꝛ sapiēia ꝛ bona etiā tēpalia quāto plus bono mō cōmunicantur: tanto ampli⁹ augmentant̃ ꝛ ampli⁹ possessori sufficiūt: ꝛ meli⁹ cōtinuant̃. De sapiētia ꝛ sciētia cōstat q2 sicut dr̄ Eccli. xx. In sapiētia abscōdita et in thesauro occulto nulla est vtilitas. Sūt enī in cumana mōtes salis: humanis vsibus ꝓ quocūq; volēti cape destinati: q̄ quāto ex vna pte fodiuntur ꝛ diminuuntur: statim adueniēte pluuia ꝛ fossas implente iterū reintegrant̃: ꝛ aq̄ in salē cōuersa mōtes ꝑpetuo cōseruant̃. Tales etiā mōtes sunt in hispania ꝛ maxie in cathalonia in comitatu cardone. Accidit t̄n in cumana nō est diu: ꝙ impator de sara dictos mōtes sibi volebat attribuere: ꝛ tributū a sal accipiētibus extorquere: sed tūc inuētū est ꝙ aq̄ pluuie in sal nō conuertebat̃: nec fosse adimplebant̃: ꝛ sic mōtes diminuebant̃ ꝓpter qđ voluit vt sal sicut pri⁹ oib⁹ cōicaret̃. Sic reuera sal sapiētie ꝛ doctrine cōitatū solet crescere: retētū v̾o solet diminui ꝛ pire. Ideo ipsa sapiētia increata seipsam nobis cōmunicauit: ꝛ se etiam ꝑ bn̄ficia infinita nobis quotidie diffundet. Dicat ergo q̄libet illđ Sapiē. vij. Quā sine fictione didici: ꝛ sine inuidia communico ꝛ honestatē illi⁹ nō abscondo. De bonis temporalibus etiā pt3. Cōicata enī ampli⁹ ꝓseuerāt: sicut Prouer. xj. dr̄. Alij diuidūt ꝓpria ꝛ ditiores sunt. Nā apud macrobios ethiopes: teste Solino in loco q̄ dicebat̃ heliotopeza qui copiosis epulis erat refect⁹: cūctis vesci volentib⁹ exposit⁹: q̄ q̄dē epule semꝑ abūdabāt: q2 diuinitus indesinēter crescebāt. Sic reuera fit apud eos q̄ libēter oibus cibos tribuūt copiosos: et q̄ libēter cōicāt se ꝛ sua: q2. s. diuinit⁹ ipsa bona multiplicant̃: ꝛ quadā v̾tute occulta in meli⁹ ꝓsperant̃. Ideo bn̄ dicit̃ Prouer. xxviij. Qui dat pauperi nō indigebit Et ideo nostra debem⁹ cōicare: sciētes ꝙ hic ꝛ in futurū abundanter habebimus ꝛ viuem⁹. Luc. vj. Date ꝛ dabit̃ vobis. Ideo apl's ꝯsulit ꝛ scribit thimotheo dicēs. j. Thimo. vj. Precipe inq̄t diuitib⁹ non sublime sape: neq; sperare in incerto diuitiaꝝ: s3 in deo q̄ p̄stat nobis oīa abūde ad fruēdū: bn̄ agere: facile tribuere: diuites fieri in opibus bonis: cōicare. ꝛ thesaurizare fundamentū bonū in futurū vt apprehēdāt bonā vitā. Ista est ergo cōicatio sua distribuēs cōtra auaros: q̄ nō libēter cōicāt sua: s3 libēter rapiūt aliena: similes lupo ꝛ vulturi ꝛc. q̄ sunt aīalia auara non cōicatiua. Uñ isti dicūt illud ps. Nō cōicabo cū electis. De quibus ꝯqueri possunt paupes dicētes cū aplo ad Philipen. iiij. Nulla eccl'ia cōmunicauit mecū in ratiōe dati ꝛ accepti. ¶ Scđo dico ꝙ est cōicatio xp̄m recipiēs s3 in sacramēto altaris. Uñ de sacramēto eucharistie canit̃. Cōione calicis quo de⁹ ipse sumit̃ non vituloꝝ sanguine ꝯgregauit nos dn̄s. De quo. j. Coꝛ. x. Calix cui bn̄dicimus nōne ꝯmunicatio sanguinis dn̄i est. ꝛ panis quē frāgim⁹ nōne participatio corporis est. q. d. sic ¶ Tertio dico ꝙ est socialis cōicatio bonis cōsentiens. ꝛ hec est illa q̄ bonis cōicāt ꝛ participāt: ꝛ societatē eorū frequētant. ꝛ sic cōicatio nihil aliud est ꝙ societas q̄ semꝑ d3 fieri inter pares: q2 sicut dr̄ Eccli. xiij Pondus sup se tollit q̄ honestiori. i. ditiori se cōicat. Non etiā decet iustū cōicare cū malis. Eccli. ibidem. Que cōicatio hoīs sancti ad canē. q. d. nulla: qđ est cōtra illos q̄ altioꝝ se ꝛ ditiorū comitiuas frequētāt. et etiā cōtra quosdā q̄ l3 de se sint boni, nō t̄n cauēt a cōmunicatiōib⁹ ꝛ societatib⁹ iniquoꝝ. Eccli. xiij. Si cōmunicabit lup⁹ cū agno ꝛc. q. d. Indecēs est talis societas. ¶ Quarto dico ꝙ est cōicatio malis obediēs. et sic cōicatio idē est qđ societas ꝛ imitatio maloꝝ de q̄ Eccli. xiij. Qui cōicat supbo induet supbiā. ¶ Quinto dico ꝙ est cōicatio mala ꝑficiēs seu bonos decipiēs: sicut est in maliciosis q̄ alter alteri cōicant malicias et cautelas: similes gorgonibus illis. s. mōstris que homines visos lapidificabant. de quibus dicitur in fabulis ꝙ vnicū oculum tres habebant quem sibi successiue cōmunicabant sic cautelosi vt possint alios facere lapideos. i. stupidos. solēt enī ꝑuersi oculū neq; i. cautelā ꝛ maliciā suā sibyinuicē cōicare ꝯtra bonos

alter alterꝫ informare. De auaris etiã ptꝫ. qui alijs cõ municãt tpe caristie bona sua. vt eos tandẽ exheredẽt siles cõche marine. q̄ pisciculis se aperit quasi cõicãs se eisdẽ. q̄ tandẽ se claudens ipsos deuorat atq; rapit Sic vsurarij pauperibꝰ. Vñ Eccli. xiij. Quid cõicabit cacabus ad ollã. qñ se colliserit cõfringẽtur. ⁊c Vide de participare. diuidere ⁊ societas ⁊c.

Commutare.

Vide infra de mutare

Comparare.

A. Nota ꝙ cõparare qñq; sumitur pro emere. sicut Trenoꝝ iiij. Aquã nostrã pecunia bibimus. Ligna nr̃a precio cõparauimꝰ. Qñq; etiã sumitur pro assimilare. adeq̃re. sicut ꝓuer. xxvij. Tecta perstillãtia ⁊ litigiosa mulier cõparãtur. Sed vide infra de silitudine ⁊ silibus Dic tñ si vis ꝙ in scriptura reperitur Cõparatio

Presumptiua.
Existimatiua.
Conformatiua

¶ Presumptiua dico. que scꝫ fit qñ q̇s de se nimis p̄sumẽs cõparat se nobilioribꝰ et melioribꝰ. cũ tñ si bene aduerterent isti. sicut exploratores de filijs enach dicerent. ⁊ se indignos cõparationem talium existimarent. Nume. xiij. Ibi vidimus filios enach. q̇bus comparati locuste videbamur. Et ꝟe ista possunt dicere moderni clerici. moderni p̄lati moderni milites. moderni ph̄i. respectu antiquorum Et tñ multi sunt ita p̄sumptuosi ꝙ se antiq̇s nõ solũ cõparant imo p̄ferũt. siles niobe regine thebanorum de qua dicũt fabule. ꝙ q2 cõparauit imo p̄tulit in pulcritudine se iunoni. a furijs infernalibus in rabiẽ est ꝯuersa. ⁊ postea in mare se p̄cipitãdo submersa. Quia vere tales suꝑbi qui melioribꝰ se cõparant aut p̄ferũt rabidi ⁊ sine sensu esse. et sic merito perire ⁊ precipitari merẽtur. Job. xxij. Nunquid deo cõparari põt homo etiã si ꝑfecte fuerit sciẽtie. q. d. nõ. Cõparatio existimatiua est. qñ caduca ꝑpetuis. vritutes vitijs boni malis cõparãtur. q2 scꝫ ꝯstat ꝙ in tali cõparatione spũalia p̄ferũtur terrenis. vñ de sapiẽtia dicitur Sapiẽtie. vij. Auꝝ in cõparatiõe illiꝰ arena est exigua. Et ꝓuer. iij. Omnia que desiderãtur huic nõ valẽt comparari. Cõparatio ꝯformatiua est qñ q̇s alteri per imitationem se assimulat ⁊ cõformat. Et ista scꝫ est bona qñ q̇s se ꝯformat bonis. Sap. vij. Luci cõparata inuẽta est purior. Est etiã mala qñ q̇s se cõparat ⁊ assimilat malis. p̄s. Cõparatꝰ est iumẽtis insipiẽtibꝰ et silis factꝰ est illis ⁊c. Vide infra. de silis. ⁊ vbicũq; fit mentio de imitatione. ⁊ vide tabulam.

Compati. Compassio.

Nota ꝙ quia non sunt de cõpassiõe autoritates vocales omitto. Vide infra de fletu. luctu. pietate ⁊ misericordia ⁊c ⁊ vide in tabula q2 in locis multis fit mẽtio in hoc opere de cõpassione.

Compedes.

Sunt vincula q̇bus ligant̃ pedes. et põt significare sicut vinculũ. ⁊ maxime illa quibus pedes. i. affectus ligantur siue bona fuerint siue mala. Nota ergo ꝙ inueniunt̃ Compedes

Amoris
Timoris
Languoris
Doloris
Terroris

¶ Cõpedes amoris. ligãt viros perfectos. q̇bus scꝫ dicit̃ illud Eccli. vj. Injce pedem tuũ in cõpedes illius id est sapientie et in torques illiꝰ collum tuum. Compedes timoris ligant viros subiectos scꝫ religiosos. ⁊ adhuc imperfectos. qui scꝫ ligantur cõpedibus ⁊ statutis. ⁊ diuinis cõpedibꝰ ⁊ mandatis p̄s. Ad alligãdos reges eorũ in cõpedibꝰ ⁊ nobiles eorũ in manibꝰ ferreis. Cõpedes languoris. ligãt viros infectos scꝫ quoscũq; impios atq; malos. qui. s. lãguore maloꝝ affectuũ sunt cõpediti. Nañ. iij. Optimates eius cõfixi sunt cõpedibus. Vnde de duobꝰ demoniacis dicitur. Mar. v. Quod ipsi erant cathenis et cõpedibus vincti. Cõpedes doloris ligant pauperes et tribulatos. de q̇bꝰ dicitur in p̄s. de ioseph. ꝙ humiliauerunt se in cõpedibus eius. ferrũ ꝑtransiuit aiam eius. Et alibi dicitur de eo Introeat in conspectu tuo gemitus cõpeditoꝝ. Cõpedes terroris ligant in inferno miseros atq; damnatos. Eccli. xxxij. Seruo maliuolo tortura ⁊ cõpedes ⁊c. Si vis exempla ⁊ ꝓsecutiones habere. vide de ligare: de vinculo. ⁊ cetera silia.

Compellere.

Est idẽ quod cogere. Et nota ꝙ in scriptura reperit̃. Cõpellit enim A

Deus mala dimittere
Mundus vana contẽnere.
Diabolus pctã facere.
Prelatus bonis insistere.
Dominꝰ penis subsistere.

¶ Est igit̃ cõpulsio dei qua pctã dimittimus. Deus eñi habet cõpellere et repellere. Nam per occultas inspirationes vel per apertas tribulatiões cogit predestinatos ad bonũ faciendũ: et finaliter ad paradisum obtinendũ. Malos vero et reprobos repellit a sua gratia vsq; ad infernũ possidendum. Similis enim est soli cuius radij quãdoq; faciũt planetas stationarios et quandoq; retrogrados. Stationarios dico. dũ eos a se recedentes attrahũt: et sic stare cõpellunt̃. Retrogrados vero dũ eos retro se manentes repellunt s̄m Alfraganũ. Sic vere radij diuine gratie et prudentie: quosdã occulta inspiratione attrahũt: et a malo motu stare ⁊ cessare cõpellunt. Quibusdã vero suis demeritis exigentibus se obyciũt: et a vita eterna repellũt. ꝙ aliq̇ repellantur a deo: ptꝫ in Paulo qui cõpulsus venit ad fidẽ. Vnde vox dei loquentis angelis potest figurari i illo patrefamilias. Luc. xiiij. Qui hora cene misit seruũ suũ vocare inuitatos: aliquos tamẽ inuitatos repellendos decreuit: alios vero vocatos compellendos ad intrandũ mãdauit. Vñ etiã de Loth pigritante et de sodomas exire nolente dicit̃ Geñ. xix. ꝙ cogebãt eũ angeli dicentes. Surge ⁊c. De repulsione vero possunt dicere dãnati illud p̄s. Deꝰ repulisti nos: iratus es et nõ misertus es nobis. Hec est igit̃ cõpulsio dei qua peccata dimittimꝰ. ¶ Scd̃o dico ꝙ est cõpulsio mundi qua terrena despicimꝰ. Mũdane enim tribulationes ⁊ tyrannorũ ⁊ malorũ vexationes sunt B sicut figuraliter dicit̃ Luce. viij. Vbi procella descẽdit in stagnũ: ⁊ dño dormiente discipuli cõpellebant̃ fluctibus ⁊ periclitabantur: propter qd̓ ad suscitandum dñm recurrerũt ⁊ salutẽ ab eo impetrauerunt. De filijs israel etiã legit̃. ꝙ ab egyptijs cõpellebant̃ de egypto exire. Exodi. xj. Q2 reuera sepe fit. ꝙ dũ fluctꝰ procellas ⁊ pericula tribulationum: insultusq; egyptioꝝ id est quorũlibet iniquorũ sentimus: ad deum clamare ⁊ recurrere cõpellimur: ⁊ sic de egypto. i. de peccato vel de mundi amore eximus: ⁊ salutẽ a periculis reportamus. Talibus igitur sic cõpulsis dicere potest dñs illud qd̓ dicit. Jepte dux israel ipsis israeliticis Judicum. xj. Venistis ad me necessitate cõpulsi. Pulli eñi aquile cõpulsi per proprios parentes nidũ exeunt et victualia sibi querũt. sicut ponit liber de ꝓprietatibꝰ rerũ. Sic multi a parẽtibꝰ. i. a mũdanis cõpellunt̃ ad bonũ. sicut paulus de seipso a iudeis parẽtibꝰ ⁊ amicis grauato dicit Act. xxviij. Coactꝰ sũ cesarẽ appellare. ¶ Tertio dico ꝙ est ꝯpulsio diaboli q̄ deuicti delinquimus. ⁊ ista est qñ diabolus ita per malas cõplacẽtias nostros ligauit affectus. ꝙ quasi necessario cõpellimur cadere in peccatum. p̄s. Cõpulsi sunt nec potuerunt stare. Item quarto est compulsio prelati. qua C coacti obedimꝰ. q2 scꝫ prelatus debet cõpellere ad obseruãtiam discipline quoscunq; discolos ⁊ rebelles Sed de hac vide vbicũq; agitur de correctione. Petra eñi in deserto bis percussa est. vt quasi cõpulsa daret aquam. Aduertãt tamẽ p̄lati ꝙ illos quos cõpellũt per correctiones benefacere vel ad monasteria redire nõ debẽt propter hoc exacerbare aut cõtẽnere. sed potius charitatiue tractare. Juxta illud qd̓ figuraliter dicitur. Leuiti. xxv. Si paupertate cõpulsus frater tuꝰ vẽdiderit se tibi. nõ eum opprimes seruitute ⁊c. Item quinto est cõpulsio iudicis christi. qua delinquentes deficimꝰ

deficimus et perimus. Et ista est illa qua in iudicio et in morte homo compellitur iuxta demerita sustinere Leuiti. xxiiij. Qualem inflexerit maculã: talem sustinere cogetur etc. Uide de correctione: et tribulatione.

Complacere. Uide satis infra de placere in litera P.

A
Complere. mentum.

ctuȝ est. strẽnuitatẽ et animositatẽ. Vir eñ dicitur a virtute. Et ideo in signum fortioris viri ad differẽtiã feminarũ portant barbam. que signat in eis ista tria

Audacie potioris. — Uñ narrat̃. q̃ dũ
Sapiẽtie amplioris. — discipuli phylo-
Uirtutis et constãtie. — sophi cuiusdam

qui lisander dicebatur sicut narrat Macrobius in libro saturnaliorum quererent ab ipso: quare tam magnã barbã portaret. Respõdit vt dũ barbã meã tãgo virũ me esse meminerim. q. d. Semper debet homo recordari et pre oculis habere nobilitatẽ sue cõditionis et professionis: ne forte aliqd femineũ. i. aliquid impfectũ ipsum facere contingat. Simus igitur viri charissimi. i. audaces et cõstãtes et perfecte in dño confidẽtes q2 sicut dictũ est: confidentia nos facit audaces et animosos. ¶ Tertio dico. q̃ ista cõfidẽtia nos facit diuites et gloriosos. Bñdictus. Nõ eñ est condecens q̃ diues pauperẽ filiũ in eo confidentẽ et ad eũ precipue requirẽtem: dimittat inopem et mendicũ: quinimmo solet sibi dare benedictionẽ suã &c. Uide de benedictiõe. E Sic vere si nos qui filij dei sumus per adoptionem in ipsum perfecte confidimus: et ad deum deuote recurrimus: benedictionẽ suã nobis dabit. s. gratiã in presenti et gloriã in futuro. Hebre. iiij. Adeamus cũ fiducia ad thronũ glorie ei9. et Hebre. x. Habentes fiduciã in introitu sanctorũ &c. De ista aũt benedictione dicitur in ps. Etenim benedictionẽ dabit legislator. ibũt de virtute in virtutẽ videbitur deus deorũ in syon. Et tunc dicetur illud Hiere. xxiij. In dieb9 illis saluabit̃ iuda et israel habitabit confidenter &c. ¶ Aduerte tñ adhuc de confidentia quã habet quis in alterũ: q̃ ista F debet esse moderata: q2. s. nec nimis nec parũ debet cõfidere in quocunqȝ Sene. enim epistola. iij. dicit q̃ vitium est tã omnibus credere qȝ nullis. Multi tamen sunt ita simplices: q̃ in omnibus cõfidũt: secreta sua omnibus detegunt: et ideo proditionẽ et deceptionẽ incurrunt. Sapiẽ. xiij. Confidunt in idolis que sunt sine anima. Alij etiã sunt ita suspiciosi q̃ in nullo volũt cõfidere: sed de omnibus solent timere similes cocyx de quo dicit Plini. li. x. capi. ix. q̃ est species accipitrũ multũ degenerãs a nobilitate aliorũ: q̃ de nocte volat et a nemine vult videri: nullũ nidũ vult facere: sed vnũ ouũ solũ vt plurimũ solet in nido alicui9 alteri9 auis

⁊ maxime palumbi ponere: ⁊ ouū ⁊ pullū suū fouēdū alijs derelinquere. Hec enim de propria prole timet ꝙ si ipsam foueret cōtra eā insurgeret. Et ideo ipsam fouendā alijs derelinquit: ⁊ sic semper in timore ⁊ suspitione viuit. Sic vere sunt degeneres ⁊ vecordes: qui a nemine videri: aut secreta sua sciri volunt: ⁊ hoc q2 de omnibus timent ⁊ in nemine confidunt. De proprijs etiā pullis .i. de cōsanguineis ⁊ amicis timent: ⁊ ideo ab eoꝝ societate cauent. Et ideo proculdubio isti suspicando ⁊ de eis nō cōfidendo: dant eis infidelitatis occasionē. iuxta illud Sene. episto. iij. Fallere docuerūt dū timent falli. Quia reuera qui in bono viro cōfidit. ⁊ secreta sua ei pandit: ipsum ad fidelitatem obligat ⁊ astringit vñ Sene. ibidem. Fidelē si putaueris facies. In amicis ergo tutum est confidere: non de ipsis timere fatue vel dubitare: vnde de bona muliere dicit Prouer. vlti. Confidit in ea cor viri sui: ⁊ spolijs nō indigebit. Uide infra in tractatu de Spe. vbi diffusius tractabitur.

Configere.

Uide supra. vbi affigere.

Confirmare.

A Nota ꝙ ꝯfirmare idē est qđ complete firmare: roborare: stabilire. Et ideo ꝯfirmatio que est vnū de septē sacramentis ⁊ vnū de illis tribus que non licet reiterare eo ꝙ in eis imprimitur caracter. idē est qđ cōpleta affirmatio ⁊ stabilitio in bono. Sed loquendo moraliter possum⁹ dicere: ꝙ vltra illā confirmationem quā spiritualiter deus in bono suos stabilit ⁊ confirmat quā petens dauid dicebat. Spiritu principali cōfirma me qua s. facit hominē firmū ad resistendū peccato. De qua .j. Petri. v. Confirmabit solidabitq3: ⁊ qua etiam beati sunt ita confirmati in bono ꝙ decetero peccare non possunt .j. Corin. j. Confirmabit vos vsq3 in finē3

B sine crimine. ¶ Est adhuc duplex ꝯfirmatio. s. bona ⁊ mala: damnabilis laudabilis: virtuosa ⁊ vitiosa. Prima est confirmatio in bono q̄ fit per ꝓpositi stabilitatem. Secūda est confirmatio in malo q̄ fit per ꝓpositi peruersitatē. Prima est cōfirmatio perfectoꝝ. Secunda est obstinatoꝝ. De prima dr̄ in ps. Spiritu principali cōfirma me. ⁊ .j. Pet. v. Cōfirmabit solidabitq3. De secunda dicit Ezechie. xxiij. Confirmatus est rex babylonis aduersus hierusalem. Uerum charissimi: q2 nihil vt cōiter a seipso in bono ꝯfirmat: ideo de illa cōfirmatione qua cōfirmant iuuenes a ꝓuectis: simplices a perfectis: aliquid disseramus: ⁊ dicamus ꝙ sicut prudēs artifex vidēs in edificio muꝝ vel colūnam ruinosam ⁊ defectuosam: solet eā fulcire: ⁊ aliqñ cemē

C to: aliqñ clauis aliqñ lapidib⁹ cōfirmare. ¶ Sic vere bonus prelat⁹ vel predicator qñ videt in grege sibi cōmisso aliquos simplices ⁊ vacillantes: ⁊ in fide seu in moribus titubātes: ipse pro certo d3 eos confirmare ⁊ in bono stabilire: ⁊ aliquādo cū cemento bone doctrine ⁊ sane eruditionis: aliquādo cū clauis aspere verbalis increpationis: aliquādo cū lapidibus dure ⁊ austere realis correctiōis ⁊ punitionis. Unde nota ꝙ isti debent studere ad confirmandū in bono.

Ecclesie labilitatem.
Subditorum fragilitatē.
Perfectoꝝ strēnuitatē.

¶ Debet eñ confirmari eccl'ia vt subsistat: fragilis vt resistat: pfect⁹ ne desistat. Indiget igitur eccl'ia cōfirmatiōe boni prelati: vt subsistat in tribulationibus. Domus eñ cōfirmat ⁊ stabilit bonis colūnis vt contra impulsum ventoꝝ fortificetur: sic ecclesia a bonis prelatis ne in tribulationib⁹ deficiat: ⁊ ne per tyrānos corruat ⁊ labatur: vñ de bonis prelatis dr̄ Esa. ix. Super soliū dauid sedebit vt cōfirmet illud ⁊ corroboret in iudicio ⁊ iusticia. Itē fragiles indigent confirmatione vt resistant tētationibus: vnde in ps. Liquefacta est terra: ⁊ om. que ha. in ea ergo cōfir. colū ei. Iterū perfecti indigent confirmatione: ne desistant a bonis moribus vñ ps. In te cōfirmatus sum ex vtero. Cōpetēter ergo prelatis ⁊ predicatoribus dirigitur verbū illud Apoca. iij. Esto vigilans et confirma reliqua que moritura erant. ¶ Ubi aduerte ꝙ D qui vult alios confirmare debet esse patiens ⁊ substātiuus. Esto diligens ⁊ perspectiuus. Uigilās benign⁹ ⁊ cōpassiuus. Cōfirma inquit que moritura erāt. Ista enim tria debet habere prelatus. s. in aduersis constātiam ne deficiat. Esto: in prosperis prudētiam: vt proficiat: vigilans. In miseros clementiam vt subueniat confirma moritura. Habeat igitur prelatus constantie fortitudinē. Esto inquit. Columna inquit que habet edificium confirmare ⁊ sustinere: debet esse in se stabilis atq3 firma: non putrida nec corrupta. Et ideo solet fieri de marmore: vel de aliquo ligno forti. Sic vere prelati qui totum edificium ecclesie sustinent atq3 firmant: debent esse cōstantes: stabiles: atq3 firmi: ne forte onere tribulationū pressi: ipsi primit⁹ infringantur: ⁊ totius edificij firmitas dilabitur. Ideo dicit Ecclesiasti. v. Esto firmus in via domini. Isti ergo debēt esse marmorei. Quia sicut marmor habet fortitudinē in essentia. Pulcritudinem in apparentia. Frigiditatem in qualitate. Grauitatem in ponderositate. Sic vere illi qui prelati fiunt: ⁊ qui ad hoc officium debēt assumi: debent habere

fortitudinem stabilitatis.
Pulcritudinem honestatis.
Frigiditatem castitatis.
Grauitatem maturitatis.

¶ Unde bene dicitur Esto. Uñ nota de isto esto. ꝙ prelatus debet esse patientie dotatus viribus. Unde .j. Reg. xvij. Esto vir fortis. ⁊ preliare prelia dñi. Temperantie subiectus. vnde .ij. Thimo. iij. Ministeriū tuū imple: sobrius esto. Amicicie ligatus legibus Eccl'i. xxxij. Esto inter eos sicut vnus ex ipsis ⁊ loquit de prelatis. Habeat igitur vt dictū est constantie fortitudinem. Esto inquit. ¶ Secundo dico ꝙ prelat⁹ debet habere prudentie limpitudinem: qđ ostēditur cū3 E dicitur. Uigilans. Uigilare enim prudentiā ⁊ diligentiam signat in scriptura. Et ideo virgines ille in scriptura prudentes dicuntur: quas dominus vigilātes ⁊ paratas inuenit: sicut dicitur Mat. xxv. Prelati eñ debent esse sicut pisces de quibus dicit Auicen. ꝙ rarissime dormiunt: immo vt cōmuniter semper vigilāt ⁊ hoc exinde potest perpendi: q2 nunꝙ claudūt palpebras oculoꝝ. Sic vere charissimi boni prelati debent in bonis actibus vigilare: ⁊ ad subditoꝝ gubernationē: confirmationem: ⁊ instructionem: totis affectib⁹ laborare. Raro eñ debent dormire per desidiā ⁊ torporem: nec vnꝙ debent oculos cordis claudere per ignorantiam: sed semper vigilare per diligentiā ⁊ prudentiam. vnde .j. Thessa. v. Non dormiamus sicut ceteri sed vigilemus ⁊ simus sobrij. Ubi aduerte ꝙ vigilia .i. diligentia seu prudentia prelatoꝝ debet abdicare torporē. Non dormiamus inquit: vendicare laborē. Uigilemus inquit. Temperare dulcorē: sobrij inquit sim⁹. Ista proculdubio sunt contra multos: q2 reuera inter ecclesiasticos et prelatos pauci quandoq3 inueniunt diligentes. Multi negligentes. Multi dormientes. Pauci vigilantes Multi ignorātes. Pauci sapiētes Et ideo isti sunt similes fatuis virginibus q̄ dormierunt ⁊ parate nō fuerunt. i. cum sponso ad celestes nuptias non intrauerunt. Uigilet ergo prelatus: q2 sicut dicitur Luce. xij. Beatus ille seruus quē cū venerit dominus eius inuenerit vigilantem. Isti ergo debēt vigilare ad oīm cōseruationem. Ad celestium contēplationem. Ad studij executionem. Ad damnatoꝝ preseruationem. De primo dicitur Luc. xij. Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiq3: ⁊ nō sineret perfodi domū suā. De secundo dicitur in ps. De⁹ deus me⁹ ad te de luce vigilo. De tertio dicitur Eccl'i. xxxj. Uigilia honestatis tabefaciet carnes. De vltimo dicitur Luce. ij. Pastores erant in regione eadem vigilantes: custodiētes vigilias noctis super gregem suū. Et sic igitur patet: ꝙ si illi suos volunt debite confirmare. Ipsi debent vigilare

vt pastores

Ut pastores. Ut doctores. Ut astrorum contemplatores. Ut hostium speculatores. ¶ De istis ergo dicitur primo. Mach. xiiij. Confirmauit humiles populi. Job. iiij. Ecce docuisti plurimos: vacillantes confirmauerunt manus tue: et genua trementia roborasti. Patet ergo quod pro ista confirmatione facienda: prelati debent habere prudentie limpitudinem. ¶ Tertio dico: quod ipsi debent habere clementie plenitudinem: quod ostenditur cum dicitur
f Confirma reliqua que moritura erant. Ista enim est clementia maxima. s. morituris. i. miseris debilibus et peccatoribus subuenire. vnde Prouerb. xxiiij. Libera eos qui ducuntur ad mortem. Istud tamen est contra multos prelatos qui reuera morituros: id est debiles et infirmos non sustinent nec confirmant: sed magis tribulant et confundunt: peiores leonibus qui pueris mulieribus et prostratis tanquam personis miserabilibus et se defendere nequientibus: parcere sunt consueti. Isti vero talibus personis pauperibus et debilibus plus quam ceteris sunt infesti. figurati. j. Regum. xv. in Saul et in exercitu eius qui pinguioribus amalech pepercerunt. et quicquid vile et reprobum fuit demoliti fuerunt: quia pro certo isti parcunt pinguioribus: id est ditioribus. Uiles autem et reprobos demoliuntur tribulant et predantur. Non sic ergo: sed habeant prelati
Clementiam ad compatiendum.
Prudentiam ad discutiendum.
Constantiam ad perseuerandum.
¶ Et sic pro certo bene poterunt subditos confirmare tam temporaliter quam spiritualiter roborare: vt ad eos dirigatur illud quod fuit dictum Petro Luce. xxij. et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et illud. ij. Paralipome. xxviij. Confirma verbum et viriliter age etc. Hec de confirmatione sufficiant etc. Uide infra de firmitate et de stabilitate.

Confiteri.

A Nota quod confiteri idem est quod complete fateri. i. recognoscere et integre reuelare. Et accipitur confessio
Quandoque pro gratiarum actione.
Quandoque pro cuiuscunque veritatis recognitione.
Quandoque pro sacramenta purificatione.
¶ Signat ergo confessio laudis glorificationem. Et sic dicitur in ps. Confitebor tibi in vasis psal. psal. tibi in cythara. deus israel. Item signat cuiuscunque veritatis recognitionem: vnde Hebre. iiij. Teneamus spei nostre confessionem. ¶ Item signat peccatorum sacramentalem reuelationem. vnde Prouerbio. xxviij. Qui abscondit scelera sua non dirigetur in terra. Qui autem confessus fuerit et reliquerit ea misericordiam consequetur. Sicut ergo videmus quod apostema aperitur vt corruptis humoribus defluentibus sanitas recuperetur. Sic vere corda nostra debemus aperire et reuelare et corruptionem peccatorum emittere per confessionem: vt sanitas spiritualis recuperetur per gratie et venie restitutionem. Ideo dicebat ipse ps. Dixi confitebor aduersum
B me iniusticiam meam domino. ¶ Ubi aduerte: quod in confessione debent esse ista quinque: scilicet Sagacitas deliberatiua. Dixi inquit et proposui et deliberaui. Integritas accumulatiua. Confitebor: id est complete fatebor. Ueracitas contrariatiua. Aduersum me: scilicet meipsum accusando Uirilitas sordis expulsiua. Iniusticiam meam: que scilicet debet expelli. Deitas pacificatiua. Domino inquit. Cuius. s. maiestas debet pacificari. ¶ Confiteamur ergo charissimi sagaciter deliberando. Dixi inquit: id est deliberaui. Sicut enim dicit Phi. Apes valde diligunt mundiciam. Et ideo feces suas in vno loco aggregant et reponunt: et tandem ipsas eyciunt et expellunt. Sic vere charissimi nos primo debemus per longam deliberationem sordes defectuum nostrorum in vno loco conscientie nostre: scilicet in memoria aggregare: et tandem ipsas per confessionem eycere: et a nobis penitus abdicare. Mundiciam enim debemus diligere. Et ideo cum precedenti deliberatione debemus a nobis vitia abdicare. Iuxta illud Esa. j. Lauamini mundi estote: auferte mala cogitationum vestrarum. Ista autem deliberatio ostenditur cum dicitur. Dixi id est deliberaui et decreui. Unde ps. Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax. et Esaie. xxxviij. Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Deliberatio enim in omni actu necessaria est. Quia secundum quod dixit Seneca. Longa belli preparatio: celerem facit victoriam. Et Isocrates dixit. Diu delibera. cito facito. Diu ergo in conscientia tua discute et post cito tua crimina confitetor. vnde ps. Cogitatio hominis confitebitur tibi. Confiteamur ergo sagaciter deliberando. Dixi inquit. Danielis. ix. Oraui dominum et confessus sum et dixi. ¶ Secundo confiteamur integriter nos reuelando quod ostenditur cum dicitur C
Confitebor. id est complete fatebor. Nihil enim debet retineri: sed totum integraliter reuelari. Unde ps. Confitebor tibi domine in toto corde meo. Infirmitas enim non sanatur nisi cause totales et principales eiusdem totaliter excludantur. Regnum etiam non efficitur pacificum nisi omnes hostes regni integraliter expellantur. Domus etiam non efficitur munda: nisi integre a cunctis sordibus emundetur. Sic pro certo conscientia nostra non efficitur munda. pacifica. seu sana. nisi a cunctis vitijs expietur. Peccata enim sunt recte. Sicut sordes inficientes. Sicut hostes inquietantes. Sicut serpentes inuenenantes. Et ideo propter periculum ista debent integre expelli: cum scilicet vnum solum peccatum mortale penam eternam inducat. Confitebor ergo ps. Spera in deo: quoniam adhuc confitebor illi. Debemus ergo confiteri integraliter non reuelando. ¶ Tertio dico. quod confiteri D
debemus actualiter nos accusando: quod ostenditur cum dicitur. Aduersum me. Homo enim in confessione.
Non debet allegare pro se: sed contra se.
Non debet se excusare: sed accusare.
Non debet se iustificare: sed condemnare: quia sicut dicitur Prouer. xviij. Iustus prior accusator sui est. Castor enim times periculum incurrere propter virilia: solet aduersus seipsum insurgere: et ipsa proprijs dentibus detruncare. Lupus etiam pedem suum qui dum de nocte ad predam vadit facit strepitum solet mordere. eo quod periculum sibi per ipsum potuit imminere: sicut dicit Pli. Sic procerto carissimi: quia pudibunda mentis nostre scilicet vitia et peccata possunt eterne mortis periculi causa esse: ideo aduersus nos debemus in confessione consurgere: et nosipsos apud deum et sacerdotem accusare: et ipsa cum dentibus. i. in confessione sermonibus a nobis abscindere et truncare. Aduersum me ergo: vnde Hiere. xiij. Aduersum peccatum repugnantes. Unde Josue. vij. Confitere mihi et indica quid feceris. Confiteamur ergo nos actualiter accusando. ¶ Quarto E
dico: quod confiteri debemus culpas verbaliter recitando. Iniusticiam inquit meam. Iniusticias. n. et peccata nostra debemus exprimere non virtutes: sicut faciunt quidam fatui qui magis in confessione faciunt mentionem de suis virtutibus: quam de suis criminibus. Dicunt enim bona que fecerunt: non crimina que commiserunt. Et isti sunt fatui: quia confessio fuit instituta pro dicendis malis et non bonis. Medicine enim fiunt ad euacuandum malos humores: et non bonos: quia si medicina humores expelleret bonos et malos in corpore dimitteret: procul dubio non sanitatem sed mortem inferret. Sic vere carissimi medicina confessionis ad hoc instituta fuit. vt corrupti humores peccatorum per eam expellantur: non vt boni humores scilicet gratie et virtutes per ipsam alijs propalentur: quia vere si in confessione bona et non mala dicantur: mors spiritalis et non sanitas subsequetur Dicamus ergo iniusticias nostras idest peccata: vnde ps. Propter iniusticias suas humiliati sunt. Nee. ix. Confitebant peccata sua et patrum suorum. Confiteamur ergo culpas verbaliter recitando. ¶ Quinto debemus F
confiteri verba sagaciter ordinando quia. s. domino

debemus confiteri: vel eius vicario: pro eius offensa pacificanda. Ille enim cui est facta iniuria debet recognosci et sibi debet fieri emenda. Solsequium etiã soli aperitur et non lune. Conchilia etiam rori se aperiunt et non calori. Sic ve carissimi dño cui forefecimus debemus defectus nostros recognoscere: et nos ei et eius vicario per cõfessionẽ apire. Dño inquit: ps. Confitebor tibi dñe quo. ira. es mihi. Istud tamẽ est contra illos qui non cõfitentur dño: sed mundo: sicut sunt illi qui de suis criminibus gloriantur: et qui ipsa iactando oĩbus cõfitẽtur. Quod vtique est contra naturã. Cattus enim stercora sua ne feteant abscondit: naturaliter etiã pudibunda aĩalium et cauda et quibusdã tuniculis operiuntur. In tantum etiam diligit natura verecundiam: quod secundum Pli. et solinũ. Si mulier submersa fuerit: inuenitur facie versa ad aquam ad verecundiam sui sexus occultandam Cuius vt dicit cõtrariũ est de viro. Isti aũt oi verecundia postposita: peiores aĩalibus. Verecunda delicta sua cunctis impudenter reuelant: et quod peius est de eis gloriantur. Esa iij. Peccata sua sicut sodoma predicauerũt nec absconderunt. Non sic ergo: sed fiat confessio.

Cum debita ordinatione: quia dño non alij.
Cum culparum enarratione: quia iniusticiam non virtutem.
Cum nrĩmet accusatione: quia aduersum me: non pro me
Cũ integra recognitione: quia confiteri. i. cõplete fateri
Cum prudenti meditatione: quia dixi. i. deliberaui etc.

In tabula inuenies titulos infinitos: in quibus facio mẽtionem de confessione. Vide ibi.

A **Conflare.** Nota quod conflare lrãliter sumitur pro simul flare: congregare inuicem: vel miscere: et maxime pro mixtiõe pecunie vel metalli: quod in igne solet fieri resoluendo: ita quod flatus est necessarius ad ignem conflatiuũ accẽdendum etc. Unde Ezechie. xxij. Conflabo vos et congregabo et succendã ignem et conflabimini in medio fornacis etc. Igitur dicam quod per conflaturam intelligitur.

Dei iudicia que penas accendit.
Ficta fallacia: que vanos extendit.
Vera prudentia: que purum ostendit.

Prima cõflatura solet grauare qñ. s. deus conflat: cõburit et punit malos: quod potissime fiet in iudicio. In igne enim tribulationis et in rigore diuine iusticie boni purgantur. Job xxviij. Auro locus est in quo cõflatur. Ibidẽ etiã mali consumuntur et examinãtur. Hiere. vij. et hiere. xlij. Cõflabitur indignatio mea super vos cũ ingressi fueritis egyptum. Secunda cõflatura solet palliare: et ista est conflatura hypocrisis: que aliud oñdit quod sit res. Conflando enim fiunt ydola: ymagines et figure: que vane esse dicuntur: quia pretendũt aliud quod existant. Videtur enim esse aurum quod tñ est cuprum etc. Sic hypocrite videntur boni cũ realiter sunt mali. Unde Deut. xxvij. et Exo. xxxiiij. Maledictus hõ qui facit sculptile et conflatile. Sculptile dicitur ymago de ligno vel de lapide que fit sculpendo. Conflatile vero dicitur de cupro: vel metallo que fit cõflando. Tertia conflatura solet probare. s. cõflatura prudentie: que. s. dicta et opa probat Eccli. xxviij. Aurum tuũ et argentum tuũ confla. et verbis tuis facito staterã et ori tuo facito ostia. Et si vis nota: quod conflatilia. i. vani homines et hypocrite: vel ipsa vana et inutilia mũdi bona: que flatu fortune variantur et formantur nullaque soliditate stabiliuntur. Carent valore. Scatent horrore. Nec pollent honore. Quod valore careãt: patet Esa. xliiij. vbi dicitur: Quod conflatile ad nihil aliud est vtile. Item quod fetore seu horrore scateant: patet Esa. xxx. vbi dicitur Contaminabis vestimentum cõflatilis auri tui. q. d. Ista sunt contaminata et imunda. Itẽ quod honorem non habeãt patet Naũ. j. vbi dicitur sic. Cõflatile ponã sepulcrũ tuũ: quia inhonoratus es. Et ideo dicitur Leui. xix. Nolite conuerti ad ydola nec deos conflatiles facietis vobis. q. d. Tales nõ sunt digni quod dij. i. honorabiles iudicentur: nec quod ab hoibus colantur aut adorentur. Quamuis pro certo multi sunt hodie fatui: qui tales propter hypocrysim honorãt et eos quasi pro dijs adorãt. Cõtra quos Esa. xlij. Cõfundãtur confusione qui confidũt in sculptili: qui dicũt conflatili vos dij nri.

Confortare. Nota quod confortare quandoque sumitur pro fortificare: vel pro stabilire: sicut. Esa. xli. de ydolo et de fabro seu factore eius dicitur. Confortauit eum clauis vt non moueatur. Et illud Act. ix. Cum accepisset cibum confortatus est. i. corroboratus et fortificatus. Quandoque vero vt cõiter accipitur pro consolari: ps. Confortetur cor tuum et sustine dñm. Et illud Lu. xxij. Apparuit ei angelus de celo cõfortans eum. Dicamus: igitur quod in scriptura inuenitur multiplex confortatio: cõsolatio seu corroboratio: quia scilicet. Confortat. A

Mundus inaniter suos stabiles.
Diabolus fallaciter stultos alliciens.
Justus benigniter suis proficiens.
Cristus fertiliter suos reficiens

Mundi confortatio deficit et non durat: sicut ad lrãm patet de mundi prosperis: et de illis qui in eis confortantur qui cessant et pereunt in instãti. Job. xxj. Quare inquit impij viuũt subleuati sunt confortatique diuitijs. Sequitur. Ducunt in bonis dies suos: et in pũcto ad infernum descendunt. Confortatio diaboli inficit et indurat. Constat enim quod per confortationem diabolicã quã facit interius per fatuam spei immissionẽ: vel exterius per adulatorum et hereticorum deceptionem et allocutionẽ mens auditorum inficitur: et in vitijs etiã induratur. Unde adulatoribus loquitur dñs. Ezech. xiij. dicens. Ve qui consuunt puluillos sub omni cubitu: et faciũt ceruicalia sub capitibus vniuerse etatis ad capiẽdas animas. Sequitur. Confortasti manus impij. vt non cõuerteretur a via sua mala et viueret. Inuehe bene et expone cõtra adulatores: et falsos predicatores etc. ¶ Cõfortatio viri iusti proficit et securat. Justus enim siue sit prelatus siue priuatus: sic solet alios et maxime desolatos et pauperes consolare et confortare. Unde Job dictum fuit Job. iiij. Ecce docuisti plurimos et vacillantes confirmauerunt manus tue et genua trementia confortasti. Justus enim est sicut angelus bonus: de quo dicunt doctores: quod dato quod in principio apparitionis stupefaciat et contristet: in fine tamen letificat et confortat. Sic iustus et maxime prelati et predicatores: dato quod in principio contristet: per correctionem et reprehensionem: in fine tamen debet cõfortare per dulcem consolationem. Figura Danielis. x. vbi dicitur. Tetigit me quasi visio hominis et confortauit me. Tetigit me inquit. ecce correctio. Visio hominis: ecce boni exempli datio. Et confortauit me: ecce finalis consolatio. ¶ Confortatio dei reficit et procurat. Deus enim confortat et corroborat mentes nostras: per gratiam in presenti: et per gloriam in futuro. Margarita enim summe confortat et valde proficit contra cordis tremorem et contra cordiacam passionẽ Sic lapis preciosus christus per gratiam cordibus humanis applicatus: ipsos summe confortat et tremorem desperationis: timoris et turbatiõis tollit et sanat. ij. ad Thimotheũ. ij. Confortare in gratia que est in cristo: quod potissime fiet in gloria: quãdo anima confortabitur presentialiter ab ipso deo. j. Reg. xxx. Confortatus est dauid in domino deo suo. His igitur premissis possum notare: quod dei confortatio dat. B C

Fortitudinem militantibus.	Quod det militantibus forti-
Certitudinem cõtemplantibus.	tudinem: patet.
Celsitudinem imperantibus.	Nam nec mar-
Quietudinem laborantibus.	

tyres contra tyrannos: nec confessores contra vitia: nec virgines contra carnem: nec religiosi contra mundum: nec quilibet iusti contra dyabolum preualuissent: nisi a domino confortati et adiuti fuissent. Josue. j. Confortare et esto robustus valde. Et. j. Regum iiij. Confortamini et bellate. Col. j. In omni virtute confortati sunt: quasi dicat quod aliquis sine tali confortatiõe nõ habet robur fortitudinis aut virtutis. Ideo quilibet talis poterat dicere illud Phil. iiij. oĩa possum in eo qui

eo qui me confortat. Item q talis confortatio dat cōtemplantib⁹ seu sapientibus certitudinē. Patet Lu. ij. vbi dicit. Quod puer crescebat τ confortabat plen⁹ sapia: τ grā dei erat in illo. Item q dat imperantibus seu triumphantibus celsitudinem. s. glo. e τ honoris potissime in patria: ptz. ij. Paral. j. Cōfortatus est salamon filius dauid in regno. Et in ps. dr̄ Nimis honorati sunt amici tui deus ni. confor. ē pn. eor. Itez q det laborantibus quietudinez: ptz Geñ. xlviij. vbi de Jacob senio fatigato dr̄. Qd veniente ad se Joseph. cōfortatus sedit in lectulo: qz. s. qñ ioseph. i. xp̄s per gratiam seu per gloriā accedit: tunc cōfortati quiescimus. et in lectulo eterne requie sedemus. Talis igitur confortatio est habenda: τ totis virib⁹ appetenda. Josue x. Confortamini τ estote robusti τc. Vide de consolari: τ de adiuuare.

A **Confringere.** Vide in lra. f. Et si vis nota hic q in scriptura inuenit multiplex ɔfringere. vicz. Confringere quod est.

Prudentie.
Stulticie.
Justicie.
Seuicie.
Spurcicie.
Tristicie.

Dicam igitur q est qdam cōfractio prudentie: mali repssiua. Et ista est illa qua qs scit motus inordinatos in se τ alijs cōfringere τ cauere. Et sic dr̄. puer. xxv. Lingua mollis confringet duriciam Et. j. Reg. xxiiij. Confregit dauid viros sermonibus: qui. s. saulem occidere gestiebāt. Item dico q est confractio stulticie: boni destructiua. Et hec est illa q qs cōfringit τ dissipat sana consilia τ mandata: τ sic dicitur cuilibet fatuo τ pterno. Hiere. ij. A seculo confregisti iugū meū: rupisti vincula mea τ dixisti non seruiam. Item dico q est ɔfractio iusticie: mali punitiua. Et ista est q bonus platus vel deus puniendo τ arguendo: τ etiaz tribulando ad finem q emendent cōfringit homines ceruicosos: ps. Cornua peccatorum confringam. Leui. xv. vas fictile qd tetigerit. s. immūdicia confringetur. Cornua inquit. i. pteruitatē τ superbiā: qz. s. ɔfringenda τ destruenda sunt vitia nō natura. Sicut de illo bono rege habetur. iij. Reg. xv. q ipse cōfregit simulacrum turpissimū. s. priapi τ cōbus
B sit in torrente cedron. Item dico: q est cōfractio: seuicie: bonis nociua. Et ista est illa quib⁹ tyranni ɔfrigunt τ dilacerāt pauperes τ debiles: vel in corpore vel i bonis. Et ideo tyrānis loquit scriptura Amos. iiij. Audite verbum domini vacce pingues q estis in mōte samarie: qui calūmniam facitis egenis τ confringitis pauperes: τ tamē dn̄s precepit cōtrariū. s. nō q homines frangant τ tribulent: sed potius q fracti τ miseri consolent. Esa. lviij. Dimitte eos q confracti sunt liberos τ oē onus dirūpe: frange esurienti panem tuuz τc. Ideo pius tribulatoz consolator debet dicere illud. Eze. xxxiiij. Quod perierat requiraz. τ qd abiectū erat reducam: qd confractum fuerat alligabo: qd pingue τ forte custodiam: τ qd infirmū fuerat consolidabo: que etiā oīa debet facere prelatus: q̄tum ad illos q per vitia sunt confracti. Item est cōfractio nequicie seu spurcicie: mētis infectiua. Et ista est illa: qua mēs humana a dyabolo cōfringitur. τ a soliditate gratie destruitur: quando diuersis vitijs maculat: de q Baruch. vj. Vas hoīs cōfractum inutile efficit. τ Eccli. xxj. Cor fatui quasi vas confractuz τ omnem sapientiam non tenebit. Unde aie peccatrici dr̄: Ezech. xxiij. Visitasti scel⁹ adolescētie tue qñ subacta sunt in egypto vbera tua: confracte sunt māme pubertatis tue. De demonib⁹ vero τ alijs corruptoribus. dr̄ Eze. xxiij.
C Illi dormierūt cū ea in adolescētia ei⁹ τ ipsi ɔfregerūt mammas pubertatis illius. s. aie peccatricis. Itez est confractio tristicie: pene inflictiua. Et ista est illa qua deus malos punit τ frangit per p̄ntez tribulationē τ per futurā dānationē. Et isto modo vt cōiter sumitur ɔfractio in scriptura. vñ in ps. Deus cōfirmet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis Deus eniz per suos executores: scz demones τ tyrānos: qui. s. sunt executores diuine iusticie solet tales confringere: τ confringendos ipsis suis executorib⁹ cōmittere atq dare. Aquila eñi volens tortucā raptā in mari comedere: solet eā vt frāgat ab alto demittere: vt sic capendo ɔfractam possit facilius deuorare: vnde dicit Plini. lib. x. ca. iij. q duz Heschilus poeta caluus discoopto capite iuxta mare spaciaret: aquila que raptā tortucā durissima testa obductā alte leuaret. credens albū caput poete fore lapidem: tortucam desuper vt frangeretur cadere pmisit: que cadens plm occidit. Sic vere aquila deus vel per. se vel per demones solet tortucas cum dura testa: id est malos τ obstinatos: vel etiā malos diuites τ testa diuitiarū munitos: qui nunc non timent aliquez ictum de alto statu: vbi nunc sunt dimittere labi: vt p per mortē eternam τ temporalē: vt per infortunia confracti possint ab alijs. i. ab amicis remanentibus quātum ad substantiā: per vermes quātum ad carnē: per demones quantū ad animā deuorari Job. xxxviij. Auferetur ab impijs lux sua: τ brachiū excelsum cōfringetur. Figurati in mari: de quo dicit dn̄s ibidem Job. xxxviij. Circūdedi illud terminis meis: τ posui vectem τ ostia τ dixi. hucusq venies τ non procedes amplius τ hic confringes tumētes fluctus tuos. Isti eñi sunt mare fluctuosum per superbiā: quib⁹ statutus est terminus quē preterire non poterūt. s. tempus vite vsquo cū peruenerint: necesse habent per mortē cōfringi: τ tumor τ fluctus sue superbie tenuari. Quod etiā figuratum est in nauibus iosaphat regis iuda: que in mari parate erant ad nauigandū vt irēt in offir p auro apportando: sicut dr̄. iij. Regū. xxij. τ in asiongaber sunt confracte. sic isti qui more nauium instabiles vēto vanitatis ducuntur: dū ad aurum acquirendū inhiant: τ ad hoc per mare mundi sollicite currūt τ nauigant in asiongaber: qd interpretatur faciens merētes colles sublimes. i. in morte qui superbis τ sublimibus dat merorē: subito confringunt: τ in profundum baratri submerguntur. Unde dn̄s de talibus dicit in ps. Confringā eos nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos. Notabo igitur q multa genera homi- D
num tam temporaliter q eternaliter confringuntur. videlicet

Malicie squalore liuidi.
Luxurie fetore putridi.
Superbie fulgore tumidi.
Seuitie cruore rapidi.
Potentie vigore rigidi.
Excellentie honore fulgidi.
Ignorantie errore stolidi.
Auaricie ardore feruidi.

Dico igit primo q cōfringentur a deo viri maliciosi qui figurātur in serpente qui erat calidior ceteris terre animantib⁹: sicut dicit Geñ. iij. vñ de rege Ezechia dr̄ iiij. Regū. xviij. q ipse confregit serpentez eneum cui populus sacrificabat. Sicut de⁹ cōfringet tales qui nunc a populis honorantur. Item confringentur viri luxuriosi. vnde de Asa rege iuda. i. de xp̄o dicitur illud premissum. iij. Regū. xv. q ipse confregit idolum turpissimum. s. idolū Priapi quod pingebatur cum maximo membro virili. Item confringentur superbi atq pomposi figurati in altis cedris libani. De quib⁹ dicitur in ps. Vox domini confringentis cedros: τ confringet domin⁹ cedros libani. Item cōfringentur crudeles τ furiosi ps. Molas leonum confringet dominus. Item potētes τ rigorosi ps. Ibi cōfregit potentias arcū: scutum: gladium τ bellum. Itē excellentes τ gloriosi ps. Cōfregit in die ire sue reges. Item ignorātes τ obliuiosi. de quibus Deu. vij. Cōfringite statuas: lucosq succidite. Ista tua τ lucus vmbrosus sine luce ignorantes designāt. Item auari seu ardentes τ ambitiosi figurati in dracone qui spirat ignem ps. Tu cōfregisti capita draconis dedisti eum escā populis ethyopū. Tales igitur a deo confringentur et in eterno precipitio destruentur ps. Reges eos in virga ferrea: τ tanq vas figuli confringes eos. Sufficit.

Confugere. Ubi fugere.

Confundere. Confusio.

Nota ꝙ cōfusio vocaliter idem est quod mixtio: ⁊ maxime sicut videmus ꝙ metalla liquefacta simul mixta: ita cōfunduntur ⁊ vniunt̃ ꝙ vnū ab alio non cognoscit̃. Unde confusio: id est indistincta permixtio. Moraliter tñ confusio accipitur dupliciter in scriptura. Accipitur em̄ qñqȝ pro destructionis horrore. Qñqȝ pro verecūdie pudore. ¶ Primo modo dr̃. Job. xl. Respice oēs superbos ⁊ confunde eos. De scdo aūt mō dr̃. j. Esdre. ix. Confundor leuare faciē meā. ⁊ in ps. Confusio faciei mee cooperuit me. De bona aūt confusione qua quis confundit̃ deliq̄sse: ⁊ de mala qua q̄s erubescit ꝯfiteri ⁊ dicere mala sua: pōt dici illud Eccli. iiij. Est cōfusio adducens ignorantiam. Et est ꝯfusio adducens gl'aȝ ⁊ gratiaȝ: de q̄ etiā dr̃ Hiere. vj. Confusione non sunt confusi erubescere nesciert̄. s. ꝓterui ⁊ obstinati. Qr igitur vtroqȝ mō pro maiori parte confusio signat in

B malo: possumus distinguere ꝙ est confusio valde.

Uitiosa.
Tediosa
Dolorosa

¶ Prima ē deceptoria: ⁊ ista ꝯfusio illoꝝ est q̄ confundunt̃ cōfiteri pctā sua: vel suas miserias ⁊ necessitates alijs explicare. Eccli. iiij. Non confundaris dicere verum. ¶ Secunda est ꝯfusio derisoria: ⁊ ista est confusio qua deus confundit in hoc seculo peccatores: q̄. s. cōfundūt̃ i. deridenti qñ suis malis desiderijs defraudant̃. vñ in ps. Cōfusi sunt qm̄ de⁹ spreuit eos. ¶ Tertia est confusio dānatoria: ⁊ ista est illa q̄ peccatores ī inferno destruunt̃: ꝯfundunt̃: erubescunt: ⁊ deridētur

C vñ Abdias. Operiet te ꝯfusio ⁊ peribis. ¶ Dicaȝ igit̃ ꝙ mali confusiōe. verecūdia: ignominia: ⁊ opprobrio digni sunt: inquātuȝ sine ꝯfusione ⁊ verecundia ī pñti deliquunt. Nā sicut hō valde confunditur qñ.

Deponitur a statu ꝓeminenti.
Exuitur a veste contegenti.
Deluditur a turba circūstanti.
Reprehendit̃ de vbo nō decenti,
Item quando
Deprehendit̃ in culpa p̄senti.
Recluditur in antro fetenti.
Coniungit̃ genti nō ingenti,
Superat̃ seu vincit̃ ab hoste non valenti.
Cōpellit̃ fore par egenti.
Suspendit̃ in cruce patenti.
Assistit̃ iudici potenti.

Sic vere dico: ꝙ mali finaliter ꝯfundi poterūt ⁊ debebūt scȝ ī inferno ⁊ post mortē: qr perdent statū ⁊ gl'iaȝ. Eccl. iiij. Nō ē tibi gloria; sȝ cōfusio. Iteȝ qr ꝑdēt rex substātiā q̄. s. mō sunt induti: vl' etiā qr perdēt excusationum malitiā q̄. s. ipsos modo coopit sicut vestis: vnde anime dānate dicitur Ezech. xvj. Uidi te cōculcatā in sanguine tuo. Sequitur. Et eras nuda ⁊ confusione plena: qr ꝑdent honeste societatis decentiam. Maxime em̄ confundit̃ hō qui consueuit sedere cum principibus. quando necesse habet eē cū gartionibus: sicut isti in inferno cū dānatis vilibus ⁊ demonibus. Esa. xxx. Omnes confusi sunt super populo qui eis prodesse non potuit. Itē qr incurrent indigne derisionis molestiā. Dañ. iiij. Facti sumus confusio ⁊ obprobrium. Item quia arguent̃ propter mendacis locutionis falaciā. Prouer. x. Os autem stulti confusioni proximum est. Item quia ꝓbabuntur habere criminis ⁊ nequitie pñtiaȝ. Hiere. ij. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur: sic confuse sunt domus israel. Item quia superabuntur atqȝ vincentur pro hostis inepti potentia. Magna eniȝ confusio est vinci a min⁹ potenti. Dyabolus autem ⁊ caro minus pñt qnaȝ homo: quia nō vincunt nisi volentem. Ideo Hiere. xlviij. dicitur. Cōfusus est moab quia conuictus est. Item quia impellentur ad summam egestatem ⁊ inopiaȝ. Magna em̄ confusio est diuiti: quando per infortunia cōpellitur mendicare. Isti autem bonis omnibus indigebunt. Esa. lxv. Serui mei comedent ⁊ vos esurietis. Sequitur. Serui mei letabunt̃ ⁊ vos confundemini. Item qr includent̃ in carceris spurcicia. Ezec. xxxij. Portabant confusionem suam cū his q̄ descendunt in lacū. Item qr sistentur ad summi iudicis pñtiaȝ. Magna em̄ cōfusio est pñtari coram iudice punituro. Sic coram xp̄o iudicaturo. Uñ de peccatore tali iudici pñtato dicit̃. Hiere. xlviij. Deiecit ceruicem moab ⁊ confusus est. Item qr suspendent̃ ad infernalis patibuli duriciam. vñ de finali ꝯfusione aīe dānate. dicit̃ Hiere. l. Capta est babylon cofusus est bel victus est marodach: ꝯfusa sunt oīa scuptilia eoꝝ: superata sunt ydola eoꝝ: qm̄ ascendet contra eam gens ab aquilōe que ponet terram eius solitudinē. Babylon interpretat̃ transferens ⁊ signat auaros q̄ ad se transferunt quicquid possunt. Marodach interpretatur amare contritus: ⁊ signat inuidos qui semꝑ sunt in amaritudine ⁊ dolore. Bel interpretatur vetustus: ⁊ signat obstinatos qui in vitijs antiquantur. Scuptilia autem signāt hypocritas: qui fictione formantur ⁊ diuersis morib⁹ figurant̃. Idola vero aurovestita que afatuis honorant̃ signant diuites ⁊ superbos pre ceteris aureos ⁊ honoratos. Sed q̄d ꝓcerto oēs isti finaliter cōfundent̃: ⁊ ab aquilonari gente id est a demonib⁹ vastabuntur ⁊ suꝑabunt̃. ⁊ destruent̃ dicētes. Hieremie ix. Uastati sumus ⁊ confusi vehemēter. Et nota si vis ꝙ istam confusionem incurrent vicȝ.

Superbi ⁊ ambiciosi.
Immundi ⁊ luxuriosi.
Detractores ⁊ inuidiosi.
Mundi sapientes ⁊ maliciosi.

De suꝑbis dr̃ Hiere. vj. Cōfusi sunt: qr abhominatiōeȝ fecerūt. Item in ps. Cōfundātur suꝑbi qr in ⁊c. De luxuriosis dr̃ Amos. j. Conteram tenentē sceptrū de domo voluptatis ⁊ luxurie. De detractoribus dr̃ in ps. Confundant̃ ⁊ deficiāt detrahentes anime mee. De maliciosis vero sapientib⁹ dr̃. Hiere. viij. Confusi sunt sapientes: ꝓterriti ⁊ capti sunt. ⁊ sic patet de cōfundere. Uide infra de erubescere ⁊ de verecundia: ⁊ destructione ⁊c.

Congregare. Congregatio. A

Nota ꝙ cōgregare est idem qd̄ insimul aggregare: et signat plurimū distinctorum insimul vnionem. Et signat congregatio rerum congregationem ⁊ coniunctionem animorum. Et ideo signat amiciciam: caritatem: vnitatem: comunitatem ⁊ societatem. Possum⁹ ergo distinguere quadruplex genus congregationis. Est enim congregatio.

Uirtuosa. Prima est perfectorum.
Uitiosa. Secūda est cōitas peccatorum.
Gaudiosa. Tertia est religio beatorum.
Dolorosa. Quarta aūt ē collectio reproboꝝ.

Primo ergo modo cōgregantur perfecti: qui scȝ semper sunt in sociali cogregatione: amore ⁊ dilectione. j. ꝑali. xiij. Congregauit dauid vniuersum israel. ¶ Secundo modo congregantur infecti. qui. s. congregāt se associant ⁊ vniunt ad nocendum bonis. vñ. j. Reg. xxviij. Congregauerunt philistym agmina sua. Qd̄ maxime ꝑtinet ad conspiratores ⁊ detractores: ⁊ maliciosos machinatores: qui congregationes faciūt cōtra bonos. Similes em̄ sunt essedonib⁹: qui ƀm Sol. Congregabant amicos ad ꝑentū mortuoꝝ carnes et viscera comedēda. Sic tales complices suos congregant ad alios detractorie vel rapaciter deuorandum ⁊ maxime ad ꝑentes ꝓprios. i. p̄latos ⁊ supiores: necnon bñfactores mordendum ⁊ infestandū. Judic. vj. ⁊. vij. Madian ⁊ Amalech. ⁊ orientales ppl'i cōgregati sunt simul supple cōtra filios israel. ¶ Tertio mō congregantur beati qui. s. in beata societate ⁊ btōruȝ angelorum collegio sunt superius cōgregati. Mat. xiij. Triticum congregate in horreum meuȝ. ⁊ Mar. xiij di. Qd̄ domin⁹ cōgregabit electos a quatuor plagis terre. ¶ Quarto aūt mō ꝯgregant̃ dānati q̄. s. in collegio inferni cū demonib⁹ ꝯgregant̃. vñ Esa. xxiiij. Cōgregabūt̃ ꝯgregatiōe vni⁹ fascis ī lacū: ⁊ claudēt̃ ibi in carcere. Et hiere. xij. Cōgrega impios q̄si gregē

ad victimam

B ad victimam ⁊ sanctifica eos in die occisionis. ¶ De morali ergo cõgregatiõe vnitate ⁊ societate possumꝰ dicere: ꝙ sicut videmus: ꝙ in corpore diuersa mẽbra vniunt ⁊ insimul ꝯgregant tantoq; naturali nexu iũgunt: ꝙ vnũqdq; qd alterꝰ ẽ: siue id fuerit suũ putat bonum siue malũ suũ esse reputat. Sic carissimi ĩ corpore religiõis seu ecclesie: nos qui naturaliter sumus diuersi .s. diuersarum cõditionũ: regionũ ⁊ ꝯplexionũ debemus fieri vnũ ⁊ insimul cõiungi ⁊ congregari ꝑ amiciciã ⁊ dilectionẽ: ⁊ hoc ita intrinsece ⁊ perfecte: ꝙ bonum vel malũ alterius debet suũ quilibet reputare Bonum dico ꝯgaudendo: ⁊ malũ cõpatiendo: qꝛ ſm apl'm .j. Cor. xij. Si quid patit vnũ mẽbrũ: cõpatiũt oĩa mẽbra. Ro. xij. Multi vnum corpus sumꝰ in xp̄o Sicut etiam videmus: ꝙ corpora nobiliora habitant in congregatione: sicut ptꝫ de stellis q̃ in firmamẽto celi sunt a domino locate. Sic vere si nos volumus eẽ nobiles stellei ⁊ perfecti: in cõgregatione: societate et dilectione: debemus viuere ⁊ simul ꝑ vnitatẽ ⁊ amiciciã habitare. vnde Geñ. j. Congregent aque q̃ sub celo sunt in locum vnũ. In quibꝰ verbis aduerte: ꝙ illi

C qui in congregatione volunt ⁊ habent viuere dñt esse

Cõiter conuiuentes.	Primũ ꝓbat adunatio
Benigniter influentes.	congregent. Scdm vnda
Humiliter obedientes.	tio aque. Tertio subiuga
Sinceriter diligentes.	tio sub celo. Et quartum

colligatio in locũ vnum. Conuiuamꝰ ergo in societate. Influamus cũ pietate. Obediamus cũ humilitate: ⁊ diligamus cũ vnitate. ¶ Primo ergo dico: ꝙ nos debemus cõicare ꝑ societatẽ: qd ostendit cum dicitur Congregent. Congregatio enĩ societatem designat Sicut enĩ videmus: ꝙ animalia mãsueta ad vsũ humanum vtilia in societate ⁊ congregatione viuũt: ita ꝙ vt cõiter pacem hñt sic ꝙ alter ab altero nec ledit nec grauat. Sicut ptꝫ de ouibꝰ. de ceruis: de anseribꝰ ⁊ columbis. Sic vere si nos pacifici fuerimus ⁊ quieti in societate ⁊ congregatione amoris ⁊ soliditatis: debemus viuere: ⁊ per amorem ⁊ ꝯcordiã inuicem habitare: pacem inter nos debemꝰ habere. ⁊ alter alterum non nocere.

Aĩalia enĩ vtiliora.	solent in congrega-
Animalia sagaciora.	tione viuere ⁊ inter
Animalia potentiora	se pacifice alter ab

altero habitare. De animalibus sagacibus exemplũ habemus in formicis in quoꝝ prudentia humana ratio vix attingit: que in ꝯgregatione habitant ⁊ morãt De vtilibus etiam aĩalibus exemplum habemus in apibꝰ: quaꝝ vtilitas cetera animalia añcellit: q̃ tamẽ in ꝯgregatione viuere sunt cõsuete. De aĩalibus etiã fortibꝰ ⁊ potentibꝰ: exemplũ possumus accipe in elephantibus: quoꝝ quantitas ⁊ potestas ceteris aĩalibus añfertur: q̃ tñ in societate habitãt ⁊ versant. Sic ꝓ certo carissimi si nos volũus esse formice ꝑ sagacitatẽ: apes ꝑ vtilitatẽ: elephãtes ꝑ nobilitatẽ ⁊ strenuitatem: nos ꝓ certo debemus in congregatiõe viuere: ꝑ vite comitatem: per socialem caritatẽ. vñ .ij. Reg. ij. Congregati sunt filij beniamin ad abner: ⁊ cõglobati sunt in vnum cuneũ. Istã tñ regulã non sequũt hodie multi: qꝛ ꝓcerto ⁊ in seculo ⁊ in claustro sunt hodie multi: q̃ in societate ⁊ cõgregatiõe viuere dedignãtur: ⁊ q̃ per morũ singularitatẽ ab alijs diuidũt: sicut patet de crudelibus ⁊ sup̄bis: qui societatem ⁊ cõitatẽ aliorum refugiunt ⁊ contemnunt: similes leonibus seu lupis qui gregatim non ambulant: sed solitudinẽ diligunt ⁊ frequentant. Istud videmus in regione et collegijs ceteris vniuersis: qꝛ procerto vt cõiter sunt semꝑ ibi aliqui partiales ⁊ ab alijs singulares. q̃ bonum comune nõ diligũt: sed ad bonũ ꝑticulare plus intendunt. Non sic carissimi non: sed viuamus in societate ⁊ ĩ ꝯgregatiua comitate. Cõgregemur ergo vt milites simul preliantes: vt diuites simul festiuantes vt scholares simul addiscẽtes: vt paupes simul mẽdicantes: debemꝰ ergo ꝯgregari vt milites ad simul preliandum. Mec. iiij. Cõgregati sunt vt pugnarẽt. Item cõgregemur vt diuites ad festiuandũ. vñ .ij. Esdre. ix. Cõgregati sunt vniuersi in hierusalẽ celebrare leticiã Item congregemur vt scolares ad discendũ .j. Mach. iij. Congregatus est cõuẽtus vt essent parati. Itẽ congregemur vt pauperes ad mẽdicandũ. vñ Iudi. xj. Cõgregati sunt ad eũ viri inopes: qꝛ ꝓ certo charissimi: sicut videmꝰ ꝙ milites congregant circa ducẽ. Scolares circa doctorẽ. Pauperes circa diuitẽ. Sic nos debemꝰ inuicẽ cõgregari per amiciciã ⁊ amorẽ erga omnium creatorẽ vñ in p̄s. Cõgregate illi sanctos eius: qui ordi. testa. eius. Dico ergo ꝙ nos debemus cõicare per societatẽ. ¶ Secũdo dico ꝙ nos debemus rorificare ꝑ benignitatẽ: qd ostẽdit cũ dꝛ aque. Sicut enĩ videmꝰ ꝙ aqua tẽperat feruida: virorat arida: fecũdat sterilia: implet vacua ⁊ inania. Sic vere viri pij ⁊ misericordes pauperũ tribulatorũ mitigant claritatẽ: irrigant ariditatẽ: fecundãt sterilitatẽ: ⁊ implẽt vacuitatem. Ideo de talibꝰ aquis dꝛ in p̄s. Stetit vnda fluẽs cõ .s. abys. in me. ma. Uir enĩ pius dꝛ vnda fluens: qꝛ sicut aqua nõ põt in se sistere: immo semꝑ habet fluere ⁊ discurrere quousq; inuenerit aliquem locum bassum ⁊ vacuum vbi sistat. Sic vere viri misericordes semꝑ debẽt fluere ⁊ affluere ꝑ pietatẽ: q̃nimmo etiam semꝑ debẽt discurrere ⁊ laborare: vt aliquẽ locũ vacuũ i. aliquẽ pauperẽ inueniãt: quẽ suis bñficijs impleãt ⁊ fecundent Zacha. xiiij. Exibunt aque viue de hierusalem. Sic reuera de multis videt verificatũ illud quod dꝛ in p̄s. Cõuertit aquas eoꝝ in san. ⁊ im. eo. ne bi. Nr vere multi sunt qui deberẽt esse aque. i. viri misericordes aquei ⁊ benigni: qui tñ sunt sanguis. i. sanguinolẽti: impij ⁊ tyrãni. Nõ sic ergo charissimi: sed simꝰ rorificãtes per benignitatẽ seu pietatẽ. ¶ Tertio dico ꝙ nos debemus esse subiecti ꝑ humilitatẽ: qd ostendit cum dicitur. Sub celo. i. sub obediẽtia prelatoꝝ supiorum nostroꝝ virorũ celestiũ ⁊ bonorũ debemus nos submittere si in congregatione ⁊ societate debite volumus habitare p̄s. Qui subdis populũ meũ sub me: et Iob. ix. Sub quo curuantur qui portãt orbẽ. Istud est summe necessariũ homini qui habet viuere in societate: vt s. sit hũilis ⁊ subiectus maioribus obẽdiens ⁊ in mediocribus ⁊ minoribus ex gratia loco ⁊ tẽpore submittens se. Et ideo lucifer in societate ⁊ cõgregatione angelorum bonorũ viuere nesciuit: quia nõ sub celo sed supra celũ ascendere voluit. Esa. xiiij. Ascendã super altitudine nubiũ ⁊c. Multi enim sunt homines qui querunt esse supra ⁊ non infra: querũt dominari ⁊ non famulari: querunt preesse ⁊ non subesse. Isti sunt superbi qui similes sunt oleo seu fumo: que semꝑ sursum appetunt ascendere ⁊ inferius dedignantur. Uerũtamen quãto plus ascenderunt: tãto amplius euanescunt. In decoctione zuccari illud quod est spumosum ⁊ quasi nihil valẽs supeminet. Illud aũt qd est solidũ atq; bonum inferius sub fundo manet. Sic vere charissimi illi qui boni sunt ⁊ virtuosi: sub alijs ꝑ humilitatem descendũt. Illi autẽ q̃ fatui sunt ⁊ peruersi ⁊ inter alios nullius valoris vel momenti: semper super alios eminere volunt: ⁊ ad superioritates: dignitates ⁊ officia ambiũt totis viribus ⁊ ascẽdũt. figurati in congregatione dathan ⁊ abyron: qui ad sacerdotiũ ambiebant: gradu ⁊ statu suo contenti nõ erant: ſꝫ cõtra dei ordinationẽ preesse alijs anhelabãt. Et ideo a terra absorpti fuerunt: ⁊ viui ad inferos descenderũt. vnde p̄s. Aperta est terra ⁊ deglutiuit dathan: ⁊ operuit super congregationem abyron. Non sic ergo charissimi non. Non appetamus esse supra: sed sub Genes. iij. Sub viri potestate eris. Simus ergo nos subijcientes per humilitatem. ¶ Quarto dico. ꝙ nos debemꝰ esse nos conglutinantes per charitatem: quod ostenditur cum dicitur. In locum vnum: id est in vnitate amoris. Amor enim facit de diuersis vnum. Quia ſm Senecã. Amicus fidelis quasi alter idẽ. Sicut enĩ plura grana in vno pane congregantur: ⁊ cõgregata vnũ

efficiuntur. Sic ex pluribus personis ecclesia vel collegium constituitur: que tamē vnū esse p caritatē semp debent. Osee.i. Cōgregabuntur filij israel et filij iuda pariter: et ponent sibimet caput vnum. Illa enim que sunt eiusdem similitudinis faciliter vniuntur: quando insimul congregantur: sicut patet de metallis que in igne simul iuncta faciliter dum liquefiunt in vnum cōmiscētur et vniuntur. Sic vere carissimi nos qui sumus eiusdem nature: eiusdem status: conditionis et professionis: qui in vno collegio religionis vel fidei congregamur debemus vniri per caritatem et pfecte alter ab altero cōmisceri per amicicie vnitatē. Esaie.xxvij. Cōgregabimini vnus et vnus filij israel. Ista tamen sunt contra multos: qr pcerto multi sunt qui quis sunt eiusdem congregationis: eiusdem collegij vel pfessionis: ipsi tamen non habent vnitatē amoris et dilectionis: immo pcerto sunt diuersi per diuisionem odij et dissensiōis. Istud potissime videm⁹ de malis religiosis: qui inter se non vniuntur: sed diuiduntur et p parcialitates alter ab altero segregatur. Isti sunt similes viperis que in matris vtero congregate sua nimia gulositate latera matris corrodunt: et eam destruunt et occidunt. Isti etiam sunt similes vaporibus in vētre terre aggregatis: qui ita inter se coagitantur et mouētur: q terre superficies rumpitur: et terremotus maximus generatur. Sic procerto carissimi in ventre religionis vel ecclesie sunt homines multi viperei peccatores qui in diuersarum cogitationum gremio sunt locati: qui tamē ita sunt inter se litigitiosi et rixosi: q nullam habent penitus perfecte amicicie vnitatem: quinimmo sepe accidit q inter se taliter cōmouentur: q tonitruū diuersarum tribulationum faciunt: et q ipsa ecclesia seu religio mater sua per eosdem corroditur et cassatur: et ad paupertatem vltimam desolatur. Non sic ergo: sed simus congregati in locum vnum ps. Quoniam ecce reges congregati sunt: conuenerunt in vnū. Patet ergo q ad moralem cōgregationē requiritur.

Morum cōmunitas.	Congregentur.
Cordis benignitas.	Aque.
Mentis humilitas.	Sub celo.
Amoris caritas.	In locum vnum.

Sed nota adhuc q cum duplex in gñe sit cōgregatio. s. passiua que ptinet ad psonas q. s. inuicē diuersimode congregantur de qua sup dictum est: et actiua q pertinet ad res qñ. s. diuersi diuersa solent congregare et accumulare. patet q cōgregatio non solum denotat adunationem immo etiam acquisitionem. Et sic potest dici congregatio.

G

Sagacitatem habere. Fidelitatem tenere. Fallacitatem horrere. Debent ergo consiliarij habere sagacitatem. Eccles. xxiiij. Ego sapientia habito in altissimis. Item debent fidelitatem tenere Prouerbi. xj. Qui fidelis est celat amici consilium Item debet falsitatem horrere quia. s. nunquam debent consulere aliquod malum. nec vtilitati communi contrarium. sed iuste et secundum deus omnia pertractare ps. In consilio iustorum et congregatione. Et aduertamus adhuc quod consilia sunt ordinata ad patrie gubernationem ad principum refrenationem ad periculorum cautionem. Primo ergo dico. Boni consiliarij solent patriam regere malis principum voluntatibus se opponere et insuper pericula precauere isti ergo sunt patrie gubernatores irarum temperatores malorum extirpatores. Dico ergo quod per bonum consilium patria gubernatur. Secundum enim astrologos per coniunctionem planetarum in diuersis signis et domibus tempora mutatur et reguntur et impressiones in aere generantur. Sic vere per coniunctiones. consilia. et collocationes planetarum. idest consiliariorum qui in signis et domibus. i. in curijs et palatijs magnatum et prelatorum collocantur et aggregantur quasi totius mundi machina gubernatur. et ideo si isti planete et isti consiliarij boni fuerint. tunc bonas impressiones. et bona regimina in aere subiecte patrie generantur. Si vero mali fuerint et iniqui. tunc procerto per eorum consilia et eloquia male impressiones. mala facta. rapine. scilicet et exactiones generantur et introducuntur. Ideo bene consulitur Ecclesia. xxxvij. A consiliario malo serua animam tuam Et in ps. Super populum tuum malignauerunt consilium. Quod vtique est hodie contra aliquos prelatos et principes et magnates quia vere multi sunt qui libentius credunt malis consiliarijs quam bonis magis fauent adulatoribus quam oratoribus magis consentiunt balliuis impijs et crudelibus quam bonis et iustis hominibus Et sicut videmus per istorum officialium praua consilia tota patria pauperat Dicit enim Pli. Quod ossa leonis sunt ita dura quod ex eorum collisione ignis generatur. Sic

c

ratur. Sic vere ossa leonis idest consiliarij regum et p̄latorum sunt hodie ita duri. ita crudeles. ita tyranni. q̄ ex eorū collisione. collocutione. consilio et ordinatione. Ignis rapinarū exactionū oritur. qua tota patria subiacens pregrauat. Unde Esa. xix. Sapientes consiliarij pharaonis dederunt consilium insipiens. Et Deut. xxxij. Gens absq; consilio et sine prudentia. vtinam saperent et intelligerent ac nouissima p̄uiderēt. Non sic ergo sed sequamur et habeamus bonum cōsilium. q2 per istud patria gubernatur. ¶ Secūdo dico quod per istud principū impetus refrenatur. Nisi enim esset obuiatio et contrarietas planetarū impet9 et raptus firmamenti subuerteret totū orbe3. sed quia motus planetarum isti raptui contrariātur ideo mūdi machina illesa seruatur. Celum etiā cristallinū ſm Rabanū. propter hoc factū est aqueū. vt. scilz sua frigiditas calorem qui ex raptu celi gignitur temperaret. Sic reuera charissimi ad hoc sunt planete idest boni consiliarij. circa firmamentum idest circa superiores debent esse vt sc3 per sua discreta consilia ipsorum motus. iras et leuitates possint temperare et eisdē cū prudentia contraire. Multi em̄ superiores sunt. ita mobiles per inconstantiam: sunt ita precipites per violentiam: sunt ita feruidi per crudelitatem vel auariciam q̄ nisi eorum motibus et raptibus. planetarū idest bonorum consiliariorum sensus et bonitas cōtrairet subiectam patriam dissiparent et per rapinas et iniurias inflāmarent. Eccli. xlvij. Auertit gentem consilio suo. Necessarij ergo sunt boni cōsiliarij magnatib9. Ideo consulit Seneca in quadā epistola. Dum tibi inquit alludit vite prosperitas. consilia salubria tibi quere vt ita circumspicias quo ire debeas et quousq;. Multi tamen charissimi sunt hodie ita fatui et proterui quod nunq̄ volunt audire alicuius consilium nisi suum dicentes illud Esaie. xlvj. Omne consilium meu3 stabit et omnis voluntas mea fiet. Et isti sunt fatuissimi. Hieremie. xxxviij. Si consilium tibi dedero non me audies. Non sic ergo sed audiamus consilia quia per ista mentis impetus refrenantur ¶ Tertio dico q̄ p bonum consilium damni pericula declinantur. Prouer. ij. Consiliū custodiet te. et prudentia vallabit te. Pt3 igit̄ q̄ ɔsiliū est babendū et tenendū. q2 per ipm.

Subditi gubernantur. Et hoc de ɔsilio sufficit

Magistri refrenantur. vide. vbi deliberatio. Itē

Pericula vitantur. vide in titulo de Equitate vbi inuenies autoritatē diuisam et prosecutā. Meū est ɔsiliū et equitas &c. Et .s. de aduocato vbi est illa autoritas. Super populū tuū malignauerunt consiliu3.

Consuetudo.

Secundū Isid. est quodda3 ius morib9 ɔstitutū qd cu3 lex deficit pro lege suscipitur. Aug. etiā li. de distinctionibus dicit. Qd mos est simul babitantiū cōsensus q̄ inueterat9 consuetudinē facit. Et breuiter istud est verum q̄ ɔsuetudo est quedā lex nature: cui cum natura subiecta fuerit. vix ab ipsi9 virib9 se dissoluit Et ideo valde debet homo cauere vt in bonis et non in malis consuetudinibus induresceat vt bonis actib9 assuescat et ne in malis moribus indurescat. Bona em̄ cōsuetudo omia grauia et difficilia facit facilia et leuia. Sicut enim dicit Sene. Nihil miserū qd in naturā consuetudo perducit. Ecōtra autē mala cōsuetudo qn̄ hoīe3 ligauerit. omnia leuia sibi difficilia videri facit. vn̄ hieronimus ad seleuciam. Asperam facit virtutum viam cōsuetudo nimia vitiorum. vn̄ nota q̄ mala consuetudo.

Sensus obturat ne clare videant.

Mentes indurat ne mala terreant.

Uires eneruat vt vincere taceant.

Corda ineruat ne culpas execrāt. Uel vt feda placeant.

¶ Ista solet sensus cecare. quia scilicet facit vilitate3 criminum non videri. Unde Augustinus in Enchi. capi. lxxxij. Peccata q̄uis horrenda cum in consuetudinem venerint. nulla aut modica reputātur. vt nō solum non occultanda videantur verumetiā predicanda. ¶ Item ista solet mentes indurare. Est enim sicut venenū aspidis qd facit ita dormire q̄ mortis periculū non sentitur. vnde Augu. in sermone. Peccatū cōsuetudine vilescit pro mortuo reputādus est qn̄ quis pūgitur et non dolet. ¶ Item solet vires eneruare. vnde Greg. xj. moral. Sepe nōnulli exire a prauis actib9 cupiunt sed actuū suorū pondere pressi in male consuetudinis carcere inclusi a seipsis resilire nequeūt ¶ Itē solet corda inneruare seu etiam ligare. vnde Greg. lib. iiij. moral. Cum culpa in vsum venerit etiā volēs animus vix resistit quia quot vicibus praue frequētationis astringitur quasi tot vinculis alligatur. Sic enim est de illis qui taliter indurantur. sicut de animalib9 decrepitis et antiquis. que quanto antiquiora tanto sunt debiliora. que ſm ysaac in dictis pessimū dāt nutrimentum hominib9 duras ei et siccas habēt carnes non facile digerūtur nec ad nutrimentū vtiles efficiūtur. Sic p̄certo illi qui antiquitate male ɔsuetudinis sunt affecti debilitati. et impotētie sunt subiecti: et quorum caro. i. interior volūtas diu fuerit in vitijs indurata. deteriores alijs possunt dici. Isti enim difficiliter digerūtur: idest ab ista mala cōsuetudine cōuertuntur. et mala dant hoibus nutrimēta. i. mala exempla et documenta. vnde Greg. xij. moral. Tenēt male ɔsuetudines quod semel didicerūt atq; quotidie duriores efficiunt ita q̄ non nisi cū peccatores vita finiūtur. Un̄ Hiere. xij. Si mutare potest ethiops pellem suā. et pardus varietates suas. et vos poteritis bonū facere cū didiceritis malū. Bona ergo ɔsuetudo et nō mala tenēda ē q2 sicut mala ɔsuetudo facit ad bonū difficilē: sic et bona facilē &c. Omitto plura quia fit mentio de ɔsuetudine in multis locis in hoc li. Et ideo vide i tabula vbi quasi infinita de consuetudine poteris inuenire.

Consolatio.

A Idem est quod tribulationem alicuius prosperitatis vel solacij assecutio. Et nota q̄ triplex generaliter consolatio inuenitur scilicet.

Quedam externa que est damnabilis.

Quedam interna que est laudabilis.

Quedam superna que est durabilis.

¶ Prima est mundane prosperitatis.

Secunda interne iocunditatis.

Tertia superne felicitatis.

Primo consolātur diuites peccatores. Scd̄o letātur perfecti viatores. Tertio modo iocūdantur beati comprehensores. Prima est ergo ɔsolatio tp̄alis p̄speritatis que est petorum que est dānabilis. vn̄ ps. Rennuit cōsolari aīa mea. memor fui. &c. Scd̄a est cōsolatio spiritalis iocūditatis que est viatoru3 que est laudabilis. vnde Job. ij. Uenerunt tres amici. Job ad eum vt visitarent eum et consolarentur. Tertia est consolatio eternalis felicitatis. que est beatorum et est durabilis. De qua dicit̄ in ps. Scd̄m multitudinē dolorū meor̄ i corde meo ɔsolatiōes tue letificauerūt aīam mea3. Sicut igit̄ videm9 q̄ mater postq̄ filiū verberauit. solet ei blādire. et cū ɔsolari. Sic vere de9 cū verbere suarū tribulationū. semp̄ offert fauorē suarū cōsolationū. s. et tēporaliū et spiritualiū et eternaliū. De9 em̄ semp facit cu3 temptatione prouentū. j. Corin. x. q2 sicut dr̄. ij. Cor. j. Ipse est pat̄ misericordiarū et de9 toti9 cōsolatiōis qui ɔsolatur nos in omni tribulatione nostra. Sicut enim medic9 post amarā medicinā dat electuariū dulce. Sic de9 post tribulatiōes amaras dat ɔsolationes qd etiā debet facere prelatus. q2 q̄uis aliqn̄ cogat̄ per iusticiā amaritudinem correctionis inferre semp tn̄ d3 iuxta hoc dulcedinem consolationis conferre. Ideo dicitur in ps. Uirga tua et bacul9 tuus ipsa me cōso. sunt &c. In quib9 verbis triplex ɔsolatio reperit̄. est em̄ ɔsolatio.

Spiritalis. Prima est illorū qui virtutib9 per

Tēporalis. ficiūtur que notatur in virga que. s.

Eternalis. floret et fructificat. Secunda est illorum qui tēporalibus reficiūtur. Et ista designat̄ per baculū qui datur ad sustentandum. Tertia est illoru3

qui celestibus alliciūtur. Et illa notatur in mēsa: Pa
B rasti inquit in conspectu meo mensam. ¶ Dicamꝰ er
go primo ꝙ est quedā consolatio spūalis. ⁊ ista est con
solatio qua deus consolatur bonos ipsos mētaliter in
spirando vel prelatꝰ tribulatos ipsos verbaliter con-
fortando quod ondītur cū dicit. Uirga tua. Ista enim
consolatio potest dici virga q. s. virga profert florē ad
consolationē visus ⁊ deinde aliqn fructū ad ꝯsolationē
gustus. Sic enim sancti viri consolātur de interioribꝰ
per gustū deuotionis ⁊ de exterioribꝰ per visum contē
plationis. Unde de tali virga dr in ps. Uirgā virtutis
tue emittet dñs ex syon Talem ergo cōsolationē debēt
conferre predicatores ⁊ prelati. q vere ab istis sunt tri
bulati ⁊ pauperes cōsolandi obstinati autē ⁊ diuites
castigādi. Carnes em̄ pingues. fm ysaac in dictis me
liores sunt assate. Carnes vero macres in aqua sunt li
xande. pinguium enim viscositas in igne consumitur
macriū siccitas in aqua tēperatur. Sic vere pingues
idest diuites peccatores igne tribulationis sunt assan
di. macres vero. i. pauperes in aqua pietatis misericor
diter sunt coquendi. Per asperam enim correctionem
pinguedo carnalitatis consumitur et per dulcem con
solationem macredo et siccitas tribulationis et pau-
pertatis temperatur. Aspere ergo corrigantur diuites
ne presumant: dulciter consolētur pauperes ne despe
rent. Quod etiā de spūalibus pauperibꝰ scꝫ de profun
dis peccatoribus verum est quia semper sunt dulciter
consolandi vt ad penitentiā possint reduci. Prelatus
ergo tales semper verbis consolatoriis debet corrigere
exemplo Joseph quē cū fratres ipsius vendidissent
et ipsum valde timerent. vt dicitur Gen. l. Tamen cō
solatus est eos blande ac leniter est locutus. Apes em̄
quādo in aluearı cōtendunt ⁊ ipsum dimittere volūt
tunc inter se pacificantur. ⁊ ibidem morain trahere al
liciūtur quando aqua dulci a rectore earum irrorant
et asperguntur. vt dicit. Plinius. Sic vere charissimi
accidit ꝙ illi qui per peccatū ⁊ obstinationē aposta-
tant. et per desperationē ab aluearı gratie. religionis
vel ecclesie volunt recedere a suis malis motibus re-
frenantur ⁊ ad pacem dei reducuntur. qn aqua dulcis
consolationis a rectore suo idest a predicatore vel pla
to misericorditer seu benigniter aspergunt. Actuū. xx.
Uisis fratribus consolati sunt eos. In tribulationibꝰ
enim valde vtilis est bonorū consolatio vnde Augus.
super iob. Si paupertas angit si luctus mestificat. si
dolor cordis inquietat si vlla calamitas ꝯturbat nos
assint boni amici. qui non solū gaudere cū gaudētibꝰ
sed etiā flere cū flentibus didicerunt ⁊ tunc aspera le-
niuntur. aduersa superātur. ⁊ grauia insuper releuan
tur. Sed ista proh dolor sunt contra multos. q moder
ni prelati. iudices ⁊ magnates. consolationē non infe-
runt sed auferunt. quia vere pauci sunt hodie. qui ve-
lint subditos cōsolari. ⁊ multi sunt qui ipsos nitūtur
contristare et depredari. Regula em̄ iuris est ꝙ affli
cto non est addenda afflictio sed consolatio. Isti autē
afflictis dant afflictiones ⁊ desolatis desolationes.
Ideo tales possunt dicere illud ps. Quesiui qui adiu
uaret ⁊ non fuit. ⁊ qui consolaretur ⁊ non inueni. Ista
etiam virtus consolatoria deficit in aliis personis q a
breuiter, nec frater fratrem: nec vicinus vicinum: nec
diues pauperē volunt perfecte consolari. nec suis ad
iutoriis: nec elemosynis recreare. Ideo plangit Hiere.
Tre. ii. Non est qui consoletur eam ex omnibus caris
eius Et eccl. iiii. dicitur Uerti me ad alia. ⁊ vidi calū-
nias que sub celo gerūtur ⁊ lacrimas innocentiū ⁊ cō-
solatorem neminē. Non sic ergo charissimi sed simus
boni consolatores: quia ista est consolatio spiritalis.
¶ Secūdo dico ꝙ est ꝯsolatio quedā tēporalis. et ista
C est cōsolatio ꝓsperitatis ⁊ mundane leticie. qđ osten-
ditur cū dicitur. Baculꝰ tuus. Baculus em̄ datur ad
sustentationē Uerūtamen multi vtūtur baculo ad p-
cutiendū. Sic vere consolatio mundane ꝓsperitatis
data ē ad nature sustētamentū. mali tn̄ ipsa vtunt ad
aliorꝫ detrimētū ⁊ nocumētū. Ista ē ei ꝯsolatio deceptō
ria Ista ē ei silis ꝯsolatiōi syrenarū q cātāt ⁊ tripudiāt
qn debet esse tēpestas. qđ videntes naute solēt sibi cō
tra tēpestatis periculū precauere: Similis etiā est con
solationi cignorū seu olorū qui tūc summe ꝯsolantur.
letātur ⁊ cātant qn in ꝓximo debēt mori. Sic vere cha
rissimi cōsolatio huius mūdi. i. tēporalis leticia seu ꝓ
speritas. signū est future tēpestatis et mortis. Et ideo
qn videmꝰ syrenas que dicūtur a syren qđ est tractus
idest illos qui ad se oīa volunt attrahere. s. cupidos et
auaros et olores qui semꝑ in aqua volunt esse. i. volu-
ptuosos in mūdi prosperis. cōsolari cantare pariter et
letari ⁊ ad votū in tēporalibus prosperari nos ꝓcerto
debemus nobisipsis timere. Scire em̄ possumus qđ
mors et tempestas eterna circa eos appropinquat ⁊ iō
nobis debemꝰ cōtra periculū precauere q sicut dicit
quidā phs. ex vitio alterius sapiens emēdat suum. Co
gnito em̄ ꝙ per talē cōsolationē ad mortē venit eternā
debet homo a talibꝰ abstinere. Ideo dr Luc. vi. Uerū
tamē ve vobis diuitibus qui hic habetis cōsolationē
vestrā ve vobis qui saturati estis. q esurietis. Ista est
cōsolatio tēporalis. que notat in baculo sustentatorio.
quia. s. ista est sicut baculus arūdineus egypti. qui faci
le frāgitur ⁊ vulnerat innitentē. Sicut dr. esa. xxxviii.
vnde Hiere. xlviii. quomodo cōfracta est virga fortis.
baculus gloriosus. Ista est igit cōsolatio temporalis.
¶ Sed tertio dico ꝙ est alia cōsolatio eternalis et ista D
est illa qua post miserias huiꝰ vite beati in patria cōso
lantur qđ ostēditur nomine mense. Parasti inquit in
conspectu meo mēsam Sicut enim letat ⁊ ꝯsolatur pe
riclitatus quando venit ad portū: pugnās qn venit ad
triumphum. perdens quando venit ad lucrū. Sic vere
iusti qui in hac vita fuerūt. sicut in naui nauigantes. si
cut in stadio preliantes sicut in mercatura perdentes
valde in patria consolantur vbi peruenerunt.

Ad portꝰ securitatē.	Un̄ de taliter ꝯsolatis dicit
Ad lucri fertilitatē.	Luc. xvi. de pauꝑe Lazaro
Ad triūphi felicitatē.	de quo dictū ē diuiti epulo

ni. Fili recordare ꝙ recepisti bona i vita tua. hic aūt ma
la. nūc aūt hic cōsolat: tu vero cruciaris. et nota ꝙ ista
consatio ortͭ. Ex dei ꝯsolātis presentialitate Ex loci cō
tinētis mira nobilitate ex plebis circūstantis dulci so
cietate: Est em̄ ibi dei principalitas q sicut dr esaie. li.
Ego ipse consolabor vos. Itē ibi est loci mira nobilitas
quia. scilꝫ est hierusalem celestis esai. lxvi. Consolabor
vos ⁊ in hierusalē cōsolabimi. Itē ibi est plebis dulcis
comparitas. de qua Actuū. xvi. Uisis fratribus ꝯsola-
ti sunt. Ista est ergo cōsolatio eternalis que ondītur cū
dicitur. Parasti mensam. In mensa enim ꝯsolātur fa-
melici sicut in paradiso egeni. vn̄ Ezec. xxiii. Sedisti in
lecto pulcerrimo. ⁊ mensa ornata est ante te. Patet er-
go quomodo triplex est consolatio. s. Spiritalis ⁊ meri
toria. Tēporalis ⁊ trāsitoria. eternalis et permansoria.
Et hoc sufficit. vide de spe et leticia.

Conspectus.

Nota ꝙ per conspectū intelli A
gitur virtꝰ cōsiderationis seu
presentia cōsiderantis. Conspicere enim idem est qđ ꝑ
sentialiter aspicere. Unde bene in ps dicitur. Posuisti
lachrymas meas in conspectu tuo. Et alibi introeat
in conspectu tuo gemitus compeditorū idest i conside
ratione tua quia sicut res que est in cōspectu alicuius
continue ab eo videtur. sic lacrime penitentium a deo
continue considerant. et sicut illi qui in conspectu ma
gnatum habent apparere. solēt vestibus se parare mu
nera presentare. ab inhonestis precauere. sic vere nos
qui in conspectu ⁊ presentia dei continue apparemus
debemus semper vestibus virtutum nos ornare. mune
ra oblationum vel elemosynarum offerre ⁊ ab inhone
stis vitiis abstinere. De vestibus enim virtutum dicit.
Apoca. vii. In conspectu agni amicti sunt stolis albis
et palme in manibus eorum. De muneribus elemosy-
narum dicitur Exo. xxiii. Non apparebis in conspectu
meo vacuus. De abstinentia etiam peccatorum dicit
Boetius

Boetius de consolatione. Quod magna nobis indicta est necessitas probitatis qui cuncta facimus in conspectu iudicis cuncta cernentis. Nota tamen si vis quod in conspectu dei stant. Aliqui.

B Ut comprobentur.
Ut coronentur.
Ut protegantur.
Ut iudicentur.
Ut condemnentur.
In conspectu enim dei.
Comprobantur perfecti.
Premiantur beati.
Protegunt infirmi.
Judicantur iniqui.
Condemnant maligni.

Uide infra de presentia. vel de coram vel vide de ante &c. Vel dic quod iste est conspectus a cunctis frequentandus. a malis formidandus. a sanctis optandus. Istum ergo conspectum debent mundi mundeque frequentare quod potissime verum est de ecclesiasticis qui ratione status et gradus in conspectu dei sunt iugiter commorantes. Sicut enim leena cum pardo fornicata et maculata. nunquam audet leoni apparere nec se suo conspectui presentare. nisi in aqua primitus sit lauata et hoc quia timet quod leo sentiat fetorem suum ipsamque vulneret et occidat sicut dicit Plinius. Sic vere charissimi nos qui more leene cum leone christo suimus spiritualiter vxorati et ad eius copulam et seruitium specialiter dedicati debemus sibi mundiciam conseruare. Et ideo si cum pardo. idest cum inimico leonis diabolo fornicati fuerimus per peccatum nos procerto debemus per confessionis lauacrum nos mundare vt in conspectu christi. scilicet in sacramento altaris aut in officio ecclesiastico possimus sinceriter apparere Eph. j. Immaculati in conspectu eius. Res enim quantum sunt altiores tanto sunt naturaliter mundiores patet de montibus respectu vallium. de aere respectu inferiorum et de celestibus respectu terrenorum. Sic vere nos ecclesiastici qui in altiori gradu consistimus et conspectui diuino personaliter assistimus mundi et sancti pre ceteris esse debemus. Nullus enim conspectui regis libenter assisteret qui se vilem et fetidum esse sentiret Ecclesiastes. ij. Qui timent dominum preparabunt corda sua. et in conspectu eius sanctificabunt animas suas. Et sic nota quod illi qui assistunt diuino conspectui debent esse.

Fortes et solidi.
C Mundi vel nitidi.
Recti non tortuosi
Inni non tumidi.
Flentes et humidi.
Stantes et rigidi.

Sint igitur fortes et virtuosi. vnde Dan. j. dicitur. Quos mundissimi et doctissimi pueri electi sunt vt starent in conspectu regis vnde tales possunt dicere illud. ij. Esdre. viij. Ecce nunc sumus in conspectu tuo. ¶ Item sint mundi et gratiosi Job. xj. Mundus sum in conspectu tuo. ¶ Item sint recti non tortuosi. j. Regum. xxix. Rectus es et bonus in conspectu meo. et. iij. Regum. xv. Fecit asa rectum ante conspectum domini. ¶ Item sunt humiles et operosi. iacobi. iiij. Humiliamini in conspectu domini. ¶ Item sint flebiles et lacrymosi ps. Posuisti lacrymas meas in conspectu. ¶ Item sunt stabiles et rigorosi ps. Confirmasti me in conspectu tuo semper. Et Apoc. viij. Uidi septem angelos stantes in conspectu dei. ¶ Item iterum sint orantes et clamorosi. ps. Effundo in conspectu eius orationem meam. et tribulationem meam ante ipsum pronuncio. ¶ Item sint letantes et gaudiosi ps. Justi epulent et exultent in conspectu dei. ¶ Item sint penitentes et dolorosi vnde penitens dicit Job. xiij. Uiam meam in conspectu eius arguam. ¶ Item sint quiescentes non tumultuosi. Apocal. xj. Seniores in conspectu dei sedent Sedere enim quietem mentis signat. ¶ Item sint compatientes et viscerosi Ecclesiasti. ij. Effunde sicut aqua cor tuum ante conspectum domini. ¶ Item sint refulgentes et luminosi. scilicet per honestatem exterius: et per sapientiam interius vnde Apocal. xj. dicitur. Quod isti sunt due oliue et duo candelabra lucentia in conspectu domini. Sed reuera multi sunt qui in conspectu dei aliter parati comparant. Peccatores enim videntur esse hodie sicut hystriones in curijs. qui quanto apparent deformiores conspectui dominorum et plus ornati insolitis paramentis, tanto credunt magis facere pulcrum iocum. Sic hodie videntur gloriari quando in conspectu dei bene apparent vitijs Deformati. iij. Regum. xvj. Fecit achab malum in conspectu domini. Nota ergo quod mali in conspectu dei. Apparent.

Uacui sine bonitatis valore.
Obscuri sine venustatis splendore.
Exusti a cupiditatis ardore.
Infecti a carnalitatis horrore.

Uacui dico sine bonitate contra illud. ecclesiast. xxxv. non apparebis ante conspectum domini vacuus. Ob- D
scuri etiam sine claritate iob. xxv. ecce luna non splendet et stelle non sunt munde in conspectu eius. exusti insuper a cupiditate. Apoca. xiiij. Cruciabitur igne in conspectu sanctorum angelorum. infecti etiam a carnalitate. Unde de multis immundis dicitur. iob. xv. Celi non sunt mundi in conspectu eius. Multi enim sunt qui in conspectu dei. scilicet in conscientia quam ipse deus precipue conspicit. nihil habent mundicie vel puritatis quamquam in conspectu hominum. s. in apparentia videantur per ypocrisim valde mundi contra illud. eccli. j. Non sis ypocrita in conspectu populi. Isti enim plus volunt videri mundi et sancti in conspectu populi quam dei. in apparentia quam in conscientia in operatione quam intentione. Non sic ergo quia vere conspectus diuinus est a mundis munde frequentandus. ¶ Secundo dico quod iste est a
malis iuste formidandus. Sicut enim nullum est animal E
quin timeat in conspectu basilisci apparere pro eo quod quicquid conspicit occidit. Sic vere omnes mali. et bestiales. et animales qui teste apostolo nesciunt que sunt spiritus. j. Cor. ij. Ualde debent timere quando cogitant quod finaliter in conspectu christi in iudicio finali debent comparere. qui procerto erit tunc basiliscus malos inuenenans et occidens. Latro enim nunquam vellet conspectui iudicis presentari vnde. j. Regum. vj. Quis poterit stare in conspectu eius. q. d. nullus malus. Et nota quod conspectus presentie dei qui erit in iudicio.

Incutiet terrores.
Discutiet errores.
Deijciet honores.
Deglutiet horrores
Conficiet ardores.

Est igitur iste conspectus terroris incussiuus vnde territi bethsamite dicebant. j. Reg. vj. Quis poterit stare ante conspectum dei sancti huius. ¶ Item est erroris discussiuus. quia s. omnia obscura et occulta manifestabuntur. ps. Pre fulgore in conspectu eius nubes transierunt ¶ Item est honoris excussiuus. quia s. illi qui nunc honorantur. erunt sine honore. Sapie. xij. Neque rex neque tyrannus in conspectu tuo. Item est malorum deglutiuus ps. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. ¶ Item est ardorum inflictiuus ps. Ignis in conspectu eius exardescet et in circuitu eius tempestas valida. Hic igitur conspectus est a malis iuste formidandus. ¶ Ter- F
tio dico quod dei conspectus est a bonis pie affectandus Sicut enim delectabile est bono filio esse in conspectu patris. seruo in conspectu domini. militi in conspectu regis. Sic vere beatis est delectabile in conspectu dei manere in patria quia procerto ipse est pater misericordiarum. ij. Corin. j. Dominus dominantium et rex regum Apocalip. j. de hoc dicitur in ps. Exultent iusti in conspectu dei. Et nota si vis quod iste conspectus beatificus qui est in patria.

Est satiatiuus contra penuriam.
Est consolatiuus contra tristiciam.
Est roboratiuus contra ignauiam.
Est triumphatiuus contra ignominiam.

Iste dico est satiatiuus ps. Justi autem epulentur et exultent in conspectu dei. iste est consolatiuus. ps. Jubilate in conspectu regis domini. Item roboratiuus seu confirmatiuus ps. Permanet in eternum in conspectu dei Item est triumphatiuus seu victorie collatiuus Apocal. vij. Ante thronum in conspectu dei amicti stolis albis et palme in manibus eorum. Patet ergo quod conspectus iste est beatis appetibilis est iniquis detestabilis est perfectis frequentabilis. &c.

A **Constantia.** Nota q̃ constantia accipitur pro animi stabilitate. et fortitudine que summe decet virũ autenticũ atq; iustũ. et maxime principem vel prelatũ Sicut em̃ leo bestiarũ fortissimus et generosissimus inflexibile habet collum elephas genua cypressi etiam columna recta stat sub quocunq; onere. Sic vir perfectus in quibuscunq; fortune cõmutationibus rectus et inflexibilis debet esse et maxime contra aspera et adversa. vnde de Machabeis tribulatis dicitur. j. Mach. ij. Mathatias et filij eius. constanter steterunt. vnde Sene. de tali constantia loquens dicit ep̃la. cvj. vel. cvij. que incipit. vbi est illa prudentia tua. primo enumeratis rerum mutationibus et infortunijs infinitis dicit sic. Nihil miremur horũ ad que nati sumus. que ideo nulli querẽda sunt quia cõmunia sunt omnibus. Sequitur Ad hanc legẽ animus noster aptandus est. hanc sequatur. huic pareat et quecũq; fiunt debuisse fieri putet nec putet nec velit obiurgare naturam. Optimũ em̃ est pati quod emendare non possis et deum quo actore cuncta proveniunt. sine murmuratione comitari. Malus miles est qui imperatorem gemens sequitur. Leti ergo et alacres excipiamus imperia nec desinamus hunc operis pulcerrimi cursum cui quicquid patimur intextũ est. Sequitur. Ducunt volentem fata nolentẽ trahũt. etc. De tali ergo indifferenti animi constantia dicitur Sap̃. v. Stabunt iusti in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt etc. Vide de fortitudine et stabilitate quia pauce sunt autoritates.

A **Constituere.** Nota q̃ constituere quandoq; sumitur pro assumere et ordinare. Daniel. iij. A me constitutum est decretum. vel sumit pro p̃ficere et sublimare. Lu. xij. Fidelis servus et prudẽs quem constituet dominus super familiã suã etc. Vel sumitur pro disponere et terminare. sicut Job. xiiij. vbi dicitur. Constituisti terminos eius qui preteriri non poterunt. Vel sumitur pro imponere vel assignare Math. xxviij. Discipuli abierunt in galyleam in montem vbi constituerat illis iesus. Quocunq; ergo modo sumatur Notandum q̃ constitutio in bono sumitur et in malo. Deus enim constituit et ordinat omne bonum et diabolus constituit omne malum. Dic igitur q̃ deus constituit perfectos virtutum culmine. Constituit edoctos fidei lumine. Constituit prelatos mundi regimine. Constituit beatos celi cacumine. A deo enim diversi diversimode cõstituunt̃ scz.
Quidam in loco tuto vt ibi sedeant. s. religiosi.
Quidam in loco claro vt ibi doceãt. s. predicatores.
Quidam in loco digno vt oẽs precant. s. prelati.
B Quidam in loco alto vt ibi maneant. s. beati.
¶ Dico ergo primoq; religiosi sunt cõstituti vt sedeãt ad contemplandum. Nume. iij. Aaron et fratres eius constitue super cultum sanctuarij vt quilibet dicat domino illud p̃s. Quoniam tu domine singu. in spe con. me. Isti enim sunt constituti a deo ad vivendũ in spe et sanctificatione. et cultu religionis etc. ¶ Item dico q̃ clerici sunt instituti vt studeant seu doceant ad predicandum vnde p̃s. Constitue domine legislatorem super eos. vt sciãt gentes quoniã homines sunt. ¶ Itez prelati sunt constituti vt precant ad gubernandũ vnde illud. Hiere. j. Ecce constitui te super gentes et regna. vbi quatuor cause notantur in electione necessarie. s.

Effectiua et primordialis.	Causa dico efficiẽs
Subiectiua et materialis.	scilicz deus qui dicit
Perfectiua et hec ẽ formalis.	Ecce constitui. Ma
Inductiua seu finalis.	terialis. scz ipse ele-

ctus te inquit. Formalis scz ipsa promotio vel prelatio que dat sibi esse formale cum dicitur super. Finalis q̃ est vt gubernentur gentes et regna etc. Unde de tali cõstitutione dicitur in p̃s. Cõstitues eos principes super omnẽ terrã. memores erunt nominis tui domine. q. d. qui in primatu constituuntur ad habendum deum in
C memoria pre ceteris obligantur. ¶ Item beati constituuntur vt gaudeant ad conregnandum. Unde de quolibet beato potest dici illud. Deut. xxxij. Cõstituit eum dominus super excelsam terram vt comederet fructus agrorũ. vt sugeret mel de petra. oleumq; de saxo durissimo vbi nota q̃ isti sic cõstituti. Sunt tuti nec timent revocari quia dominus constituit eos. Sunt sani nec timent infirmari quia sunt super excelsaz terram que. s. sanior est terra bassa. Sunt pleni nec timẽt vacuari quia ipsi comedunt fructus agrorum. Sunt leti nec timent contristari quia ipsi sugunt oleum qd letificat. Sunt securi nec timent terminari quia ipsi hauriunt illud a petra et a saxo idest a deo qui semper durat. Sunt consolati nec timent conturbari quia ipsi habent mel. idest dulcedinem consolationis eterne. ¶ Adverte tamen q̃ vt cõmuniter sumitur pro p̃movere seu preficere. Sed de hoc vide satis plene in litera E. vbi excelsus. vbi exponitur predicta autoritas Constituit eam super excelsam terram. Itez in litera. C. de Custode vbi ponitur illa autoritas. Super muros tuos hierusalem constitui custodes etc. Item in litera. M. vbi Magister. vbi ponitur illa autoritas. Si quos in eis novisti viros industrios constitue magistros pecorum Gene. xlvij. Econuerso autez potest dici de mala constitutione q̃. s. hodie constituunt̃ in officijs. D
Viri impij sine clementia.
Viri ignari sine scientia.
Viri iniqui sine cõscientia.
Viri avari sine sufficientia.
De viris impijs et crudelibus dicitur. j. Machabeo. vij. Quod bachides alchimum virum impium constituit in sacerdotium et mandavit ei facere vltionem in filios israel et. ix. ca. dicitur. Quod ipse elegit viros impios et cõstituit eos dominos regionis. De viris ignaris et imprudentibus dicitur Daniel. iij. Adorate statuam quam constituit nabuchodonosor rex. De viris autem iniquis et peccatoribus dicitur in p̃s. Constitue domine peccatorẽ super eum et diabolus stet a dextris eius. De viris vero avaris et nullã sufficientiã habentibus qui. s. non sunt digni constitui in aliquo officio p̃lature. dicitur. esaie. iij. Non sum medicus et in domo mea non est panis neq; vestimentũ nolite me cõstituere principem populi. Talis enim paupertas avaricie et etiam temporalis penurie debet homines repellere ab officijs publicis quia scilicet tales cũ promoti fuerint solent subditos acriter exhaurire. vnde s̃m Valerium maximũ cum de duobus imperatoribus constituendis et cum exercitu mittendis semel in senatu tractaretur quidam sapiẽtissimus respondit. Neutrum esse mittendum quia inquit vnus nihil habet et alteri nihil sufficit. etc. Vide vbicunq; fit mentio de promotione. scilicet de Prelato. Rege electione. Pricipe. et cetera similia.

A **Consummare.** Cõsummatio. Nota q̃ cõsummatio quãdoq; sumitur pro cõplemento perfectivo quandoq; pro termino finitivo quandoq; pro extermino destructivo. Pro cõplemento dico perfectivo. vnde de illo Machabeo. j. Mach. xiij. dicitur Quod ipse acceleravit muros hierusalem cõsummare. Pro termino etiam finitivo. dr. Luce. ij. Consummati sunt dies octo vt circumcideret puer. Pro extermino etiam destructivo vnde Ezec. xj. Ha domine deus consummationẽ tu facis reliquiarũ israel. His ergo premissis dicam q̃ in scriptura invenitur consummatio bona et consummatio mala. De consummatione enim bona notandũ q̃ iusti triplici gaudent consummatione. s. Consummatione.

Operis virtuosi.	Prima est con B
Temporis luctuosi.	summatio gra-
Muneris gloriosi.	tie complemẽti

Secũda consummatio moralis explementi. Tertia cõsummatio eterni supplementi. Prima pertinet ad viros morales. Secunda pertinet ad cunctos mortales Tertia pertinet ad sanctos supernales. ¶ Dico igitur q̃ est con-

q est consummatio virtuosa Et ista est illa qua boni student bona opera perficere et consummare et vsq ad consummationem et complementum in se virtutū cumulum aggregare. Quodcunq enim naturale desiderium semper est in motu et affectu quousq consummatum fuerit et completum et ideo ad virtuosum hominem pertinet q opera bona aggregationemq virtutum si inceperit perficiat compleat et cōsummat Iuxta illud quod dictum fuit de fabro ferrario.eccli. xxxviij.Cor suum dabit in consummationē operum et vigilia sua ornabit in perfectionem.Et sequitur de figulo.Cor suum dabit vt cōsummat linitionem.z vigilia sua mundabit fornacem. Et hoc est quod dicebat apls.ij.Thimo.iiij.Bonum certamen certaui cursuz consummaui.fidem seruaui.Ideo reposita est mihi corona.zc.vbi nota q consummatio.Incipitur cum profectu virtuosi laboris Dirigitur cum prospectu luminosi splendoris Perficitur cum affectu gloriosi decoris seu honoris. Primum probat pugna frequētata. Bonū certamen.Secundum fides illibata:fidem seruaui inquit. Tertiuz corona parata. ideo reposita est mihi corona.Quia procerto charissimi talis consummatio non fit nisi habeas laboris diligentiam profectiuam nisi teneas fidei vigilantiam directiuam. nisi videas glorie affluentiam allectiuam. Igitur ad hoc nos vrgeat virtus boni laboris.Bonum inquit certamen certaui.quia reuera nihil feliciter cōsummatur nisi hoc quod cuz diligentia laboratur Eccli.iiij.Usq ad mortem certa pro iusticia. vnde de consummatiōe virtuali quomodo multuz requirat dicitur.j.Mach. iiij.Quod filij israel edificauerunt sancta atria sanctificauerūt fecerunt vasa sancta noua.intulerunt cādelabrum et altare incensorum.et mensam in templum incensum posuerunt super altare.Sequitur. Et consummauerunt omnia opera que fecerunt.Igitur edificemus sancta.idest omnimodā virtutē et sanctitatē Edificemus inquit sancta idest faciam⁹ in nobis sanctitatem et puritatez.Sanctificemus atria.hoc est purificemus sensuuz vanitatem.faciam⁹ vasa sancta noua idest habeamus cordium et affectuum nouitatez. In templo vero mentis inferamus altare idest sanctā deuotionem candelabrum idest fidem z discretionem mensam.idest clementiam et compassionem incēsum idest feruorem et orationem.et sic consummabuntur in nobis virtutes per complementū et perfectionem. ad quod.scilicet nos deducet vt dictum est exercitiuz boni laboris.Bonū inquit certamen certaui. Exemplo christi qui post passionis labores dixit. Consummatum est Job.xix.Igitur ad hoc nos vrgeat virt⁹ boni laboris.Item ad hoc nos dirigat lumen veri splēdoris.scilicet fides.fidem inquit seruaui Nullum enim opus consummatur aut perficitur sine lumine directiuo.Sic teste apostolo.Sine fide impossibile est placere deo quia scilz fides est illa lux que nos dirigit ad deum cognoscendum z nos cōsummat ad virtutes habendum.Sapi.vj. Cogitare de illo sensus est consummatus.Pauo enim caudā habet oculatam.sic cauda et finis seu consummatio nostra moralis debet oculis fidei resplendere vt sic ille qui est lux vera illuminans omnē hominem.s.xps dicit illud Math.xxviij.capi. Ego autē vobiscum sum inquit supple per fidē.Item ad hoc nos erigat amor summi honoris.scz corona iusticie.idest gloria paradisi.que.s.dr corona q̄ est rotunda nō habens terminū aut initiū z que etiā daf victoribus pro triumpho.Sic gloria eterna que est ipse de⁹ menti infusus z illapsus non habz principiū neq finē seq dat victorib⁹.s.sanctis hominib⁹ pro mercede ps. Corona aurea super caput eius. Et ista etiā videt esse corona iusticie pro eo q iuste fm proportionē z differentiaz meritorū assignatur sanctis victoribus in hac corona glorie differentia gaudiorū et diuersorū stipendia premiorum. ps.Omnis cōsummationis vidi finē quasi diceret.Uisio finalis consummationis multum facit ad complementū virtuose perfectionis.Patz igitur q est quedā cōsummatio virtuosa.Secundo dico q est quedam consummatio luctuosa. Necesse est enim q omnia viuētia consummentur per mortē vnde etiā xps tūc mortalis dixit de seipso.Luc.xiij. Ecce perficio sanitates hodie:et cras et tertia die consummor. De Enoch etiam dicit Sap.iiij.Qd cōsummatus in breui expleuit tēpora multa.Tertio dico q est consummatio gloriosa.s.in vita eterna.vbi cōsummabunt z replebuntur omnia desideria beatorū vnde de ipso deo ibidem omnia cōsummante dicitur Eccli.xliij. Cōsummatio sermonū ipse est.Et sic patet q ɔsummatio aliquādo accipit in bono significato.In malo vero significato dic q in scriptura inuenit cōsummatio. D

Nature.	Prima fit per mortē corporalē.Esaie.
fortune.	x.Cōsummationē z abhominationez
Culpe.	ipse fecit Et sapi.iiij.Inuentus celeri⁹
Pene.	consummata. Secunda fit per mise-

riam temporalē.s.qnādo fortuna in homine per infortunia consummatur.Unde de luna idest de prosperitate mundana dicitur Eccli.xliij.luminare quod minuitur in consummatione mensis et Esa.xvj.Consummatus est miser zc.Tertia fit per culpam criminalem que scz in malis vsq ad consummationē crescit ps.Cōsummetur nequitia peccatorū.Quarta vero fit per miseriam eternalem.De qua Daniel.ix.Usq ad consummationem perseuerabit desolatio zc.Sufficit Uide de Complere.et de fine

Consumere.

Nota q cōsumptio nihil aliud est q rei attenuatio vel annihilatio.Et vt communiter cōsumptio naturalis fit a calido.Igitur loquendo moraliter possum dicere q consumptio in bono sumitur et in malo.Et sic dico.quod in bono est consumptio carnis que fit per abstinentiā Consumptio culpe que fit per penitentiam.Consumptio malorum que fit per iusticiam.Consumptio rerū que fit per elemosynam vel clementiam.Consumūt igitur primo carnes proprias abstinētes. qr scz omne voluptuosum et carnale debet quilibet consumere in seipso figuratus Deut.xiij. vbi precipit.Qd si aliqua ciuitas de terra israel velletz fugeret deos alienos colere habitatores eius debebat percuti et tota eius supellex comburi pariter et consumi Quia reuera si ciuitas carnis nostre que plena est malis ciuibus.id est malis motibus per carnalitatem corruptā nobis suggerat vt deo derelicto dijs alienis.idest mundi voluptatibus et vitijs debeamus adherere. ipsam debemus ꝑ temperantiam consumere.et per abstinentiam castigare vt sic quilibet sic consumptus dicat illud iob.xix. Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meum: et derelicta sunt labia circa dentes meos quia scilicet os idest ossea fortitudo pelli bone conuersationis coniungitur.et labia diuine laudi ori et dentibus applicātur quando per abstinentiam carnes superflue consumūtur.Et reuera talis consumptio.est anime illuminatio et virtutum renouatio.Nam sicut in lampade lux nutritur dum oleum consumitur.de saura etiaz lacertula dicit Isid.qd ad recuperanduz et clarificandum visum solem respicit vt humore superfluo qui obscuritatis erat causa consumpto visis ipsius restauretur. Sic lux anime.lux gratie.lux scientie nutritur et conualescit.dum carnalitatis oleum et humor consumitur et arescit.Unde.Job.xj.Cum te consumptum putaueris orieris vt lucifer. Et meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam. Et habebis fiduciam propositā tibi spe.et defossus securus dormies vt accedat illud quod scribitur Job.tricesimotertio .Cōsumpta caro eius a supplicijs reuertatur ad dies adolescentie sue.Consumunt igitur carnes proprias abstinentes. Secundo dico quod consumunt culpas norias penitentes. Ista est enim bona consumptio quando per dei misericordiam et indulgentiam per sacerdotis diligentiam .et absolutionem. per pecca-

toris penitentiam et contritionem iniquitates anime consumuntur. ps. Consumetur nequitia peccatorum. figurata in diluuio generali in quo sicut dicitur. Gene. vij. Uniuersa que in terra sunt consumpta sunt qz scilicz per lacrimarum diluuia omnia terre idest anime vitia consumuntur. vnde nota quod per penitentiam consumitur.

Superbia mentis eleuatiua. | De supbia eleuāte
Lasciuia carnis inquinatiua. | dicit. Hiere. xij. Cō
Pigricia mētis aggrauatiua. | sumptū est aĩal

et volucre. de lasciuia seu luxuria dr illd Job. xxxiij. Cōsumpta est caro eius a supplicijs. De pigritia vero dr. Hiere. vj. In igne consumptum est plumbum. Consumunt igitur culpas noxias penitētes. ¶ Tertio dico

D ꝙ consumunt gentes impias presidentes. Deus vicz et boni prelati. qui. s. consumere solent impios et peruersos dicendo illud Osee. xiij. Occurram eis quasi vrsa raptis catulis: ꝛ consumā eos ibi quasi leo. ¶ Quarto dico ꝙ consumunt opes inopibus compatientes. quia scilicet consumunt et expendunt temporalia pro eternis pauperibus elemosynas largiendo. Deut. xij. vniuersa consumas domino deo tuo. Sic igitur patz ꝙ consumptio sumi potest in bono significato. ¶ Se

E cundo principaliter dico ꝙ consumptio etiaz sumi potest in malo. Sic igitur dicam ꝙ est consumptio.

Gratie que fit peccatis et criminibus.
Fortune que fit tormentis et turbinibus.
Nature que fit mortalis destructionis conaminibꝰ.
Anime que fit finalis dominationis grauaminibus.
¶ Peccatum consumit gratie virorem.
Mors et infirmitas consumit nature decorem.
Tribulatio consumit fortune splendorem.
Damnatio vero finalis consumit anime vigorem.

¶ Dico ergo ꝙ est consumptio gratie quam facit culparuz inflāmatio. Calor enim agens in humidū radicale ipsum continue consumit quare necesse est ꝙ animal cōtinue recipiat nutrimentū. alias necesse ē ꝙ incurrat ineuitabile nocumentū Sic vere calor concupiscentie continue consumit humorem radicalem virtutum. s. per culpas veniales seu mortales. quare necesse est ꝙ nutrimentum diuine gratie seu doctrine continue sumatur ne forte tota virtutū congeries consumatur. Et ideo hodie multi spiritualiter consumūtur. qz per spiritualia nutrimenta nullatenꝰ resumūtur Job xxxvj. ca. Transibunt in gladio. ꝛ cōsumētur in stulticia. Et nota ꝙ talem consumptionem facit Qñqꝫ.

Flāma auaricie deuoratricis.
Tinea inuidie demolitricis.
Rubigo malicie et nequicie inquinatricis.

Flāma auaricie consumit pietatē. Judic. xv. Cōcremate sunt fruges intantum vt vineas et oliueta flāma cōsumeret. vinea inuidie consumit equitatē. Job. iiij. In angelis suis inuenit prauitatem: quanto magis qui habitant domos luteas: ꝛ terrenū habent fundamentum consumūtur velut a tinea. Rubigo autē malicie consumit sanctitatem Deu. xxviij. Fruges terre tue rubigo consumet. Et nota si vis quomodo hodie consumpta est in ecclesia vel in mundo.

Constantie fortitudo. | De consumptiōe cōstā
Prudentie limpitudo. | tie ꝛ fortitudinis dicitur
Confessionis certitudo. | Esa. xlix. Inuacuū labo
Contēplatiōis celsitudo. | raui sine causa ꝛ vane for

titudinem meam consumpsi. De consumptione sapiētie dicitur Tren. j. Senes mei in vrbe consumpti sunt. Senectus enim prudentiam signat. De consumptiōe autem confessionis dicitur hiere. xliiij. Consumentur omnes viri iuda. Juda enim interpretatur confessio. De consumptione vero contemplatiōis dicitur Job. vij. Consumitur nubes et pertransit. Nubes em̄ que est alta signat altitudinem contemplationis. Ista est ergo consumptio gratie quā facit culparū inflāmatio ¶ Secundo est consumptio fortune quam facit con

F tingens tribulatio qz scz mundi tribulationes tyrannorū impugnationes: diuersorū casuuz insidiationes fortune prosperitatē consumunt ꝛ fortunatos destituunt ꝛ confundūt. vñ eccl's. iiij. De carcere egreditur qs ad regnū ꝛ in regno natus inopia cōsumit. ¶ Tertio est consumptio nature. quā facit mortis impugnatio de qua Job. xviij. Consumet brachia eius primo genita mors. Et illud Job. xiiij. Homo autē cū mortuus fuerit et nudatus atqz consumptus. vbi queso est? vbi describitur quilibet sic consumptus. Ut fragiliter dispositus. Homo Ut letaliter depositus Mortuus. Ut miserabiliter expositus: Nudatus. Ut dubitabiliter repositꝰ. vbi inquit queso est. Ista est ergo consumptio nature quam facit mortis impugnatio. Treno. j. Senes mei in vrbe consumpti sunt. ¶ Quarto dico ꝙ est consumptio anime quam facit tormentorum aggrauatio. s. damnatio eterna que consumit omne gaudiū ab eadē scz anima: vñ dñs dicit ezech. xxij. In igne ire mee consumpsi eos: vnde de omnibus malis potest generaliter dici illud Hiere. xvj. In sterquilinium super faciem terre erunt gladio et fame consumentur ꝛ erūt cadauera eorum in escaz volatilibus celi et bestijs terre. Et hec de consumere sufficiant.

Consurgere. Nota ꝙ consurgere idē est qd complete surgere vel siml' sur A
gere. vel cōfestim surgere. Et signat in bono et in malo. In bono signat perfectā de inferioribus ad superiora eleuationem mentis erectionē. terrenorū contemptū. et celestium affectionē ꝛ ꝯtemplationē. vñ Hiere. vj. Consurgite ascendamus in meridiē in malo vero designat citam ꝛ celerem ad malū proruptionē maliciosaz machinationē ꝛ ꝯtra bonos cōspirationē. sicut Nūe. xiiij. Multitudo pessima que consurrexit aduersuz me in deserto morietur. Et. j. paral'. xxj. Consurrexit sathā cōtra israel et Mich. vij. filia consurget aduersus matrem suam. ¶ De bona igitur consurrectione aliquid est dicendū. Nam sicut signa orientalia ꝛ stelle orientis non cessant ascendere et consurgere quousqꝫ ad celi medium ꝛ ad meridiei punctū perueniāt ꝯsurgēdo Sic bona mens ꝛ quelibet bona persona ab inferiori terrenorū amore. ꝛ a vitiorū depressione. debet consurgere. ꝛ sursum per affectū ad celestia se leuare. quousqꝫ ad mediū celi ꝛ ad meridiez claritatis ꝛ felicitatis ipꝫ contigerit realiter peruenire. Hieremi. xlix. Consurgite et ascendite ad gentem quietam et habitantem confidenter ait dominus. Ideo bene consulitur anime. vel cuilibet viro iusto. Esaie. lij. Consurge consurge induere fortitudine tua syon. vbi aduerte quod quia mūdus est locus profundus vbi carceramur. Nefandus vbi spoliamur. infectus vbi infirmamur. Obscurus vbi excecamur. Ideo consurgendum est. vt liberemur a depressione mortalis itineris. Consurge consurge. Ut adornemur conuersatione moralis tegminis. Induere. Ut roboremur solidatione vitalis flaminis. fortitudine. Ut illustremur contemplatione mentalis. Luminis syon. Per talem enim consurrectionem. Erigimur a mundi carcere. Consurge cōsurge. Induimur virtutum pondere. Induere inquit. Solidamur spiritus robore. fortitudine tua. Illustramur sophie sydere. Syon. que interpretatur specula. Igitur necesse est si bene vis consurgere. Ut dimittatur terrena bassitudo quia locus est inficiens. Consurge consurge. Ut acquiratur virtutum pulcritudo quia status est proficiens. Ut fulciatur animi firmitudo quia virtus est Induere sufficiens fortitudine. Ut videatur celestis plenitudo quia fructus est alliciens syon. ¶ Dico ergo quod talis consurrectio facit dimitti terrenaz B
bassitudinem quod ostenditur cum dicitur. Consurge consurge Res enim que consurgit alta petit et inferiora dimittit sicut patet de elementis que habent motū suū naturalē a cētro ad circunferētiā. q̄ in ymo nisi violēter detineri nō pñt. Sic ꝛ ce aius humanꝰ cuiꝰ natura est ad alta consurgere alta contemplari et aspicere eterna velle et appetere. non debet in inferioribus

et terrenis

et terrenis quiescere sed per contemptum ab eis velociter resilire. Consurge inquit consurge. id est confestim surge. Quia sicut dicitur. Prouerbiorum.xj. Bene consurgit diluculo qui querit bona. Bona dico eterna cum cetera proprie non sint bona vnde Seneca.epistola.xxviij. Magnus erat labor ire in celum vadit audacter anim⁹ cōtemptor omniū rc.nec ad pecuniam eespicit aurū argentūq₃ illis in quibus iacuere tenebris dignissima non ad hoc extimat. Et nota si vis q₃ consurgendū est ab infimis et etiā a peccato cū.
Humili reuerentia. De reuerētia dr leui.xix.Coram cano capite cōsurge.Et j.Regū.xxv. de abigail dicit Quod cōsurgens adorauit prona in terrā audito. sc₃ q₃ dauid ipsam in vxorē accipe reuolebat de permanētia dr.
Stabili pmanentia.
Nobili presidētia.
Feruenti diligentia.
Decenti apparentia.
Splendēti sapiētia.
Lugenti penitētia.
Exod.ix. Mane consurge et sta. De presidentia vero τ eminentia dicitur Job.xxxviij. q₃ deus aurorā super filios terre consurgere facit. De diligentia dicitur Job. vij. Si dormiero dico quando cousurgam Et Job.j. Consurgens diluculo offerebat holocaustum. Consurgere enim diluculo vel mane vel de nocte diligentiā signat. De honesta apparentia dicitur Cātic.vj. Qua si aurora consurgens pulcra vt luna electa vt sol. De sapientia autē τ scientia dicitur Job.xj. Meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam. De penitentia dr.j. Regū.xxv. Consurgens dauid venit in desertum rc. Sed reuera multi sunt qui sic nō consurgunt ad bonū sed potius ad iniquitatem et ad malum. ❡ Unde nota q₃ econuerso mali consurgunt Ad.
Alios inuadendum maliciose. Isti dico consurgūt ad malitiose inuadendū sicut de caym dicit Gen.iiij. Cōsurrexit caym aduersus fratrem suum abel.
Uirgines opprimēdū luxuriose.
Homines occidēdū pditiose.
Tumultū suscitādū seditiose.
Calices hauriendū delitiose.
Iniqua cogitandū pernitiose
Itē consurgunt ad luxuriose corrumpendu₃.vnde Deutro.xxij.dicitur.q₃ oppressor virginis consurrexit sicut latro contra eam. Itē ad proditiose occidendum.vnde Job.xxiiij. Mane consurgit homicida ad interficiendū egenū τ pauperē. Item ad seditiose tumultuandū. Osee.x. Consurget tumultus in populo. Item ad delitiose viuendum seu potandu₃ Esai.v. Ue qui potentes estis ad bibendum vinum.et qui mane surgitis ad ebrietatem. Item ad pernitiose cogitandum et affectandum Unde Sophō.iij. Diluculo consurgentes corruperunt omnes cogitationes suas. Non sic charissimi s₃ consurgamus ad opera virtuosa τ ad celestia meditanda. Iuxta illud colo.iij. Si consurrexistis cum xp̄o q̄ sursum sunt querite.vbi xp̄s est in dei maiestate sedens.que sursum sunt sapite.nō que super terra₃.patet igitur q₃ spiritalis consurrectio facit dimitti terrenam bassitudinem. Consurge inqt consurge Esaie.lj. Eleuare eleuare consurge hierusalē que bibisti in manu domini. ❡ Secūdo dico q₃ talis
C cōsurrectio facit acquiri virtutū pulcritudinē. Indue re inquit. Indumenta enim anime sunt virtutes sine quibus anima non consurgit q₃ sc₃ sicut auis sursum non se eleuat sine vestimento plumarū sic nec mēs spiritualiter consurgit sine vestimento virtutum. Unde Esa.lij. Induere fortitudinem consurge sicut in dieb⁹ antiquis rc. Uide infra de Indumentis et vestimētis in titulis suis. ❡ Tertio dico q₃ talis consurrectio solet requirere animi firmitudinem fortitudine inquit Necesse est enim q₃ fortitudo interior operetur ad hoc q₃ corpus volucris superius eleuetur. Sic vere necessaria est virtus spiritualis fortitudinis ad hoc q₃ mens consurgat ab infimis. Esaie.lj. Consurge consurge induere fortitudinem brachium domini. Et.j.paralip. Consurrexerunt singuli virorum fortium.rc. Dilata de fortitudine sicut infra τ inuehe contra illos qui nō videntur habere fortitudinem aliqualem.quia nō cōsurgunt nec a vitijs nec a terrenis. Contra quos τ maxime contra auaros dicitur. Hieremie.lj. In calore eorum ponam potus eius.inebriabo eos vt sopiantur et dormiant somnum sempiternum et non consurgant. Et pone bene quomodo homo quando est in calore inordinate bibit et non aduertit q₃ inebriatur et dormit. Sic calore auaricie estuans solet inconsiderate temporalia bibere et dum non cauet inebriatur taliter terrenorum amore q₃ ibi per obstinationem dormire et quiescere cogitur.ita q₃ non consurgit amplius aut leuat. Non sic sed qui vult bene cōsurgere habeat animi firmitatem. ❡ Quarto habere debet sensuum limpitudinem.syon idest specula. Accipiter enim q₂ clarū habet visum et de longe potest videre predam allicientem D
cito solet consurgere et altissime se leuare. Sic ille qui sensus et considerationis claritatem hab₃. delonge.s. de isto mundo.predam allicientem scilicet bona paradisi videt.τ sic cito terrena contemnendo deserit τ ad eterna volitat et consurgit. Sit ergo syon speculator et clarissimus contēplator. Cātico.iij. Egredimini filie syon et videte regem salomonē in dyademate. Egredimini.inquit.sc₃ mundū inficientem vos: animeque estis syon idest speculatrices per discretum sensu₃ τ intelligentem. Et videte regem xp̄m coronatum in celo. vt attrahentem ad consurgendum τ allicientem.τ iiij. Regum.iij. Consurgens israel.idest videns deum.percussit moab.rc. Uide infra de syon in litera.S. Patet igitur quomodo ad consurgendum spiritualiter oportet videre fructum allicientem Syon inquit. Oportet habere virtutē p̄sufficientem fortitudinem. Oportet splendere per vitam moralem atq₃ decentem.induere Oportet horrere locum infimum.idest mundum inficientem. Consurge consurge rc.

Contaminare.

Nota q₃ cōtaminare idē est q₃ inficere vel fedare. A
Est igitur contaminatio loquendo moraliter idem qđ spiritualis inquinatio vel peccatum. Ideo peccatori dicitur illud Baruch.iij. Quid est israel q₃ in terra inimicoru₃ es: inueterasti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis.deputatus es cum his qui sunt in inferno dereliquisti fontem sapientie.et Ose.v.et.vj. fornicatus est effraym.contaminatus est israel. Et ideo sicut qui corporaliter est contaminatus et immund⁹ omnē locum vbi habitat contaminat atq₃ fedat. Sic peccator per mala dicta opera τ exempla polluit et cōtaminat τ locu₃ vbi habitat.et personas quas visitat et homines quos frequentat quicquid enim tetigerit immundus. immundum faciet. Numer.xix. Ideo de malis ecclesiasticis qui fedant et contaminant domū dei conqueritur dominus in scriptura dicens Hier.ij. Ingressi contaminastis terram meam et hereditatem meam posuistis in abhominatione₃. Et nota si vis q₃ mali contaminati sunt in se et alios contaminant
Per vilis carnalitatis actum.
Per male societatis tactum. B
Per dire crudelitatis factum.
Per laute gulositatis victum.
Per male loquacitatis dictum.
❡ Contaminantur dico aliqui per actum luxuriose carnalitatis vnde Leuiti.xix.dicitur. Non prostituas filiam tuam vt contaminetur in terra.figura de leproso per quem luxuriosi figurantur. De quo dicitur. Leuiti.xiij. Quod habere debebat vestimentum dissutū. os veste contectum caput nudum. et contaminatum et sordidum se clamare. Unde de talibus immundis: et luxuriosis leprosis qui.scilicet vestes sue conuersationis solent per insolentiam dissuere os sue locutionis solent per ambages et dissimulationes contegere caput sue intentionis nesciunt bene celare sed omnibus solent inuerecunde nudare. Et detegere. et propter hoc merito possunt contaminatos et sordidos se clamare. dicitur Malachie. secundo. ❡ Contaminauit iudas sanctificationem domini. Isti igitur

contaminantur per actum luxuriose carnalitatis. ¶ Secūdo dico ꝙ quidā contaminant ꝛ ꝯtaminant per tactū vitiose societatis. In lege eniꝫ qui morticina vel etiā quecūqꝫ immūda aīalia tangebāt cōtaminabantur ꝛ polluti ꝛ immūdi reputabātur. Sic vere immundus et corruptus peccator quoscūqꝫ tangit et associat. inficit atqꝫ fedat. Leui. xj. Quisquis tetigerit illud cōtaminabitur. Ideo precipitur Leuit. xxj. Quod sacerdos ad mortuū non ingredietur ne cōtaminetur in morte ciuium suorū. Tertio dico ꝙ quidam contaminantur per factum seditiose crudelitatis. Sanguis enī super omnia cōtaminat vestes albas. Sic homicidiū ꝛ rapina que per sanguinē designantur Ezech. ix. Contaminate domum et replete atria interfectis. Et Hiere. xvj. Cōtaminauerūt terrā morticiniis. ¶ Quarto cōtaminātur per victū deliciose gulositatis Ezech. ix. Omnes qui comedūt cōtaminabuntur. ¶ Quinto quidā cōtaminantur per dicta inuidiose loquacitatis scilicet per verba detractoria et immunda. Inter cetera contaminatiua summe fedat ꝛ maculat fetor oris. Sic valde solet famam fedare ꝛ inficere fetens locutio detractoris. Ideo de semine fluente per qđ loquaꝛ ꝛ detractor intelligitur qui. s. semen verborū malorū vbiqꝫ seminat ꝛ diffundit. pcipitur Nume. v. Leprosum et q̄ semine fluit de castris eijcite. ne cōtaminent ea cū habitauerint vobiscum ꝛc. Sufficit vide infra de Macula in litera. M. Et de polluere et Inquinare.

Contemnere. Nota ꝙ cōtemnere sumit in bono ꝛ in malo. In bono
A enim signat mundi et peccati detestationē peccati fugam ꝛ vitationē. ꝛ omnis mali resilitionē ꝛ abbominationem. De quo Hiero. ait. facile cōtemnit omnia qui se semꝑ cogitat moriturū. In malo vero signat sui reputationē. aliorū derisionē et reiectionē ꝛ toti⁹ boni displicentiā. Eccli. xlix. Cōtempserunt timorē domini. ¶ Dicamus ergo de bono contemptu Deus enim plantauit in anima virtutē irascibilē vt aīa per eā posset malū contēnere. ꝛ quadā virtuosa superbia vitia fugere contra ea indignari ꝛ a transitorijs resilire. Sicut enim videm⁹ ꝙ aues natando cū pedibus aquā retro pellunt ꝛ quasi eā despicientes reijciunt quod etiā remiges faciunt remigādo. quia. s. nec nauis nec auis ad anteriora trahitur nisi aqua posteri⁹ repellat. Sic dico ꝙ si volumus ad anteriora celi bona nos traducere necesse est per contemptū omnia aqua idest omnia fluxibilia reijcere ꝛ horrere. Nam sicut dicit Petrus Rauennas in quodā sermone. Aurum erogare. bonum reponere: malum contemnere: validum fugere securum. Nam sicut vincere virtus est. sic est felicitas euasisse. Igitur dico ꝙ bonum est ꝙ Contemnas.

Teipsum tanꝙ defectiuum.
B Mundū tanꝙ deceptiuum
Peccatū tanꝙ infectiuū.

Contēne ergo teipsum ꝓprios defect⁹ considerando. quia reuera ille faciliter se despicit qui ad ꝓprios defectus attendit. Nonne de pauone legitur. ꝙ rotaꝫ caude sue deponit. qñ pedum deformitatē respicit? Quia vere q̄ bene deformitates suas et defectus respiceret non faciliter alios despiceret. sed se potius vilipēderet. similis ceruo qui ꝙuis sit animal magnū ꝛ velox solet tñ cornua sepissime submittere ꝛ aliquādo. s. semel in anno deponere ꝛ dimittere ad denotandū ꝙ cornua supbie sunt dimittenda: ꝛ omnis inanis gloria cōtemnenda vnde Criso. omel. iiij. Si gloriam cupis. gloriā despice et eris omnibus gloriosior. Seneca in de beneficijs. ꝗ Contemnit oīa qui ad contemptū suī venit vis habere omnia cōtemne oīa. Isti enim ꝓm Bern. sunt quatuor gradus humilitatis in hoc versu. Spernere mundum spernere nullū spernere sese. Spernere se sperni quatuor ista deus. Contemne ergo teipsum proprios defectus
C considerando. ¶ Secūdo contēne mundū ipsi⁹ successus vituperando. Quia reuera viri iusti debēt contemnere tanꝙ vana et deceptoria oīa bona mundi. s. diuitias delicias ꝛ honores. ꝛ ipsa habere quasi nō habere, et in mundo esse quasi non esse et sicut nauis in mari transire. et ibidem non sistere sed meare. Narrat enim Pomponius ꝙ in egypto in lacu chemius erat insula natatilis. vbi non solū erant arbores immo etiā solis templū que. s. in eodē loco nunꝙ permanebat. nec terre aut littoribus adherebat sed per lacū sup aquas fluitabat. ꝛ ad modicū venti flatum continue se mouebat Sic vere dico ꝙ viri iusti. quorū quidā sunt templū. i. clerici et contemplatiui. j. Co. iij. Tēplū dei sanctū est quod estis vos. Quidam sunt arbores. idest. fructuosi et actiui Mat. viij. Uidi homines quasi arbores. duꝫ sunt in lacu miseriarū huius mundi in ipsa insula mobili idest fortune mobilitati subiecti: non debēt per cōplacentiam sistere. sed per contemptū mutabilium ad spiritussancti flatū tanꝙ peregrini ꝛ hospites in hoc seculo pertransire nec aliquibus mundi bonis per cōplacentiam adherere. sed potius acsi de hoc mūdo nō essent ipsa contemnere et horrere dicentes cū didimo rege bragmannorū in epistola ad Alexandrū Nos non sumus mundi hospites sed aduene. et sic intrauimus in hunc mundū vt manere nobis non liceat ꝫ transire Et apostolus Heb. xiij. Non habemus hic manenteꝫ ciuitatē. sed futurā inquirimus. Ideo de tali mūdi cōtemptu dicit Cris. super heb. sermone. xxv. Contēne diuitias et eris locuplex: gloriā ꝛ eris gloriosus: inimicorum supplicia ꝛ eos superabis. Aduerte tamē ꝙ nō solum non sunt contēnenda mundi prospera, ꝫ etiā aspera et aduersa. vnde Seneca. epistola. cvij. enumeratis infinitis īfortunijs que sunt humane mortalitatis tributa subdit. Effugere inquit ista non potes. contemnes autem si sepe cogitaueris et futura presumpseris. omnis enim ad ea que premeditata sunt durius obsistit. et contra imparatus etiam leuissima expauit id quoqꝫ agendum est ne quid nobis somniatum sit. Sequitur. Optimū est pati quod emendare non possis. Contemne ergo mundū ipsius successus vituperando D

¶ Tertio oportet ꝙ tu contēnas peccatū. Illa enī que nobilis sunt nature. contēnunt ignobilibus se submittere. et indignati a taliū seruitute deprimi solent cum violentia resilire. patet de igne cuius est natura sursuꝫ esse qui si sub terra tenetur. quasi sub aliena seruitute retentus solet terram rumpere ꝛ exire. Sic dico ꝙ mēs humana cuius conditio debet esse libera q̄ non est ancille filia sed libere. Gal. iiij. et que sursum hꝫ circa celestia nobiliter conuersari. valde debet peccatū et peccati seruitutem contenere ꝛ ei submitti penitus abhorrere et cito inde cum violenti displicētia retroire. Ideo bene dicit Augu. lib. de cathezizandis rudibus ꝛ ponit in decreto. xxxviij. dist plus sunt contemnenda et precauenda vitia morum ꝙ verborum. Et sic patet qđ est triplex contemptus bonus et virtuosus. scilicet. Sui E
mundi ꝛ peccati. ¶ Secundo principaliter dico quod est multiplex contemptus malus et perniciosus. Et sic dicam quod Contemnitur.

Deus a peccatoribus.
Prelatus a susurronibus.
Pauper ab abundantibus
Malus a presumentibus.
Cruciatus a peccatoribus.
Paradisus ab ignorantibus.

Est igitur cōtemptus quo contemnitur diuina maiestas quia multi sunt qui contemnunt dei verba et imperia dei mandata et iudicia. dei bonitatem et longanimitatem. dei potestatem et seueritatem De contemptu verbi dei dicitur. ij. Regum. xij. Quare contempsisti verbum domini vt faceres malum in conspectu ei⁹ De contemptu imperij seu mandati diuini dicitur. Nume. xix. Cōtempsistis imperium domini ꝛ non credidistis ei et vocem eius audire noluistis. De contemptu iudiciorum diuinorum dicitur Ezech. v. Hierusalem contempsit iudicia mea et precepta. Ut plus esset impia quam gentes. De contemptu diuine bonitatis ꝛ clemētie dicitur. Roma. ij. An diuitias bonitatis dei cō

dei cõtemnitis ⁊ patiẽtie ⁊ lõganimitatis. De contem
ptu vero diuine potestatis ⁊ iusticie dicitur Eccli.xlix.
Reges iude defecerunt ⁊ contempserunt timorem do
mini et sapientie.xiiij. Male senserunt de deo seruien
tes idolis. iniuste iurauerunt in dolo cõtemnentes iu
sticiam. Tales igitur dei contemptores deberent time
re ne contra eos indignetur. Sicut enim dicit. Jacob
in lib. de mirabilibus orientalium regionum. Aliqui
sunt ingrati filij pellicani. qui dato ꝙ se vidẽt matris
sanguine viuificatos. et ipsam propter sanguinẽ emis
sum debilitatam ipsi tamen sibi non compatiuntur
sed vilipendunt nec eidem subueniunt sed contemnũt
mater vero tandem sanata filios sui contemptores de
nido suo eijcit. ipsosq; verberat et expellit sic vere deus
propter nos dudum in cruce vulneratus. ⁊ pro nostra
viuificatione proprio sanguine vacuatus illos ingra-
tos filios qui nunc ipsum contẽnunt finaliter puniet
et a nido paradisi ipsos reijciet et repellet. Leuit.xxvj.
Si non audieritis me ⁊ precepta mea si spreueritis le
ges meas. ⁊ iudicia mea contempseritis. sequitur. Ui-
sitabo vos velociter in egestate ⁊ ardore. qui conficiet
oculos vestros et cõsumet animas vestras patet ergo
quomodo contemnitur diuina maiestas. ¶ Secũdo
F dico ꝙ a malis contemnitur prelati potestas mali enim
subditi faciliter contemnunt prelatum si sit benign⁹
et odiunt si sit seuerus sicut de rege dato ranis per io-
uem dicitur in fabulis quia primo datum eis truncũ
in regem contempserunt quia se non mouebat. et po-
stea datum hydrum oderunt quia eas comedebat. De
talibus ergo proteruis subditis dicere potest prelatus
illud quod dicebat miphiboseth claudus de seruo suo
Seruus inquit meus contempsit me q; procerto mali
serui hodie contemnunt dominos suos ⁊ prelatos. et
non mirum si hoc faciunt quando ipsos vident defe-
ctuosos et claudicantes cum hoc etiam faciant dato
ꝙ sunt iusti et seueriter presidentes. Figuratur in vasti
superba de qua dicitur Hester.j. Quod ipsa contem-
psit venire ad regem dominum suum propter quod de
posita coronam perdidit atq; regnũ. Jdeo contra istos
dicitur Prouerb.xxix. Qui corripientẽ se dura ceruice
contemnit repentinus ei superueniet interit⁹. ¶ Ter
tio dico. ꝙ a malis contemnitur pauperis egestas fa
cta ei vel dicta pauperum ꝙ̃ꝙ̃ vtilia et prudentia. ab
alijs contemnuntur Job.xij. Deridetur iusti simplici
tas lampas apud cogitationes diuitum parata ad tẽ
pus statutum ⁊ Eccls.ix. Sapientia pauperis contẽ-
pta est. Contemnitur ergo a malis pauperis egestas.
G ¶ Quarto dico ꝙ ab indiscretis contemnitur malo-
rum inhonestas. Reprehensibiles sunt enim boni qui
peccatores contemnunt q; magis deberent de seipsis
timere vnde Greg.xxv. moraliũ. Quod sum⁹ hodie no
uimus. qđ autem post paululum esse possumus igno
ramus. Hi vero quos fortasse despicimus. et tarde
quidem possunt incipere ⁊ vitam nostram feruentiori
bus studijs anteire. Timendum itaq; nobis est ne no
bis cadentibus resurgat qui nobis stãtibus irridetur
Quis stare non nouit qui non stantes deridere nouit.
vnde Math.xviij. Uidete ne contemnatis vnũ ex pu-
H sillis istis minimis. ¶ Quinto dico. ꝙ contemnitur
a malis ⁊ obstinatis inferni cruciatus et penalitas.
Unde de malis qui euacuarũt timorẽ dei dicitur Job.
xxxix. Contẽnit pauorẽ nec cedit gladio ⁊ ideo de ipsis
poterit dici illud Heb.xij. Proposito sibi gaudio susti
nuit crucẽ cõfusione contẽpta q; isti dũ gaudiũ p̃ñtis
leticie eis ꝓponit futurã ꝯfusionẽ cõtemnũt ⁊ sic ad
crucẽ. idest ad inferni cruciatũ ducũtur. ¶ Sexto di-
co ꝙ cõtemnit a malis paradisi successus et felicitas.
Unde illud Ro.ij. An diuitias bonitatis ei⁹ cõtẽnis.
Dẽs ergo isti sunt mali cõtemptores. sed reuera ordo
mutabitur in futurũ. q; videlz contemptores finaliter
cõtemnẽtur illi vero qui nunc sunt cõtemptibiles ho
norabũtur. cõtemptorib⁹ enim dr. Esa.xxxiij. Ue qui sper
nis nonne et ipse sperneris. cũ fatigatus desieris con-
temnere contẽneris. De conteptibilib⁹ vero ⁊ paupe-
ribus dr Esa.xlix. Hec dicit dominus ad contẽptibilẽ
aiam ⁊ ad seruũ dominorũ ⁊.j. Corin.j. dr Contẽptibi
lia mũdi eligit deus ⁊c. sufficiat de contemptu vide in
fra indignari. fugere. et spernere deficere.

Contemplatio. Nota ꝙ ꝯtemplatio est A
virt⁹ per quã mens a ter
renis ⁊ caducis erigitur. ⁊ sursũ ad ꝯsiderationẽ eter
norũ leuatur vt enim dicit Greg.v. mora. Mens nostra
nullo modo ad vim intime cõtemplatiõis rapitur ni
si prius sopiatur. Jgitur cũ contemplatio solũ ꝑtineat
ad viros perfectos notabo ꝙ sicut nobiles creature
sunt situ altiores. lumine clariores. apparẽtia pulcrio
res. sicut patet de stellis et sideribus. Sic vere illi qui
nobilitate morũ ⁊ bonitate alios p̃cellunt. debent esse
pulcriores in cõuersatione: clariores in discretione: al
tiores ⁊ eleuatiores in contẽplatiõe. Unde Sene. dicit
epistola.xxiij. ꝙ animus debet esse fidelis. ⁊ alacer. ⁊ su
per omnia erectus. Nautilus enim monstrũ est marinũ
quod mirabilis est nature fm Pli.li.xiiij. ca.xxvij. Uo
lens enim per mare cito natare. timẽs propriã graui-
tatez: solet aquã maris de proprio corpore per fistulas
eijcere. et tandẽ brachia cũ mẽbrana seu pellicula quã
hz supra caput alte pro velo erigit ⁊ cũ posteriorib⁹ pe
dibus remigans. ⁊ ꝓpria cauda se dirigẽs seu regens
per maria tutus vadit ⁊ si tñ timendi causam habuit
deposito velo aquã vt fiat ponderosus rebibit. ⁊ in pro
fundũ equoris se imergit Sic reuera dico ꝙ illi qui per
mare hui⁹ mundi volunt leuiter sine periculo trãsire
et vitã transigere. debẽt om̃e põdus aque. i. fluxibilitũ
terrenorũ reijcere contemnendo ⁊ realiter si sit necesse
pauperib⁹ erogãdo Math.xix. Ecce nos relinquim⁹
omnia velũ cordis sursum erigere celestia contẽplãdo:
brachia amoris sursum extẽdere eterna amplexando.
et desiderando. vt sic leuiter possit trãsnatare ad eter-
na feliciter volitando. Esa.xxiij. Transi terrã tuã qua
si flumẽ filia maris sequitur. Consurges transfreta.
Si autẽ talis cõtẽplatiuus insidiatorẽ diabolũ timue
rit vtpote ꝙ de vana gloria vel de alio peccato ipsum
tentare contẽdit statim debet hausta aqua salsa lacri
mose contritionis ad ꝓfundum maris. i. ad ꝯsidera-
tionẽ amaritudinis inferni ⁊ mortis descendere et sic
a periculo poterit se saluare. q; scz vir perfectus loco ⁊
tempore se debet per contemplationez erigere. et loco
et tẽpore debet per timorem ⁊ considerationem descẽ-
dere Juxta illud Num.xix. Ad imperium dñi erigebãt
tentoria et ad imperiũ domini deponebãt. vnde Aba.
ij. dicitur. Super custodiam meam stabo ⁊ contempla
bor vt videam. Et nota ꝙ contemplanda est.
Eternorum opulentia que reficit.
Creaturarum excellentia que perficit. B
Interna sapientia que sufficit.
Humana diligentia que proficit.
Diuina prouidentia que non deficit.
¶ De opulentia et delicijs superioribus dicitur. Nu-
me.xxvij. Ascende in montẽ istuz abarim ⁊ contempla
re inde terram quam daturus sum filijs israel. et Job.
xxxix. dicitur. quod de longe contemplatur escam. ⁊ lo
quitur de aquila idest. de quolibet clareuidente. De re
rum excellentia potest dici illud. Job.xxxv. Suspice ce
lum ⁊ intuere et contemplare ethera an altior te sit.
De contemplãda interna sapientia. dicitur. Ecclesia.
ij. Transiui ad contemplandam sapientiam. De con-
templanda externa diligentia dicitur Ecclesiasti.iiij.
Rursus contemplatus sum omnes labores hominũ
et industrias. De diuina prouidentia vel prudentia di
citur Eccclesiastes.j. Mens mea cõtemplata est mul
ta sapienter. et didici vt scirem prudentiam. Multa
possunt dici de materia contemplationis. sed deficiũt
auctoritates vocales et in infinitis ti. in hoc opere fit
mentio de eadem. Uide ergo de videre de israel. de sur
sum de ascendere et surgere. de altitude sublimis excel
sus et cetera similia.

Contentio. Nota q̄ cōtendere accipit pro ɔtradicere. repugnare rixari di scordare. vel rebellare. Potissime aūt sumitur in scriptura. pro illa cōtrouersia vel allegatione que fit in iudicio inter iudicē et partē vel etiā inter ipsas partes. Hiere. ij. Adhuc in iudicio contendam vobiscum. In q̄tum vero denotat discordiam seu dissensionem nota q̄ contentio oritur quandoq̄ ex

Inflata p̄sumptione.
Elata iurisditione.
Maligna cogitatione
Inuida emulatiōe.
Ipocritica carnis maceratione.
Carnali inquinatiōe.

Dico ergo q̄ quidā cōtendunt ex p̄sumptiōe inflata sicut de discipulis dr̄. Luc. xxij. c. q̄ orta est cōtentio inter eos q̄s eorū videret esse maior. Alij ex iurisditiōe elata ps. Effusa est cōtentio super principes alij contendunt ex cogitatione corrumpente. Jac. iij. Contentiones sunt in cordibus vestris alij contendunt ex emulatione inuida. phil. j. quidā propter inuidiā et contentionē x̄pm annunciant q̄dā contendunt ex māceratione ꝛ abstinentia ficta Esaie lviij. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis. Alij contendūt ex carnis inquinatione immūda. q̄r. s. sicut dr̄. Gal. v. Opera carnis sunt fornicatio. immūdicia ꝛc. sequitur. Contētiones inimicicie ꝛ emulationes. A talibus ergo cōtentionibus est fugienū ꝛ sagaciter recedendum. q̄r sicut dicitur Prouer. xx. Honor est homini qui seperat se a cōtentionibus vide de discordia: et contradictione et dissensione ꝛc.

A **Contritio.** Nota q̄ ɔtritio in scriptura idē est qd̄ destructio. ɔfusio consumptio et dissipatio ꝛ ideo vt cōiter cōtritio accipit p̄ tribulatione. Hiere. xix. Conterā eos sicut cōteritur vas figuli sicut em̄ res que cōteritur in minutas p̄ticulas diuiditur ꝛ diminuitur. sic ille dr̄ cōteri qui ab integritate ꝛ fortitudine ꝛ prosperitate ad nihilū deducitur vnde ps. Quasi leo sic contriuit oīa ossa mea Usitatiori tn̄ vocabulo cōtritio accipit pro quodā motu voluntatis in deū cū displicentia peccatorū q̄r tn̄ in pluribus hui⁹ operis p̄tibus de cōtritione hmōi pluries est tractatū vel tractabit in futurū. Ideo parū intēdo dicere de predictis hoc solum adiungens qd̄ sicut in musto q̄dā magn⁹ calor ꝛ feruor facit totā vini substātiam ebullire cui⁹ virtute purū ab impuro diuiditur ꝛ vini substātia tota feculētia purgat ꝛ ad fundū doliȷ descendēs totā vini substātiā reddit purā. Sic vere carissimi q̄si feruor cōpunctionis in corde nostro succensus fuerit. ipsum facit statim ebullire p̄ contritiones ꝛ purū ab impuro diuidere per discretionē ꝛ feces peccatorū emittere per ɔfessionē ipsasq̄ ad fundū cordis descendere per iugē memoriā ꝛ recordationē. De tali ergo ebullitione ɔtritionis pōt dici illud. ps. Cōmouisti terrā et cōturbasti eam: sana ɔtritiones eius. quia cōmota est: vel illud Hiere. xiiij. Deducāt oculi mei lachrymas per diem ac noctē ꝛ non taceant q̄r cōtritione magna contrita est virgo filia mea. In quibus verbis aduerte quod contritio debet.

B
Promi realiter.
Loqui vocaliter.
Pungi mentaliter.

Primū p̄bat flumē liquoris. lachrymas. Secundum clo- quium clamoris non taceant Tertium supplicium doloris Contritione. Debet em̄ homo qui perfecte conteritur habere.

In oculis lachrymationem.
In labijs confessionem.
In anima compunctionem. Sit igitur.

In oculis liquoris lotura.
In labijs clamoris lectura.
In anima doloris pūctura.

Dico igitur primo q̄ illi qui perfecte volunt cōteri debēt habere loturam liquoris. s. lachrymationem. Deducāt inquit. oculi mei lachrymas. Sicut enim video q̄ per igneum calorem qui est in capella rosarum ipe dissoluuntur. ita q̄ p̄ exteriora foramina aqua stillat sicut etiam per pondus lapidis ex oliuis solet oleum distillare sicut insuper per calorem inclusum in nube solēt vapores dissolui. ita q̄ inde solet pluuia emanare. Sic procerto quando pondus boni operis ꝛ diuini timoris premit cor humanum et quando ignis et calor cōtritionis ipsum coartat tunc quandoq̄ per compunctionē dissoluitur. ita q̄ inde liquor et pluuia lachrymarum distillatur. ex quo procerto aer conscientie serenatur. et terra corporis nostri bonis temporibus fecundatur. vnde psalmista. Lachrymis meis stratum meū rigabo. ꝛ Hiere. ix. Quis dabit capiti meo aquā et oculis meis fontē lachrymarū ꝛ plorabo die ac nocte. De cōtritione aūt hmōi dicitur Tren. ij. Consolabor te virgo filia syon. q̄r magna velut mare contritio tua. Ubi nota q̄ ista lacrimatio debet esse. Mentaliter iocūdans. Cōsolabor ꝛc. Fertiliter fecūdās magna Salubriter mundans velut mare. Ista tn̄ charissimi sunt cōtra multos. qui reuera faciliter lacrimātur sed faciliter ꝛ inaniter iocūdantur ꝛ si quandoq̄ propter delicta ad lacrimas inclinātur. statim ad peccata p̄terita reuertūtur. similes crocodilo qui fm̄. Pli. occidit hominē iuxta flumē ambulantē quem cū viderit mortuū pro eo lacrimatur ꝛ plorat: ipm̄ tamē finaliter deuorat et māducat. Sic vere charissimi multi sunt qui hominē. i. animā quā per peccatū occiderūt lacrimātur quādoq̄ sed statim transacto luctu et cessante contritionis dolore ad ipsam per vitia deuorandā iterū conuertūtur. Nō sic charissimi nō. sed habeamus perfectas lacrimas ꝛ perseuerātes qd̄ ostēditur cū dicitur Deducāt oculi mei lacrimas per diē ꝛ noctē. Hoc est dictu semper et quotidie. q̄r scʒ vlulat⁹ et lacrime sunt signa contritionis perfecte. vnde Esa. lxv. Clamabitis pre dolore cordis: ꝛ pre cōtritione spūs vlulabitis. Patet ergo q̄ in cōtritione debet esse lotura liquoris purificatiui. s. lacrimarū. ¶ Secundo dico q̄ ibi dʒ esse lectura clamoris manifestatiui. scʒ clamoris cōfessionis. qd̄ ostendit cū dr̄. Nō taceant. Sicut enim ignis inclusus in nube humida rumpit nubem et facit tonitruum Sic vere charissimi ignis contritionis si in nube cordis nostri fuerit inclusus ipsam nubē idest ip̄m cor necessario habet rumpere et aperire et tonitruum ɔfessionis exterius emittere. Non taceant ergo. Hieremi. lj. Noli tacere super iniquitate sicut enim cognito vbi est latro sta: im clamatur ad latronem. cognito vbi est ignis clamatur ad ignem. ita q̄ qui in talibus tacent reprehendi deberent. Sic vere cognito q̄ in domo cordis nostri est peccatū mortale quod reuera est tanq̄ fur quo virtutes furantur. quod est sicut ignis quo mens inflamatur. statim debemus per confessionem clamare. et ipsum sacerdoti velociter reuelare. Non taceant Esai. lxij. Qui reminiscimini dn̄i ne taceatis. Sit ergo contritione lectura clamoris manifestatiui. Esaie. xv. In via oronaym clamorem contritionis leuabunt. ¶ Tertio sit ibi punctura doloris sollicitatiui. Contritione inquit magna contrita est. Cor enim quod perfecte conteritur valde dolet ꝛ sollicitatur dolet enim de omissis de cōmissis. et de amissis. Omisit enim bona. commisit mala. amisit vtilia. ideo merito debet conteri et dolere Unde esa. xxiiij. Contritione cōteretur terra. Ezech. xxj. Ingemiscere in contritione lumborum et in amaritudinibus. talis enim dolor cordis necessarius est in contritione quia sicut dicitur in ps. Deus sanat contritos corde ꝛ alligat cōtritiones ipsorum. Et alibi. Cor contritū ꝛ humiliatum deus non despicies ꝛc. Sit igitur in nobis.

Dolor pūgitiuus.
Clamor expressiuus.
Humor pūrgatiuus.

De contritione autem inq̄tum denotat destructionē nota quod multiplex ē mala contritio. videlicet quia

Coteritur.
Corp⁹ naturali tractu.
Pctōr criminali actu
Pauper fortunali tactu.
Diues temporali actu.
Dānat⁹ eternali luctu.

Dico igitur quod corp⁹ conteritur per natura lis resolutionis tractum. Et ideo scriptura comparat ipsum flori di.

D

flori di.Job.xiiij. Hõ nat⁹ de muliere.breui viuẽs tp̄e
repletur multis miserijs qui quasi flos egredit̃ ⁊ cõte
ritur ⁊ fugit velut vmbra.q꜀ ꝓcerto hõ ꝯterit̃.q꜀ caret
fortitudine roborante q꜀ hõ natus de muliere q꜀ caret
longitudine ꝑdurãte.q꜀ breui viuẽs tẽpore.Q꜀ caret
quietudine ꝯsolante q꜀ replet̃ multis miserijs q꜀ viret
pulcritudine defluente q꜀ quasi flos.q꜀ cadet inestitu
dine perimẽte.i.morte.q꜀ ipse egredit̃ et effugit velut
vmbra:⁊ ideo nõ mirũ si cõteritur. vnde de terrena et
humana natura.dicitur Esa.xxiiij.Cõfractione ꝯfrin
getur terra.Cõtritiõe ꝯteretur terra:ꝯmotione cõmo
uebitur terra:agitatiõe agitabitur terra.Terra em̄ ē
terrenũ corp⁹ qđ ꝓcerto cõtinue ꝯteritur ꝯmouet̃:et
agitatur quousq꜀ per mortẽ penit⁹ ꝯfringatur.Ista est
f ergo ꝯtritio qua conteritur corp⁹ per naturalis resol
lutionis tractũ.¶ Secũdo dico ꝙ est ꝯtritio qua cõ
teritur peccator per actũ criminalis dissolutiõis ⁊ sic
contritio nihil aliud est q̄ peccatũ per qđ vires ⁊ vir
tutes aīe ꝯterũtur.Esa.j.Conteret sceleratos ⁊ pecca
tores illud em̄ dicitur cõteri in quo nihil remanet in
tegrum.Sic peccatores contriti dicuntur.quia in ip
sis non remanet integrũ aliquid virtuosuz.Nec caput
recte intẽtionis.Nec cor seu pectus affectionis.Nec
brachia bone operatiõis:Nec venter aut viscera dul
cedinis ⁊ ꝯpassionis.Nec etiã ossa fortitudinis ⁊ ꝑfe
ctionis.Nec insuper vestes honeste conuersationis.
¶ De capite recte intẽtionis dicit̃ Gene.iij.Mulier
conteret caput tuũ diabol⁹ em̄ đr mulier ꝓpter inna
tam maliciã.De corde affectiõis ⁊ cogitatiõis dicitur
Hiere.xxiij.Cõtritũ est cor meũ in medio vẽtris mei.
De ꝯtritiõe brachiorũ.i.bone oꝑatiõis.đr in ps.Bra
chia peccatorũ ꝯterentur supple ne possint bonũ ali
quod operari.De cõtrita ⁊ destructa dulcedine com
passionis põt dici illud Eccli.xij.Cõteratur ydria sup
fontẽ.fons em̄ ⁊ ydria humorẽ ꝯpassionis designant
de ꝯtritiõe etiã ossiũ fortitudinis ⁊ ꝑfectiõis đr in ps.
Quasi leo sic contriuit oīa ossa mea.Et bñ quasi leo.
qui ita fortissimos habet dentes ꝙ omne os duꝝ tñ in
ore suo possit recipere solet ꝯterere ⁊ frangere.Sic ve
re diabolus si põt aliquẽ in ore suggestionis ponere ꝑ
delectationẽ.nũq̄ erit ita fortis aut osseus quin ip̄m
frangat ⁊ cõterat per pctm̄ ⁊ malã operationẽ. ⁊ ꝑ to
tius virtutis eneruationẽ.figurat⁹ in illo potẽti rege
de quo dicit̃ Dan.xij.Qđ cõtra excelsum loquet̃ ⁊ san
ctos altissimi cõteret.De ꝯtritione aũt vestiũ.i. toti⁹
honestatis ⁊ bone ꝯuersationis đr Esa.l.Ecce omnes
quasi vestimẽtum cõterẽtur. vnde Tre.iij.Cõtriuit os
sa mea circũdedit me felle ⁊ labore.in tenebris sic col
locauit me quasi mortuos sempiternos. Sic igit̃ patz
G quõ conterũtur anime virtutes per actuz criminalis
dissolutionis.¶ Tertio dico ꝙ conteritur pauper per
fortunalis impugnationis tactũ.fortuna em̄ tyrãnis
mediantibus pauperes cõterit.ipsosq꜀ attenuat et cõ
fundit vnde de tyrãnis loquitur scriptura.Amos.viij
ca.Audite hec qui conteritis pauperẽ et deficere faci
tis egenos terre Et istud ꝓcerto est pessimũ.s.ꝙ illi q̄
de se cõtriti sunt per fortunã cõterãtur amplius ⁊ frã
gãtur totaliter per tyrannos.De elephãte em̄ đr ꝙ q̄
uis sit animal maximũ. si tamen transit per gregem
ouiuz vel caprarũ que sunt animalia miserabilia sum
me cauet ne de eis quicq̄ ledat.ita ꝙ teste Plini.nũq̄
post transitũ istius belue tante molis inuenitur ani
mal lesum aliquod aut contritũ.Sic potentes huius
seculi summe deberent cauere a cõtritione ⁊ grauami
ne pauperũ et egenorum.exemplo xp̄i de quo dicitur
Esa.xlij.Calamũ quassatũ non conteret et lignum fu
migans non extinguet.Ideo dicitur Prouerbio.xxij.
Non conteres egenum in porta.Cuius tamen contra
rium faciunt tyranni.q꜀ scz magis nituntur conterere
pauperes q̄ alios. Amos.ij.Conterũt super puluerẽ
terre capita pauperum ⁊ viam humilium declinant.
h Conteritur ergo pauper per fortunalis impugnatio
nis tactũ.¶ Quarto dico ꝙ quãdoq꜀ ꝯteritur diues
per tẽporalis tribulationis iactum.Nõ est eniz aliq̄s
ita potẽs quin etiã tẽporaliter possit conteri vel ꝯfun
di.Adamas enim seu diamas lapis est tãte fortitudi
nis ꝙ omnes lapides vel metalla penetrat atq꜀ frãgit
ipse tamen a nemine per violentiam teritur aut quas
satur.per artem tñ frangitur. ⁊ qui alios dissipauerat
dissipatur.Sic dicam ꝙ non est dare aliquid in tanta
fortune fortitudine constitutum.nec in tãti regni sub
limitate leuatum quin etiã fatorũ certitudine impel
lente et occulte dei prouidentie celsitudine disponẽte
faciliter possit conteri atq꜀ frangi:et ab integritate sta
tus sui immutari.Sicut enim dicit̃ Job.xxxiiij.Deus
conteret multos et innumerabiles et regnare faciet
alios pro eis.Et etiã istud est verũ ꝙ quãto quis de al
tiori gradu labitur.tanto terribilius ruit ⁊ cõteritur.
Et ideo verũ videtur verbum be.Greg.di.Qđ sepe in
altũ quis tollitur vt cadens fortius cõfringatur quod
vtiq꜀ exemplariter videmus. vt q꜀ cõiter omẽs quos
fortuna altissime ꝓmouit ⁊ exaltauit.finaliter terribi
liter cõrruit ⁊ strauit.Patet de iulio in senatu occiso.
de alexandro veneno perempto.de cyro a muliere ca
pite trũcato ⁊ i ola sanguis imerso.de creso ditissimo
lidorũ rege in cruce suspenso ⁊ sic de alijs.de⁹ em̄ in spi
ritu vehementi quãdoq꜀ ꝯterit naues tharsis. Nam
iustum est ꝙ qui per potentiã alios iniuste conterunt
ipsi iuste forte simili cõterantur.ideo admirando di
cebat ꝓpheta Hiere.l.Quomodo confracta est virga
fortis.contritus est malleus vniuerse terre. vnde ipse
Job in persona talium plangens dicebat.Job.xvj.Cõ
clusit me deus apud iniquum.⁊ manibus impiorum
tradidit me Ego ille quondã opulentus.repente con
tritus sum tenuit ceruicem meam ⁊ confregit me:⁊ po
suit sibi quasi signũ.et bene dicit repente q꜀.s.sicut di
cit Seneca.epistola.lxiiij.Paucis deponere felicitatẽ
molliter licuit et sequitur. Nullus contra fortunam
inexpugnabilis murus est Non cõfidant ergo reges
aut principes.aut tyranni in suis altis dominijs atq꜀
regnis.q꜀ scz.vt dictũ est nullus cõtra fortunã inexpu
gnabilis est murus Non est em̄ dare regnũ aut impe
riũ.quin apud ip̄m deũ a quo dependẽt oīa finẽ tem
pus habeãt limitatũ quod satis perpẽdere possumus
si alta que precesserũt imperia:qualiter cõtrita ⁊ adni
hilata fuerint cogitamus.Ubi obsecro dominiũ assi
riorum quod tm̄ potuit? Ubi potestas grecorũ que mũ
dum circuit.Ubi imperiũ romanoꝝ qđ mũdũ tenuit?
Ubi torquinandorũ immanitas que orientẽ rapuit?
Ubi carthaginensiũ felicitas quã ytalia timuit? Ubi
gallorũ ferocitas quos grecia cũ roma ꝓhorruit? Ubi
francorũ autoritas que occidẽtem possedit et suppo
suit. Reuera vel omnia contrita sunt. vel conterũtur.
vel paulatim ad nihilũ deducũtur.verũ est ergo verbũ
Sen̄.li.de naturalibus questionibus. vbi de altis im
perijs loquẽs dicit sic.Certis eunt cuncta tẽporibus.
nasci debẽt crescere ⁊ extingui.⁊ ideo cuilibet tali in ꝑ
sona tyri potissime quondã vrbis loquitur scriptura.
Ezechi.xxvij.Glorificata es multũ in corde maris. in
aquis multis.adduxerunt te remiges tui.ventus au
ster contriuit te.diuitie tue ⁊ thesauri tui:⁊ multiplex
instrumentum tuũ naute.gubernatores ⁊ bellatores
tui in medio tui cadent.⁊c.Patet igitur ꝙ quandoq꜀
conteritur diues per tẽporalis tribulationis iactum.
¶ Quinto dico.ꝙ conteritur damnat⁹ per eternalis I
desolationis luctũ.ista em̄ vltimior ⁊ deterior cõtritio
scz post cõtritionẽ culpe. de qua đr in ps.Contritio et
infelicitas in vijs eorũ viam pacis non cognouerunt.
non est timor dei in oculis eorũ: sequitur contritio pe
ne eterne de qua dicitur Hiere.iiij.Contritio super cõ
tritione vocata est.scz cõtritio pene sup cõtritione cul
pe.vnde ps.Cõtere brachiũ peccatoris ⁊ maligni.que
retur peccatũ illius ⁊ non inuenietur.q.d.tales digni
sunt in eternũ conteri.quia duz peccatũ eorũ per sacer
dotẽ inuestigantẽ in ꝯfessionẽ querit̃.vix aut nũq̄ põt
inueniri.q꜀.s.nolunt cõfiteri.Nota ergo ꝙ deus fina

liter in inferno conteret multa genera pctōꝝ. vicȝ.
K Superbie flatibus inflatos.
Discordie motibꝰ turbatos.
Desidie nexibus ligatos.
Potentie turribus elatos.
Fallacie vestibus velatos.
Opulētie opibus ditatos
Conteret ergo deꝰ superbie inflatos flatibus. Leui. xxvj. Addā correctiones vestras septuplum ꝓpter peccata vestra. ⁊ conterā superbiam duricie vestre. ¶ Item conteret discordie motibus turbatos. Judith. ix. Deus qui conteris bella ab initio. Et in ps̄. dicitur. ꝙ dn̄s contriuit portas ereas. et vectes ferreos confregit. Ferrum enim cum quo fiūt bella. ⁊ es quod ceteris metallis magis est sonorum et clamosum. signant discordiā et etiam discordantes. Item conteret desidie ligatos nexibus illos. scȝ qui pre pigricia mouere se non possunt similes statuis ydolorum. de quo dicitur. Michee. v. Statuas tuas de medio tui conterā. ¶ Itē conteret potentie elatos turribus qꝛ scȝ illi qui nunc sunt potentiores. ibi erunt magis contriti et depressiores. Arcum enim conteret dominus et confringet arma et scuta cōburet igni. vnde ps̄. Dominus conteret dentes eoꝝ in ore ipsorum molas leonū confringet dn̄s. iij. Regum. xix. Spiritus conterens petras. ⁊c. ¶ Itē conteret dominus fallacie velatos vestibus idest hypocritas. qui recte similes sunt ydolis que aliud sunt ꝙ videantur. vnde Esa. ij. ydola penitus conterentur. ¶ Item conteret dominus opulentie ditatos opibus. s. malos diuites. Unde isti figurant in nauibus tharsis. q̄ apportabant aurum salomoni. sicut dicitur. iij. Reg. x. Unde de finali contritione taliū dicitur in ps̄. In spiritu vehemēti cōteres naues tharsis Sic igitur patet quō multi multipliciter conterūtur. Uide infra de frāgere et supra de cōfringere: ⁊ in alijs titulis synonomis ⁊c.

Contestari.

Idē est qꝺ aliquid constanter dicere vel testari. vide ergo de dicere vel de testari ⁊ de loqui ⁊c.

Continere Continētia.

A Nota ꝙ cōtinere sumitur multis modis. s. pro abstinere pro capere. pro sufficientiā habere. pro abstinere ⁊ maxime a peccato et ab omni superfluitate non necessaria sumitur. Tytum. j. oportet episcopū esse sine cri. ⁊c. hospitalē humilem iustū. sanctum et continentē. Et isto modo cōtinentia sumitur vt cōmuniter pro castitate. Unde cū dauid et pueri vellent comedē penes sanctos petitum fuit ab achimelech si essent mundi. j. Regū. xxj. Et responsum est mundi sunt. sed ab vxoribus cōtinuimus nos ab heri ⁊ nudiustertius. ac si aperte diceret: oēs qui panes sanctos scȝ eucharistie. vel panes sanctos. idest bona ecclesie comedunt. debent esse cōtinētes et a cunctis carnalibus abstinentes. et hoc. Propter
B Preceptū qꝺ iniungit.
Auxiliū qꝺ impendit.
Precium qꝺ supponit.
Premiū qꝺ ꝓmittit.
Nā ꝯtinētia nobis ⁊ maxime ecclesiasticis precipit spāliter. ita ꝙ cuilibȝ videtur dictū illud verbū angelicū. Tho. vj. Per tres dies ꝯtinens esto. Itē ista a diuino auxilio influit ⁊ impēdit salutarit qꝛ sicut dꝛ. Sap. viij. Nō possum esse cōtinens nisi deꝰ det. Item ista preciosa esse supponit mirabiliter. vn̄ Eccl'i. xxvj. Non est digna pōderatio anime cōtinentis. Item pro ista: honor ⁊ premiū ꝓmittitur et tribuit eternaliter. vnde de sapientia dꝛ Eccl'i. xv. Qui continens est iusticie apprehendit illā ⁊ obuiabit illi quasi mater honorificata. Et vide de castitate abstinentia ⁊ vbicunqȝ fit mentio de tēperantia que omnia cōtinentie nomine designantur: ⁊ sic loquendo moraliter notabo ꝙ est.
C Continentia oris ne vana dictes.
Cōtinētia cordis. ne stulta cogites.
Continētia operis ne mala agites
De oreꝯtinēdo dꝛ Esa. lij. Continebūt reges os suum. De continentia cordis dicitur. Eccl'i. xxx. Miserere anime tue placens deo ⁊ contine ⁊ congrega cor tuum in sanctitate. De cōtinentia operis dicit. ij. Re. xxiiij. Sufficit nunc contine manū tuam. Sic ergo bene loquitur in parabola de virginibus. vbi loquens de quintupartita continentia dicit: ꝙ continēdus ē animus a voluptate oculorum. Auriū auditus. gustꝰ ⁊ tactus ⁊c. de alio vero mō quo cōtinere sumit pro concludere. capere vel tenere. nota ꝙ est cōtinentia.
Maiestatis eterne.
Potestatis externe.
Claritatis interne.
Est dico ꝯtinentia eterne maiestatis scȝ ipsius dei que infra ambituȝ sue infinitatis cōtinet vniuersa. Sap. j. Et hoc ꝙ cōtinet oīa scientiā habet vocis. Est etiaȝ continentia externe seu terrene potestatis. Sap. vj. Prebete aures qui cōtinetis multitudines. Item est continentia interne caritatis qꝛ. s. caritas nostra debȝ esse ita lata ꝙ amicos ⁊ inimicos continere debet. Sap. x. Eduxit hominem de limo terre. ⁊ dedit illi virtutem continendi omnia ⁊c. sufficit vide de capere et de claudere.

Contentus.

A Nota ꝙ cōtentus dꝛ cui sufficit id qꝺ habet vn̄ nota ꝙ omnia debent esse contenta bonis a natura seu a fortuna concessis et non nimis ardenter ambire ad amplius vnde apostolus dicebat. j. Timoth. vj. Habentes alimenta ⁊ quibus tegamur his contenti simꝰ. plus em̄ non est necessarium nisi scȝ alimenta ⁊ vestimenta de istis enim dicit Sen̄. ꝙ ista non potest fortuna negare hoc enim inquit quod necessitati satis est dabit licet irata. ⁊ iste proprie sunt diuitie scilicet ꝙ aliquis rebꝰ habitis sit contentus. Sicut enim dicit Sene. Si aliquis diues esse voluerit non diuitijs est addendum: sed cupiditatibus detrahendum quia sicut dicit alibi Diues est non qui magis habet: sed qui minus cupit: B
Nota ergo breuiter ꝙ contentus debet esse.
Princeps propria gloria et iurisdictione.
Miles proprio officio ⁊ distributione.
Sacerdos necessariorum assignatione et collatione.
De principibus dicitur. iiij. Regum. xiiij. Contentus esto gloria tua ⁊ sede in loco tuto. quod qꝛ rex ille. scilȝ. amasias. ad suasum. Joas facere noluit ideo in prelio victus fuit. Naȝ sepe fit ꝙ iusto dei iudicio perdit sua qui non cōtentus proprijs querit aut appetit aliena. Militibus vero dicitur. Luce. iij. Neminem concusseritis. et contenti estote stipendijs vestris. quod quia moderni milites non faciunt. nec proprijs stipendijs: aut redditibus contenti sunt. Ideo pauperes et miseri semper viuunt. quia sicut dicitur Prouerbiorum. ij. Alij rapiunt non sua. ⁊ semper in egestate sunt. Sacerdotibus vero et ecclesiasticis dicitur. Numeri. xviij. Nihil aliud possidebunt decimarum oblatione contenti ⁊c. vide de sufficientia in multis locis particularibus. In alijs ti. sicut in tabula denotabitur ⁊c.

Continue.

De continuitate dic sicut de perseuerātia. ⁊ in alijs titulis similibus. sicut est semper et iugiter ⁊c. et de profectu. A

Continuo.

Nota quod continuo sumitur pro statim: cito: protinus ⁊c. Signat enim promptam et celerem executionem. dic ergo quod est celeritas bona et mala ꝙtum ad bonos dic. quod ipsi continuo debent.
Exclamare dei auxilium requirendo.
Adiuuare lesis pauperibus succurrendo.
Ministrare socijs et fratribus seruiendo.
Obtēperare suis maioribus obsequendo seu obediendo. Igitur continuo debes exclamare per orationem. scilicet requirendo diuinū auxilium vnde math. ix. dꝛ ꝙ continuo exclamans pater pueri aiebat Credo dn̄e adiuua incredulitatē meā ¶ Itē continuo debes adiuuare per benignā subuentionem. vnde Lu. xiiij. dicit Cuius vestrum bos vel asinus cadet in foueam continuo extrahet eum. q. d. omnibus cadentibus ⁊ tribulatis est continuo succurrendū. ¶ Itē continuo debes ministrare per caritatiuā dilectionem: vnde de socru symonis sanata. dicitur Luc. xiiij. ꝙ continuo surgens ministrabat illis. ¶ Item continuo debes obtēperare per obediētiā et subiectionem vnde de apostolis dicitur Mathei.

tur. Math.iiij. q continuo relictis retibus secuti sunt dominum. De continuo vero in malo dic. q mali cotinuo solent.
Deficere: quia carent solida firmitate.
Decipere quia carent lucida veritate.
Arescere: quia carent florida venustate.
Carent dico firmitate durabili: io continuo solent deficere. vñ isti possunt dicere illud. Sap.v. Nos vt nati sumus continuo desinimus esse. Carent etiam fidelitate seu veritate inuariabili: ideo ptinuo solent decipere. vñ de iuda pditore dicitur. Jo xiij. Cum accepisset bucellam exiuit continuo. sup. ad tradendum dñs iudeis. Carent insuper venustate amabili: τ ideo continuo solent arescere. vnde de ficu. dr Luc. xxj. q post dñi maledictionē aruit τc. vide. s. de confestim.

a **Contingere.** Nota q contingere qñq sumitur p pertinere. vñ Luc. xv. Filius pdigus dixit patri: da mihi partem substātie q me contingit. i. que ad me pertinet: qñq sumitur pro attingere. sicut de cherubin. dr. iij. Reg. vj. q ale eorū seinuicem contingebāt: qñq sumit pro aduenire: accidere: vel euenire: τ sic sumit vt cōiter in scriptura: cōtingens em̄ τ necessarium diuidunt. qr vicz necessariu3 est illud qd est hoi naturale τ qd ineuitabiliter euenire dz. Contingens est illud qd euenire potest. Sciēdu3 tñ q multa sunt q a nobis reputant contingentia: qr causas ignoram⁹: que tñ apud deum necessaria sunt: a quo esse cause eo: q̄uis occulte ordināt: sicut de illo Jo.v. apparet q sanatus a palisi audiuit a dño Ecce sanus factus es: iam noli peccare: ne deteri⁹ aliquid tibi contingat: ac si dixisset. Istud cōtigit tibi ppter peccatum tuum: sicut expresse dr. ij. Esdre. viij. Que contingunt nobis: oia sunt ppter opa nr̄a maligna τ magna pctā nr̄a. Ista em̄ q quotidie in natura contingūt: causas suas hñt supius in stellis: q q̄uis sint nobis ignote: sunt tñ certe necessarie τ vere vt in plurib⁹: sicut dicit Sene. in li. de natu. qōibus illis dum taxat forsitan exceptis q a libero dependent dño seu arbitrio. Sic dicam de contingentijs infortuniorum nostro q sine causa occulte dei puidentie nūq fiunt. Nota ergo q contingit.

B Cecitas in obstinatis.
Reuelatio predestinat.
Mala fortuna furibundis τ effrenatis.
Mors τ eterna reprobis τ dānatis.

Est ergo contingētia reprobo q .s. excecāt seu indurant in malo d qua Ro. xj. Cecitas ex parte contigit in israel. Itē est contingentia electorum que .s. electis ptigit: q a deo vocant τ a suis erroribus reuocant: sicut de paulo dr Act. ix. vbi dr. q dū iter faceret contigit vt appropinquaret damasco. s. qñ a deo conuersus est τ vocatus. Est etiam ptingentia tyrannoꝝ quib⁹. s. ptingunt quotidie multa mala. Vñ de illo furibundo antiocho dr. ij. Macha. ix. q dū furibūdus cōtra iudeos pcederet: ptigit illū de curru ruere τ confringi. Est insuper ptingentia dānatoꝝ: qr. s. malis cōtingit finaliter mors eterna: vñ. ij. Macha xiij. Cōtingit tali lege preuaricatorem legis mori. vide. s. de accidere τ de aduenire.

a **Contra. Contrarietas.** Nota q ptra contrarietas: idē sunt: τ potest esse ptrarietas bona τ mala. Bona em̄ est q boni viri malis hoib⁹ se opponūt τ qua vitijs virtutes contradicūt: de qua Eccli. xxxiij. Contra malum bonum est. Alia est mala: τ ista ē illa q mali inter se ptrariant: τ etiam bonis hoibus opponunt τ iniuriant: vnde ibidem. Cōtra vitā inqt mors fit. τ ptra virum iustū pctōr. Dicā igit primo de ptrarietate bona: τ ista est illa q quis ptrariat pctō τ cuilꝫ viro malo: τ sic dico q est.

Contrarietas dei. — Deus cōtrariat iniquis pditis.
Cōtrarietas prelati. — Prelatus contrariat malignis subditis.
Cōtrarietas iusti. — Iust⁹ cōtrariat reb⁹ illicitis.

Est ergo ptrarietas dei respectu hoiꝫ pditoꝝ. i. obstinatorū τ puersoꝝ: qui. s. nō sunt ptra dñm scꝫ peccando τ ei⁹ imperiū ptēnendo. Ipse vo finaliter erit ptrari⁹ illis: ipos morte tpali τ eterna pcutiendo τ dānando. Absalon em̄ ptra dauid patrē suū pspirauit: q tñ exinde triste salariū reportauit: qr. s. sicut dr Eccli. xlvj. pugnare ptra deū nō est facile. vñ dñs de pctōre: dicit Leui. xx. Ponā faciē meā ptra virū illū: succidāq cū de medio ppli. Secundo dico: q est ptrarietas plati respectu maloꝝ subditoꝝ. vñ hiere. lj. Rex medoꝝ a dño ptra babylonē suscitat: τ Esa. xlix. Cōsurget sup. bon⁹ platus ptra domū pessimoꝝ: τ ptra psilium opantiū iniquitatē. Tertio dico: q est contrarietas iusti respectu actuū illicitoꝝ. Sicut em̄ tiriaca ppter vtuosas spēs aromaticas q sunt ibi: hꝫ efficaciā ptra venena sic iust⁹ ppter vtutes qs itra se ptinet abhorret vitia τ peccata: τ se opponit ptra faciētes delicta. Unde nota q boni contrariant.

Transgressorib⁹.
Peccatoribus.
Deceptoribus.
Malis superiorib⁹.

De trāsgressorib⁹: dr puer. xxviij. Qui derelinquūt legeꝫ laudāt impiū: q custodiunt succendūt ptra eū. De pctōrib⁹ aūt dr Esa. xiij. Uisitabo ptra impios iniqtates eoꝝ. De deceptorib⁹: id est de hypocritis: dr Job xvij. Innocēs ptra hypocritā suscitabit. τ tenebit iust⁹ viā suam. De malis etiā superiorib⁹: q eis sit ptradicendū: τ suis malis iussionib⁹ obuiandū. ptꝫ exēplo balaam. q ad maledicendū isrl' vocatus a moabitaꝝ rege balac: ipsis ecōtrario bñdixit. Nūe. xxiij. Ad maledicēdū vocat⁹ es. τ tu ei ecōtrario bñdicis. Boni. n. semp dñt ptrariū malo facere: τ ecōtrario ptra malos stare j. Pet. ij. Nō malū p malo reddentes: neq maledictū p maledicto: sed ecōtrario bñdicētes: ptꝫ ergo q ptrarietas sumi pōt in bono. Notabo ergo adhuc: q q̄uis vt cōiter fontes τ putei q sunt iuxta oceanū sibi pformēt: qr. s. eo pleno replent. τ eo vacuo vacuāt. Sicut exēplificat Pli. de fontibus iuxta gades: sunt tñ aliq loca vbi fit ptrariū: qr. s. in littore laconis opidū est sicut ait. vbi sunt fontes τ putei q ptrariū occeano ritū seruant: qr. s. eo pleno vacui sunt: τ eo vacuo sunt repleti: sic dicā q q̄uis oēs hoies dbeāt seq τ imitari motū τ voluntatē occeani circularis. i. ipsi⁹ dei oia ptinētꝫ seu etiā boni plati: vl cuiuscūq iusti viri: iuxta illud. Math. viij. mgr sequar te vbicunq ieris: multi tamē sunt q ptrariū hñt motū: qr. s. ptra mores τ volūtates dei τ plati semp opari conant: τ in oib⁹ bonis cē ptrarij pprobant. Figu. Ezech. viij. vbi dr. q ipse vidit hoīes adorantes ad ortū solis: hñtes dorsum ptra tēplū: cui⁹ tñ ptrariū cē deberet: qr. s. qñ adorabāt semp vertere debeāt faciē versus tēplū: sicut dr. iij. Reg. vj. Sic vo multi sunt hodieq faciē cordis solūmō vertūt ad faciē solis. i. ad glaꝫ τ psperitatē mundanā: τ dorsum indignationis τ ptemptus vertunt cōtinue ptra tēplū. i. ptra ecclīam τ ptra deū. s. sibi repugnando: et eccl'ie eius libertatib⁹: necnō oib⁹ bonis morib⁹ obuiando: iuxta illd. Judic. ij. Mādata dñi audiētes. oia fecerunt contraria. Unde nota q hodie multi sunt. B

Contrarij.

Deo: quem nolunt timere.
Legi: quā nolunt complere.
Sibimet: quos nolūt vigere.
Socijs: quos cogunt dolere.
Nature: quā faciūt fetere.
Senib⁹: quos solent horrere.
Prelatis: quos nolunt hr̄e.

Primum est corpus diaboli. Secundum est corpꝰ peccati. Tertium est corpꝰ impij. Dico ergo primo. ꝙ est corpus diaboli quod signat maloꝝ ciuitatẽ seu cõmunitatẽ. Diabolꝰ eñ ⁊ omnes mali simul faciunt vnũ corpus. cuius. s. diabolꝰ est caput ⁊ iniqui homines mẽbra. q꞉. s. ibi maliciosi: locũ oculorum: exploratores qui omnia volunt audire locũ aurium. manus malorum militum. pedes maloꝝ inferiorum locum tenent. ⁊ sic de alijs. Omnia eñ mẽbra istius corpis improportionabiliter ⁊ sine ordine sunt locata. Et ideo in illa terra vbi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. erunt finaliter ordinata. Cõpara istud corpus corpori mõstruoso. sicut sup̄. Ideo Job. xlj. de vehemoth al's behemoth. i. de diabolo loquitur scriptura dicens. Corpus eius q̃si scuta fusilia et cõpactum squamis sese prementibus. Scđo dico. ꝙ est corpus peccati. quod signat vitioꝝ cõgeriem ⁊ connexitatem. Ipsa eñ peccata in anima peccatrice faciunt vnum corpus. i. vnã cõpactã cõgeriẽ ⁊ opacã. De quo loquitur ap's Rom. vj. Destruatur corpus peccati vt vltra nõ seruiamus peccato. Et alibi Rom. vij Quis me liberabit de corpore mortis huius. Tertio dico. ꝙ est corpus impij. signans immũdã carnalitatẽ. Caro eñ ⁊ etiã vita carnalis designatur per corpus. Et sic notabis. ꝙ istud est Corpus maculatum. luxurie. fetore. Corpus laceratum. inuidie dolore. Corpus obfuscatũ. desidie squalore. Corpꝰ dissipatũ. iniusticie furore. Corpus ergo maloꝝ per luxuriam maculat̃ Rom. j. Cõtumelijs afficiẽtes corpora sua in semetipsis Et loquitur de peccato sodomitico ⁊ Sopho. j. dicitur. Corpora coꝝ sunt stercora. Itẽ per inuidiam lacerãtur. ij. Machabe. ix. dr̃ de impio ãtiocho. Quod vermes de corpore impij scaturiebãt: ⁊ carnes eius in doloribus defluebãt. Vermes eñ corrosionẽ inuidie signant. Itẽ per desidiã aggrauãtur. Esa. lj. Posuisti vt terram corpus tuũ. Itẽ per cõcupiscẽtiam inflãmatur. Rom. vj. Non regnet peccatum in mortali corpore vestro: vt obediatis cõcupiscẽtijs eius. Et ideo finaliter istud corpus per diuinã iusticiã cõdemnatur. seu eternaliter verberatur. Prouer. xix. Parata sunt derisoribus iudicia ⁊ mallei percutientes stultoꝝ corpora Istud est igit̃ Corpus malũ de cuius periculo petebat ap's liberari dicẽs Ro. vij. Infelix ego hõ. q̇s me liberabit de corpe mortis huiꝰ. Sic ergo pꝫ quõ in scriptura corpꝰ sumit̃ septẽ modis ⁊c. Vide sup̄ vbi caro.

Correctio. Correptio.

Idem est ꝙ castigatio.

⁊ emendatio: reprehensio ⁊ punitio. Et possumus dicere ꝙ correctio semper est infligenda cū charitate et amore. Ex amore enim debet procedere non ex odio et vindicta: q: scȝ aquila filios suos quos naturaliter diligit vnguibus vrget ⁊ pungit: vt de nido exire cōpellātur: vt ad volandū erudiantur: ⁊ vt ad respiciendū solem inducantur. Sic vere prelatus debet filios. i. subditos suos quando in nido voluptatis ⁊ carnalitatis videt eos iacere: per correctionē pungere ⁊ arcere: vt ipsos ab isto nido abstrahat ⁊ educat: ⁊ ad volatū contemplationis ad clarum visum discretionis attrahat ⁊ inducat. Ideo dicitur Prouerb. xv. Quem enim diligit corripit ⁊ quasi pater in filio cōplacet sibi. In quibus verbis possum⁹ notare ꝙ correctio debet fieri Seueriter cū punitione Benigniter cū cōpassione. Sagaciter cum discretione. Corrigēs enim debet habere In opere seueritatē. Corripit inqt. In animo benignitatē. Diligit inquit. In sensu sagacitatem. Pater probat Seueritatē actus punitiuus. Corripit. Benignitatem amor allectiuus. Diligit. Sagacitatem status
B perfectiuus. Pater. ¶ Dico ergo primo: ꝙ correctio debet habere seueritatem punitionis. Quod eñ non tangit non angit: qḋ non sentitur non operatur vt cōmuniter. ⁊ ideo si prelatus vult virtualiter agere ⁊ operari. necesse est ꝙ a peruersis ⁊ discolis faciat p̄ correctionē acriter se sentire. Corripit inquit. Sicut eñ dicitur Prouer. xxix. Uirga atq; correctio tribuit sapientiam. Uerūtamē correctio ꝙuis debeat esse seuera ne negligatur: nunꝙ tamen debet esse crudelis ne fugiatur. Plumbū enim in igne positum liquescit ⁊ splendet: purgatur ⁊ mūdatur: si tamē nimis diu in nimis forti igne teneatur in puluerem dissoluitur. Sic vere homo qui in temperato igne correctionis positus est emendatur ⁊ castigatur. Si nimis violēter cōbustus fuerit ⁊ punitus per desperationē destruit: ⁊ per impatiētiam adnullatur. Sicut enim moderata correctio proficit sic excessiua interficit. Ideo bñ consulit. Eccli xi. Priusꝙ interroges ne vituperes quēꝙ: ⁊ cuȝ interrogaueris corripe iuste. Ubi nota ꝙ correctio debet eē Cum presenti inquisitione. Cū inquit interrogaueris Sine feruenti conturbatione: ne vituperes quēꝙ. Cū cōpetenti castigatione. Corripe inquit iuste. Iuste eñ debet fieri correctio: vt scȝ habeat iustā causam a qua oriatur. Iustū modū p̄ quē exequat. Iustum finē ad quem ordinetur. Ideo precipitur Deutro. xv. Iuste qḋ iustū exequaris. Debet tamen correctio esse competenter aspera plus ꝙ blanda: q: vt cōmuniter amara plus ꝙ dulcia cōpetunt medicine. Nam vt dicit Prouerb. xxviij. Qui corripit hoīem gratiam magis inueniet apud eum: ꝙ ille qui blanda locutione decipit. ⁊ Augusti. ad marcellū dicit ꝙ magis amat obiurgator sanans ꝙ adulator dissimulans. Habeat igitur corrector seueritatem punitionis.
C ¶ Secundo dico ꝙ corrigens debet habere benignitatem cōpassionis. Quicquid enim agat exterius seueriter exequendo: semp tamen debet diligere interius benigniter compatiendo quod ostenditur cum dicitur Diligit. Semper enim sociare debet correctionem dilectioni. Medicus enim semper debet habere gladiū ad incidendum ⁊ vnguentum ad mitiganduȝ. Prelatus etiam similiter debet habere simul misericordiam: iusticiam: rigorem: ⁊ dulcorem: seueritatem ⁊ benignitatē: ⁊ aliquando debet vti vna: aliquando reliqua: aliquando vtraq;. Eale enim est aīal indie modicum: quod duo habet cornua mobilia: ita ꝙ quandoq; dum vult preliari: vnuȝ cornu reflectit ⁊ remittit: aliud autem ad percutiendum acuit: ita ꝙ aliquando vno: aliquando altero: aliquādo vtroq; vtitur in pugnando. sicut dicit Aristote. ꝗ vocat istam bestiam vaccam agrestem. Sic pro certo prelatus debet habere duo cornua sue iurisditionis. s. iusticiam ⁊ clementiam: vertibilia ⁊ mobilia: vt scȝ loco ⁊ tempore: et ex causa vno vel alio possit vti: et bm̄ ꝙ negocium potest requirere aliquando remittat iusticiam: ⁊ clementia vtatur et econuerso. Utrumq; eñ semper debet habere: quia ꝙuis vtatur iusticia: nūꝙ tamen debet deesse amor ⁊ clementia: immo etiam ipsa iusticia ex amore debet procedere: ⁊ cum amore vniri ⁊ ad amorem terminari. Diligit inquit Apoca. iij. Ego quos amo arguo ⁊ castigo. Unde Augusti. ad Bonifaciū de correctione donatistarum. Molestus est inquit medicus furenti frenetico: pater indisciplinato filio ille ligando: iste cedendo: vterq; tamen diligendo. Uerūtamen sicut videmus: ꝙ quicquid agat medicus frenetico: totum facit ex amore ⁊ ad bonum suum: ipse tamen freneticus medicum ex hoc non diligit: sed contra ipsum mordendo ⁊ vituperando cōsurgit. Sic vere multi sunt peccatores: q̄ ꝙuis pro bono suo caritatiue a prelatis corrigantur: ipsi tamen hoc gratum non habentes contra ipsos insurgere et eos mordere ⁊ diffamare nitūtur. Sicut dicitur Prouerbio. xv. Non amat pestilens eum qui corripit se. Isti sunt similes bestie bonacon que nascitur in locis frigie. Hec cum sit debilis ⁊ imbecillis: tamen cum a venatore insequitur: stercus fetidissimum ⁊ vrentissimū a posterioribus eijcit supra canes propter quā vstionē ⁊ fetorem canes retrocedere compelluntur. Sic vere charissimi multi sunt qui quando vident se a canib⁹ ⁊a venatoribus. i. a prelatis ⁊ predicatoribus persequi vt corrigantur: ipsi pro certo stercus infamiarum et detractionum proijciunt contra eos: appellant de ipsis diffamant eos: detrahunt eis: ⁊ sic quandoq; fit ꝙ propter verba sua vrentia ⁊ fetentia: iniuriantia ⁊ diffamantia incorrecti dimittuntur. Isti tamen debent aduertere quod dicitur Prouerb. xxix. Qui corripientem se dura ceruice contemnit: repentinus ei superueniet interitus. Heu deus quot sunt hodie tales in ecclesia qui non considerant corrigentis amorem: sed correctionis dolorem. Non correctionis vtilitatē: sed percussionis asperitatem. Non sanitatem que intenditur: sed vulnus quod infligitur. Nō sic ergo: sed diligamus correctionem: quia correctio semp debet habere benignitatē compassiōis. Diligit inquit. Unde ps. Corripiet me iustus in mīa ⁊ increpabit me oleum autem peccatoris non impinguet caput meum: sicut enim dicit Prouerb. xxvij. Meliora sunt vulnera diligentis ꝙ fraudulenta oscula odientis ⁊c. ¶ Tertio dico ꝙ correctio debet habere sagacitatem discretionis. D
Sagittarius enim necessario indiget acuto visu vt lōge possit discernere quid sagittat. De Lamech enim legitur in hystoria scolastica ꝙ cum esset cecus ⁊ duceretur a puero loco bestie hominem sagittauit. Sic vere ille qui per correctionem habet alios sagittare et percutere: scȝ prelatus necessario debet habere clarum visuȝ discretionis: vt. s. videat ⁊ discrete cognoscat cui parcere debeat: quem punire: quia al's si lumine discretionis careat: hominem pro bestia: ⁊ iustum pro impio sepe punit. Ista discretio ostenditur cum dicitur Pater. Pater enim est nomen antiquitatis: sapientie et sagacitatis: maturitatis ⁊ honestatis. Unde Genes. xxvij. dicitur. Pater vero rem tacitus considerabat. Prelatus enim qui debet esse pater per autoritatem debet rem: id est negocium considerare per subtilitatē ⁊ hoc tacite per prudentie maturitatem. Hebreo. xij. Quis est enim filius quem non corripiat pater. Multi tamen subditi possunt dicere hodie conquerendo illud Treno. v. Pupilli facti sum⁹ absq; patre: matres nostre quasi vidue. Quia vere charissimi multi sunt hodie filij. i. subditi qui carent patre: id est discreto ⁊ maturo prelato. Et ideo matres nostre. s. ecclesie ⁊ religiōes sunt hodie q̄si vidue. i. bonis ⁊ discretis pastoribus destitute. Non sic ergo: sed sit correctoꝛ prudens ad inquirendum: pius ad ignoscendum: iustus ad puniendum. Uel si vis latius de correctione distinguere Dic ꝙ in scriptura inuenitur Correctio
Suscipienda patientissime.
Reijcienda sapientissime.

Respicięda

Respicienda metuentissime.

¶ Est igitur correctio quā debemus in patientia sustinere. Siue enim deus siue prelat⁹ nos corrigat: patienter correctio debet ferri. Ista enim valde est vtilis sustinenti: τ hoc quia

Viuificat iacentes mortuos.
Justificat peccantes fatuos.
Rectificat ad actus strenuos.
Magnificat ad sensus arduos.
Ditificat egentes vacuos.

¶ Dico igitur φ correctio solet iacētes mortuos viuificare. Apes eñ mortificant oleo sed superfuso aceto viuificantur. Sicvere acetū. i. asperitas correctionis illos viuificat: quos oleū delitiarū mortificat. Unde Esa. xxxviij. Domine si sic viuit τ in talibus vita spūs mei corripies me: τ viuificabis me ecce in pace amaritudo mea amarissima. Item ista solet peccantes fatuos iustificare seu emendare ps. Disciplina tua correxit me in finem. i. emendauit τ iustificauit Judith. viij. Flagella domini quasi serui q̄ corripimur ad emendationē non ad perditionē nostram euenisse credamus ps. In quo corrigit adolescentior viam suam: in custodiendo sermones tuos. Item correctio solet ad actus strennuos rectificare. Prouerb. xxj. Qui rectus est corrigit viam suam. ¶ Item solet ad status arduos magnificare. s. ad statum sapientie glorie τ honoris Prouer. xxix. Virga τ corectio tribuit sapiētiam. Item solet egentes vacuos seu nocuos dānificare: qz sc3 illi qui correctionē spernunt τ odiūt spiritualiter damnificātur. Unde de malis τ obstinatis qui corrigi nolunt: de quibus est scriptum Amos. v. Oderunt in porta corripientem τ loquentē perfecte abominati sunt. dicitur Prouerbio. xxix. φ qui corripientem se dura ceruice cōtemnit. repentinus ei super ueniet interitus. Est igitur correctio quā debemus in patientia sustinere. Eccli. ix. Vir prudens τ disciplina

F tus nō murmurauit correctus. ¶ Item dico φ est correctio quam debemus cu3 sapientia precauere. Et ista est correctio malorū superiorū τ hypocritarū que sub specie iusticie nituntur alios corripere τ iniurias inferre. De qua dicitur Eccli. xix. Est correctio mendax in ira cōtumeliosi. ¶ Tertio dico: φ est correctio quā debemus cum reuerentia perhorrere. Et ista est correctio future dei iusticie que fiet in inflictione pene eterne. De qua Dauid in ps. dicit. Dñe ne in furore tuo arguas me neq3 in ira tua corripias me. Et istam timēs Hieremias petebat hic in hac vita corripi: non in futuro dicens Hiere. x. Corripe me domine: verūtamen in iudicio τ non furore tuo: ne forte ad nihilum redigas me τc. Vide in infinitis locis. s. de iusticia de igne: percutere: comburere: τ in alijs similibus.

Corroborare.

Idem est φ confirmare: consolidare: confortare τc. Vide de fortitudine τ robore τ similibus τc.

Corruere.

A Nota φ corruere idem est φ impetuose precipitari vel cadere. Et notabo φ in scriptura corruere quadruplex reperitur: videlicet

Justorum: qui corruunt añ deū per humilitatem.
Malorū: qui corruunt ante diabolum per iniquitatē.
Egenorū: q̄ corruunt añ mundū p calamitatem.
Magnorū: qui corruūt ad infortuniū p aduersitatē.
Damnatorū: q̄ corruūt ad infernū ad penalitatem.

¶ Igitur dico: φ corruit iustus deum adorando p humilitatem. iiij. Regū. iiij. Corruit illa s. sunamitis ad pedes eius. s. helysei τ adorauit. Item corruit impius a statu gratie per iniquitatem Osee. xiiij. Conuertere israel ad dominum deu3 tuum. quoniam corruisti in iniquitate tua. Item corruit egenus per miseriam τ calamitatem: verūtamen deus: vel hic vel in futuro ipm releuabit per pietatem τc. ps. Alleuat dominus omnes qui corruunt: τ erigit omnes elisos. Item corruit diues seu magnus: seu etiam mundi status per aduersitatem. Josue. vj. Muri hierico corruerunt. τ Ezech. xxx. Corruerūt fulcientes egyptum. Itē corruit damnatus ad penalitatem sc3 infernalem. Esa. xiiij. Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris. Sequitur. Corruisti in terram qui vulnerabas gentes: detracta est ad inferos superbia tua. His igitur premissis siue agatur de corruitione culpe: miserie siue pene notari potest φ hodie cadunt τ corruunt multa genera pctōrum. Nam sicut video faciliter corruunt corporaliter

Nimis alte ascendentes.
Fundamentum non habentes.
Ad scandalum offendentes.
Insolenter ambulantes.
Pondus graue deportātes.
Per lubricum incedentes.
Per impulsum vacillantes.
Per terrorem stupescentes.
Omni vigore carentes.
Debilibus innitentes.

B ¶ Sicvere dicā φ tam in peccatum φ̄ in tormentum corruunt decē genera peccatorum videlicet illi q̄ nimis alte ascēdūt per superbiam. Illi qui in fundamento veritatis deficiūt per hypocrisim τ fallaciam. Illi qui faciliter scādalizant τ offendunt per iracūdiam. Illi qui indiscrete currunt per imprudētiam. Illi quos onera terrenorum premunt per auariciam. Illi qui in lubrico sistūt per luxuriam. Illi quos alij ad malum impellūt per malam societatem τ amiciciam. Illi quos terrores cōcutiunt per imbecillitatem τ ignauiam. Illi qui vigore deficiunt per fragilitatem τ impotētiā. Illi qui ruinosis τ caducis innituntur τ confidunt per fiduciam τ credulitatem. ¶ Dicam igitur φ faciliter corruunt C per superbiam alte se leuantes. Res enim alte facili⁹ corrunt φ̄ basse. Quia sicut dicitur Prouer. xvij. Qui altam facit domum suam querit ruinam. Unde Seneca docet infimum statum tutiorem esse φ̄ altum. Unde loquens pauperi dicit sic. Potius ingnit gaude: quia ad eum te fortuna deuenit statum de quo cadere non possis. Experientia enim dicitur φ alti τ magni homines terribiliter corruūt quando cadunt. De rege enim pireneo ponit Ouid. lib. v. de trāsformatis. φ dum turrem ascendens alis sumptis volare vellet vt nimphas menonides caperet τ opprimeret fugientes: ad terram statim corruit vbi aeri se cōmisit. Sicvere fit: φ superbi quorum elata mens videtur volare p aera: et ardenter persequitur pauperes τ egenos: quādoq3 fit φ subito corruunt atq3 cadunt: τ quantu3 ad statum gratie: fortune: τ vite seu nature: alis diuitiarū suarum τ elata superbia sua non obstantibus: in infernum pereunt τ descendūt. Figuratū in illa altissima et pulcerrima arbore que describitur Ezechie. xxxj. τ ponitur supra de cedro que subito corruit τ euulsa est τc. Hiere. l. Ecce ego ad te superbe dicit dominus exercituum: quia venit dies tuus: tempus visitatiōis tue: τ cadet superbus τ corruet: τ non erit qui suscitet eū. Corruunt igitur faciliter per superbiam alte se leuantes. ¶ Secundo dico φ faciliter corruūt fundamētu3 D firmum non habentes. Et tales sunt viri falsi: τ qui non habent fundamentum virtutis: veritatis τ realitatis: quia sc3 tales cito corruūt ab apparētia quā pretendunt. Peccatores etiam qui carent gratie fulcimēto corruunt de vitio in vitiū satis cito. Edificia eñ q̄ fundamento carent faciliter corruunt: sicut de domo edificata in arena exemplificat dominus. Mat. vij. que corruit τ fuit ruina ei⁹ magna. Seneca. ficta tāφ̄ flosculi dilabuntur. Unde de hypocritis τ quibusuis pictis a fictis hominibus potest dici illud Ezechie. xxvj. Statue nobiles in terrā corruent. ¶ Tertio dico φ faciliter corruunt per iracundiam passim offendentes. Homo enim quando inuenit scandalum. i. occasionem ad iram in via corruit. Sic illi qui ad omne offendiculum τ ad omnem occasionem offendunt et irascuntur faciliter corruunt τ labuntur. Unde Ezechie. vj. Qui autem prope est gladio corruet. Gladius enim qui cor affligit iracundiam signat ps. Gladius eorum intret in corda ipsorum. Unde cōtra duros crudeles τ iracundos dicitur Prouerb. xxviij. Qui men-

E tis est dure corruet in malum. ¶ Quarto dico ꝙ fa-
ciliter corruunt per imprudentiam stulte discurrētes
Homo enim faciliter corruit quando indiscrete cur-
rens. vbi pedē ponere debeat nō aduertit. Sic fatui de
facili corruūt in pctā: infortunia ⁊ tormēta. ꝑ eo ꝙ in
discrete ꝑ vana desideria diuagātes nō pcauēt vbi pe
des affectuū suorū tute collocēt ⁊ reponant. Unde de
defectu prudentie dicitur Prouerb. xj. Ubi non est gu
bernator populus corruet. Gubernator enim est pru
dentia: qua deficiente in anima necesse est ꝙ corruat
populus. i. congeries virtutum: cogitatuum actuum
⁊ membrorum. Quinto dico ꝙ facile corruunt ꝑ aua-
riciam onera ferentes. Facile eñ corruit qui onus gra
ue ⁊ intolerabile portare contendit. Sic auari qui ter
renorum onerosis rebus subiacent: facile in omñe ma-
lum corruunt dum non cauent. Sarcina enim mun-
di bonorū per auariciam mentem deprimit: ipsamq;
ruere cito facit. Hiere. lj. Si quidem ⁊ murus babylo
nis corruet. Murus enim signat auarum: qui pōdus
lapidum. i. diuitiarum terrestrium secum portat. Un
de etiam de auaro dicitur. Esa. viij. Corruet ⁊ esuriet ⁊
cum esurierit irascet. Sexto dico ꝙ faciliter corruunt
per immundiciam lubrice incedentes. In via enim lu
bricosa faciliter corruitur. Sic in via delitiarū carna
lium. Unde Hieremie. xxiij. Uia illorum quasi lubri-
cum in tenebris: impelluntur ⁊ corruent in ea. Septi
mo dico. ꝙ faciliter corruunt aliorum malorū vel etiā
tentationum impulsum sustinentes. Ille enim facile
corruit quem alius fortiter impellit. Sic qui malorū
exemplis ⁊ verbis necnon suggestionibus hostis for-
titer impellitur: necesse est ꝙ corruat ⁊ labatur Hiere
F mie. xx. Corruēt gladio inimicorū suorū. ¶ Octauo
dico: ꝙ faciliter corruunt per ignauiam nimis timen
tes. Cōcussio enim tonitrui vel alius timor inopina-
tus et magnus est aliquotiēs causa casus: sicut de fra
tribus Joseph qui ipsum prodiderant ⁊ vendiderant
dicitur Gene. xliiij. ꝙ reprehēsi de furto ciphi omnes
ante eum pariter in terram corruerunt. Sic etiam lo-
quendo moraliter. Ille in peccatum facile corruit: qui
mundi aduersa immoderate metuit Prouerbio. xxix.
Qui timet hominem cito corruet. Nono dico ꝙ faci-
le corruūt per infirmitatem: fragilitatem: ⁊ impoten
tiam deficientes: quia scilicet sicut infirmus ⁊ destitu
tus viribus cito corruit: sic infirmꝰ ⁊ peccator seu etiā
imperfectus in deterius cito cadit. ij. Paralipo. xiij.
Corruerunt vulnerati ex israel. Decimo dico ꝙ facili
ter corruunt per fiduciam in mundi auxilijs ⁊ amici-
cijs innitentes. Teste enim Grego. Qui labenti inniti
tur: necesse est vt cum labente labatur. Et q2 mundi
auxilia ⁊ mundanorum amicicie sunt vt plurimū de
biles ⁊ ruinose: necesse est ꝙ qui confidit in talibꝰ ci-
to ruat: exemplo altis animalis germanici qui more
elephātis dum semifracte arbori innititur necesse ha-
bet corruere dum arbor frangitur. Stultū est igitur
in vita mortali in opere temporali: in auxilio mundia
li; ⁊ in amicitia carnali cōfidere: quia ruine causa plu-
rimis potest esse. Esa. xxxj. Corruet auxiliator ⁊ cadet
cui prestatur auxilium: simulq; omnes consumentur
Et Prouerbio. xj. Qui cōfidit in diuitijs suis corruet
Sic igitur patet quomodo multiplex est corruere: et
multiplex causa ruine ⁊c. Uide supra de cadere: ⁊ infra
de ruina in litera R.

Corruptio. Corrumpere.

Nota ꝙ
A corruptio nihil aliud est ꝙ̄ alicuius rei dissolutio: al-
teratio ⁊ destructio. Corruptio enim tollit ⁊ destruit
totum esse rei: ⁊ propter hoc: quia res ꝯsistunt in qua
druplici esse: necesse est inuenire quatuor genera cor-
ruptionum quibus ista esse corrumpantur: vt sic vni
modo essendi sua correspondeat corruptela. Igitur di
co ꝙ est

	Naturale		Nature.
Esse	Uirtuale.	Esse	fortune.
	Formale		Gratie.
	Eternale seu		Glorie.

Isti enim sunt quatuor status rerum: videlicet. Infe-
rior qui est nature corruptibilis. Exterior qui est for-
tune variabilis. Interior qui est gratie cōmendabilis
Superior qui est glorie delectabilis. Sic igitur dico ꝙ
quadruplex inuenitur mala corruptio: videlicet Cor-
ruptio destruēs naturam: hoc est mors peruersa. De-
struens fortunam: hoc est sors aduersa. Destruēs gra
tiam: hoc est mens euersa: vel qua mens est subuersa:
scʒ culpa. Destruens gloriam: hoc est stix immersa. i.
pena eterna.

Mors corrumpit nature decorem.
Sors dirumpit fortune vigorem.
Culpa rapit gratie valorem.
Pena surripit glorie splēdorē.

¶ Passiue ergo lo B
quendo dicamus ꝙ
est corruptio nature quā faciet mortis necessitas. Cō
stat enim ꝙ tota natura inferiorum rerū corruptioni
subdita est. Nam cōtrarietas elementorū ⁊ insatiabi
lis appetitus materie ⁊ forme elemētalis imperfectio
qui scʒ appetitus materie terminari seu complere nō
potest: causa sunt ꝙ nihil inferius est incorruptibile:
⁊ ꝙ omnia cum tempore dilabuntur. ita ꝙ vnū corrū-
pitur ⁊ aliud generetur Eccli. xiiij. Omne opus corru
ptibile: in fine deficiet. Et ideo de corpore humano di-
citur: ꝙ intellectus ab eo separabitur sicut perpetuū
a corruptibili. Constat enim ꝙ quantū ad corpus om
nes sumus corruptibiles ⁊ mortales. Unde notabis
ꝙ nostre corruptionis conditio generat humilitatem
contemnit nobilitatem: acquiret stabilitatē. De hu-
militate patet: q2 scʒ non facile contemnit alium qui
se corruptibilem esse cogitat: ⁊ vna cum eo corrumpē
dum Eccli. viij. Memēto quoniam omnes sumus in
corruptione ne spernas hominem. De nobilitate vero
propria ꝙ facile contemnatur: qñ futura corruptio q̄
propinqua est cogitatur: patet in p̄s. vbi Dauid dice-
bat. Que vtilitas in sanguine meo. i. in nobilitate san
guinis mei dum descendo in corruptionem: quasi di-
ceret nulla vtilitas. De stabilitate vero futura. i. de im
mortalitate corporis in quam nostra corruptibilitas
in resurrectione mutabitur: dicitur. j. Corinthio. xv.
Oportet inquit corruptibile hoc induere incorruptio
nem: ⁊ mortale hoc induere immortalitatem. Hec est
igitur corruptio nature quam facit mortis necessitas C
¶ Secūdo dico: ꝙ est corruptio fortune: quam faciet
fortis aduersitas. Omnis enim status mundanus to
taq; fortune prosperitas finaliter corrumpitur: ⁊ per
aduersitatem ⁊ infortuniū dissipat. Unde illi cumu-
lo omnium miseriarum. s. ciuitati babylonice a qua
oīm aliarū ciuitatū fortuna ⁊ ꝓsperitas sub nabucho
donosor corrūpebatur ⁊ destruebatur: dicit Hiere. lj.
Ecce ego ad te mons pestifer qui corrūpis vniuersam
terrā. Et Naum. ij. Uastatores dissipauerunt eos: et
propagines eorū corrūpunt. Uñ etiā de illis quos vio-
lentia fortune: ignisq; acerbitas corrumpere non po-
tuit: dicitur Danie. iij. Uideo viros solutos ambulan
tes in medio ignis: ⁊ nihil corruptionis in eis est. Deꝰ
eñ suos de corruptiōe mūdi tribulationū liberat: ⁊ ip
sos ꝑ fortitudinē cōstantie in incorruptibiles mutat.
Roma. viij. Creatura liberabit a seruitute corruptōis. D
Hec est igit corruptio fortune ⁊c. ¶ Tertio dico ꝙ est
corruptio grē quā generat culpe ꝑuersitas. Quicquid
eñ corrūpit a suo cōtrario corrumpit: nūc aūt culpa
cōtraria est gratie: q2 cōtra bonū malū est ⁊ cōtra vitā
mors. Eccli. xxxiij. ⁊ ideo ꝑ gñationē culpe in aīa: ne-
cesse est ꝙ gratia corrumpat: q2. s. gñatio vniꝰ est corru
ruptio alterius p̄s. Corrupti sunt ⁊ abhominabiles
facti sunt in iniqtatibꝰ. Et nota ꝙ sicut corruptio lar
go modo sumpta. i. putrefactio causat ex multis cau-
sis in carne: sic corruptio pctī causat ex varijs actibꝰ in
mēte. Causat eñ ex calore corpꝰ inflāmāte. Ex humo-
re nimis abūdāte. Ex debili vigore corpus nō restau-
rante. Et externo dolore corpus cōprimente. Sic dico
ꝙ corruptio

que corruptio peccati gignitur: quando calore concupiscentie anima inflammatur: et quando humore deliciarum et diuitiarum nimis oneratur et maxime virtus rationis est ita debilis que sapienter non regitur et exteriora accidentia et occasiones varie ad crimina suffragantur: sic enim.

	Cor		Cogitando.
	Caro		Delectando
	Lingua		Proferendo.
Corrumpitur	Mens	Male	Affectando.
	Sensus		Existimando.
	Opus		Terminando.
	Habitus		Conuersando.

¶ Dicam igitur que mali corrupti sunt in corde: per malam cogitationem. Et hoc est magnum periculum: quia scilicet si radix arboris corrumpitur: necesse est que residuum destruatur. Patet de pomo quando cor interius est corruptum sic est de cogitatione et corde. Unde Soph. iij. Diluculo surgentes corrumpunt omnes cogitationes suas. Item corrupti sunt in carne per luxurie delectationem Gal. vj. Qui seminat in carne: de carne metet et corruptionem. Item corrumpuntur in lingua: per malam locutionem. Porcus enim qui linguam habet corruptam et leprosam reputatur esse totus corruptus. Unde. j. Corin. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Item corrumpuntur in mente: per peruersam intentionem. ij. ad Thimo. iij. Resistunt veritati homines corrupti mente et reprobi. Istud potissime patet de symoniacis et de iniquis iudicibus: qui a iusticia et veritate deuiant per munerum corruptelam. Prouer. xxv. Uena corrupta iustus cadens coram impio. Item corrumpuntur in sensu per hebetatam cognitionem. ij. ad. Corinthio. xj. Timeo ne corrumpantur sensus vestri et excidant. Item corrumpuntur in opere per iniquam executionem. ps. Corrupti sunt et abhominabiles facti sunt in studijs suis: studijs inquit idem operibus. Iuxta illud. Hiere. vij. Bona facite studia vestra. Item corrumpuntur in habitu et conuersatione insolenter viuendo. ps. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie mee. Cycatrices que sunt in exteriori cute: significant vitia que sunt in exteriori conuersatione. Ista est igitur corruptio gratie quam generat culpe peruersitas. ¶ Quarto dico: que est corruptio glorie: quam impedit pene diuersitas. scilicet damnatio eterna. Gloria enim eterna occasionaliter corrumpitur et destruitur quando per penam infernalem perpetuo impeditur. Unde de ista corruptione pene infernalis dicitur Iob. xxxiij. damnato. Appropinquabit corruptioni anima eius: et vita illius mortiferis. De cuius liberatione gaudens dauid dicebat in. ps. Non derelinques animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Sic igitur patet quomodo mali multipliciter corrumpuntur et quomodo a bonitate mortali multipliciter alterantur etc. vide infra de putrescere.

A

Corus.

Nota que corus sumitur quandoque pro mensura sicut Luc. xvj. Quantum debes domino meo. Centum coros tritici: sed de isto modo nihil ad presens. Item quandoque sumitur pro chorea et pro congregatione ordinata letantium et cantantium. ij. Paral. xxx. Locutus est Ezechias ad omnem chorum leuitarum. Item quandoque sumitur pro instrumento musico. Unde in. ps. Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis et organo. Item sumitur pro quodam vento sic appellato. Act. xxvij. statuerunt nauigare ad portum crete respicientem ad affricum. et ad chorum.

B ¶ De choro ergo inquantum sumitur pro congregatione letantium seu pro chorea potest distingui: de leticia spirituali. mundiali. et eternali. Chorus enim signat leticiam spiritualem qua gaudent perfecti. unde de ecclesia et eius spiritualibus leticijs dicitur Can. vij. Quid videbis in sunamite nisi choros castrorum. Et Hier. xxxj. Letabitur virgo in choro. Item signat leticiam temporalem qua gaudent infecti. In chorea enim mundanorum semper itur de dextera ad sinistram ad denotandum que mundi gaudia semper terminantur ad sinistram aduersitatis. Tren. v. Uersus est in luctum chorus noster: defecit gaudium cordis nostri ve nobis quia peccauimus. Item signat leticiam eternalem qua gaudent beati. unde de deo potest dici illud. j. Regum. xxj. Nonne huic cantabant per choros Saul percussit mille et Dauid decem milia etc. Uide de gaudio et leticia. A

Cottidie.

Illud quotidianum dicitur quod diebus singulis iteratur. Accipitur ergo quotidie pro sepe: pro communiter et pro semper. et ideo moraliter loquendo quotidie signat diligentiam et sollicitudinem et continuationem feruentem: vel in bono opere vel in malo. Et sic notabis que est quotidie pertinens ad bonos et quotidie pertinens ad malos. Ad bonos dico: quia scilicet boni sunt diligentes de bono quotidie faciendo ij. Corin. xj. Quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Igitur dico que boni solent Cottidie

Templa frequentare.
Uera predicare.
Scripta perlustrare.
Bonis ministrare.
Mala tolerare.
Bona perpetrare.
Bene laborare.
Deo immolare.
Bonis se sociare.
Xpm degustare.
Sese augmentare.
Lassos sustentare.

¶ Dico ergo que si erga deum diligentes et solliciti sumus: nos debemus quotidie templum frequentare. De scipione enim pagano legitur que omni mane templum iouis ad adorandum intrabat: et post ad senatum veniebat. In templo vero diutius remanebat. ita que populus dicebat: que ipse de re publica cum ioue consiliabatur. que si tunc in tempore vane spei faciebat paganus: multo fortius nunc debet facere xpianus: exemplo xpi dicentis Luce. xxij. Quotidie fui vobiscum in templo. Item debemus quotidie vera predicare: quod maxime pertinet ad prelatos: qui quotidie tenentur subditos informare. Esa. lviij. Clama ne cesses: et Luce. xix. Erat quotidie docens in templo. Item debemus quotidie scripta perlustrare. scilicet studendo in sacra pagina pro veritate inuestiganda. Unde de illis credentibus dicitur Actuum. xvij. Qui susceperunt verbum quotidie cum omni auiditate scrutabantur scripturas. Item debemus quotidie bonis ministrare. scilicet seruiendo et obediendo: et necessaria erogando. Hebre. x. Omnis quidem sacerdos presto est quotidie ministrans et easdem hostias sepe offerens. Item debemus quotidie mala tolerare: scilicet penitentiam et laborem in patientia sustinendo. Luce. ix. Qui vult venire post me abneget semetipsum et tolat crucem suam quotidie et sequatur me. Sic faciebat Apostolus dicens. j. Corinthio. xv. Quotidie morior. Item quotidie debemus bona perpetrare. Tobie. ij. Anna ibat ad opus textrinum quotidie. Item debemus quotidie bene laborare Exodi. v. Complete opus vestrum quotidie. Item debemus deo immolare: scilicet sacrificium laudis et bonorum operum. Numeri. xxviij. Offerebant duos agnos anniculos immaculatos quotidie in holocaustum. Duo agni significant bonum opus et bonam intentionem. Item debemus quotidie bonis nos sociare Actuum. ij. Quotidie perdurantes vnanimiter in templo. Et sequitur ibidem. Dominus autem augebat qui salui fiebant quotidie in idipsum. Item debemus quotidie xpm degustare. scilicet in sacramento altaris: quia scilicet licet dicat August. Celebrare quotidie nec laudo nec vitupero: nihilominus viris deuotis vtile est quotidie celebrare: vel corpus domini manducare: vt dicant domino illud Luce. xj. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Item debemus vires augmentare. i. semper crescere in virtutibus. Unde. j. Reg. xvj. et. ij. Regum. et. iij. dicitur que dauid proficiens semper in seipso robustior erat quotidie. De fidelibus etiam dicitur Actu. xvj. que abundabant numero quotidie. Item debemus quotidie lassos et pauperes sustentare. Iudith. vij. Dabatur populis aqua quotidie. Et de Hieremia incarcerato dicitur Hiere. xxxvij que rex precepit que daretur quotidie torta panis. Patet ergo que est vnum quotidie. i. vna quotidiana diligentia que pertinet ad viros perfectos. ¶ Secundo dico C

ꝙ est vnum quotidie quod pertinet ad viros infectos Et sic notabo ꝙ mali ⁊ impij quotidie.

Viuunt voraciter. Agunt carnaliter. Egent mentaliter. Lugent finaliter.

Viuunt dico voraciter: per quotidianaꝫ castrimargiam: vnde de diuite epulone dr. Luce. xv. ꝙ induebatur purpura ⁊ bysso ⁊ epulabatur quotidie splendide. Itē agunt carnaliter: per quotidianam luxuriam. Vñ de istis impudicis senibus dicit. Dañ. xiiij. ꝙ videbant susannam senes quotidie: ⁊ exarserunt in amorem illius. Item egent mentaliter: per quotidianam auariciaꝫ dicētes illud. j. Mach. vj. Defecimus quotidie ⁊ esca nobis modica est. Ideo sequitur: ꝙ isti lugent seu lugebunt finaliter per eternam ⁊ quotidianam miseriam. Ezech. xxx. Dolebit pelusium ⁊ alexandria erit dissipata: ⁊ in mēphis angustie quotidiane ⁊c.

A Cras. Crastinum. Nota ꝙ sicut hodie signat tps pñs: ita cras sigat tps futuruꝫ ⁊ sic dico: ꝙ per ista duo aduerbia pñt intelligi tps vite ⁊ tempus mortis: ⁊ tempus pñtis seculi ⁊ futuri. Potest etiam per cras intelligi quecūꝗ procrastinatio seu dilatio siue bona fuerit siue mala. his igitur premissis notabo ꝙ in scriptura inuenit Cras.

Deliberatiuum. Procrastinatiuum. Mortificatiuum Damnificatiuum Beatificatiuum.

Primuꝫ cras pertinet ad virum prudentem. Secunduꝫ cras pertinet ad pigruꝫ tardantem. Tertiū pertinet ad mortem sequentem. Quartum: pertinet ad infernum expectantem. Quintū pertinet ad paradisum bonos recipientem.

Primum est cras discrete ꝓuidentie.
Secundum est cras neglecte diligentie.
Tertium est cras mortalis violentie.
Quartum est cras infernalis pestilentie.
Quintum est cras supernalis affluentie.

B ¶ Dico igitur ꝙ per cras pōt intelligi discretio deliberatiua. Prudentes eñ non precipitant nec plus debito accelerant facta sua: immo semp volunt omnia facere cum matura ⁊ debita tarditate. vñ Exo. xvj. dr. Cras qdcunꝗ operandū est facite. Cras inquit. i. prudēter ⁊ deliberate: qr ꝓcerto melius ē ī crastinū negocia differre ꝙ precipitant ad executionē prorumpere. Et iō ſm iura nunꝗ in criminib⁹ sententia est exequnda q̄ a iudice festinanter ⁊ indeliberate est ꝓlata. De tali ergo cras. i. dvtute deliberatiua notādū: ꝙ cū ista

Hostis malicias debemus vincere. Mundi nequicias debemus fugere. Graues iusticias debemus facere. Christi delicias debemus edere.

Ista enim quatuor inter cetera indigent ꝙ cras. i. cū deliberatione: prudentia ⁊ discretione fiant. Et primo quidē cū volumus vincere hostis malicias Bella eñ non solent ꝑcipitanter sed mediante ordine ⁊ deliberatione tractari. Et ideo apud romanos capitis reus erat: q extra ordinē contra hostem pugnabat vñ ſm Tytum liuium de manlio torquato consule legit: ꝙ ꝓprium filium capite plecti fecerat: ꝓ eo ꝙ contra ipsius ⁊ collegę sui decij mandatum extra ordineꝫ belli: lꝫ vicisset: contra hostem pugnauerat: Sicut eñ dr. Prouer. xxiiij. Cum dispositiōe initur bellū. Nos igitur qui contra hostē dyabolū cū suo innumerabi-

C li exercitu vitioꝝ pugnare debemus: ꝓcrastinatione id est: maturitate ⁊ prudentia necessario indigemus. Exo. xvij. Pugna contra amalech cras. Nam qñ tale cras. i. deliberatiua prudentia adiungit: hostes corporis ⁊ aīe melius superant. Judicū. xx. Cras tradam eos. s. hostes vestros. s. in manus vestras. Item indigemus isto cras. i. deliberatione: si volumus exire vel fugere mundi nequiciam. Carcer eñ seu locus periculosus non euadit: nisi deliberatiua prudentia adhibeatur. Et ideo qui vult tute mundi pericula exire et fugere: debet crastinum expectare. i. deliberatiuam prudentiam adhibere. ij. Paral. xx. Cras egrediemini et dominus erit vobiscum. et Nume. xiiij. Cras mouete castra ⁊ reuertimini in solitudinem. ¶ Item indigemus isto cras. i. prudentia dilatiua: si volum⁹ facere fortes seu graues iusticias. In iusticia eñ exequenda valde est deliberatio ⁊ prudentia adhibēda. Teste eñ Sene. Nullum morosius animal: nec maiori arte tractandum quaꝫ homo. Ibidem etiam dicit. s. li. de clementia ad Neronem: ꝙ non est homine vtendū ꝓdige. Cuius exemplum dat nobis ipse dominus in scriptura. Nam vbi de afflictione plagaruꝫ egypti fit mētio: nunꝗ legitur aliqua plaga eadem die a domino inflicta qua cōminata vl' ordinata erat: immo semper in crastinum reperitur dilata. Sicut de morte animalium: ranarum ⁊ locustarum. dicitur Exo. viij. Cras erit signum istud. Et. ix. Cras faciet dominus istud. Et. x. Inducam cras locustam in finibus vestris. Vnde de theodosio imperatore legimus: ꝙ quia sine deliberatione in impetu ire sue vnam ciuitatem deleuit. ipsum Ambrosius reprehendit ⁊ ab introitu ecclesie repressit. ꝓpter qd idem imperator. xxx. dies exequende snīe ꝓ dilatione post snīam ordinauit: sicut ponit hystoria tripartita. Debet igitur quilibet iusticiaꝫ facturus dicere illud. Geñ. xxx. Cras respondebit mihi iusticia mea. Ista igitur deliberationis ꝓcrastinatione indigemus: quando debemus facere graues iusticias. Itē ista indigemus: quando debemus edere xpi delicias. s. quando volumus recipere corpus xpi. Illd enim est cū deliberatione faciendum: al's de incomodo est timendum. Medicina enim quodaꝫ preambulo preparato indiget al's nō ꝓficit: immo nocet. Ideo cras. i. deliberatiue debet recipi ⁊ cum debita deuotione ⁊ reuerentia ptractari. Nume. xj. Cras comedetis carnes. Patet igitur quō ꝑ istud aduerbiū cras pōt intelligi discretio deliberatiua. ¶ Secundo dico ꝙ ꝑ cras potest intelligi dilatio ꝓcrastinatiua seu etiam neglectiua. Et istud cras est illoꝝ qui in omnib⁹ suis negocijs tardi sunt atꝗ pigri: ⁊ qui more corui semꝑ dicunt cras. Differunt enim totuꝫ facere quousꝗ deficiat potentia faciendi. Procrastinant eñ deuꝫ adorare: proximum iuuare: magna sperare. Deū dico adorare. Exo. viij. Constitue mihi tempus in quo deprecer ꝓ te. Respondit ei Cras Proximum iuuare etiam: cōtra illud. Prouer. iij. Ne dicas amico tuo vade et reuertere. Cras dabo tibi cum statim possis dare. Magna sperare etiam: quia multi sunt qui semper sperāt in crastinum melius succedere: nec timent infortunium aduenire. Dicentes illud. Esa. lvj. Et erit sicut hodie sic et cras: ⁊ multo amplius. Cōtra illud quod cōsulitur. Prouer. xxvij. Ne glorieris in crastinuꝫ ignorans quid superuentura pariat dies. Ista est ergo dilatio procrastinatiua. ¶ Tertio dico: ꝙ per cras intelligitur cōditio mortificatiua: id est dies mortis. Hodie enim est vita presens. cras vero mors. Non enim habet homo nisi duos dies: hodie et cras id est vitaꝫ et mortem. Iuxta illud Ecclesiastici. x. Hodie est Rex et cras morietur. De isto ergo cras: id est de morte potes notare ꝙ.

Tollit delitias corporales. Diuitias temporales. Eminentias populares. Infert molestias infernales. Confert leticias eternales.

Crastinuꝫ ergo mortis tollit delicias corporales Unde Esa. xxij. Comedamus ⁊ bibamus: cras enim moriemur. q. d. mors est illud ꝑ quod terminant cibus et potus ⁊ alie delicie corporales. Item istud cras. s. mors tollit temporales diuitias De quo Eccli. xx. Hodie feneratur quis et cras repetit. q. d. fortuna que hodie. i. in vita presenti nobis feneratur diuitias dando. Cras id est in morte repetit omnia sibi retinendo: et nihil nobis dimittendo. Itē istud cras. s. mors tollit ⁊ adnihilat seculares eminētias. vñ. j. Mach. ij. dicit de impio ⁊ superbo diuite. gloria ei⁹ stercus ⁊ vermis est: hodie est ⁊ cras nō inuenietur quia conuersum est in terram. Itēꝫ istud cras scilicet mors

mors infert.s.peccatoribus infernales mesticias. Vñ de peccatore in igne infernali mittendo potest dici illud. Mathei.vj. Fenum agri quod hodie est: cras in clibanum mittitur. Item istud cras cõfert.s. bonis eternales leticias.i.gaudia paradisi de quibus.j.Reg.xj. Cras erit nobis salus cum incaluerit sol. In crastino enim mortis sol iusticie christus: per feruorem caritatis quantum ad bonos calescit: ⁊ sic salus eterna erga eos inualescit. Istud est igitur cras mortis quod diuersa solet efficere in diuersis. Patet igitur quomodo
E do per cras potest intelligi conditio mortificatiua.

¶ Quarto dico: ꝙ per cras intelligitur afflictio damnificatiua.i.pena infernalis. Mali enim non habẽt nisi duos dies: hodie ⁊ cras: vnum scȝ bonum ⁊ aliud malum. Hoc est dictu: prosperitatem presentem ⁊ calamitatem futuraȝ. Hodie em̃ habent gaudere: cras vero habebunt dolere. Hodie rident crastino stridẽt Hodie saltãt crastino nutãt. Hodie sunt pleni: cras erunt egeni. Hodie sunt primi: cras erũt infimi. Hodie sunt equites: cras erunt pedites. Hodie sunt i gloria: cras erunt in miseria. Hodie abundãt auro: cras erunt in demonum thesauro. Et ideo de isto cras inquorum breuiter potest dici illõ. Luce.xij. Fenum qđ hodie in agro est: cras in clibanum mittitur. ¶ Quinto vero dico: ꝙ per cras intelligitur consolatio letificatiua idest vita eterna ⁊ gloria paradisi: quia.s. sancti habuerunt hodie ⁊ cras.i. presentem vitam que fuit in miseria: ⁊ futuram que erit in gloria. vnde quilibet sanctus potest dicere illud. Hester.v. Regina vocauit me cum rege ad comedendum: ⁊ cras cum rege pransurus sum. Regina dico.i.beata virgo. Ista est enim que vocat beatos: vt cum rege christo prandeãt in gloria. Et merito: quia procerto i isto crastino erit festum ⁊ conuiuium sempiternum. Iuxta illõ.j.Reg.xx. Kalende sunt in crastino. Kalende enim erant festa neomenie idest noue lune. Patet ergo quõ cras di
A uersimode potest sumi.

Creatura. Creare. Creator.

Nota ꝙ creare idem est quod aliquid de nihilo facere. Condere enim facere: componere: fabricare: producere: generare ⁊c. verba actiua semper ꝓsupponũt materiam preiacentem. de cuius potentia educunt et eliciunt formam suaȝ. Creare vero nihil presupponit nisi forte ydeas seu formalitates seu etiam quidditates quas posuerunt aliqui ipsi deo coeternas. Cõstat enim ꝙ in mente diuina ab eterno sunt ydee rerum. Iuxta illud. Eccli.xxiij. Antequam crearẽtur omnia sunt agnita domino deo: sic et post perfectuȝ respicit omnia: sed de hoc nihil ad presens. Non enim habeo alas ad tam alte volandum. Istud ergo possuȝ dicere ꝙ creare competit soli deo qui est agens infinitum: ꝗ scilicet produxit de nihilo creaturas. Moraliter ergo loquendo dicam: ꝙ creator denotat mihi in deo. Potentiam insuperabilem. Clementiam inexterminabilem. Scientiam indeceptibilem. Potuit enim voluit et sciuit creare res: ⁊ ideo qui bene ordinem creaturarum considerat: bene potest dici potestatem: bonitatem ⁊ sapientiam cognoscere ⁊ videre. Teste em̃ Sap.xiij. A magnitudine spei ⁊ creature poterit horuȝ creator videri. Quia sicut dr̃. Rom.j. Inuisibilia di a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Igitur cuȝ creare dicat mihi aliquid in esse cõpletum producere: possum dicere ꝙ creatura moraliter signat hominem factum: et in esse morali productum: et de nihilo id est de peccato ad esse gratie eductum. Et sic per creaturam accipiendo hominem perfectum et moralem: exponamus illud. Judith.xvj. Tibi seruiat omnis creatura tua. In quibus verbis aduerte ꝙ sicut in creatura considerantur tria videlicet Deus a quo producitur. Tibi inquit deus. Esse ad qđ educitur. Creatura. Relatio seu subiectio in qua concluditur. Tua. Et sic dico ꝙ creatura de sui significato importat quandam nobilem conditionem: quia a deo est. Quãdã virtuosam perfectionem q̃ inesse est. Quandam subiectionem ⁊ obligationem: quia ab altero est. Sic dicam ꝙ spiritualis creatura seu creatus id est iustus habet Dignitatem nobilem ⁊ preeminentiam. tibi. Veritatem stabilem ⁊ residentiam. creatura. Paruitatem humilem ⁊ subiacẽtiam: seruiat tua. Vel dic aliter.s.ꝙ hic bene dicitur de homine sic creato ꝙ debeat

Diligere.
Eligere.
Attendere.
Ostendere.

¶ Diligat diuinitas ꝑ quam existimem⁹.tibi.s.inqt: o deus. B
Eligatur sedulitas: qua deo sistimus. Seruiant inquit. Attendatur nobilitas in qua cõsistimus tua. Igitur dico ꝙ hic ostenditur quid a creatura sit diligendum feruẽtissime.s. ipse deus qui ostenditur cum dicitur tibi scȝ op⁹ creator. Quia sicut dicitur Hebre.iij. Qui omnia creauit deus est. Naturale est enim ꝙ om̃ia diligunt illud a quo habent esse ⁊ bonum. Etiam ipsa animalia carentia ratione suos cognoscunt ⁊ diligũt nutritores. Deus est igitur super omnia diligendus: quia scilicet ab ipso habemus esse: ⁊ bene et optimum esse: scȝ esse nature. Esse gratie. Esse glorie. Ab ipo etiã habemus nutrimentuȝ quantum ad naturam quod nos reficiat. Fulcimentum quãtum ad gratiam: que nos perficiat. Complementum quantum ad gloriam que nobis sufficiat. Tibi inquit. Ideo dicebat Dauid in ps. Diligam te domine fortitudo mea: domin⁹ firmamentum meum ⁊ refugium meum ⁊ liberator me⁹ Verũtamen de multis videtur contrariũ: qui scȝ plus mundum ꝙ deum: bonum creatum ꝙ increatum: bonum cõmutabile ꝙ eternum diligunt. Unde sic fit ꝙ ingrati deum obliuiscuntur ⁊ amorem terrestriũ amplectuntur. Deuterono.xxxij. Deum qui te genuit dereliquisti: et oblitus es domini creatoris tui. Et ideo conquerendo dicitur ibidem. Nunquid ipse est pater tuus qui possedit ⁊ fecit ⁊ creauit te. Si ergo pater et factor restat ꝙ sit super omnia diligendus. Ostenditur ergo quid a creatura sit diligendum. Tibi inquit:
et loquitur deo. ¶ Secũdo ostenditur hic quid a creatura sit eligendum deuotissime. C
Seruiat inquit: quia scȝ seruitium ⁊ obedientia dei est principaliter eligenda. Seruire enim deo regnare est. Istud enim vnum officium creature seruire scȝ ⁊ obedire imperio creatoris: sicut ad literam videmus de omnibus rebus mũdi que in officijs sibi a natura concessis seruiũt incessanter. Unde Sapiẽtie.xvj. Creatura tibi factori suo deseruiens ⁊c. Quod est cõtra multos: de quibus Romano.primo. Seruierunt creature potius ꝙ creatori. Propterea tradidit eos deus in passiones ignominie ⁊c. Uide infra de seruire. Ostenditur ergo quid a
creatura sit eligẽdum. Seruiat inquit. ¶ Tertio ostẽ D
ditur quid a creatura sit attendendum discretissime. Omnis inquit creatura. Debet enim homo attendere ꝙ ipse est omnis creatura.i. inesse naturali ⁊ morali a dño cõpositus ⁊ creatus: vt participet cũ omnib⁹ alijs creaturis: ⁊ sic non debet se vilem reputare: sed a vilitate peccati potius resilire. Vñ de homine loquẽs xp̃s dixit Marci.xvj. Predicate euãgelium om̃i creature. Teste enim beato Grego. in omelia. Homo omnis creatura dicitur: quia cum omnibus participans intelligere cum angelis: sentire cum brutis: viuere cuȝ arboribus: ⁊ esse cum lapidibus cõprobatur. Etiã loquendo moraliter dico ꝙ homo perfectus om̃is creatura merito potest dici. Ista enim in sui cõpositiõe cõtinet. Celũ hoc est alta cõtemplatio Terrã. hoc est infima humiliatio ⁊ subiectio. Mare: hoc ẽ amara cõtritio ⁊ cõpũctio. Spiritũ seu ventũ. hoc est spũs inspiratio. De celesti cõteplatiõe dicitur Esa.lxv. Ecce creo celos nouos. De terrestri humilitate ⁊ deiectione dicitur Eccli.xvij. Deus de terra creauit hoiem. ⁊ Geñ.j. In principio creauit deus celũ ⁊ terrã. De mari xo dr in ps. Aquilonẽ ⁊ mare tu creasti. De spũ xo dr in ps.

Coꝛ mundum crea in me deus: ⁊ spiritum rectum innoua in visceribus meis. Et breuiter videtur: ꝙ deus facit de viro iusto vnum nouum hospitium ad habitandum. Et ideo ibi ponit nouam familiam virtutum. Creat igitur ibi.

Iusticiam que mala puniat.
Sapiam: que alta sentiat.
Mundiciam que feces fugiat
Leticiam quam libens audiat
Laudem per quam iocundetur.
Pacem cū qua cōmoꝛetur.
Quietem vbi hospitetur.

Dico igitur: ꝙ deus in viro iusto ponit ⁊ creat iusticiam: ad mala puniēdū Sap. v. Armabit creaturam ad vltionem. Item ibi creat sapientiam ad alta cogitandum seu sentienduȝ. Unde Eccl'ia. xxiiij. dicit. Ab initio ⁊ ante secula creata sum. Item ibi creat mundiciam ad feces vitioꝝ abstergendum: ⁊ ad totum hominem virtutibus renouandum. Unde illud ꝑdictuȝ ps. Coꝛ mundū crea in me deus Et alibi in. ps. Emitte spm̄ tuū ⁊ creabuntur ⁊ renouabis facieȝ terre. Itē ibi creat leticiam ad iubilandum. Eccl'i. xxxj. Uinum in iocunditate creatum est. Item ibi creat laudeȝ ad eum sollaciandum. ps. Populus qui crea. lau. dominum. Item ibi creat pacem ad lites sedandum. Esai. lvij. Creauit fructum labioꝛuȝ pacem. Item creat ibi quietem ad suum cubiculum faciendum ⁊ ad eum spiritualiter hospitandum. Unde homo de deo potest dicere illud. Eccl'i. xxiiij. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Omnia em̄ ista bona creat deus ī homine: ad hoc ꝙ fieri possit bonus: ⁊ ad hoc ꝙ digne recipiat ipsum bonum. Bona enim bonis creata sunt: sicut dr. Eccl'i. xxxix. Et sic de homine qui omnis creatura dicitur: poterit recte dici illud. j. Thimo. iiij. Ois creatura dei bona est ⁊ nihil reijcienduȝ in ea. Sȝ heu ꝓh doloꝛ. vr̄ ꝙ hodie verificat̄ de ista omni creatura illud quod scribit̄ Rom. viij. Creatura vanitati subiecta est: qꝛ ꝓcerto hodie dyabolus ibi creat.

Superbiā q alta sapiat.
Seuiciam que dure feriat.
Auariciā que multa cupiat.
Inuidiā que bonos odiat.
Tristiciam q̄ mentem rapiat

De superbia dr. Eccl'i. xxxvij. O presumptio nequissima. vnde creata es De seuicia vero ⁊ crudelitate dicitur. Eccl'i. xxxix. Sunt spūs q ad vindictaȝ creati sunt. De auaricia dr. Eccl'i. xl. Occupatio magna creata est oībus hominibus: iugum graue sup filios adā. De inuidia dr. Sap. xiiij. Creature dei in odium facte sunt. De tristicia vero siue de pestilētia moꝛtis eterne finali potest dici illud. Eccl'i. xl. Moꝛs sanguinis. contentio: romphea: oppꝛessiones: fames: contritio: ⁊ flagella super iniquos creata sunt. Non sic simus nos creatura: sed simus creatura a deo creata: ⁊ virtutibus reformata non vitijs defoꝛmata: qꝛ sicut dr. Gal'. v. In xp̄o iesu neqȝ circūcisio aliquid valet: neqȝ ꝑpucium sed noua creatura. Et merito: qꝛ ꝓcerto talis creatura dato ꝙ in pn̄ti vita multis tristicijs desoletur. Iuxta illud. Rom. viij. Omnis creatura ingemiscit ⁊ parturit vsqȝ adhuc: tamē eterna gloꝛia post moꝛtem perfruetur: sicut ibideȝ dr. Creatura liberabitur a seruitute coꝛruptionis: in libertatem gloꝛie filioꝝ dei. Patet ergo ꝙ hic ostendit̄ quid a creatura sit attendēdū discretissime. s. ꝙ ipe hō est omnis creatura. ¶ Quar-
E to vero dico: ꝙ ostenditur quid a creatura sit ostendendum: qꝛ. s. hūilitas que ostenditur qn̄ dicit̄. Tua. Tuum enim denotat ꝙ sit alieni iuris. Creatura em̄ nō est suiipsius creatura: qꝛ nihil creat seipsuȝ: immo creatur a deo: ⁊ ideo creatura est dei: ⁊ sic est subiecta naturaliter ipsi deo. Subiectio autem que est alteri⁹ iuris possessio humilitatem innuit ⁊ requirit tua: ⁊ vere nullus est qui scit aut qui habeat aliquid a se: imo quilibet iuris alterius est ⁊ potissime ipsius creatoꝛis dei. Ipse enim fecit nos ⁊ nō ipsi nos. Eccl'i. xxxvj. Ab initio creature tue sunt. Patet igitur in autoꝛitate ꝑmissa: ꝙ est. Ostendenda humilitas nostre subiectionis. Tua. Attendenda nobilitas nostre conditionis. Omnis creatura. Eligenda sedulitas pꝛompte deuotionis. Seruiat. Diligenda sublimitas diuine placationis. Tibi inquit o deus. ¶ Si vis autez adhuc no- F
ta de deo ꝙ ipse creatoꝛ est: quia scilicet ipse creauit. Celum ad nos continendum. Terram ad nos nutriendum. Chꝛistum per incarnationem ad nos redimēdum. Hominem ad sibi seruienduȝ. Demonē ad nos exercendum. Medicinam ad nos liberandum. Sapientiam ad nos infoꝛmandum. Penā eternam ad malos puniendum. Gloꝛiam supernam ad bonos quietandum. Dico ergo ꝙ celum a deo creatū est ad nos continenduȝ. Iudith. xiij. Benedictus dominus qui creauit celum. Item terram ad nos sustinenduȝ. Esa. xl. Dominus creauit terminos terre. Itē creauit chꝛistum scilicet quantum ad humanitatem ad nos redimendum. Hiere. xxxj Creauit dominus nouum sup terram: mulier circundabit virum. i. Maria concipiet chꝛistum. Item creauit hominem ad sibi seruiendū Gen̄. j. Creauit deus hominem de limo terre. Iteȝ creauit demonem ad nos exercendum. Esa. liiij. Ego creaui fabꝛum sufflanteȝ in igne pꝛunas. Itē creauit medicinam. s. gratie ⁊ penitētie ad nos sanandum ⁊ liberandū. Eccl'i. xxxviij. Altissimus de terra creauit medicinam: ⁊ vir pꝛudens non abhoꝛrebit eam. Iteȝ creauit sapientiam ad nos sustinendum. Ecclesia. j. Pꝛioꝛ omnium creata est sapientia. Item penam eternaȝ ad malos puniendum. Esai. liiij. Ego creaui interfectoꝛem. et Eccl'i. xxxix Ignis grando: fames et moꝛs ad vindictam creata sunt. Item creauit gloꝛiam eternam seu supernam ad bonos pꝛemiandum. Esa. liij. Omnem qui inuocat nomen meum in gloꝛiam meaȝ creaui eum: foꝛmaui eum ⁊ feci eum. Hec igitur de creare et creatura sufficiant pꝛo pꝛesenti. De creatiōe vero impꝛopꝛie sumpta inquantum scilicet signat ꝓmotionem: nihil ad pn̄s.

Credere.

Nota ꝙ credere quandoqȝ sumitur pꝛo obedire sicut Eccl'i. xxx. Tunde latera eius scilicet filij tui dum infans est: ne foꝛte indurēt ⁊ non credat tibi. Quandoqȝ sumitur pꝛo cōmittere: sicut. j. Coꝛ. ix. Dispensatio mihi credita est. Et Rom. iij. Credita sunt illis eloquia dei. Quandoqȝ vero sumitur pꝛo consentire: ⁊ sic sumitur vt comuniter in scriptura: ille eniȝ credit: qui alterius dictis assentit. Gen̄. xv. Credidit Abꝛaham deo ⁊ reputatum est ei ad iusticiam esse. Accipit̄ ergo credere pꝛo assentire opinari: existitimare seu sub nube ⁊ incertitudine quadam scire. Fides enim seu credulitas est quedā cognitio enigmatica ⁊ obscura. Scientia vero que erit ī patria visio erit nuda ⁊ clara: nunc enim veritati pꝛime magis quā rationi pꝛopꝛie acquiescimus: ⁊ captiuantes intellectum nostrum in obsequiuȝ fidei: credim⁹ ꝙ non videmus: vel quod rationis lumine non videmus: nunc vero fides euacuabitur, quia scilicet clare quod nunc credimus cognoscemus: sicut aperte dicitur. j. Coꝛint. xiij. Dicam igitur ꝙ credendum est domino: quia sicut ipse dicit. Iohannis. vj. Omnis qui videt filium ⁊ credit in eum habet vitam eternam. In quibus verbis ostenditur ꝙ credulitas fidei chꝛistiane tenenda est ꝓpter multa. s. qꝛ habet.

Latissimum ligamentū multos conuinciens.
Certissimum documentum nullū decipiens.
Altissimum fundamentum nunꝙ deficiens.
Plenissimum ꝯplementum omnes reficiens.
¶ In ipsi⁹ ligamēto cūcti ꝯphendunt̄. Ois inquit.
In ipsius documento falsa repꝛehēdunt̄. Uidet inqt.
In ipsius fundamēto certa depꝛhendunt̄. Filiū inqt.
In ipsi⁹ ꝯplemēto bona appꝛhēdunt̄. Hȝ vitā eternā

Et sic dico ꝙ ista credulitas est tenenda ꝓpter.
Multitudinem credentis ppl'i. Omnis inquit.
Certitudinem docentis oculi. Uidet inquit.
Celsitudinem ingentis tituli Filium inquit.
Plenitudinem sequentis ferculi. Hȝ vitam eternā. B
¶ Igitur credenduȝ est qḋ dictat fides nostra ꝓpter
multitudinem

multitudinē ppl'i credentis. Oēs inquit. Oēs em̄ vel credunt vel credere debent fidem. Ista em̄ nō est fides vnius sed oium: qꝛ xp̄s nō ꝑ vno solo venit sed ꝑ oib⁹ redimendis. Uirtus em̄ dei est in salutem oi credenti Rom̄ .j. qꝛ ergo videmus multitudinē hoim ad fidez venisse: ꝛ oēs illos qui saluari voluerūt credidisse xp̄o merito debemus credere: ꝛ magis cum pluribus quā nobis solis in fidei negocio consentire. Naturale est enim sequi libenter multitudinem siue in bono siue i malo. Unde etiam de quodam magno saraceno narratur: ꝙ cuz vellet venire ad fidem xp̄ianam: ꝛ parata esset peluis vt baptizaretur: petijt vbi plus inueniret de parentib⁹: qui. s. omnes fuerant infideles: in paradiso: an in inferno. Responsum est sibi ꝙ in inferno. Et ego inquit volo ire vbi plures de meis reperiam ꝛ sic pedem a baptismo retraxit. Sic ergo iste voluit sequi multitudinem maloꝝ. Multo fortius nos debemus sequi quantum ad fidem multitudinem fideliū ꝛ bonorum: qui scilicet hanc fidem tenuerūt ꝛ in hac vixerūt. Omnis inquit. Et merito: quia sicut dicitur. Rom̄. x. Omnis qui credit in eum non confundetur. Et Joh. iij. Omnis qui credit in ipso non peccat. Igitur obediendum est fidei christiane propter multitudinez populi credentis. Omnis inquit. et si vis dic de ista multitudine: de qua. s. dicit̃. Actuū. iiij. Multitudinis credētiū erat cor vnū: q̃lis. s. fit aut fuerit vicz. ꝙ

Reges.
Philosophi.
In malicia obstinati.
Martyres.
Virgines.
Confessores.

Isti fidei crediderūt: ꝛ in ipsa aut ꝑ ipsa mortui sunt ꝛ vixerunt.

C ¶ Secundo dico ꝙ ista fides tenenda ꝑpter certitudinem oculi docentis seu etiā lucentis. i. ꝑpter certitudinē veritatis quod ostenditur cum dr̃. Uidet. Fides enim nostra: visio pōt dici: qꝛ. s. sicut inter noticias sensuales: nihil certius noticia visuali: sic nec noticia fidei ē in se aliquid magis certum: sicut apl's dicebat. ij. Thimo. j. Scio cui credidi: ꝛ certus sum qꝛ potens est depositum meū seruare in illum diē. Et iō isti debemus acquiescere ꝛ credere tanq̄ pume: ꝛ summe ꝛ increate veritati. Constat em̄ ꝙ visio specularis quandoqꝫ certior est visuali: ꝛ multa vident̃ in speculo: q̄ videri nequeunt in sua ꝑpria essentia vel substantia. Si enim speculum in aqua posueris: tūc eclypsim solis ꝛ lune coiunctionem cum ipso que tibi ꝑpter altitudinem apparere non poterant manifeste videbis. Planete etiam q̄ pre claritate solis videri nō possunt de die possunt tibi mediante speculo apparere. Speculū certuz est fides ꝛ cognitio fidei: visio dicit̃ specularis. j. Coꝛ. xiij. Uidemus nunc per speculum in enigmate. Et ꝑ certo istud est verum. ꝙ ista visio ꝛ cognitio magis est certa noticia rationis. Nulla em̄ noticia attingit ad cognitionem eclypsis solis. i. mysterij dñice incarnationis: quō scꝫ ipsi soli iusticie dei filio: luna. i. humana natura cōiungit̃ ꝛ vnit̃: nisi istud in speculo fidei videretur. Tanta est em̄ altitudo huius negocij: ꝛ aliorum q̄ fide cognoscim⁹ magnitudo: ꝙ lꝫ in se sint certissima: nobis tamē sunt occulta ꝛ abscondita. Et iō oportet ꝙ per speculum fidei mediante aq̄ gratie sint homini manifesta. Rom̄. j. Que nota sunt dei: manifesta sunt in illis. Sed quid ꝑcerto multa sunt falsa specula ꝛ concaua que scilicet quedam ostendunt res alias q̄̄ sunt ꝛ facies faciunt transuersales. Alia ostēdunt duas vl' plures facies: cum nō sit nisi vna. Alia ondunt imaginē grossaz turpē ꝛ rudez: cū ad l'ram sit subtilis. Sic reuera dico: ꝙ specula rōnis hūane specula sunt ꝯcaua. i. deceptoria atqꝫ falsa. sapiētia. n. huius mundi stulticia est apud deū. Nō em̄ ondūt res ꝛ negocia put sunt: qꝛ. s. q̄ ista specula sequit̃: necesse ē ꝙ multa falsa ꝛ fatua de reꝝ diuinaꝝ negocijs opinet̃ sicut apparuit de poetis. q̄bus speculū sui sensus ondit plures facies: vbi non erat nisi vna: qō factum est qn̄ plures posuerunt deos: cū sit ad literā vnus solus Sicut etiā patuit in ph'is: qui speculo proprie ratiōis nituntur apprehendere: inuestigare: ꝛ manu tangere imaginem verbi incarnati: cum tamen tangi nequeat ratione: sicut ipse dicit Magdalene Joh. xx. Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meū: quasi dicat. Noli per rationem inuestigare mysterium incarnationis mee quia solum hoc poterit tāgi ꝛ cognosci: quando me tangetis: vbi ascendero ad gloriā paradisi. Isti enim tangere volunt imaginem ꝛ non tangunt: dicentes cuz Thoma illud Johan. xx. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum: ꝛ mittam digitos meos in loca clauorum: et mittam manum meam in latus eius nō credam. quia scꝫ isti per rationem humanā ista secreta volunt inuestigare: tangere ꝛ videre: al's non possunt credere nec sentire. Et tamen isti timere debuerant mortem Oze. ij. Regū. vj. Qui archam testamenti que tangi manib⁹ non debebat presumpsit tangere: ꝛ ideo mortuus cecidit indilate. Quia pro certo illi per hereses moriuntur: qui secreta fidei manibus rationis tangere dinoscūtur. Tali em̄ visu sensuali non possunt cognosci: sed poti⁹ spirituali. Ideo Thomas qui visu sensuali ꝛ corporali xp̄m videre volebat: reprehenditur a domino cum dicitur Johan. xx. Quia vidisti me thoma credidisti: beati q̄ nō viderunt ꝛ crediderunt. Tale enim falsum speculum habuerunt heretici: qꝛ. s. iudicium suum: ꝛ falsa ipsoruz opinio ostendebat eis res grossiores q̄̄ essent. Sicut arrio: qui christū credidit purū hominē ꝛ nō deuz. Dioscoro. qui de diuinitatis ꝛ humanitatis mixtione confusa credidit xp̄m factū esse ꝛc. Non sic. sed habeamus verum speculuz. i. veram fidem in qua possum⁹ videre certitudinem om̄is rei. Uidet inquit. s. spiritu ꝛ non carne. Mar. xv. Uideamus ꝛ credamus. ꝛ illud Johan. xj. Dum lucem. s. fidei habetis credite in lucē: vt filij lucis sitis. Patet igitur: ꝙ credendum est propter certitudinē speculi docētis. Uidet inquit.

¶ Tertio dico ꝙ credendū est in fide popter fortitudinē seu firmitudinem tituli manentis. Filiuz inquit. Ipse em̄ dei filius est basis ꝛ fundamentum fidei xp̄iane: qui scꝫ non potest deficere nec errare. Et ideo qꝛ tale fundamētum habemus: ꝛ quia a tali legislatore: doctore ꝛ ductore fidem tenemus: non est mirū si ei adhereamus. Johan. viij. Credis in filium dei. Sequitur. Credo domine. Et. ij. Paralipome. xx. Credite in domino ꝛ securi eritis. Uidet inquit filium ꝛ credit in euz. Igitur de isto credere. i. de ista fide ꝙ firmiter sit credēda. D

Notabo ꝙ ista dat.

Sapientiam ignorantibus.
Eloquentiam predicantibus.
Permanentiam militantibus.
Sustinentiam patientibus.
Abundantiam indigentibus.
Cōfiduciam pereuntibus.

¶ Dic ergo ꝙ fidei credulitas dat appetentibus seu ignorantibus sapientiam. Eccli. xxxij. Homo sensat⁹ credit legi dei: id est ille q̄ credit legi dei est homo. i. rationalis ꝛ sensatus. Juxta illud Esa. xliij. Sciatis ꝛ credatis ad qō facit illud Johā. xij. Qui credit in me nō ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite dicit dominus. Item dat predicantibus eloquentiam p̄s. Credidi ꝑpter quod locutus sum. ꝛ. ij. Corin. iiij. Nos credimus propter quod ꝛ loquimur Item dat militantibus permanentiam Eccli. iiij. Qui intuetur illam scꝫ fidem nostram permanebit confidens: ꝛ si crediderit ei permanebit. ꝛ Esa. vij. Si non credideritis non permanebitis. Item dat patientibus sustinentiam: quod bene patuit in martyribus. Unde de Daniele leonibus exposito ꝛ ab eis non leso dicitur Danielis. vj. Nulla lesio in eo est: quia credidit deo suo. Item dat indigentibus abundantiam. Johannis. vj. Qui credit in me non sitiet. Item dat pereuntibus confidentiam. Actuum. xvj. Crede ꝛ saluus eris. primo Corinthio. j. Per stulticiam predicationis saluos facit credentes. Istud est fortissimum fundamentum fidei

nostre: q̄ scilicet ab ipso dei filio noscitur emanasse. Unde .j. Joh. iij. Credamus in nomine filij eius. Igiť credamus ꝓpter firmitudinem tituli manentis. Filiū inquit ¶ Quarto oportet credere propter plenitudinem seu magnitudinem premij seu ferculi sequentis. Habet inquit vitam eternam. Libentius enim facit homo quod precipitur: quando magnum est premiū quod promittitur: ⁊ quod propter hoc reportatur. Cū igitur vita eterna sit summum premium ⁊ immensū quod tamen credentibus est promissum: bene sequiť ꝙ firmiter debemus credere vt tantum possimus premium reportare. Habet inquit vitam eternam ⁊c. Johannis. iij. Qui credit in filio dei habet vitam eternā. Que est premium.

Magnificum ⁊ preciosum.	Magnificum: ꝓpter bonitatē immensam. ps. Credo videre bona domini in terra viuentium.
Pacificum ⁊ speciosum.	
Letificum ⁊ gaudiosum.	
Saluificum ⁊ fructuosum.	

Pacificū propter tranquillitatem impensam. Heb. iiij. Ingrediemur in requiē qui credimus .q.d. Illa vita que debetur credentibus est vera requies: Letificum propter caritatem intensam .j. Pet. j. Credentes exultabitis leticia inenarrabili. Saluificum etiam propter securitatem longissimam ⁊ extensā: quia sicut dicitur. Joh. xj. Qui credit in me non morietur in eternum. Et illud predictū .ij. Paral. xx. Credite in domino ⁊ securi eritis. Sic igiť pz quomodo ista credulitas est tenenda: ⁊ ista fides firmiter est credenda; quia scz sicut visum est: omnis qui videt filium ⁊ credit in eum: habet vitam eternā. De dyabolo vero vel Heretico ꝙ non sit sibi credendum; patet. Quia

F Fallaciter cupit decipere.	Non credamus igiť dyabolo vel heretico q̄ ꝓcerto iste decipere cupit fallaciť.
Ueraciter nescit diligere.	
Crudeliter captat occidere.	
Fallaciter non decet credere	

Eccli. xiij. Ne credas multis verbis illius: multa em̄ loquella tentabit te: ⁊ subridens interrogabit te de absconditis tui. Sequiť. ⁊ non parcet de malicia ⁊ vinculis. Item iste diligere nescit veraciter. Fingit em̄ se amicum: cū sit realiter inimicus. vnde Michee. vij. Noli credere amico: q̄ filius cōtumeliā facit patri ⁊ inimici hominis domestici eius. Itē occidere captat crudeliter. vnde Eccľ. xij. Non credas inimico tuo ineternū. Sequitur. Oculis suis lacrimabiť inimicus ⁊ cū inuenerit tempus non satiabitur sanguine. Item q̄ reuera non decet credere faciliter. Cito em̄ credere signum est leuitatis. Quia sicut dr̄. Eccli. xix. Qui cito credit leuis est corde. Jō bene consulit ibidem. Nō oī verbo credas. vnde Eccli. vj. Si habes amicum in tētatione posside eum: ⁊ nō facile credas teipm̄ sibi. Et ideo de deceptoribus ⁊ hereticis: dr̄ Mar. xiij. Siquis dixerit vobis ecce hic ē xp̄s: ecce illic: ne credideritis: exurgent enim pseudo xp̄i. ⁊ pseudo ꝓphete ⁊c. Quilibet em̄ heretica secta dicit apud se esse xp̄m. Grecus dicit: ecce hic est xp̄s. Nestorianus dicit ecce hic est. Arrianus dicit: ecce mecū est. Sz quid? Ne credideritis eis sed solum fidelibus ⁊ catholicis. ꝓuer. xxvj. ca. Nō credas ei: quoniā septē nequitie in corde illius sunt. Ista igitur de credere sufficiant. Uide de aquiescere: obedire: consentire ⁊c.

A **Crescere.** Quandoq̄ in malo: q̄nq̄ i bono designat. In malo em̄ designat. Diuitiarum augmentationem. Prosperitatis inquisitionem. Iniquitatis multiplicationem. Mali em̄ semp crescunt ⁊ crescere volunt in honoribus ⁊ ꝓsperitatibus ⁊ etiam in iniquitatibus. Nunq̄ enim veniunt ad aliquem terminum vltra quem crescere nonvelint qd̄ vtiq̄ est contra naturam. Omnia enim que sunt habent terminum assignatū a natura vt cōmuniter vsq̄ ad quē debent crescere ⁊ non amplius: ita ꝙ quādo ibi peruenerint; cessat crescendi appetitus: ⁊ contenta est natura cremento ⁊ complemento sibi dato, Juxta illud Sen. lib. de naturalibus questionib9. Certis eunt cuncta temporibus: nasci debent crescere ⁊ extingui: ſm tamen Pli. Ab ista regula excipitur Crocodilus serpens venenosus: qui ex modica quantitate .s. ex ouo quasi anserino: crescit vsq̄ ad maximam quantitatem .s. ad quantitatem quandoq̄ .xx. cubitorum: ipse tamen ex hoc non est contentus: quia q̄diu viuit semper crescit: non enī habet statum a natura prefixum: vt dicit idem. Sic vere q̄uis singuli tantū debeant appetere vt ad statum a deo constitutū .s. ad statum sufficientie perducantur: quidam tamen isto complemento ⁊ cremento non sunt contenti .s. auari ⁊ ambitiosi. q̄ q̄uis ex modico ouo .i. ex humili plebe ad magnam quantitatem creuerint: ipsi tamen q̄diu viuunt semper vltra crescere volunt. Si enim sit decanus crescere vult quousq̄ sit ep̄s. Si sit mercator vult esse iudex vel pretor: ⁊ cetera similia. Quia breuiter desideria malorum sunt inquieta crescunt enim in infinitum: quod potissime verum est de auaris: in quib9 quanto plus crescit nummus. tanto plus crescit habendi animus. De cremento ergo talium potest dici illud: quod de zizanijs dixit paterfamilias. Mat. xij. Sinite ipsa crescere vsq̄ ad messem. Et sequitur. Colligite zizania ⁊ cōburite ⁊c. Istos enim permittit deus in mundo crescere: vt ipsos possit in inferno cōburere Et merito. Quia reuera quotidie crescit in eis.

Superbia cuncta iaculans.	De superbia que semp crescit i malis. Patet: Dan.
Luxuria corpora maculans.	
Auaricia peccata stimulans.	

iiij. vbi regi superbo nabucodonosor dicit sic. Magnificat9 es ⁊ inualuisti: ⁊ magnitudo tua creuit vsq̄ ad celū. De luxuria vero dicitur. Leui. xiij. Si inuenerit creuisse lepram: iubebit infectū ꝓijci extra castra. Leprosi enim .i. persone luxuriose; ⁊ maxime quando lepra sue luxurie non minuitur: imo crescit: debent eijci ab alijs ⁊ figurari. De auaricia vero diciť Ge. xlj. Crescebat quotidie fames ⁊ insatiabilitas auaricie. Et sic patet quid signat crescere in malo significato. ¶ Sz adhuc dico ꝙ crescere accipitur in bono. Et sic dico ꝙ signat profectum ⁊ augmentationem virtutum. Oia enim que sunt naturaliter diligunt crescere: sicut pz de arboribus. herbis: ⁊ animalibus: que ab ortu suo crescere non cessant quousq̄ perueniant ad debitum complementū. Sic vere carissimi boni ⁊ iusti nunq̄ debent cessare a cremento boni ꝓfectus: ⁊ continuatione bonorum operum ⁊ virtutum: quousq̄ ad complementum glorie paradisi in morte valeant peruenire. Dies enim ab ortu suo non cessat crescere ⁊ ꝓficere in lumine ⁊ splendore: quousq̄ peruenerit ad meridiei claritatem. Riuus etiā non cessat crescere ex quo a fonte primo exit; quousq̄ pertigat ad magni fluminis quantitatem. Planta etiam ex quo plantata est non cessat crescere quousq̄ veniat ad altam arboris proceritatem. Sic vere carissimi: vir iustus ab ortu natiuitatis sue semper debet crescere ⁊ proficere in bono quousq̄ ipse veniat ad complementum gratie in presenti ⁊ glorie i futuro. j. Paraľ xj. Proficiebat dauid vadens atq̄ crescens; ⁊ dominus deus exercituū erat cum eo. Crescat ergo homo sicut dies vsq̄ ad meridiē sapientie ⁊ claritatis. Prouer. iiij. Justor̄ semita quasi lux splendens procedit ⁊ crescit vsq̄ ad perfectū diem. Item crescat sicut riuus vsq̄ ad fluuium clementie ⁊ pietatis. Hester. x. Fons paruus creuit in fluuium magnum. ⁊ in lucem solemq̄ conuersa est. Item crescat sicut plantula vsq̄ ad arborem eminētis vite sanctitatis. Mathei. xiij. dicitur. Quod granum sinapis cum sit minus omnibus oleribus: crescit in arborem magnam. ¶ De quolibet igitur sic crescente: potest exponi illud predictum. Fons paruus creuit in fluuium magnum ⁊c. In quibus verbis ostenditur: ꝙ sicut arbor triplici ratione potest crescere. sic homo spiritualite tripliciter recipit sacramentum. Crescit enim arbor.

Quando radicatur profunde.
Quando irrigatur fecunde.
Quandovegetatur abunde.
Crescit dico
Inferius ꝓfunde radicat.
Qñ Exterius fecunde irrigat.
Interius abũde vegetat.

Sic ꝓcerto carissimi: hõ spũalis crescit in meritis ⁊ virtutibꝰ Si ꝑ humilitatẽ sit radicatus Paruꝰ inquit.
Si ꝑ pietatem sic irrigatus. Fons inquit in fluuium.
Si ꝑ caritatem sit vegetatus. Solẽ inquit ⁊ lucem.

Status hũilitas habet radicare.
Fontis humiditas hꝫ irrigare.
Solis caliditas hꝫ vegetare.

Dico ergo ꝙ vir ꝑfectus crescit in virtutibꝰ: per mentis radicationẽ quam facit hũilitas: qđ ostendit cũ dicit. Paruus. Arbor em̃ quanto ꝓfundius radicatur ⁊ figitur: tanto altius crescit ⁊ extollit: sicut ptꝫ de quercu ⁊ nuce. ⁊ alijs magnis arboribus q̃ profundissimas hñt radices: ⁊ ideo vsqꝫ ad magnam altitudinem crescere dinoscuntur. Ad quod facit scriptura Esa. xxxvij. Mittet radices suas deorsum: ⁊ faciet fructum sursum. Quia reuera illi qui radicem cordis habent deorsum in profundo humilitatis fundataꝫ: sursum. s. ad altitudinem virtutum ⁊ meritorum in pñti bonoꝝ etiam ⁊ premiorum in futuro crescere cõprobãtur. Paruus ergo. i. humilis vnde. Geñ. xxiiij. Soror nostra paruula es crescas in mille millia. Sicut eniꝫ videmus: ꝙ herba q̃ calcatur ⁊ deprimit: postea melius crescit ⁊ multiplicatur. Sic vere accidit sepe: ꝙ illi qui in hoc mundo plus calcant: cõtemnunt ⁊ humiliant tribulationibus ⁊ paupertatibus affliguntur ad maius crementum: tpaliter: spũaliter ⁊ eternaliter aliquotiens ꝓuehunt. Exempluꝫ de filijs israel. Exo. ij. vbi dr. Qđ quantomagis opprimebant. tanto magis multiplicabant ⁊ crescebant. Ideo dicitur in lib. de dictis phoꝝ. xxij. Rem non despicias modicam. qꝛ poterit incrementum habere. Istud tñ est cõtra multos: qui quia non sunt parui. i. humiles: ideo vsqꝫ ad perfectionem virtutum ⁊ meritorum nunꝙ̃ crescunt Exemplum Mat. xviij. vbi dicit xp̃s discipulis. ꝙ nisi hũiliati efficerentur sicut paruuli: nunꝙ̃ regnum celorum intrarent. Arbor enim thuris melius crescit in locis arenosis ⁊ siccis. Sic vere homo qui in locis arenosis paupertatis ⁊ hũilitatis plantat. citius spũaliter ⁊ eternaliter augmentatur. vnde Geñ. xlj. Crescere me fecit deus in terra paupertatis mee. Si igitur vo-
D lumus crescere: habeamus mentis humilem radicationeꝫ. ❡ Secundo dico: ꝙ nos debemus habere mẽtis benignam irrigationem: qđ ostenditur cũ dicitur fons ⁊ fluuius. Sicut em̃ herbe ⁊ arbores iuxta fontes ⁊ flumina melius crescũt: patet in platano ⁊ pinu que iuxta aquas ⁊ non alibi possunt crescere: ⁊ hoc ꝓpter hũoris abundantiam: que transit in substantie nutrimentũ. Sic vere carissimi: qui iuxta fluenta misericordie pietatis ⁊ grẽ sunt plantati: facilius in bono crescere comprobant: ⁊ ad cõplementum ꝑfectionis tẽporalis ⁊ eterne faciliter deducunt. Humor em̃ pietatis: deuotionis ⁊ cõpassiõis est materia spũalis quare hõ hr̃e possit spũale crementuꝫ. Ideo dr̃. j. Coꝝ iij. Ego plantaui. appollo rigauit: deus autem incrementum dedit. Istud enim possumus generaliter dicere: ꝙ illi qui spũali hũiditate. s. gratie deuotionis et compassionis carent: nunꝙ spiritualiter vel tẽmporaliter crescere pñt. Qđ bene figurat. Mat. xiij. In semine iacto supra petram quod natum aruit: qꝛ non habebat humorem. Uitis enim quia multum habet naturaliter de medula. ſm Plini. nunꝙ̃ est saciata crescere. Si em̃ debite scindat ⁊ colat: quasi in ifinitũ crescit. Sepe em̃ tantũ crescit: ꝙ arbores altissime ascẽdit ꝙ etiã ciuitates ⁊ castra circũcingit: vt dicit idem. Sic vere illi q̃ medulla pietatis affluũt ⁊ abundãt: sꝑ debent velle crescere ⁊ in melius ꝓficisci. Et sepe accidit: ꝙ tales hoĩes pij deuoti ⁊ medulosi: ad maxima ꝑueniunt incrementa. Qñqꝫ ad ciuitates. i. ad mũdanas cõitates regendas ⁊ circũcingendas ordinant

Quandoqꝫ ad altas dignitates mundi vel paradisi prouehuntur. Fons ergo creuit in fluuiuꝫ. Uir enim pius dicit fons: qꝛ aqua bonoꝝ suorũ tẽporaliũ distillatur alijs incessanter. Dicitur etiam fluuius: qꝛ aq̃ bonorũ suorũ distillatur alijs abũdanter. Fons ⁊ fluuius nõ solũ in se humectant: immo etiã ꝑ ipsos circũiacentia irrigantur: vnde zacha. xiiij. cap̃. Erit fons patens domui iacob. Et ideo auari: crudeles ⁊ impij qui nihil habent de humore gratie: clementie: ⁊ deuotionis nunꝙ̃ crescunt ad celsitudinẽ perfectionis vel eterne prelationis Job. viij. Nunq̇d crescere põt carectũ sine aqua. q. d. non. Deficiẽt etiã pisces sine aqua ⁊ morientur in siti. Nõ sic ergo: sed habeamus mẽtis benignam irrigationẽ. ❡ Tertio si volumus crescere E
spiritualiter ⁊ eternaliter: necesse est ꝙ habeamus mẽtis feruentem inflãmationẽ. In lucem soleqꝫ inquit conuersa est. Crescere em̃ debemus ⁊ conuerti in lucẽ splendentis cognitionis: feruentis dilectionis. Calor enim naturalis est causa naturalis crementi. Et ideo illi qui nascuntur in constellatiõe martis: qui est planeta feruentissimus: in longitudine multum crescũt ſm Marcia. Draco etiaꝫ qui tante est caliditatis: ꝙ ignẽ dicit spirare: in tantã quantitãtẽ crescit ꝙ maximus serpentũ efficitur. Crescit etiã quãdoqꝫ ad lõgitudinẽ viginti cubitorũ. Ex quibus exemplis probatur ꝙ quanto homo magis feruet interius per caritatem: tantomagis crescit ad spiritalẽ sanctitatẽ ⁊ ad eternã felicitatẽ. In solem inquit cõuersa est. Sol em̃ est effectiue calidissimus. Jaco. ij. Exortus est sol cum ardore suo ⁊ arefecit fenum. Unde de tali cremẽto potest intelligi illud Ephe. iiij. Ueritatem facientes in caritate crescamꝰ. Et ideo de multis videtur verificatuꝫ dictũ Plinij. qui dicit ꝙ in regionibus valde frigidis: non bene crescũt plante: sicut sunt septẽtrionales ad denotãdũ ꝙ illi qui in frigore indeuotiõis plãtant: ⁊ calore caritatis priuant: nunꝙ̃ in moribus augmentantur: vel in celorũ sedibus subliniant. Crescamus igitur in virtutibus: vt crescãt in nobis virtutes In bonis enim arboribus crescunt boni fructus. In bonis terris crescunt arbores bone. Si enim terra bñ colat ⁊ bñ fimet bñ claudat ⁊ irriget: faciliter bñ crescunt boni fructus. Sic vere: si bene colamur per penitentiam: si bene fimemur per fimum. i. nostre mortalitatis memoriam si bene claudamur per diligẽtiam ⁊ per sensuũ custodiam: tunc procerto boni fructus gratiarum ⁊ virtutum in nobis poterunt crescere: et in nobis plenius abundare: ita ꝙ tunc dicetur illud. Esa. lv. Pro saliunca ascendet abies: ⁊ pro vrtica crescet mirtus. Saliunca enim que tangentem pungit ⁊ saltare facit: signat peccatum inuidie: vrtica etiã que tangentem vrit signat peccatũ auaricie. Pro saliũca ergo ascendit abies: qꝛ in loco inuidie debet in nobis crescere abies alte cõtemplationis. Et loco vrtice auaricie debet in nobis crescere mirtus lenitiui dulcoris ⁊ cõpassionis: ⁊ sic poterit dici de nobis ⁊ virtutibꝰ nostris. Considerate lilia agri quomodo crescũt. Matthei. vj. Crescant igitur in nobis virtutes: vt nosipsi crescamus.

Per caritatis inflãmationem.
Per pietatis irrigationem.
Per humilitatis subiugationẽ.

❡ Et si vis dic: ꝙ in nobis dꝫ crescere
Puritatis nitor: mẽtẽ mũdificãs.
Caritatis ardor corda letificãs.
Castitatis candor carnẽ purificãs.
Ueritatis splendor sensuꝫ clarificãs.
Pietatis liquor cũcta lenificãs.
Honestatis fulgor mores rectificãs.
Probitatis vigor actꝰ multiplicãs.
Bonitatis valor sursum fructificãs.
Equitatis rigor iuste dijudicãs.
Dignitatis honor famã magnificãs.

❡ Igitur crescat in nobis nitor puritatis: ꝓ io Regum. ij. puer autem samuel proficiebat atqꝫ crescebat. Samuel interpretatur a deo datus: q̃si dicat puritas a deo data semper debet in nobis crescere et augeri. Item ibi crescat ardor f

charitatis. Eph. iiij. In caritate crescamus. Unde de samson: qui interpretatur sol significans caritatem que calefacit interiora: dicitur Judic. xiij. Creuit puer samson et benedixit ei deus: et spiritussanctus erat cum eo. Spiritus enim sanctus semper comitatur caritatem: cum et ipse patris et filij sit caritas. Item candor castitatis. Math. vj. Considerate lilia agri quomodo crescunt. Lilia enim munda et candida: castitatem designant. Item splendor veritatis. Prouer. iiij. Lux splendens procedit et crescit. unde de verbo domini de quo scribitur. Sermo tuus veritas est. dicitur Col. j. Verbum domini fructificat et crescit. Item liquor pietatis. unde illud. Hester. x. Fons paruus creuit in fluuium. et de vinea que multum ambundat in medula significante pietatem: dicitur Ezech. xvij. Que creuit in vineam latiorem. Item fulgur honestatis. Ezech. xix. Frondes eius creuerunt ex aquis. frondes enim exteriorem honestatem designant. Item valor probitatis. i. virtus bene operandi j. Esdre. v. Opus illud diligenter extrahitur: et crescit in manibus eorum. De equitate vero et iusticia dicitur ij. Cor. ix. Multiplicabit semen vestrum: et augebit incrementa iusticie vestre. De honore vero et fama dicitur Hester. ix. Fama nominis eius crescebat. Et sic erit in nobis valor totius bonitatis: que fructus gratie et glorie in nobis producet. Marci. iiij. Dabat fructum ascendentem et crescentem. Et ita quilibet erit illud. Job de quo dicitur Job. j. Operibus manuum eius benedixisti et possessio eius creuit in terra. Possessio enim virtutum debet in nobis crescere et virtus bonorum operum abundare. De illis vero que virtutum impediunt incrementum dic: quod multa sunt que arbores crescere non permittunt etc. Credo notasse supra: de arbore: de ascendere vide ibi. De alijs bonis vel malis crementis vide in tabula que in fine fiet: quia in multis locis fiet mentio de crescere vel cremento.

A **Crimen.** Pauce sunt autoritates. vide de peccato.

Cruciare. Crucifigere. Crux

Nota quod crux seu cruciatus: crucifixio seu afflictio: multiplex in scriptura reperitur.

Cruciatur.	Justus per penitentiam virtualem.
	Pauper per violentiam temporalem.
	Impius per iusticiam criminalem.
	Damnatus per pestilentiam infernalem.
	Christus per passionem corporalem.

Prima		Perfectorum.
Secunda		Miserorum.
Tertia	Est crux hominum	Iniquorum.
Quarta		Damnatorum.
Quinta		Deuotorum.

B ¶ Dico ergo: quod vna est crux: qua crucifiguntur viri penitentes. Et ista nihil aliud est: quam penitentia seu continua afflictio in qua viuunt. Tota enim vita iustorum est vna crux seu vnus cruciatus. Hanc autem aliqualiter distinguendo sequar mauricium. Crux iustorum quatuor habet brachia. s. vnum interius: hoc est contritio quam habent: et pena etiam quam sustinent de commissione peccatorum. Aliud exterius: hoc est compassio quam habent de miserijs egenorum. Aliud superius hoc est: dolor quem habent de dilatione gaudiorum. Aliud posterius: hoc est timor quem habent de incursione infernalium tormentorum. De cruciatu seu crucifixione contritionis: et afflictionis: potest dici illud. Gal. v. Qui autem christi sunt: carnem suam crucifixerunt cum vitijs et concupiscentijs. Contritio enim quam habet quis de culpis preteritis et resistentia quam facit de presentibus: magnus est conflictus et cruciatus. De alijs vero crucifixionibus s. compassionis doloris et timoris potest dici illud. Math. xvj. Qui vult venire post me: abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Et bene dicit. Qui vult q. d. talis crux penitentie debet esse voluntaria nec coacta: contra hypocritas et malos religiosos: qui crucem istam portant: sed tamen voluntarie dominum non sequuntur immo quasi coacti crucem penitentie patiuntur. Figurati in illo simone qui angariatus et compulsus crucem domini deportauit. Math. xxvij. Magnam enim angustiam patitur: qui vel inuitus vel fictus crucem penitentie portans affligitur. Aduerte etiam quod de christo legitur. Quod ipsemet crucem propriam deportauit: nec eam ipse alteri legitur commisisse. Job. xix. Baiulans sibi crucem etc. Ad denotandum: quod crux seu cruciatus penitentie non debet alijs committi: sed in persona propria deportari. Miles enim quando habet cum hoste confligere: non libenter solet arma sua alteri committere. Et si vis de cruce penitentie potes notare quod ibi crucifigitur et punitur.

Antiquitas carnalis conuersationis.
Uoracitas mundane ambitionis.
Fallacitas inique deceptionis.

De antiqua conuersatione dicitur. Roma. vj. Uetus homo noster crucifixus est. De mundana auaricia et ambitione: dicitur. Gal. vj. Mundus mihi crucifixus est. De fallaci deceptione dicitur. Math. xxvij. Crucifixi sunt duo latrones. Ista est igitur vna crux qua crucifiguntur viri penitentes. C ¶ Secundo dico: quod est vna crux qua crucifiguntur miseri patientes seu pauperes indigentes. Et ista est crux mundi tribulationum qua tyranni crucifigunt: et cruciant multos bonos. De qua Math. xxiij. Ecce mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas: et ex illis occidetis et crucifigetis et illudetis. etc. Tyranni enim figurantur. Apoc. ix. in illis locustis: que habebant aculeos scorpionum: quibus datum est quod nocerent hominibus et cruciarent eos mensibus quinque. Sic vere tyrannis aculeatis et crudelibus datur a deo dispensatiue: et a dyabolo executiue potestas nocendi: et homines tribulationibus cruciandi. Unde de nabuchodonosor: dicitur Joelis. ij. A facie eius cruciabuntur populi omnes vultus redigentur in ollam. ¶ Tertio dico: quod est crux qua crucifiguntur homines delinquentes. Et ista est crux peccati. Quia reuera auaricia: ambitio: luxuria: et vt communiter omnia vitia plus habent de cruce et cruciatu et de tristicia quam de gaudio et leticia. unde Bern. O ambitio ambientium crux etc. Et est in peccato.

Crux laboris in executione.
Crux doloris in conscientie remorsione.
Crux timoris in salutis desperatione.

Unde peccatores figurantur in septem filijs Saul: qui crucifixi sunt a gabaonitis. ij. Reg. xxj. Saul enim malus rex: signat dyabolum: qui est rex super omnes filios superbie. Job. xl. Septem eius filij sunt vniuersi peccatores. quia secundum sanctum Gregorium. Septenarius numerus vniuersitatem designat. Septem ergo filij saul crucifiguntur: quando vniuersitas peccatorum in cruciatu vitiorum viuere comprobatur. Unde de pistore Pharaonis: qui signat gulosos: de aman qui honorari cupiebat: qui signat ambitiosos: de rege hay: qui signat superbos et gloriosos: legitur. Gen. xl. Hester. vij. Et Josue. vj. Quod in cruce suspensi sunt. fortioribus enim fortior instat cruciatio. Hec est ergo crux D qua cruciantur cuncti delinquentes. ¶ Quarto dico quod est crux qua affiguntur in orco iacentes scilicet damnati: et hec est cruciatus pene eterne. De qua. Apoca. xiij. et. xiiij. Si quis adorauerit bestiam et imaginem eius: et acceperit caracterem eius in fronte sua: cruciabitur igne et sulphure in conspectu angelorum sanctorum. Bestia est bestialitas peccati idest motus brutalis in cogitatione: imago eius est imaginaria et falsa delectatio: caracter eius est impressus consensus: et opera. Qui igitur ista acceperit: crucem et cruciatum in inferno ignis et sulphuris sustinebit. Unde de dyabolo et peccatoribus: potest dici illud. Hester. vij. viij. ix. Quod Assuerus Amon et filios eius affixit cruci. Hec est ergo crux que cruciat in inferno degentes. ¶ Quinto vero dico quod est crux que cruciat christum contemplantes. Et ista est crux christi in qua

scilicet

crucifiguntur et vna cum eo cruciantur. Galath.ij. ca. Christo crucifixus sum cruci. In arbore enim fructuū vite contingit qn̄q3 aues nasci. et per rostrum ad lignū pendentes: cum in mari ceciderunt viuificari. sicut ponit. Giraldus in libro de mirabilibus ybernie: vbi in multis insulis ybernie et scocie adiacentib9 supra maris littus dicit aues et arbores tales esse. Sic vere dicam ꝙ arbor crucis. aues ides viros contemplatiuos procreat: ipsosq3 mare penitentie viuificat et confortat Unde de grano sinapis in orto patrisfamilias seminato: dicitur. Mathei. xiij. Quod crescit, et fit maius omnibus oleribus. et fit arbor ita vt volucres celi habitēt in ramis eius. Quia procerto sinapis aspera et acuta idest crux in agro ecclesie plantata in fama et potentia multum creuit. et ideo volucres: idest contemplatiui ipam visitant et per deuotionē frequentāt De laudibus igitur crucis: possumus dicere ꝙ ipsa est.

Humiliatrix malignantium.
Conciliatrix discordantium.
Auxiliatrix impotentium.
Remediatrix pereuntium.

E Per crucem eīn demones humiliantur deuincuntur et debellantur Augu. Ubi signū crucis cū fide et dei timore precesserit ibi inimic9 nihil nocere poterit. Et ponitur exemplū. ꝙ beatus. Greg. in libro. dyalogorū describit de iudeo qui in tēplo ydolorū de nocte recūbēs videns demones suū parlamentū tenētes solū: q2 qn̄q3 audierat crucis signū demones deterrere secū eius forma digitis signauit post cū ei nocere vellent demones nequierūt dicentes. Uas vacuū sed signatum De constantino etiam legitur. ꝙ ostenso sibi signo crucis in celo: dictum est ei. Constantine in hoc vinces. Pugnaturus enim contra maxentiū tyrannū et in germania cogitauerat quē deorū principaliter in illo prelio inuocaret. sed viso signo crucis: signū cunctis militib9 tradidit: sic aduersarios superauit. sicut ponit hystoria tripertita Dicamus ergo illud cōmune. Per signū crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. ℭ Itē per crucē discordātes ꝯciliātur seu pacificant. Constat enim ꝙ per crucē deus est humano generi pacificat9 et homo angelis concordat9 Eph.ij. Per crucē interficiens inimicicias in semetipsum vnde aug. Lectum suū xp̄s dimisit discipulis suis. Quicūq3 ergo vult cū ipso quiescere in celo. in isto iaceat lecto: moriat in cruce si vult xp̄m placatum videre. ℭ Item per crucē propugnantes auxiliant ꝛ adiuuant quia reuera in quocunq3 prelio tentationis auxiliatur plurimū si habeatur in memoria virtus crucis. Unde origenes. Tanta est virtus crucis: ꝙ si in mente fideliter habeatur: nulla libido: nulla peccati preualere possit inuidia sed cōtinuo ad memoriam illius omnis peccati et mortis fugit exercitus. ℭ Item per crucem pereūtes remediantur. quia procerto null9 per desperationē perit qui per deuotionem ad remediū crucis fugit. Antiquitus enī nullū contra morsū canis rabidi inueniebatur remedium sicut dicit Pli. lib. xxiij. ca. xviij. Sed mater cuiusdā militis a cane morsi qui propter hoc sine remedio periclitabat. vidit in somnis radicē siluestrē ebil morodori appellatam. sibi pro remedio ostensam. quā cum lacte dedit potandam filio et sanatus est. Talis est crux. Rosa enim ratiōe ruboris sanguinei dicitur et siluestris. idest in culpa ꝛ inhonorabilis appellatur Erat enim confusionis suppliciū non honoris. Igitur quicunq3 morsu dyabolicarum tentationum periclitant: crucem per deuotionem: memoriam et compassionē cum lacte dominice caritatis et pietatis bibant et hoc proculdubio ipsos liberat atq3 sanat. vnde. j. Corinth. j. Uerbum enim crucis pereuntibus stulticia est: his qui salui fiunt. idest nobis virtus dei est.

F ℭ Igit his premissis dicā et notabo adhuc. ꝙ crux est

Nauis ad transfretandū.
Baculus ad sustentandū
Lancea ad ꝓpugnandū.
Scala ad ascendendū.
Sedes ad quiescendum.
Schola ad addiscendū.

Et breuiter oīa que de lignis vtilia fiunt hoibus: possunt cruci et proprie adaptari. Ista ē dico nauis ad transfretandum. In ista eīn et per istā nauim transiuit ꝛ transfretauit xp̄s de hoc mūdo ad patrē. Et per istam. debem9 transire de hoc mūdo ad paradisum Sicut etiā dicit. Plini. canne in india sunt ita magne et alte: ꝙ in fluuio nauigabili sup vno interuadio tres homines deferuntur Ista est ergo nauis xp̄i. scz penitentia seu crux que seruat homines: ne in mūdi pelago vel in fluuio submergantur. Sap. xiiij Exiguo ligno credunt homines animas suas transeuntes mare per ratē liberati sunt. Et bene dixit. liberati sunt: q2 reuera crux est sicut lignū aloes cuius fumus liberat a fetoribus. Sicut lignum fraxini cuius vmbra liberat a serpentib9. Sicut lignū balsami: cuius liquor liberat ab infirmitatibus. Ista est igitur nauis ad secure ad patriam nauigandū. vñ Cris. Omel. xv. Crux spes ē desperatorū: crux nauigātiū gubernatrix: crux periclitantiū portus: crux obsessorū murus: crux pater orphanorū: crux defensio viduarū. Ista est ergo nauis ad nauigandū. ℭ Secundo dico. ꝙ crux est baculus ad sustentandū. Uinee enim debiles et etiam cucurbite: in baculis sustentant. Elephātes etiam quādo dormiūt sustētant se ad arbores. Peregrini insuper quādo sunt fatigati: super baculos innituntur. infirmi etiam debilitati. senes insuper et decrepiti baculis ad sustentandū vtuntur quibus vtiq3 exemplis instruitur homo ꝙ siue sit sicut vinea aliorū letificatiu9: sicut cucurbita medullosa aliorū ꝑelemosynas nutritiuus: sicut elephas aliorū in prelijs adiuuatiuus: sicut peregrinus mundi laboribus fatigat9 sicut infirmus virtutum viribus pauperatus: sicut senex fortitudinibus vacuat9. Et breuiter siue sit homo bonus vel malus perfectus vel imperfectus virtuosus vel vitiosus. semꝑ indiget ꝙ isto baculo sustentet: ꝛ q2 et ex fiducia et deuotione firmiter et totaliter innitatur vt sic dicat christo illud ꝑs. Uirga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Quod autem crux possit dici baculus: patet per Chrysosto. in omel. vbi supra: vbi dicit sic. Crux est desperatorum via: crux claudorū baculus: crux consolatio pauperum. crux resurrectio diuitū: crux destructio superborū. Patet ergo ꝙ crux est baculus ad sustentandū. ℭ Tertio dico ꝙ crux est lancea ad propugnandum Cum lanceis enim ligneis et ferreis solent pugnare hoīes cōtra hostes. Sagitte etiam de ligno et de ferro sunt composite: quibus a lōge hostes percutiuntur. Sic vere christi crux datur fidelibus pro lancea quia ibi fuit lignum et ferrum. per istam enim christus demones superauit. et per ipsam ipsos quotidie superamus. Si enim per memoriam ꝛ deuotionem istam lanceam habuerimus: nunꝙ canis inferni nos ledet: nunꝙ hostis subdolus nos inuadet: nunꝙ leo rugiens nos cōfundet. Ista est ergo lancea quam rex saul ad caput habebat vno cū cipho pleno aqua sicut dicitur. j. Reg. xxiij. quia vere si rex xp̄s in corde nostro dormierit: lanceam crucis idest memoriam passionis: et vas aque. idest liquorem deuotiōis nobiscum habere debemus. Unde de tali lancea hostium impugnatiua dicit Crys. vbi. s. Crux aduersus demones triumphus: crux deiectio dyaboli: crux adolescentium pedagogus: crux sustentatio inopum: crux spes desperatorum. Patet ergo charissimi ꝙ nos debemus accipere crucem non solum mentaliter in deuotione: immo etiam realiter in exteriori crucis significatione quia vere crux est nauis pro transferantibus. est baculus peregrinantibus: est lancea pro pugnantibus. ℭ Quarto dico ꝙ crux est scala ad ascendendū figurata Gene. xxviij. vbi Jacob vidit scalam stantem super terram. et cacumen illius tangēs celos: angelos quoq3 dei ascendentes et descendentes per eam. ꝛ dominum innixū scale. Uere scala ista: est crux sancta: que stetit super terram in christi passione: et cacumen ei9 tetigit celum solem eclypsando ꝛ parua celi luminaria

dirensciuando.cū dn̄s xp̄s:innixus immo cōfix⁹ scale
morte sua genus redemit humanū.placatū faciēs deo
patri.Rom.v.Recōciliati sumus deo per mortē filij
eius.In hac scala angeli.i.hoīes qui sunt cū angelis p
ticipes rōnis.ascendunt mente sursum eleuata vt xp̄i
passionē qua redēpti sunt cōtemplent.ad Heb.ij.Ui
demus iesum autorē salutis eorū per passionē cosum-
mari.Descendūt cōsiderādo xp̄i in terris ꝯuersationē
et doctrinā euangelicā in terrā traditā.qua leue reli-
gionis orthodoxe iugū nobis iniecim⁹. ꝛ legis graue
onus abiecimus.De leui iugo euāgelij dicit Math.
xj.Iugū meū suaue est:ꝛ onus meū leue.De legis gra-
ui onere poterat dicere moysi gens hebrea.durissimū
B iugum imposuit nobis.iij.Reg.xij.¶ Quinto dico ꝙ
crux est sedes ad quiescendū.Etenim si carnem luxus
agitat:si mentē tētatio sollicitat:si mūdi vanitas ocu
los inquietat:sedeat ad xp̄i crucē homo ꝯtēplet xp̄m
propter hoīs scelera in cruce pendentē mediter vulne
rum xp̄i squalorem et fieri nō poterit quin sentiat in se
compesci impellentē ad opera nefanda furorē. Et sic
sedes crucis erit causa quietis:dū homo est per crucē
interficiēs inimicicias.Eph.ij.Pacificās supple mo
tum ad peccata.per sanguinem crucis xp̄i Col.j.ca.
¶ Sexto dico.ꝙ crux est scola ad discendū.Scola em̄
grece:latine vacatio interpretat̄ q2 ibi ingenij exercitio
vacatur. Huic synonimū est gymnasiū.qd̄ idez sonat.
ꝙ exercitiū.Utrūq3 significatū crucis vocabulū cōple
ctitur.In ea enim vacant contēplatiui. in animi ama
ritudine xp̄i passionem tractantes.imo cū xp̄o in cru-
ce pendentes.ita vt quilibet eorum possit dicere. Xp̄o
confixus sum cruci.Gal.ij.Exercentur in ea actiui dū
huius diuini preceptoris et magistri doctrina erudiū
tur et figura.Pendet enim inclinato capite vt doceat
humilitatē.Esa.ij.Incuruauit se homo ꝛ humiliatus
est vir.Pendet perforatis et apertis manibus:disce ne
manus tua contracta ꝛ clausa sit egentibus.Manum
suam aperuit inopi.Prouer.xxxj.Pendet corpore vul
neribus lacero.disce ne carni tue sis bland⁹ ꝛ mollis:
ne tibi neget̄ possessio regni celestis.j.Corint.vj.Neq3
molles regnum dei possidebunt.Carpitur contume-
lijs et irrisionibus et sustinet:disce mansuetudinem.
Eph.iiij. In mansuetudine cuz patientia supportātes
Potatur aceto felle mixto:disce parsimoniam.Iudic.
xix.Gusta paululum panis.Sequitur ibidem.Pau-
lulum cibi capias. Orauit pro crucifigentibus:disce
benignitatē.Eph.iiij.Estote inuicē benigni.Pendet
non iacet:nec habet vbi caput reclinet disce tu a stra
tu surgere.ps.cxviij.Media nocte surgebā ad confitē-
dum tibi.Igitur in hac scola crucis disce septem vitia
capitalia.septē virtutibus seperare.Disce in hac scola
vbi deus est gymnasiarches:ꝛ eris beatus.cū ab eo fue
ris erudit⁹.ps.xciij.Beatus homo quē tu erudieris
domine.Deniq3 bene dicit xp̄s. Qui vult venire post
me.abneget semetipsum ꝛ tollat crucem suam ꝛ sequa
tur me.Ubi est aduertendum.ꝙ ad istam crucem por
tandam necessaria est.Proprie voluntatis abdicatio
Abneget semetipsum.Anxie tarditatis excitatio. Se-
quatur me.Noxie voluptatis detestatio.Tollat inq̄t
crucem suam et sequatur me.Sufficit.

A Crudelitas. Crudelis.

Cuz crudelitas nihil
aliud sit ꝙ punitionis excessus:nulla pietate vel tem
perantia moderatus.Notare possuz ꝙ est crudelitas
metuenda.Et est crudelitas rēnuenda.Prima est de-
monum.Secūda hominū.Prima debachat̄ occulte.
Secunda machinatur aperte.De crudelitate demo-
num possum dicere ſm.Mauriciū ꝙ dyabolus est si
cut manticora animal crudelissimuz.quod alio nomi
ne dicitur māmonctus.Hoc ꝙuis formā habeat hu-
manam in facie odit tamen et persequitur hominem
miro modo.Tres ordines habet dentium:vultum ho
minis.ꝛ caudam scorpionis cum corpore leonino.Sic
dyabolus licet in parte.scilicet in ratiōe similis sit ho
mini crudeliter tamē ip̄m persequitur atq3 odit.Tres
enim ordines habet dētium idest tentationū de tripli
ci concupiscentia.scilicet honorum diuitiarum et de-
liciarum noscitur habere Et in facie idest in principio
et in ingressu figuram humanam idest dulcedinem et
benignitatem nititur pretendere sed in cauda.idest in
fine semper vult scorpionis aculeum.idest punitionez
et p̄iudiciū exercere ꝛ post applausuz pūgere et nocere
et crudeliter ledere et grauare.Hiere.vj.Sagittam et
scutum arripiet crudelis et non miserebitur.Impij er
go talibus crudelibus dabuntur ad cruciandum ꝛ si
ne misericordia puniendū:vnde Esa.xix.Tradam egy
ptum in manu dominorū crudelium:et rex fortis do-
minabitur eorum.Iste est angelus ille crudelis de quo
loquitur scriptura.Prouerb.xvij.Semper iurgia que
rit malus:angelus autē crudelis mittetur contra euz B
De crudelitate autem hominis nota quod sicut dato
ꝙ canis sit animal domesticū non valens viuere sine
homine fit tamen aliquotiens rabiosus mordens ho-
mines atq3 ledēs ita ꝙ nullū perniciosius humano ge
neri est venenum.Sic dicam ꝙ dato ꝙ homo sit ani-
mal naturaliter mite:rabies tamen crudelitatis.quos
dam taliter inficit ꝙ versi in furorē alios sine consciē
tia puniunt atq3 mordent Teste enim Plinio.li.xxxij.
ca.ij.Orbis alio nomine ostrea piscis est rotund⁹ sine
squamis.totus capite constans.qui tamen inter om-
nes pisces durissimus est.Sic vere licet homo sit sine
squamis ipsum defendentibus:per fragilitatem rotū
dus:et capite vbi sensus sunt totus constans per ratio
nis subtilitatem inuenitur tamen quandoq3 esse ani-
mal durissimū per proteruiam et crudelitatē.Querit
enim Seneca lib.de moribus:quid sit immitissimum
homini:Et respondet alter homo.Ideo de impijs ꝛ ty
rannis dicitur. Hiere.l. Arcū et scutum arripient cru
deles et non misericordes: Crudeles inquit videlicet
interius quo ad nullam compassionē.q2 sicut dicitur
Prouerbi.xij.Uiscera impiorū crudelia.Exterius quo
ad pauperum deiectionem.Prouer.xij.Qui crudelis
est etiam propinquos abijcit. Ulterius ꝙtū ad atrocē
inuasionem.ij.Paral.xxviij.Occidistis eos attrociter
ita vt in celum attingeret crudelitas vestra. Suffi-
cit:quia in infinitis titulis fit mentio de crudelitate,ꝛ
pauce sunt autoritates ꝛc.

Cubile. Cubiculū. A

Licet cubile differat
a cubiculo:q2 scz cubiculū est locus hominū
et cubile est locus bestiaruz.locus dico secre
tus ad habitandum.et specialiter ad iacendum . quia
tamen quandoq3 vnum pro alio ponitur:possum nota
re et dicere ꝙ vtrunq3 in bono sumitur ꝛ in malo. Igit̄
in bono significato dicam⁹ ꝙ per cubiculū intelligit̄.

	Christi.		Purus.
Cubiculum	Xp̄iani.	qd̄ est locus.	Securus.
	Dei.		Secretus.
	Beati.		Quietus.

Primum.		Fuit i maria
Secundum.	Cubiculum.	Est in ecclesia
Tertium.		Est in ꝯscia.
Quartum.		Erit in p̄ria.

Primū est cubile intacte virginis in quo xp̄s habitat
Scd̄m est cubile fidelis agminis in quo tute militat.
Tertiū est cubile mentalis hoīs qd̄ deus visitat.
Quartū ē cubile celestis culminis i quo null⁹ dubitat B
¶ Dico ergo ꝙ inuenitur cubiculum purum pro sum
mo numine.Et istud nihil aliud est ꝙ vterus virginis
gloriose quo christus dei filius sicut in purissimo cubi
culo requieuit.ibiq3 vestes nouas nostre humanitatis
assumpsit. Et de hoc potest dici illud.ij.Esdre.tertio.
Darius rex ascendit in cubiculo suo et dormiuit:
A co quod est vnum cum: pertinens ad impij prauitatem: Et istud nihil aliud est quam malorum societas atque liga Mali enim semper volunt secum habere alios malos nec secum habere curant dominum. neque iustos. Si miles enim videntur amazonibus que fuerunt mulie res sole sine viris manentes quia scilicet nullum mascu lum secum viuere permittebant. sed de patria sua aut remittebant aut occidebant. feminas vero sibi similes reseruabant. Et mamillā dextram ne in sagittatu im pedirētur. ipsis sibimet adurebant penitus et destrue bant. sicut ponunt Orosius et Solinus. Sic vere mali et feminei. idest viri eneruati et effeminati. Masculos idest viros iustos: viriles et perfectos secum habere no lunt quinimmo ipsos a se reijciunt vel persecutionibus affligunt. dicentes illud. Esaie. lxiij. De gentibus non erat vir mecum. feminas vero carentes mamilla id est personas effeminatas et eneruatas mamilla pie tatis carentes: tanquam sibi similes et conformes secum retinent atque seruant. Mali enim societatem volunt malorum: et comitiuas diligunt iniquorū. vnde Ma thei. vndecimo. De spiritu nequam dicitur: quod ipse accepit secum septem spiritus nequiores se et habitant simul. vnde etiam cuilibet iusto societatem malorum necessario habitanti: dicitur illud Ezechi. ij. Impij et subuersores sunt tecum. et cum scorpionibus habitas. Et si vis nota quod per cum: potest intelligi multi plex mala societas que scilicet nobis a deo interdicit et vetatur. videlicet.

Proditiosa tractans malicias.
Litigiosa sectans discordias.
Societas. Luxuriosa fedans mundicias.
Ambitiosa querens diuitias.
Presumptuosa spernens iusticias.

¶ Et merito: quia procerto de talibus societatibus ac quiritur societas periculosa habens tristicias. De pro diciosa societate dicitur in psalm. Loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum. De societate iurgiosa: discordia et litigiosa. dicitur in ps. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. De societate luxuriosa: dicitur Ecclesiasti. ix. Ne respicias mulierem multiuolam. et cum saltatrice ne assiduus sis. De societate diuite auara et ambitiosa: dicitur Ec clesiastici. xiij. Ditiori te ne socius fueris. Sequitur. Si habes conuiuet tecum. Si non habueris derelin quet te. De societate presumptuosa dicitur Ecclesiasti ci. viij. Cum audace ne eas in via. Et ibidem. xiij. Ne communices cum homine potente. De societate vero periculosa que scilicet ex precedentibus sequitur. hoc est de societate damnatorum dicitur in psalmi. Esti matus sum cum descendentibus in lacum. Et Esaie. xxxiiij. dicitur: Descendet vnicornis cum eis: et tauri cum potentibus. Sequitur ibidem de inferno. Et cu bile draconum: et pascua strutionum ocurrent tibi ibi demonia. Onocentaurus et pilosus clama

buntalter ad alterū rc. Cōpara diuersa genera dānatorū istis aīalibus que in ista societate cōcurrunt. ptz igit̄ de cū quo accipitur. quo ad deū quo ad virū iustū et quo ad impium. Sufficiat ergo. Exēpla vel figuras modicum allegaui: quia nimis fuissem prolixus. et qꝛ de societate tam bona ꝙ mala fit mentio in pluribus locis in hoc opere rc. Uide de societate: congregatione simul et similibus titulis.

A **Cunctus. ta. tū.** Quoniā cunctus ꝛ oīs vniuersitatē ꝛ multitudinem signant. que vt cōmuniter ad personas plus ꝙ ad res refertur. Et in scriptura fiat mentio de multis generibus personaruz. Notabo ꝙ per istud adiectiuū potest intelligi.

	Iustorū.	Prima solet rite regulari.
	Malorū.	Scda solet mala operari.
	Meritorū.	Tertia dz iuste vēdicari.
Uniuersitas.	Uitiorꝫ.	Quarta dz caute declinari.
	Tormētorꝫ	Quīta dz multū formidari
	Premiorū	Sexta dz sursuz affectari.
	Tēporū.	Septīa dz ad bonū ordiari
	Locorū	Octaua dz i bono frequētari

Est igitur multitudo iustorū quia. s. cūcti debēt deo et supiorib⁹ obedire: mādata seruare. fidē tenere: ꝛ a vitijs cauere. Ubi nota ꝙ necesse ē vt cūcti defleam⁹ ꝑmissa scelera: Cūcti faciam⁹ virtutū opa. Cūcti subeam⁹ maiorꝫ onera. Cūcti acqram⁹ btā munera. Igr̄ ꝑmissa scelera cūcti defleam⁹. ij. Re. xv. Oēs viri flebāt voce magna. Sequitur. Et cūctus popul⁹ incedebat per viā q̄ respicit ad desertum. Item virtutū opera cuncti compleamus. Exo. xxiiij. Omnia que locut⁹ est deus faciemus. Item maiorū onera cuncti subeamus. s. maiorꝫ preceptis cunctis obediamus. Gen. xlj. Ad tui oris imperium cunctus populus obediet: Itē eterna munera cuncti acquiramus. s. gloriā paradisi. vbi scz est abūdātia et pax eterna. qꝛ sicut dicitur Hester. ij. Rex assuerus iussit conuiuiū permagnificum preparari cunctis principibus suis. Hester. xiij. Optata cunctis mortalibus pace fruerētur. Talis est igitur multitudo iustorꝫ

B ¶ Itē inuenit̄ multitudo malorū seu impiorū. qui scz.

	Dolosi proximos fallētes.
Cuncti sunt.	Pomposi proximos spernentes.
	Ruinosi deorsum cadentes.

Cuncti dico sunt dolosi Hiere. vj. A maiore vsqꝫ ad minorem cuncti auaricie student: a propheta vsqꝫ ad sacerdotem oēs faciunt dolū. Cuncti etiā sunt pomposi seu etiā superbi ꝛ presumptuosi eccl'i. ij. Cuncta subiacent vanitati. Job. xv. Cūctis diebus suis impius superbit et iob. xl. Respice cunctos superbos. Cuncti tales erunt finaliter ruinosi qn̄ scz in die iudicij corruēt in infernū. Job. xl. Uidētibus cunctis precipitabitur. Patet ergo quō est vna cōgregatio: multitudo seu vniuersitas peccatorū. ¶ Tertio inuenit̄ quedā multitudo virtutū et meritorū eccl'i. vij. Cuncta tentaui in sapientia. ¶ Itē multitudo vitiorū. rc. obmitto qꝛ paruz valet. ¶ De vniuersitate vero tormentorū. premiorꝫ. locorum. vide in suis titulis et synonimis. ¶ De vniuersitate temporꝫ t dierū qualiter. s. cuncti dies nostri sine interpellatione sine diminutione sunt ad dei seruitiuz ordinanda: multa possent dici qꝛ multe sunt autoritates ad istud ꝓpositū. sed obmitto gr̄a breuitatis: quia. s. infra in titulo de die in litera. d. satis fiet.

A **Cupere. Cupiēs.** Nota ꝙ cupere idem est ꝙ aliquid feruenter desiderare. Et pōt sumi in bono ꝛ in malo. In bono enim signat illud sanctū desideriū quod habēt iusti de bonis spiritualibus et eternis. In malo vero signat illud desideriū corruptū quod habent impij de vitiosis operibus: malis delectationibus desiderijs et diuitijs externis. Igitur de prima cupiditate qua scilicz boni cupiunt vtilia non nociua possum dicere ꝙ virt⁹ appetitiua tunc est bene disposita naturaliter: quādo nō cupit aliquid nisi quod sue sanitati conuenit corporaliter. Nā quādo virtus illa non appetit nisi qd pōt dirigere: tunc dicitur hō sanus esse. Sic vere dicaz ꝙ ille spiritualiter bene est dispositus: qui vitia ꝛ peccata: bona terrena et mūdi vanitates: que vtiqꝫ anime nociua sunt. et que nec regi nec dirigi bene possunt nō appetit sed solum virtutes et bona opera que anime salubria sunt cupiens: omnia cetera vilipendit. Et sic si vis.

Nota quod boni cupiunt.

Sumere doctrine ferculū qd iustos satiat vt hos reficiat
Struere mentale vasculū vt multa capiat.
Stringere fraternū vinculū vt nullū odiat.
Uidere regentem seculum vt hos exaudiat.
Tenere celi latibulum vt hos suscipiat.

¶ Dico ergo ꝙ iusti cupiūt doctrinā per quā resatientur. vnde de lazaro dicitur Luce. xvj. Quod ipse cupiebat saturari de micis que cadebāt de mensa diuitis. qꝛ scz iustus summe dz cupere et desiderare ꝙ de micis doctrine que de mensa sacre scripture prouenitūt a diuite viro xp̄o spūaliter satietur. Itē iusti cupiunt gratiaz p quam edificētur. Gratia eīm edificat spūaliter domū mentis: vt scz xp̄m capiat cū virtutibus atqꝫ donis. j. Para. ij. domus quā edificare cupio magna est valde Itē iusti cupiunt amiciciā vt ꝯpatiantur. Phy. j. Testis est mihi deus quō cupiā vos oēs in visceribus iesu xp̄i. Item cupiunt dei amiciciā vt eius pulcritudine alliciātur. vnde de herode dr̄. Luce. xxiij. Qd ipse erat multo tēpore cupiens videre iesum. Itē cupiūt celestē gl'iam vt ibi reficiātur ꝛ bonis oībus induātur. ij. cori. v. Nā in hoc ingemiscimus: habitationē nostrā que de celo est superindui cupientes. Patet igit̄ sic quō cupiditas sumitur in bono. B

¶ Scd'o dico: ꝙ vt cōiter sumit̄ i malo. Et sic nihil aliud est ꝙ auaricia vel excessiuus appetitus rerū inutiliumꝫ malarū. Appetitus eīm male dispositus et corruptus magis cupit nociua ꝙ vtilia sic vere mala volūtas et desideriū iniquorū. Prouerbi j. Stulti ea que sunt sibi nociua cupiunt. Et de hac cupiditate possent dici infinita: sed pauce sunt autoritates vocales et in infinitis locis de auaricia et cupiditate in hoc opere tractatur. Notabo ꝙ illa que per cupiditatem ꝛ auariciam acquirūtur. Nō satiant nec proficiunt: qꝛ solent mētē inflāmare. Nō perdurāt sed deficiunt qꝛ solent cito declinare. Nos diffamāt et inficiunt: quia solent famā obfuscare. ¶ Solent dico mētem inflammare: vt plura petantur. vnde ecclesiastici. xxiij. Insatiabilis est oculus cupidi Solent etiā paruz delectare cum cito perdantur. vnde de auaro dicitur. Job. xx. Cum habuerit quod cupierat possidere non poterit. Solent insuper famam obfuscare cum iure spernantur. Unde scriptura ipsos vituperans et diffamās dicitur Ecclesiastici. xliij. Uiro cupido et tenaci absqꝫ ratione est substantia rc: Uide de auaricia: et in titulis auariciam significantibus sicut est ignis ardere accendere. rc. C

A **Cur** Nota quod istud aduerbium interrogatiuū cur quandoqꝫ dicitur inquisitiue. Job. vij. Cur non tollis peccatū meum: et. quare non aufers iniquitatem meam? Item sumitur desolatiue. sicut Job. iij. vbi dicitur. Quare non in vulua mortuus suz: egressus de vtero non statim perij: quare exceptus genibus: cur lactatus vberibus? rc. Item sumitur reprehensiue et conquestiue et hoc modo sumitur communiter in scriptura: sicut exodi. v. dicitur. Domine cur afflixisti populum istum? Et ideo notabo. ꝙ per istā dictionez cur reprehenduntur multa genera personarum. vñ dominus potest dicere que sequuntur.

	Tardaris xp̄i bonitatem gustare dulciter.
	Scrutaris dei maiestatem nimis subtiliter
Cur	furaris mundi facultatē que nocet grauiter.
	Sectaris carnis voluptatē que fedat turpiter.
	Uenaris fraudis prauitatē que fallit viliter.

¶ Dico ergo. quod per cur' arguuntur illi qui tardant ad deum venire quibus scilicet potest dici illud Genesis. xxiiij. Ingredere benedicte domini cur foris stas.

ris stas? Itē illi q̄ tractāt vel certāt nimis alta sentire.
Vn̄ angelus dicit iacob Gen̄.xxxij. Cur queris nomē
meū qḋ est mirabile? Itē illi q̄ ꝓcurāt mūdi opes glu-
tire. vnde Gen̄.xxxi. Cur furatꝰ es deos meos? Laban
qui loquit̄ est mūdus qui diuitias reputat deos suos.
Itē illi qui amāt carnis opꝰ inire .s. luxuriosi. vn̄ illis
qui vxorē leuite stuprādo occiderant: dr̄ illud. iudic.xx.
Cur tantū nephas facere voluistis? et n̄ue.xxxj. Cur fe
minas reseruastis? ⁊c. Itē illi q̄ captāt fratres fraude
ferire vn̄ Josue.ix. Cur nos decipere fraude voluistis?
Unde infra de Quare vbi ponetur magis plene.

A Cura. Nota ꝙ cura idē est qḋ diligētia: idustria
et sollicitudo circa aliq̄d impēsa. Et breui
ter cōcludēdo: cura ꝓprie ꝑtinet ad ꝓlatos. Istis eniȝ
est ꝯmissa cura et sollicitudo de subditis gubernādis.
Eccli.xxxij. Rectorē te posuerūt. noli extolli: curā illo
rum habe. ⁊c. Et ideo isti debēt esse sicut elephātes: de
quibꝰ dicit Plini. Qḋ maxima cura est eis: alteri de
altero: vulneratos: senes ⁊ debiles adiuuāt: sanāt ⁊ de
fendūt ꝓstratos etiā ⁊ barriētes erigūt ⁊ sibijnuicem
multa amoris insignia impendūt. Parētes etiā inter
eos de filijs suis maximā hn̄t curaȝ: ipos em̄ a draconi
bus defendūt: ⁊ ne oberrēt ipsos ꝑcedere faciūt ipsos
etiā ad natandū in fluminibꝰ: ad inclinādū caput no
ue lune ⁊ celi luminibꝰ. ⁊ ad precauendū a draconis in
cursibus informāt ⁊ instruūt. vt dicit idē. Sic vere no
bis alijs xp̄ifidelibꝰ debet esse maxima cura ⁊ sollici-
tudo alteri de altero. Q2 ꝟm ap̄lm: nos sumꝰ alterius
membra. Si quid vero vnū mēbrū patiat̄: cōpatiātur
oīa mēbra. Rom̄.xij. Si em̄ socios n̄ros viderimꝰ vul
neratos ⁊ ꝓstratos: ipsos ꝓcerto pie debemꝰ adiuua-
re: ⁊ eisdē pro viribus subuenire. ⁊ eos si possumꝰ a suis
infortunijs subleuare Gal.vj. Alter alterius onera por
tate. Parentibꝰ maxime scȝ ꝓlatis ⁊ maioribꝰ dȝ esse
maxima cura de filijs: ipsos em̄ debent sollicite defen
dere a nociuis: ⁊ in necessarijs informare: docere enim
eos debēt qualiter natabūt per deuotionē. qualiter re
spiciēt per cōtemplationē ⁊ affectionē qualiter etiam
a dracone dyabolo se expediēt per prudētie circunspe-
ctionem. Isti ergo sunt mardocheꝰ de quo dr̄ Hester.
ij. Qḋ erat curā habēs salutis hester. Isti em̄ debēt cu
rare de subditis: q2 sicut dr̄. Sap̄.vj. Equaliter est em̄
cura de omnibus. Et tunc isti poterūt dicere dn̄o illud
Gene.xlvj.ca. Viri pastores sumus serui tui et curam
habemus alendorum gregū. In quibus verbis patet:
ꝙ prelati debent habere curam.

De resistendo viriliter. Viri.
B De ꝓsidendo sagaciter. Pastores
De ꝯuersando hūiliter. Serui tui
De ꝓuidēdo viriliter. Curā alēdoꝝ
Prelati enim debent esse.
Potentes ad resistendum.
Humiles ad conuersandm.
Utiles ad promouendum.
Sagaces ad presidendum.

Curet ergo prela-
tꝰ de habēda sta-
bilitate: viri Ma
xima em̄ cura dȝ
inesse duci ꝙ for-
tis ⁊ strennuꝰ pos
sit esse: q2 sine for
titudine. nec ad-
uersis pōt resiste
re: nec exercitui subuenire. Sic vere ꝓlatus qui dux est
aliorum debet valde curare de fortitudine ⁊ stabilitate
spiritali habēda. viri inquit. Q2 scȝ prelati debent esse
viri .i. stabiles: strēnui ⁊ virtuosi. ij. Reg.xiij. Cōforta
mini et estote viri fortes. Vir em̄ dr̄ a virtute. q̄ꝫ uis mul
ti sint hodie qui nō dicunt̄ a virtute. sed a viriditate
ad modū rami viridis. Ipsi em̄ carēt oīmoda firmita
te. Nō sic ergo sed curet vt dictū est de habenda stabili
tate. Et hoc est qḋ supponit̄. Roma.xiij. vbi dr̄. Curaȝ
carnis ne feceritis in desiderijs. Curā inq̄t carnis. que
C scȝ stabilitatē ⁊ virilitatem eneruat. ¶ Scḋo debet cu
rare de habēda sagacitate. pastores. Pastores em̄ sunt
illi qui gregibꝰ pascēdis et nutriendis preferūtur. qui
bus dȝ inesse sapiētia ⁊ pro grege pascendo. ⁊ pro grege
etiā defendendo. Sic prelati gregē subditorū debēt do
ctrinis ⁊ exemplis sp̄ualiter pascere: ⁊ ipsum etiā si pos
sunt elemosynas temporaliter enutrire propter qḋ sa-
pientia indigent et doctrina. de quibus hiere.iij. Da
bo vobis pastores iuxta cor meū: ⁊ pascent vos sciētia
et doctrina. Q̄uāuis de multis pastoribus dicat̄ illud
ezech.xxxiiij. Ve pastoribus qui pascūt semetipsos: ⁊ de
relinquūt gregem ⁊c. ¶ Tertio dico. ꝙ debet curare ꝓ D
latus de habenda humilitate. Serui inquit tui. Prela
ti em̄ sunt serui subditorū vn̄ papa vocat se seruū seruo
rum dei Prelatꝰ em̄ est generalis ⁊ vniuersalis seruus
oīm. Sap̄.vj. Equaliter est em̄ cura de oībus. Vn̄ no-
ta ꝙ sibi debȝ inesse diligens cura de cōmuni vtilita-
te. De iustorū cōmunitate de infirmorū salute ⁊ tran-
quillitate. De ꝯmuni vtilitate dicit ille rex Anthiochꝰ
necessariū est duci pro cōmuni vtilitate nostri curam
habere. De iustorū cōmunitate dr̄.j. Macha.xiiij. Sa
cerdotes eorū cōsenserūt eū esse ducē: ⁊ vt cura esset illi
de sanctis. De infirmorū autē ⁊ imperfectorū salute et
sanitate: dr̄. Luce.ix. De xp̄o qui eos qui cura indige-
bant sanabat. Serui ergo. Seruus em̄ dr̄ a seruiendo ⁊
a seruādo q2 scȝ subditos tenētur seruare ⁊ eis in sp̄ua-
libus deseruire. de quibꝰ. ij. Reg.xv. Uniuersi serui eiꝰ
ambulabāt iuxta eū. Luc.xij. Beati sūt serui illi quos
cū venerit dn̄s. inuenerit vigilātes. Multi tamen sunt
hodie qui nō dicunt̄ serui a seruiēdo: sed a sēuiendo. si-
cut sunt crudeles prelati. de quibꝰ Tren̄.v. Ceruicibꝰ
nostris minabamur serui dn̄ati sunt nostri. Et.ij. Pa
ral.xxiiij. Cōsurrexerūt contra eū serui sui. ¶ Quarto E
dico. ꝙ prelatꝰ debet habere curā de agenda vtilitate
Curā inquit habemus alendorū gregū. Greges enim
subditorū debȝ alere ⁊ eis in necessarijs ꝓuidere thob.
Esuriētes alebat nudisq̄ꝫ vestimenta ꝑbebat. Et sic ꝓ-
lati erūt figurati in in illo pio stabulario: qui receptū
sauciatū custodiuit ⁊ curā eiꝰ egit. Curā ergo dȝ ꝓlatꝰ
habere de subditis. q2 sicut dr̄.j. Tymo.v. Qui suoruȝ ⁊
maxime domesticorū curā nō hȝ fidem negauit ⁊ est in
fideli deterior. et nota adhuc finis. ꝙ prelatus dȝ habe
re curam de subditis et ipsos etiam curare.

Equaliter iudicādo.
Seueriter castigando
Benigniter cōsolādo.
Sagaciter informādo.
Utiliter visitando.

Dico ergo ꝙ curare dȝ de iu
dicādo equaliter. Nō em̄ dȝ F
plus pēdere ad vnā partem
q̄ꝫ ad aliā Math.xxij. Ma-
gister scimꝰ q2 verax es: ⁊ viā
dei in veritate doces. ⁊ nō est tibi cura de aliquo. Cura
dico specialis. sed de oībus generalis est tibi cura act.
v. Afferebantur egri ad ap̄los ⁊ curabātur oēs. et ideo
de qualitate videbatur conqueri martha. Luc.x. dicēs
Domine nō est tibi cure: ꝙ soror mea relinquit me so-
lam ministrare? Item curare dȝ malos castigādo seue
riter vn̄ ipse dȝ esse sicut ignis. de quo dicit̄ eccli.xxxviij
Ignis curās mitigabit dolorē. Itē debet curare conso
lando benigniter Osee.xj. Portabā eos in brachijs. et
nesciebant ꝙ curabā eos. Item curare debet informā
do sagaciter seu subtiliter Hiere.xxxiij. Obducam cica
tricem ⁊ curabo eos. ⁊ reuelabo illis deprecationē pa-
cis: Item debet curare visitando suauiter ⁊ vtiliter: di
cens cum christo illud Math.viij. Ego veniam et cu-
rabo eum. Sed quid proculdubio multis prelatis pōt
dici illud Luce.iiij. Medice cura teipsum. Si aūt tu
queras qui sunt quia deo et prelato possunt et merē-
tur curari. dico procerto ꝙ isti sunt.
Ille qui lachrymarum stillat profluuia.
Ille qui aduersa suffert diluuia.
Ille qui domini amat consortia.
Ille qui diuina sperat auxilia.
Ille qui domini orat subsidia.
Curantur igitur qui per lachrymosaȝ compunctiones G
madent. Exemplo naaman: qui in iordane lotus. a
lepra sua curatus est. iiij. Regum.v. Item aliqui curan
tur per temporalem tribulationem Osee.vj. Ipse cepit
et curabit nos. percutiet et sanabit nos. Item alij cu-
rantur per domini consortium et deuotam eius fre-
quentationem. Mathei.xv. Accesserunt ad eum tur-
be multe: Et curauit eos. Item quidam curantur per

spem fiduciam ⁊ deuotionē. j. Pet. v. Omnē sollicitudinem proijcientes in eū: qm̄ ipsi cura est de vobis. Itē alij curātur per humilē orationē. Eccli. xxxviij. Ora dominū ⁊ curabit te. Aduerte autem q multi sunt ita infirmi q nullo modo possunt curari: ⁊ tales sunt desperati et obstinati vnde de demoniaco dicitur Luc. viij. Quod a nullo poterat curari. et Hiere. lj. Curauim⁹ babylonē ⁊ non est curata: Non sic: sed obediendo deo permittamus nos curari. Math. xvij. Curat⁹ est puer ex illa hora. Ista ergo de cura et de curare sufficiant. Vide de Diligentia. Sanare: qz scilicz curare idem est qđ sanare: vel idē est q de aliquo curam et sollicitudinem gerere et habere. etc.

A Currere. Cursus.

Nota q currere nihil aliud est q festine seu velociter versus aliquem terminū se mouere. Et signat exercitium operationē diligentiam ⁊ obedientiā Possumus ergo distinguere q est.

- Quidam cursus naturalis.
- Quidam cursus criminalis.
- Quidā cursus moralis ⁊ spūalis.
- Currit hō naturalit de vita ad mortē.
- Currit hō crimialiter de grā ad culpā
- Currit hō spūaliter de grā ad gloriā.

Cursus naturalis sil's ē cursui nauis i mari in qua hō sedēs q̄uis velociter currat ad portū istud tamē nō pcipit nec aduertit. Sic vere nos qui in mari huius mūdi: in naui corporis: ad portum mortis tendimus non aduertimus q̄uis celeriter trāscurramus. Luce. xxiiij. Surgens petrus cucurrit ad monumentū. Job. ix. Dies mei velociores fuerunt cursore. Cursus vero criminalis similis ē cursui fluminis qui toto impetu labitur et fluit versus mare. Sic sunt peccatores qui toto affectu et desiderio labūtur et currunt ad mare. i. ad amaritudinē peccatorū. Qđ patet de raptoribus et impetuosis: ⁊ precipitib⁹ iudicib⁹ etc. Prouer. j. Pedes eorū ad malū currunt ⁊ festinant vt effundant sanguinē. Hiere. xxiij. Non mittebā pphetas et ipsi currebant. Cursus vero spūalis ⁊ moralis similis est cursui solis qui omni die currit: ab oriente in occidentē: ⁊ iterū reuertit ad orientē. s̄m q a firmamento ⁊ per firmamentū trahitur ⁊ mouetur. Sic vere vir iustus nō cessat circuire ⁊ currere per exercitiū bonorum operū ⁊ virtutū. Et hoc primo versus occidētē scz considerando circa proprie nature fragilitatē casū ⁊ infirmitatē ⁊ mortē. Itē dz currere versus orientem idest versus paradisum ⁊ celū. s. cōsiderādo ⁊ desiderādo celi claritatē: felicitatē et vitā eternā. Et istū procerto cursum debet facere: se cōformando motui firmamēti. i. voluntati dei totaliter adherēdo. Vñ de isto cursu potest intelligi illud Esa. xl. Qui sperant in dño mutabunt fortitudinē: assument pēnas vt aquile current et nō laborabūt et non ambulabūt ⁊ non deficiēt. Multi bet em̄ iustus potest dici cursor. qui scz sicut cursor dñi ad terminū accelerat: multas noticias vel amicicias in via non desiderat: grauibus sarcinis se non onerat signa cursoris pretendit ⁊ portat. que scz sunt lancea barile cum vino. pixis clausa cū literis: ⁊ pictura armorū domini sui. Sic vir iustus ad terminū paradisi solet currere in via mundi: circa delectabilia non solet sistere. mundanorū amicicias nō solz q̄rere. sarcinas terrenorum nō solet se onerare. ⁊ signa virtutū secū dz gerere et preferre. Sic ergo succinctus et restrictus per temperantiam: habeat lanceā. i. crucis et passionis memoriam. habeat vas cū vino. idest deuotionē inebriatiuā et sapientiā: habeat pixidē clausaz. i. prudentē ⁊ ē secretam ɔscientiam in qua habeat testimoniales literas puritatis et innocentie habeat arma domini nostri iesu christi idest paupertatē et patientiā. Et sic erit ille cursor de quo dicitur. ij. Reg. ij. Asael erat cursor velocissimus: sicut vnus ex capreis. et illud. Hiere. ij. Cursor leuis etc. sicut infra. Cursus ergo moralis ⁊ spūalis est a nobis frequentandus. et continuandus. Ceruus enim qui non continuat cursum suum: sed sistit et delectatur in latratu canum. vel in sibilo venatorum: faciliter capitur et necatur. Tigris etiā que cursum suū non continuat: sed sistit circa imaginē speculorū cōsiderando vmbrā suam: a prosecutione venatoris ⁊ a catulorum suorum recuperatione totaliter impeditur. In quibus exēplis docemur: q si cursum bonorū operum nō cōtinuauerimus: sed in latratu canū. i. malarum suggestionibus in vmbra mundanarū eminentiarum. in sibilo vanarū deliciarū et diuitiarū delectati fuerimus ⁊ horū occasione cursum bonorū operum deseruierimus: faciliter a venatoribus inferni per diuersa vitia capiemur nec catulos nostros. i. predā eterne beatitudinis cōprehendem⁹ vel etiā consequemur. Debemus ergo currere: non sistere continuare nō deuiare comprehendere non quiescere. vnde apłus docet j. Corin. ix. Sic currite vt cōprehendatis. In quibus verbis aduerte q cursus bonorū operū dz habere.

- Modū sagaciter prosecutiuū. Sic inquit.
- Actū celeriter executiuū. Currite inquit.
- Finē principaliter ɔsecutiuū. Vt ɔprehendatis.

B Sit igit in cursu nostro mod⁹ expediens in ɔsecutiōe qđ ostēditur cū dicit. Sic. Sic enim denotat mihi certum modū limitatū ⁊ ordinatū. s̄m quem est aliquid faciendū ad denotandū q nō a casu nec inordinate: sz s̄m modū et regulā debemus currere cursum nostrū. Cursores em̄ qui nō seruāt modū in currēdo: faciliter fatigantur ita q ante terminū desistere ɔpellūtur. et ideo lupus qñ videt canes: nō statim prorūpit ad velocem cursum: immo primo vadit paulatim ne fatiget. vt postea vrgente necessitate celeriter moueatur. Lep⁹ etiā in currendo vtitur certo modo: qñ em̄ currit ante canes et maxime descendēdo de mōte: nō currit directe: versus vallē: sz anfractuose ⁊ circunuolute nūc ascēdit: nunc descendit: nūc vadit recte: nūc indirecte: nūc currit patēter. nūc iacet latēter. Istū autē modū currēdi seruat: vt canibus possit illudere: ⁊ eorū malicijs obuiare: Ceru⁹ etiā currēdo seruat certū modum mutat enim se de vna semita ad aliam. ne canes inueniāt viā suam. ex quibus exēplis docemur: q in cursu nr̄o morali et spūali: certus modus: certa forma est tenenda. Modus em̄ in reb⁹ summopere requirit. ⁊ ideo currēdo per bona opera versus celū: seruem⁹ modū debitū ⁊ maturū. Nō procedamus in principio nimis celeriter sicut faciūt fatui nouicij qui in principio nimis sunt feruentes. ⁊ ideo faciliter deficiunt. qz sicut dicit p̄hus. Acres in principio: frangunt in fine: Qđ figuratū ē in petro ⁊ iohe. vbi iohes qui citi⁹ precucurrit in monumentū tardius introiuit. Modū ergo debitū teneam⁹ Et nūc curram⁹ ascēdēdo p viā ɔtemplatiuā nūc descēdēdo ad actiuā. nūc de semita ad semitā nos mutādo per operationē alternatiuā. Sic inqt. Sic em̄. i. per istū modū: canes. i. demones illudem⁹: ⁊ sine periculo ad terminū veniem⁹. ⁊ de eorū manib⁹ euadem⁹. De isto ergo mō currēdi: dicit apłs ibidem. j. Cor. ix. Sic curro non quasi in incertuz: sed castigo corpus meū et in seruitutē redigo. Et iob. j. dicitur. Sic faciebat. Job cunctis diebus. Sic inquit faciebat. idest certum modum ⁊ ordinē in suis bonis operib⁹ obseruabat Qđ pculdubio est cōtra multos fatuos ⁊ peruersos q in suis actib⁹ siue boni fuerit siue mali nō seruāt ordinē atq modū: qbus dr in ps. Non sic impij nō sic. q. d. Impij ⁊ iniqui nō seruāt ordinē. regulā vel mensurā. Sit ergo in nr̄o spirituali cursu mod⁹ sagaciter ɔsecutiuus. Sic inqt. vñ Joel. ij. Quasi equites sic curret ad sonit⁹ quadrigarum.

C ¶ Secundo dico. q in nostro cursu debet esse actus celeriter executiuus: quod ostenditur cum dicitur. Currite in presenti. Cito enim presentialiter ⁊ sine dilatione debemus per bona opera currere: et dei et prelatorū mandata per obedientiā executioni mandare. Dromedarius enim est animal siccū valde ⁊ calidum ⁊ modico contentum. ⁊ ideo inter alia animalia velociorem ⁊ longiorem facit cursum. Currit enim per centū miliaria vna die. et ideo dicitur dromedarius a dromos grece quod est cursus latine. Onager est animal

anima quod est oĩno imbelle:qḋ semꝑ moraꝛ in solitudine:ita tamen velociter currit ꝙ per cursum leoni effugit et euadit vnde cursus suus datur ei in loco naturalis armature Et ideo de onagro dꝛ Hiere.ij. Cursor leuis explicās vias suas onager assuet⁹ in solitudine. ex quibus exēplis docemur.ꝙ si fuerimus dromedarij .s.calidi per caritatē.sicci per voluptatis paucitatē modico cibo cōtenti per abstinētie parcitatē imbelles per benignitatē in solitudine viuētes dimittēdo negociorum varietatē.nos procerto erimus velocissimi cursores.Obediēdo eñ dei et prelati mādatis: ita velociter curremus ꝙ ad remotissimos paradisi terminos pertingemus ⁊ leonis inferni seuiciā euadem⁹.et sic erimus sicut asael:de quo dꝛ.ij. Reg.ij.Quod asael cursor velocissimus fuit sicut vnus de capreis:qui est in siluis Currite ergo.i.deo ⁊ prelato celeriter obedite. Ideo de abraaȝ dꝛ.Gene.xviij.Quod ipse cucurrit in occursuȝ angelorum.Et si vis potes notare.ꝙ in scriptura inuenitur multiplex bonus cursus quo.s.ad deū est currendum quod promittens domin⁹ dicit Prouer.iiij.Ducam te per semitas equitatis quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui:et currens non habebis offendiculū vbi ostēditur ꝙ currendū est per viam iusticie seu mandatorum.Nam

D	Curta.		Breuius:semitam.
Via.	Recta.	Currem⁹.	Citius:equitatis.
	Lata.		Letius. nō arctabūtur.
	Tuta.		Certius.nō habebis.

offendiculū.Ista dico est via breuis et curta q̄ dicitur semita.que vt cōmuniter breuior est q̄ via publica vide infra de semita.Et breuiter quia ista via recta est tuta.curta et lata.dico ꝙ ibi merito est currendū.ps. Sine iniquitate cucurri et direxi.cucurri.scȝ.

Ad contemplandū deum subtiliter.	Igiꝛ curra-
Ad adorandū deum humiliter.	mus ad deū
Ad debellandum hostem viriliter.	subtiliter cō
Ad exultandū deo mentaliter.	templandū.
Ad obseruandū fidem veraciter.	Geñ.xviij.
Ad triumphandū sursum feliciter	Cūq̄ eleuaſ
Ad consummanuū bonū finaliter.	set abraam

oculos apparuerūt ei tres viri:quos cū vidisset cucurrit in occursum eorū.Tres eñ viri tres personas trinitatis significant.Item curramus ad ipsum humiliter adorandū vnde de aaron legiꝛ Nūeri.xvij.Qḋ ipse cucurrit ad multitudinē quā vastabat incendiū stans ꝓ populo deprecatus est.Itē curramus ad hostes viriliter debellandū.j.Reg.xvij.festinauit dauid et cucurrit ex aduerso phylistei.et ad Heb.xij.Per patientiam curramus ad certamen nobis propositum. Itē curramus ad deo mentaliter exultandū ps.Exultauit vt gygas ad currendā viā suam.Itē curramus ad fidem veraciter obseruādū dicētes.s.xp̄o illud.Cant.j In odore vnguētorū tuorū currem⁹ oleū effusum nomē tuum ideo adolescentule dilexerūt te.et esa.lv.Gentes que te nō nouerūt ad te currēt.Itē curram⁹ ad coronā feliciter promerendū vel ad sursum triumphandū.vñ illud j.Corin.ix.Oēs quidē currūt:sȝ vnus accipit brauium et illud.ij.Tymo.iiij.Cursum ꝯsummaui:ideo reposita est mihi corona:Itē curram⁹ ad ꝯsummandū bonū finaliter.ps.cxviij.Viam mādatorū tuorū cucurri.Et enim in dei mandatis perfecta est bonorū consummatio que est vita eterna.Joh.xij.Scio ꝙ mandatū eius scȝ patris:est vita eterna.Ecce ergo quomodo ad bonū
E diuersimode sit currendum. Currite inquit. ¶ Notemus tamen ꝙ hō impeditur celeriter currere ⁊ ad terminum attingere propter tria.Aliquando.

Propter vie ꝓlixitatē.	Primo mō impediūtur
Propter oneris grauitatē.	mūdi negocijs occupati
Propter viriū debilitatē.	Scdō mō impediuntur

mundi diuitijs onerati:Tertio mō mūdi delicijs eneruati.Occupati eñ in mūdi negocijs habēt viā ꝓlixiorem q̄ alij.Plures enim passus habent facere i.circa plura negocia vacare:ideo ipsos est difficile ad paradisum peruenire.Quāuis eñ sol et luna equali cursu currant in firmamēto:luna tamē citius peruenit valde ad terminuȝ et ad punctū q̄ sol.eo ꝙ valde minorē circuluȝ habet.Sic vere quāuis vnus singularis ⁊ vn⁹ regularis:vnus pauper ⁊ vnus diues equali cursu bonoruȝ cōtendāt.pauper tamē et regularis q̄ circa minora occupatus est:citi⁹ cursum suū finire ad paradisum peruenire debebit.qḋ figuratū est in petro ⁊ iohe de quibus diciꝛ Joh.xx.Johānes precucurrit citi⁹ petro.qui scȝ petr⁹ erat prelatus.et per consequens circa plurima occupatus.Achimaas etiā filius sadoch cucurrit per viam compēdij.⁊ ideo prius venit ad dauid q̄ chusi.q̄uis alius precessisset.sicut dꝛ.ij Reg.xviij. Ad denotandū.ꝙ illi qui per cōpendiū paupertatis ⁊ religionis currunt citi⁹ ad dauid.i.ad xp̄m ceteris paribus perueniūt ⁊ attingunt.vnde Joh.xx.Currebant duo simul:sed iohānes precucurrit citius petro ⁊ venit prior ad monumentū.¶ Secūdi qui impediūtur currere sunt illi qui habent sarcinā grauiorē.Isti sunt diuites huius mundi:qui mundi possessionibus:amicorum suorum oblectationibus sunt grauati et onerati. F
Isti sunt similes symie que fugiēs venatorem vnū de filijs suis accipit in brachijs:aliū q̄ super dorsuȝ reponit qui ita fortiter matri adherēt.ꝙ tandē onere pressa fugere vel currere non pōt.sed periculo venatoris succūbit.Sic vere illi qui filijs suis.i.affectiōe ⁊ cura naturaliū filiorū vel tēporaliū bonorū imoderate se onerāt cū vigente auaricia ipsos dimittere nequeant:exinde currere per bona opera impediūtur.⁊ a venatore idest dyabolo capiūtur.Talibus pōt dici illud Gal.v.Currebatis bene:quis vos impediuit? q.d.pōdus ⁊ amor tēporaliū.Ideo dicebat ⁊ docebat apls.Hebre.xij.Deponentes omne pōdus ⁊ circūstans nos oīe peccatū curramus ad propositū nobis certamē.¶ Tertij quoruȝ cursus impediꝛ sunt illi qui habēt virtutē debiliorem.Et isti sunt deliciosi ⁊ carnales.quos delicie debilitant et eneruāt.equ⁹ enim pinguis nō bñ currit.Ceruus quāto pinguior:tanto ad currendū est ineptior. G
et ideo cautelā habent cerui:ꝙ qñ sunt pingues abscōdunt se:scientes ꝙ si instaret venator currere non valerent.Pulli etiā aquile qñ pingues sunt fiūt inhabiles ad volandū:et ideo mater eorū solet subtrahere sibi cibum.Quibus exemplis docemur.ꝙ illi qui delicijs impinguanꝛ.ad currendū spūaliter impediunꝛ.Talibus enim est valde laboriosum currere ⁊ laborare.Vñ hiere.xij.Si cū peditibus currens laborasti:quō cū equis poteris contendere?et Amos. vj. Nunquid in petris currere possunt equi?Omnes ergo isti non currūt velociter in via morū:sed procerto in vijs malis valde inueniunꝛ fortes ⁊ parati ad currendū.sicut dꝛ. Hiere. xxij.Tui vero oculi ⁊ cor ad auariciā et ad sanguinem innocentem fundendū et ad cursum mali operis. De cursu aūt mali opis quis sit.possum notare ꝙ iste est

	Superborū q̇ est ꝑsumptuosus.	De cursu
	Auarorū qui est anfractuosus	supbie ꝑ-
Cursus.	Immūdorū qui ē deliciosus.	sumptuo-
	Tyrānorū qui ē impetuosus.	so dꝛ illud
	Inuidorū qui est maliciosus.	Job. xv. c.
	Iracūdorū qui est tumultuosus.	Cucurrit

aduersuȝ deū erecto collo.⁊ pingui ceruice armatus ē. De cursu auaricie anfractuoso qui sciȝ oia vult ambire ⁊ circuire:dꝛ.j.Reg.vj.Viuit dñs:q̄ curram post eū et accipiam ab eo aliquid.De cursu luxurioso seu immundicie delicioso dꝛ Dan.xiij.Quod illi duo impudici senes cū susannā habere nequirent:cucurrit vnus et aperuit hostiū.De cursu seuicie impetuoso dꝛ.ij.Reg.xviij.Cucurrerūt decem iuuenes armigeri ioab percutiētes interfecerūt absalon.⁊ esa.lix.Pedes eorum ad malū currūt:⁊ festināt vt effundāt sanguinē.De cursu inuidie malicioso pōt intelligi illud Nūe.xj.Qḋ puer cucurrit ⁊ nūciauit moysi dicēs eldad ⁊ meldad ꝓphetant in castris:videbaꝛ eñ ex inuidia loqui.De cursu iracūdie tumultuoso seu seditioso dicitur. Dan.viij.

Cucurrit ad eũ ⁊ impetu fortitudinis sue: ⁊ efferatꝰ per
cussit arietē. Nō sic charissimi: nō curramꝰ istis ma-
lis cursibus sed potius bonis ⁊ virtutibꝰ Currite inq̄t
Exēplo illius qui curatus fuit a demonio. De quo dr
Marci. v. Uidēs iesum a longe cucurrit ⁊ adorauit.
Ergo charissimi curramus ad bonũ nō ad malũ cum
B celeri executione. ¶ Tertio dico. ꝙ nos debemꝰ curre
re cum vtili cōsecutiōe vt ꝯprehēdatis inquit. Ad finē
enim vt brauiũ vite eterne possimus vtiliter consequi
et habere per bona opera debemus currere ac etiaꝫ la
borare. Cursor enim currit vt accipiat salariũ. Certās
in stadio pugnat vt accipiat brauiũ. Fluuiꝰ currit vt ꝑ
ueniat ad maris spaciũ. Uiator currit vt de die perue
niat ad hospitiũ Sic vere charissimi: nos spũaliter de
bemus currere vt ad mare totius affluentie deũ verũ
possimus attingere vt ad hospitiũ paradisi possimꝰ
peruenire. ⁊ ad brauiũ ⁊ salariũ glorie eterne possimꝰ
recipere et lucrari: Ad finē ergo rectũ ⁊ vtilē debemus
ordinare cursum nostrũ qꝛ scꝫ ad deũ et ad bona eter-
na debemus per desideriũ currere ⁊ volare. Exēplo le-
poris: qui melius currit versus montē ꝙ̄ versus vallē
qꝛ nos melius ⁊ libentius debemus currere versus mō
teꝫ. idest ad deũ et ad paradisum. per desideriũ et affe-
ctum ꝙ̄ ad vallem temporalium negociorũ et bonorũ
Ideo dicitur Prouer. xviij. Turris fortissima nomē do
mini: ad ipsam currit iustus ⁊ saluabit. Ista autē sunt
cōtra multos qui magis currũt deũ ꝙ̄ ad deũ magis
desiderant temporalia ꝙ̄ eterna magis vitia ꝙ̄ virtu-
tes magis peccata ꝙ̄ merita. De istis dr Job. xv. Cu-
currit aduersus deũ erecto collo. ⁊ pigui ceruice arma
tus est. ⁊c. Uide eā autoritatem expositā supra vbi ad-
uersari. Non sic ergo: sed curramꝰ ad bonũ finē. s. vt cō
prehēdamus deũ et paradisum. Inter canes eñ quidā
bene currunt: sed nō bene cōprehendũt seu accipiunt
Quidā autē vtrũqꝫ faciũt qꝛ scꝫ bene currũt ⁊ bene ac
cipiunt. Quidā vero neutrũ habēt qꝛ scꝫ nec bene cur
runt nec bene accipiũt. Sic vere charissimi: in mũdo
sunt quatuor genera hoīm quidā eñ bene currũt per
bona opera ⁊ tamē iusto dei iudicio. sed occulto q̄ñqꝫ
fit ꝙ nunꝙ̄ accipiunt eterna munera cuius rōnem as
signat apl's Roma. ix. vbi dicitur. Nō est volētis neqꝫ
currentis: sed dei miserātis. Alij autem sunt qui male
currunt in vita. s. male viuēdo ⁊ operādo qui tñ in fine
quādoqꝫ per dei occultā predestinationē ⁊ gratiā bene
accipiũt. s. gloriā paradisi. qꝛ sicut dicit. j. Corinth. ix.
Omnes quidē currũt: sꝫ vnus accipit brauiũ. vñ Job.
xxxiiij. Nō placebit vir deo etiā si cucurrerit cũ eo. Alij
vero sunt qui nec bene currũt bene operādo: nec bene
accipiũt vitā eternā cōsequēdo. Alij bene currunt ⁊ be
ne accipiunt. sicut sunt boni qui bene operātur ⁊ para
disum bene consequunt. De quibꝰ dr Esa. xl. Current
et nō laborabũt: ambulabũt ⁊ non deficiēt: Istis ergo
dicitur vt cōprehēdatis: vnde quilibet talis pōt dicere
illud Philip. iij. Sequor autem si quo modo compre
hendam Patet ergo ꝙ cursus noster debꝫ esse vtiliter
consecutiuus velociter executiuus sagaciter prosecuti
uus. Et hoc de currere sufficit.

A **Currus.** Dicit a currendo. ⁊ est currus instru
mentũ cum axe temone. ⁊ cũ rotis ad
portandum merces ⁊ alia necessaria ordinatũ qd̄ scilꝫ
ab equis currendo vt cōmuniter trahitur. ⁊ ideo me-
rito currus nuncupat. Nota ergo ꝙ in scriptura inue
nio multos currus spũaliter intellectos. videlicet.

	Christi.	Primꝰ trahitur a sancto spiritu.
	Justi.	Secũdus ducit benigno trāsitu.
Currꝰ.	Mũdi.	Tertiꝰ agitur pōposo strepitu.
	Dyaboli.	Quartꝰ clauditur fallaci exitu.
	Impij.	Quintꝰ vero ꝯfugit grādi ambitu

¶ Dico ergo. ꝙ inuenitur currꝰ xp̄i quē ducit spũssan
B ctus. Currus eñ ꝓprie dicitur illud a quo quis vehi
tur: ⁊ in quo quādo vehitur continetur et ideo qꝛ xp̄s
inuenitur vectus contētus atqꝫ portatus. videt ꝙ qua
druplicem habet currum. Inuenitur enim vectus.

In matris ventre corꝑaliter.
In ꝓprio corpore personaliter.
In iustorꝫ conscīa spũaliter.
In ecclesia sacramentaliter.
Primus currus est virgineꝰ.
Secundus est purpureus.
Tertius est sydereus.
Quartus vero est ethereus.
Primꝰ cōponit sacris visceribꝰ.
Scd's cōponit puris humoribꝰ
Tertius ꝯponit sacris ꝟtutibꝰ
Quartꝰ ꝯponit sanctis holbus.
¶ Isti sunt ergo quatuor cur
rus christi: scilicet.
Mater pura.
Humana natura.
Anima iusta.
Ecclesia sancta.

Dicā ergo ꝙ mater
dei est currꝰ in quo
habitauit corꝑali-
ter. Iste eñ currus
quatuor habuit ro
tas. i. quatuor spā-
les virtutes. videlꝫ
Humilitatē Pie-
tatē. Trāquilitatē.
et honestatē. Hu-
militas rotauit ꝓ
fundissime ita eñ
se ꝓfundauit ista
rota in isto curru.
qd̄ nullus audiuit
eā ꝑ murmuratio
nonē stridentē per
iactantiā claman-
tem per superbiā se leuantē nec per stulticiā effrontē.
et ideo ipse dicit Luc. j. Respexit humilitatem ancille
sue. Et ibidē. Ecce ancilla domini. Pietas in ea rota-
uit latissime vnde etiā de Maria legitur. Joh. ij. Mō
pietate mota dixit xp̄o. Dñe vinũ non habēt. ita ꝙ̄ ad
eius dictum. xp̄s de aqua in nuptijs fecit vinũ. Tran
quillitas seu be nignitas rotauit in ea dulcissime. Nō
eñ inuenietur verbum marie in scriptura. quin fuerit
dulce Eccl'i. xxiiij. c. Spũs meꝰ suꝑ mel dulcis. Hone-
stas aũt rotauit i ea gratissime nihil eñ fuit in maria
inhonestũ incompositũ. aut proteruũ. Eccl'i. xxiiij. Ego
mater pulcre dilectionis ⁊ timoris ⁊ agnitionis ⁊ san
cte spei. Sequitur. Et fructus mei fructus honoris et
honestatis. Unde ista figurata est in illis basibus. iij.
Reg. vij. Ubi erāt quatuor rote per bases singulas qua
les solent in curru fieri. Bases eñ ⁊ fundamentũ fidei
fuit beata virgo que. s. sicut currus ⁊ vehiculũ summi
regis quatuor rotis predictis a spũsancto fuit tracta.
In isto enim curru spũssanctus fuit auriga timor dei
fuit stimultus. duo equi qui traxerũt currũ istum: fue
runt gabriel et ioseph Iste est igit proprie currus dei. fi
guratus. ij. Esdre. iij. vbi dicitur. Mō darius rex illi qui
soluerit questionem de fortitudine: promisit dona ma
gna: purpura cooperiri. et in auro bibere. et super au-
rum dormire currum cum freno aureo. cydarim byssi
nam. et torquem circa collum. et quod secundo loco se
debit a dario et cognatus darij vocabitur. Darius qui
interpretatur fertilis: signat deum patrem. Ille qui
soluerit questionem quid fortius. et qui omnibus pre-
tulit veritatem di. Super omnia vincit veritas. Ue-
ritas est dei filius benedictus qui reuera intantum ve
ritatem dilexit: et suam fortitudinem taliter predica-
uit. quod ipse seipsum veritatem esse dixit. Johan. xiiij.
Ego sum via veritas et vita. Iste ergo a dario secun-
dus dicitur. quia scilicet filius secundus est a patre.
cum sit secunda persona in diuinis. Cognatus etiam
darij dicitur. pro eo quod eiusdem est nature cum pa-
tre. Ego et pater vnum sumus. Johan. x. A dario igi-
tur. idest a deo patre: isti dei filio currus vteri et cor-
poris virginalis preparatur. cui scilicet frenum aure-
um idest virtus temperantie additur atqꝫ datur. In
isto ergo curru christus purpuram idest humanaꝫ car
nem et sanguinem induit. in auro idest in pura virgi-
nitate bibit: et ibi nouem mensibus in vtero dormiuit
et quieuit. Cydarim honoris. et torquem caritatis et
amoris super omnes filios hominum acquisiuit quia
sicut dicitur Gallatas. tertio. Humiliauit semetipm̄.
propter quod exaltauit eum deus. et dedit illi nomen
quod est super omne nomen ⁊c. Beata virgo igitur di
citur currus. vnde. Canticorum. j. Equitatui meo assi
milaui te in curribus pharaonis. Et sic patet quod in
uenit currꝰ dei in quo habitauit corꝑaliter. ¶ Scd'o
dico. qd̄ ē currus in quo habitat personaliter. ⁊ istud ē C
ꝓpriũ corpꝰ suũ. In quo sunt quatuor rote. i. q̄tuor ele
mēta. duo eq̄ sũt q̄ sũt amor quo nos dilexit ⁊ hũilitas
qua nos

ꝗ nos allexit. et que ipm de celo in terras deiecit: ductor vero isti⁹ currus fuit aīa propria que currū corpis ꝙdiu fuit integrū duxit et reduxit. fractū tandem per mortem: ipsum ad tēpus dimisit. ⁊ tandē per resurrectionē reintegratum resumpsit. De isto curru potest dici figuraliter illud quod dicitur. ij. Para. xviij. Rex israel stabat in curru suo contra syros vsqȝ ad vesperā et mortuus est occidente sole. Iste est enim currus in quo moritur: et in quo rapitur. vnde iste est currus igneus habens equos igneos in quo helyas raptus fuit in celum. iiij. Reg. ij. Igneus enim dicitur pro eo ꝙ caritatis igne mirabiliter inflāmatur. Est igitur currus dei in quo habitat personaliter. ¶ Tertius est currus dei in quo habitat spiritualiter. Et iste est iustus seu
D anima viri iusti. in quo deus per gratiā habitat atqȝ sedet. habens scȝ quatuor rotas. idest quatuor cardinales virtutes. duos equos. i. duo caritatis precepta vnū aurigam idest fidē que scȝ cū stimulo timoris et sibilo spei istū currū deducit De isto curru dicitur. iiij. Reg. ij. Currus israel et auriga eius. Et in ps. Currus dei decem milibus multiplex milia letantiū in eis in synai in sancto. ¶ Quartus est currus in quo habitat figuraliter seu sacramentaliter. Et iste signat ecclesiam. que
E scȝ quatuor rotis idest sub quatuor euangelistarū fide voluitur. duob⁹ equis idest spe futurorū: ⁊ contemptu presentiū trahitur. vno auriga. i. a papa vel quolibet bono prelato ducitur atqȝ regitur. Uel si vis etiā dic ꝙ iste currus est sacra scriptura: habēs quatuor rotas idest quatuor exponendi modos. duos equos. i. noui ⁊ veteris testamenti patres. vnū aurigā idest sanctā ecclesie xpi fidē. De tali ergo curru dici potest illud Act. viij. Quod cū vir ethyops in curru legeret esaiā. dictū fuit phylippo ꝙ adiungeret se ad currū illum. Et dicitur ibidē. ꝙ ille qui librū legebat xpo credidit. ⁊ baptismū accepit. q: reuera currui ecclesie vel scripture merito: per fidem et caritatē quilibet adiūgitur. in quo. s. liber esaie legitur: baptismus suscipitur. ⁊ xpi fides creditur et tenetur. Et sic patet quō sunt quatuor currus xpi quos ducit spiritussanctus. ¶ Secūdo principali
F ter dico. ꝙ inuenitur currus iusti: per quē fit bon⁹ trāsitus. Et iste est currus virtutū. in quo scilicet anima deuota circūuoluitur atqȝ fertur. Curr⁹ igr̄ dr̄. i. cōgeries ꝟtutū. Uñ Ber. dicit: ⁊ ponit Maurici⁹ in suis distinctionibus ꝙ ꝟtutū sūt tres pricipales currus. s. Curr⁹

Continentie.	Primus currus est mūdissimus
Patientie.	oībus preeminēs. Scđs est fortis-
Amicicie.	simus omnia sustinens. Tertius

curr⁹ est latissim⁹ oia cōtinēs. ¶ De curru ꝯtinētie seu pudicicie dicit ꝙ quatuor rotas habet. que sunt.

Maceratio corporis.	Equi duo istius curr⁹ sunt
Continuatio laboris	infirmitas corporalis ⁊ ino
seu operis.	pia tēporalis. Auriga autē
Asperitas vestis.	eius qui istū currū prudētis
Mundicia mentis.	sime regit est vt aiūt assidua

meditatio mortis. In tali ergo curru sedent ꝯtinentes ⁊ potissime ibi sedet beata virgo. figurata in imagine cybeles que dicta est alma mater. que ꝯm Isido. pingebatur in curru sedens cū corona turrita ⁊ leonibus sequentibus et gallis claue in manu ⁊c. sicut alibi. ⁊ per currum intellige continentiā. ¶ De curru etiā patientie dicit. ꝙ hȝ etiā quatuor rotas. Est iste sunt vt dicit ibidem tēporaliū benigna administratio Operosa infirmorum cōpassio. Tribulatorū et tentatorū ꝯsolatio Iniuriarū leta toleratio. Duo equi possunt esse: Spes premij. et euasio futuri supplicij. auriga autē istius est fortitudo. ¶ De curru autē amicicie seu caritatis dr̄ ibidem. ꝙ quatuor habet rotas Et iste sunt zelus dei amor proximi. liquefactio cordis. dilatatio mentis. Duo equi. beneficia dei. futura ⁊ preterita Auriga autem mānsuetudo. Hec ⁊ predicta vel quasi ponit Mauricius. Et sic dico. ꝙ isti sunt currus virtutū. in quib⁹ vehitur vir perfectus: vnde de viro perfecto potest dici illud. iiij. Regū. vj. Ecce inquit mons totus plen⁹ curribus. idest iustus plenus virtutibus. Currus eīm virtutum est ille in quo homo potest ascendere paradisū sicut de roboā dicitur. iij. Reg. xij. Ascendit rex. currū suum et fugit in hierusalē. Patet ergo quō inuenitur currus iusti: in quo fit tutus transitus. ¶ Tertio principaliter dico. ꝙ inuenitur curr⁹ mundi: a quo fit grā G
dis strepitus. ⁊ sic dico: ꝙ currus signat mundi superbiam atqȝ statum magnorūqȝ tumultuosas potentias et pomposas. vnde de absalon legitur. ij. Regū. xv. Quō ipse fecit sibi currū et equites: et quinquaginta viros qui precederent eū. Isti sunt currus pharaonis quos submersit dominus in mare rubrū: sicut dicitur. Exo. xiiij. quia procerto oēs tales currus. i. oēs mūdi pompe ad mare. i. ad amaritudinē deducūtur et in infortunia finaliter cōuertuntur vnde Exod. xv. Ingressus est enim pharao cum curribus ⁊ equitibus in mare. et reduxit super eos domin⁹ aquas maris. ⁊ ideo dauid seculi pōpam abominās dicebat in ps. Hi in curribus et hi in equis. Nos autē in nomine dñi inuocabim⁹. Inuenitur ergo curr⁹ mūdi ī quo fit grādis strepitus. ¶ Quarto. H
dico. ꝙ inuenitur currus dyaboli. cuius est tristis exitus. Et talis currus nihil aliud est ꝙ peccator qui scȝ a dyabolo sicut a domino suo regitur ⁊ vbi voluerit circunfertur. Post ꝙ vero per mortē cōsumptus fuerit ⁊ destructus ab ipō igne infernali ponitur. vbi perpetuo concrematur. iiij. Regū. xxiij. Currus solis ꝯbussit igni. Sol enim qui dicitur quasi solus lucens: dyabolum signat ꝗ per superbiam solus appetit relucere qui scilicet currus suos scȝ peccatores igne inferni finaliter solet cremare ¶ Quinto dico. ꝙ inuenitur currus impij cuius est grauis ambitus: ⁊ sic per currum intelligitur congeries vitiorum. in quibus impijs rotatur et circuit. Unde nota ꝙ Bernar. et mauricius ponunt tres currus impiorum principales: videlicet.

	Superbie.		Impetuose.
Currus.	Luxurie.	qui currit.	Deliciose.
	Auaricie.		Anfractuose

Currus superbie quatuor vt aiunt hȝ rotas. videlicet.

Seuiciam.	Malus currus est iste et velox ad ef
Audaciam.	fundendū sanguinē qui scilȝ nec in-
Impatientiā.	nocentia sistitur ne patientia retar
Impudentiā.	datur nec timore refrenatur nec pudo

re etiam cohibetur. Trahitur autem iste currus duob⁹ perniciibus equis ad omne nephas potissimis. videlȝ libidine dominandi et īpunitate peccandi. Auriga autem potest dici mortis obliuio cuius calcaria sunt timor succumbendi et glorie amor. iste est currus et falcatus et ferreus propter crudelitatem annexam. Iudicum. j. Inhabitatores vallis falcatis curribus abundabant. Currus etiam luxurie vt aiunt quatuor habȝ rotas. que sunt.

Uentris ingluuies.	Duo autem equi. vite
Uestis mollicies	prosperitas: et abūdās
Coitus delectatio.	rerum fertilitas. Auri
Soporisqȝ resolutio.	ga autē potest dici pa

rata ad malum oportunitas. Iosue. xj. Equos eorum subneruabis: et currus igni comburēs. Equi enīȝ qui sunt animalia libidinosa et ignis. luxuriam satis designant. Currus auaricie quatuor alias habet rotas. Et iste sunt.

Complacentia rerum.	Equi eius sunt te-
Paupertatis timor.	nacitas ⁊ rapacitas
Claritatis defectus.	Auriga vero exceca
Inhumanitas mentis.	tio mentis et duri

cia: calcaria eius sunt sollicitudo seruādi: ⁊ timor amittendi. Iste est igitur currus igneus. qui equos hȝ igneos quia scilicet quicquid est in auaricia totū ardet pre feruore acquirendi. vnde. iiij. Regū. vj. dicitur. ꝙ mons erat plenus equorum ⁊ currum igneorum. Sic igitur patet quomodo curr⁹ sumitur multis modis.

Curuare. Curuitas.

Nota ꝙ curuitas seu incuruatio potest accipi multis modis. Est eīm curuitas. A

Cordialis subiugationis.   Incuruant em̄ iusti
Temporalis tribulatiōis.   interiori humili in-
Criminalis inquinationis.   clinatione. Incuruā
Infernalis desolationis.   tur miseri exteriori
flebili tribulatiōe. Incuruātur impij in superiori cul-
pabili operatiōe. Incuruātur dānati posteriori trista
bili desolatione. ¶ Dicā ergo: ꝙ est curuitas seu incli
natio seu incuruatio iustorū ⁊ humiliū. Ad literā enim
homo qui humiliat se solet se incuruare ⁊ quasi subiu
gare. ad significandū ꝙ sicut exterius visibiliter incur
uatur. sic mētaliter humiliat̄ ⁊ inclinat̄ ꝙuis em̄ ele-
phas sit animal maximū ⁊ genua habet rigida. Dicit
tamen Pli. ꝙ docet̄ reges salutare ⁊ genua corā eo cur
uare seu flectere suo modo. De apibus etiā dicūt Aui
cenna et Ambrosius ꝙ illa dicit̄ melior: que minor: ro
tundior: cōstructior: velocior et curuior reperit̄: Sic ve
re dicam. ꝙ nullus est ita magnus in potētia scientia
honore vel dignitate. quin per humilitatē se debeat in
curuare. rigorē superbie flectere ⁊ ad deū regē humili-
ter inclinare. Illi enim qui sui reputatione minor in
obediendo rotūdior ⁊ ad motū abilior per caritatē ve-
lociter in cōsciētia strictior. et per humilitatē curuior
inuenitur apud deum melior iudicatur. Unde de tali
curuitate dicitur Baruch. ij. Anima que tristis est et
incedit curua et tristes et deficientes oculi: dabunt
gloriam et iusticiam coram domino. Et dn̄s dicit esa.
xlv. Mihi curuabitur omne genu. Et si vis notabis ꝙ
inuenitur in sacra scriptura. Curuitas
Subiectionis que exhibetur maiorib⁹.
Compassionis que impenditur pauperibus.
Orationis que adhibetur numinibus.
Igitur incuruemur maioribus per subiectionē. Esaie
ij. Incuruabit se hō ⁊ humiliat⁹ est vir. Et Gen. xxvij.
Esto dominus fratrū tuorū: ⁊ incuruētur ante te filij
matris tue. Itē incuruemur pauperibus per cōpassio
nem. Exemplo helysei de quo dicitur. iiij. Regū. iiij. ꝙ
incuruauit. super mortuū et calefacta est caro pueri.
Item incuruemur numinib⁹. s. deo sanctis et angelis
per orationē et deuotionē. Nee. viij. Incuruati sunt et
cies decem cortinas de bysso retorta: purpura: hiacyn
tho: coccoqꝫ bis tincto ⁊c. Isti enim quatuor preciosi
colores signant quatuor cardinales virtutes: quibus
scꝫ decem mandata originaliter cōpingūtur. Itē sunt
linee ad vitam prestādam. Radij enim solis ⁊ celestes
qui sunt sicut quedā linee: recte sunt in istis inferiori
bus causa vite: sicut radij mandatorum a sole iusticie
emanantes: vitam spiritualem ⁊ eternam ministrant.
Denarius enim numerus vite attribuitur: sicut supe
rius fuit visum. Unde dicit Plini. ꝙ si vacca ante de=
cimū mēsem pariat: fetus nō viuit: nec perficiūtur vn
gule ei⁹. Ideo Esaie. xxxviij. dicitur: ꝙ sol rediijt retror=
sum per decem lineas in horologio achab: in signum
ꝙ rex viueret qui mori timebat. Itē sunt verba ad nos
informandum Exodi. xxxiiij. Scripsit Moyses in ta=
bulis verba federis decem. Item sunt milia ad nos so
ciandum ⁊ iuuandum. Plus enim iuuat hominē ob
seruantia mandatorū ꝙ̄ decem milia pugnatorū. Da
niel. vij. Decies centena milia assistebant ei: ⁊ in p̄s.
Currus dei decem milibus milia letantium. Istud po
tissime pertinet ad beatos: qui .s. decem milia dicūtur
⁊ propter obseruantiam decalogi: ⁊ propter perfectio
nem millenarij: ⁊ propter immensitatem leticie ⁊ gau
dij: ⁊ propter assistentiam diuini consortij. Item sunt
talenta ad lucrum querendum Matthei. xxv. Date
ei qui habet decem talenta: quia habenti dabit᷑ ⁊ abū=
dabit. Qui enim decem talenta mandatoruꝫ voluerit
habere ⁊ tenere magnū lucrū meritorū poterit obtine
re: ⁊ maxime quia cum istis talentis nos lucramur vi
tam eternam. Ecce ergo quomodo decem mandata de
cennario multipliciter applicantur. ¶ Sed si volum⁹
possumus adhuc dicere ꝙ per decem non solum intel
ligūtur decem mandata: immo etiam decem mādato=
rum obseruatores: etiam decem mandatorum trans=
gressores ⁊ violatores. Dico ergo ꝙ decem signāt viros
sanctos qui .s. decem mandatorum obseruatores exi=
stunt. Fructus enim citronuꝫ quos nos arenchias ap
pellamus: in deceꝫ cellulis ordinatissime est distinct⁹:
in quibus .s. succus ille saporosus ⁊ liquidus est con=
tentus. Sic dicam de viro iusto. quia pro certo in decē
cellulis mandatorum: succum gratie cōtinet quo mē
tem suam vegetat atqꝫ fouet. Et sicut iste fructus sic
denariatus ⁊ in cellulis decuplatus reputatur fruct⁹
bonus ⁊ contra calores excessiuos sanus. Sic vir per=
fectus eo ipso ꝙ decalogo mandatorum est munitus:
reputari merito debet sanctus: ⁊ ad obuiandum calo
ri concupiscentie satis aptus. Exodi. xxvij. Quicquid
decimum venerit sanctificabitur. Igitur de perfectis
viris ꝙ ipsi dicantur decem vel decani notabis ꝙ ipsi
possunt dici decem

Fratres.
Senes.
Iuuenes.
Principes.
Mulieres.
Uirgines.
Homines.
Uiri.
Iusti.
Filij.
Asini.
Uituli.
Cameli.

¶ Dicam ergo ꝙ isti dicuntur
decem fratres: quia cuꝫ decalo=
go seruant caritatē. Unde Ge=
ne. xlij. dicitur ꝙ decem fratres
Ioseph descēderunt in egyptuꝫ
vt frumentum emerent. Item
dicuntur decem senes: quia cuꝫ
decalogo seruāt maturitatem.
Ruth. iiij. Tollens booz decem
viros de seniorib⁹ ciuitatis ⁊c.
Item dicuntur decem iuuenes
quia cuꝫ decalogo fortitudinis
habent probitatem: primi Re=
gum. xxv. misit Dauid decem iuuenes ⁊ dixit. Ascendi
te in carmelum. Item dicunt᷑ decem principes: quia cū
decalogo habent dignitatem et autoritatem: qd̄ maxi
me verum est de bonis principibus ⁊ prelatis. Eccl's.
vij. Sapientia confirmauit sapientem super decē prin
cipes ciuitatis. Item dicuntur decem mulieres: quia
cum decalogo habent dulcedinem ⁊ benignitatem. ij.
Regum. xv. Reliquit rex decem mulieres concubinas
ad custodiendum domum. Item virgines: quia cum
decalogo seruant mūdiciam ⁊ puritatem Mat. xxv.
Simile est regnum celorum decē virginibus. Item di
cuntur homines: qꝛ cum decalogo habent rationem
⁊ sagacitatem. zacha. viij. In diebus illis apprehēdēt
decem homines fimbriam viri iudei .i. xp̄i. Item sunt
decem viri: quia cum decalogo ipsi habēt omnem for
titudinem ⁊ virilitatem: ⁊ virtutum multiplicitatem
Hiere. xlj. Decem viri reperti sunt inter eos qui dixe=
runt ad ismael noli occidere nos: quia habemus the
sauros in agro frumenti ⁊ vini ⁊ olei ⁊ mellis. Tales
enim proprie viri dicuntur: quia thesauris virtutuꝫ ⁊
maxime frumento scripture ⁊ lectionis: vino leticie et
cōsolatiōis: oleo clemētie ⁊ cōpassiōis: melle dulcedi=
dinis ⁊ deuotiōis ditant᷑: ⁊ tales etiā occidi a diabolo
non merent᷑. Itē sunt iusti: qꝛ cum decalogo habēt re=
ctitudinē ⁊ equitatē Geñ. xviij. Si repti fuerint in so=
domis decem iusti ꝓpter decē parcā ciuitati. Itē sunt
filij: qꝛ cum decalogo habēt obedientiā ⁊ sedulitatem
j. Reg. j. Nunqd melior sum tibi ꝙ̄ decē filij. Itē sunt
asini: qꝛ cū decalogo habēt patiētiā ⁊ firmitatē. Uñ de
Ioseph dr̄: ꝙ fratribus suis addidit decē asinos: ⁊ toti
dē asinas: qui subueherēt ex omnibus egypti diuitijs
Item sunt vituli: quia cum decalogo ipsi habēt spiri=
tualem leticiā ⁊ iocunditatē. Nume. xxix. Die quarta
offeratis vitulos decem. Item sunt cameli: quia cum

decalogo ipsi se inclinant ad onera per humilitatem. Camelus enim flectit genua: ꝛ inclinat se quãdo onerat Gene. xxiiij. Tulit eliezer. x. camelos de grege dñi sui. Ecce ergo quomõ viri sancti dicũtur. x. Et sic ostẽsum est quomodo decẽ significãt decem decalogi ꝓfessores ¶ Sed adhuc dico: ꝙ in malo significato: ꝑ de-
D cem intelliguntur ipse decem preceptorũ transgressiones: vel etiam ipsoꝝ transgressores. De transgressionibus patet Apoca. xiij. ꝛ. xvij. vbi dicitur ꝙ bestia que ascendit de abysso habebat capita septẽ ꝛ cornua decẽ. Capita eñ septẽ capitalia peccata designant. Cornua vero decem transgressiones decẽ mandatorũ designãt que. s. oĩa bestie abyssi. i. peccatores diaboli secũ portant Apoca. xvij. Vidi mulierem sedẽtem super bestiã habentem septẽ capita: ꝛ cornua decẽ. Mulier fallax est diabolus: qui sedet ꝛ equitat super tales Apoc. xij. Ecce draco magnus rufus habens capita septẽ et cornua decem. De transgressorib9 etiã decalogi: ꝙ significentur per numerũ denariũ notabo: ꝙ hodie plerũqꝫ denarius xpi deficit: qꝛ scꝫ illi qui sunt decem ꝑ obseruantiam decalogi: pro magna parte perierunt. ij. Regũ. ij. Defuerunt de pueris dauid decẽ. Sed reuera denarius diaboli cõualescit: qꝛ scꝫ decalogi transgressores hodie abundant. Unde de pessimo illo. i. de diabolo dicitur Hiere. xlj. ꝙ venit ismael qui erat de semine regio in terrã iuda: ꝛ decẽ viri cum eo ꝛ occidit reliqꝗs quas inuenit. Decẽ viri isti significãt generaliter oẽs malos: qui. s. decem dicũtur: qꝛ decem mãdata vt dictũ est transgrediunt: qꝛ. s. contra bonos ysmaeli. i. diabolo famulantur. Luce. xvij. Occurrerũt ei decem viri leprosi. ¶ Nota etiã ꝙ tempus peccati in quo fit ipa decalogi trãsgressio intelligitur per decẽ: sicut de muliere illa dicitur: ꝙ mulier habebat spiritũ infirmitatis decem ꝛ octo annis. Decem enim decem mandatorꝫ transgressionẽ. Octo vero octo beatitudinum carentiã signant. Et illud etiam Apoca. xj. Decima pars ciuitatis cecidit. Pena etiã eterna que infligitur ꝓ ista transgressione per decem significatur sicut Apoca. ij. Habebitis tribulationẽ diebus decẽ. Item gloria eternal ꝗ dat pro retributione obseruantie decalogi signat per decem. Unde iste est denarius qui datur laborantibus in vinea domini Matthei. xx. Acceperũt singuli singulos denarios. Et ibidem. Nonne ex denario conuenisti mecum ꝛc. Sufficit. Uide infra de denario.

A **Decime. Decimus.** Nota ꝙ decima est decima ps cuiuslibet rei: quã. s. ipse de9 sibi retinuit ꝛ sibi offerri voluit, ꝛ decreuit in signũ dominij ꝛ tributi. Notabo ergo ꝙ decima multipliciter sumitur in scriptura. Est enim decima

- Uirtualis.
- Temporalis.
- Personalis.

¶ Est dico decima virtualis: que deo soli debet offerri: ꝛ sic dico: ꝙ ꝑ decimã intelligitur omnis perfectio virtuosa: tum qꝛ denarius est numerus perfectus: tũ qꝛ denarius signat numerũ tum qꝛ iste numerus signat denarium mandatorum sicut supra in precedenti titulo fuit visuꝫ. Et sic loqui potest scriptura Leuiti. xxvij. vbi dicitur. Omnes decime terre domini sunt. Omnes inquit decime i. oẽs perfectiões virtutũ domini sunt. i. domino sunt ascribende: ꝛ talis decima perfectionis deo ascribẽda figuratur Exodi. xxij. vbi dicitur. Decimas ꝛ primitias nõ tardabis deo offerre. qꝛ. s. decime ꝛ primitie deo offerebantur: nouẽ vero partes retinebantur. Primitie ergo signant bonorũ operũ cõplemẽtũ ꝛ perfectionem. Nouenarius vero numerus imperfect9: qui ad denarium non attingit: signat rerũ ꝛ oper9 imperfectionẽ ꝛ diminutionẽ. Igitur dictũ est ꝙ illud qd̾ est primum ꝛ decimũ deo offertur. Illud vero qd̾ est infra nouenarium retinetur. Quia reuera primitie: id est cuiuslibet boni operis inchoatio; ꝛ decime: id est cuiuslibet boni operis complementum ꝛ perfectio: deo sunt ascribẽda ꝛ offerenda: quia. s. sine diuina gratia nullũ bonuꝫ opus perficitur aut cõpletur. Iuxta illud Philipẽ. ij. Ipse est qui operatur in nobis: ꝛ velle ꝛ perficere. Nouem vo partes seu nouenarius numerus. i. quecunqꝫ imperfectio nobis est retinenda: ꝛ nobis ascribenda. Quia ꝑm rei veritatẽ quicquid perfectionis in nostris operibus est: totum sibi est attribuendũ: quicquid autem imperfectiõis ꝛ defectus ibi fuerit: est nobis ꝛ nostris imperfectiõibus ascribendũ. Ista est decima virtualis que soli deo debet offerri Thobie. j. Decimas ꝛ primitias fideliter offerens. ¶ Secundo dico: ꝙ est de- B
cima temporalis que dei ministris debet conferri: primam. s. decimã prouẽtuũ atqꝫ rerũ ministris suis qui suam. s. representant personam cõferri ꝛ offerri mãdauit Nume. xviij. Filijs leui dedi omnes decimas. Igitur cum de decimis seu decimarum iure non intendã aliquid profunde dicere cum hoc theologis ꝛ canonistis dimittam: hoc solum notabo ꝙ decime ecclesiasticis sunt soluende

- Quia ante legem fuerunt ordinate.
- Quia in lege fuerunt imperate.
- Quia sub lege fuerũt obseruate.

¶ Ante legem enim decime fuerunt ordinate ꝛ figurate. Nam etiam apud gẽtiles de quibusdã rebus fiebat antiquitus decimatio. Narrat enim Pli. lib. xij. capi. xx. Ad qd̾ cõcordat Soli. capitu. de ethiopia. ꝙ collecto cynamomo sacerdos cuꝫ hasta ad hoc consecrata: sarmenta diuidebat: partem soli quem in illis partibus adorabant separabat: reliquum domino dimittebat. De thure etiam dicit idem Plini. lib. xij. capi. xv. ꝙ postꝙ erat collectũ in ciuitate sobodam per vnã specialem portã inferebatur: ꝛ ante oĩa decimabatur: nec licebat illud vẽdere mercatori donec sacerdos partẽ suã habuisset. Igitur talibus gentilium exemplis fuerunt decime originaliter etiã aliqualiter figurate: qd̾ scꝫ antiquitus fuit ante legẽ. Unde etiam de Melchisedech sacerdote: qui fuit ante legem dicitur Genes. xiiij. ꝙ Abraam dedit sibi decimas de omnibus que habebat. Unde Apostolus ad Hebreos. vij. Intuemini autem quãtus fuerit hic cui ꝛ decimas dedit de precipuis Abraam patriarcha Fuerunt igitur decime ante legem ordinate. ¶ Itẽ in lege fuerunt sanctificate ꝛ imperate. Lex enim diuina decimas imperauit ꝛ quicquid decimũ nascebatur sibi dedicauit ꝛ consecrauit. Iuxta illud Leuitici. xxvij. Quicꝗd decimũ venerit sanctificabitur. Ad literã eñ quicquid decimũ veniebat domini erat ꝛ in vsus sacerdotum cedebat; nec cuꝫ aliquo mutari debebat: sicut dicitur Leuiti. xxvij. In quibus etiam notari potest ꝙ decima ꝛ alie res deo sacrate: et ꝗcunqꝫ bona ecclesiastica dño cõsecrata et dedicata: nõ debẽt in vsus alios ordinari: sed soli deo ꝛ ministris eius reseruari. Seculares enim talia non possunt bona conscientia tangere: nec ad vsus proprios applicare. De archa enim testamenti que sancta ꝛ sanctificata domino dicebatur Legitur primo Regũ. v. ꝙ ꝗdiu fuit apud philisteos: qui scꝫ pagani erant: et presentia eius indigni: multipliciter fuerũt a domino flagellati: ꝛ agri eorum muribus deuorati. Isti ergo timẽtes archam ipsam ad filios israel remiserunt: et sic plage quas sustinuerunt cessauerunt. Sic vere dicam ꝙ bona ecclesiastica siue sint decime siue alia domino dedicata: et pro filijs israel: id est pro ecclesiasticis ordinata: nulli philistei: id est nulli seculares digni sunt detinere vel capere. ꝙ si fecerint: necesse est eos a deo flagellari ꝛ tribulamina sustinere. Quia procerto verisimile est: ꝙ seculares tãtas tribulationes sustinent ꝓpter hoc ꝙ bona ecclesiarum iniuste rapiunt atqꝫ tenent. Debent ergo dari decime: quia in lege fuerunt precepte ꝛ imperate: sicut ad literam patet Nume. viij. ꝛ in alijs multis locis. Unde Malachie. iij. precipitur sic. Inferte omnẽ decimam in horreum meuꝫ: vt sit cibus in domo mea Super quo dicit Hieronimus. Sciatis vos perdidisse abundantiam: quia fraudastis me parte mea. Reddatis igitur mihi mea ꝛ ego restituam vobis vestra.

Item

¶ Itẽ dico ꝙ decime sub lege fuerunt date et obseruati. In primitiua enim ecclesia decime cum omni diligentia reddebantur: ecclesie fundabantur: et bona ecclesiasticorum per seculares non retinebant: sed potius augebantur. Et merito: q2 decime pro victu seruitorũ ecclesie fuerunt ordinate: ⁊ alie possessiones ipsis sublate. Nume. xviij. In terra eorum nihil possidebitis: decimarum oblatione contenti. Bene ergo consulit. Eccli. xxxv. In omni dato tuo hylarem fac vultum tuũ: ⁊ sanctifica in exultatione decimas tuas. Et merito: q2 pcerto per legitimã dationẽ decimarũ: declinat pena posterior. Augmentatur census exterior. Reportatur fruct9 vberior. Declinat dico pena infernalis. Unde August. in sermone de decimis. ⁊ ponit. xvj. q. j. capi. decime. Hec est enim inquit domini iustissima consuetudo: vt si tu illi decimã non dederis: tu ad decimã reuocaberis: hoc est ad demones qui sunt angelorum pars decima associaberis. Dabis inquit impio militi que dare nolueris sacerdoti. Itẽ ex hoc etiã augmẽtatur fructus tẽporalis. Unde idẽ ibidẽ. Si decimam dederis: abundantiã fructuũ ⁊ sanitatẽ animi et corporis cõsequeris. Itẽ ex hoc reportatur gloria supernalis. Unde Augu. ibidẽ. Attende inquit: ꝙ creatura decima inter intellectuales creaturas est homo: q2 angeli in nouẽ ordinibus cõsistunt: decimus vero ordo est hominũ. Et ideo hominis est decimã soluere vt ruinam angelorũ valeat supplere: ⁊ decimũ ordinẽ adimplere. Ista est igit decima tẽporalis que dei ministris debet conferri.

C ¶ Tertio dico ꝙ inuenitur decima psonalis que a deuotis solet inferri. Et ista nihil aliud est ꝙ̃ penitentia vel maceratio carnis: qua sc3 sancti inuita decimãt ⁊ vindemiãt semetipsos: qua. s. deo de suis proprijs psonis ⁊ corporibus faciũt pẽsionẽ: pp̃ter qd̃ etiã fuit instituta quadragesima: vt in illa que est quasi decima pars totius anni: decima personalis in afflictione ⁊ deuotione a fidelibus solueret: qd̃ maxime verum debet esse de ecclesiasticis: q2. s. ipsi pre ceteris debent decimare diminuere: ⁊ per temperantiã a suis affectibus: voluptatibus ⁊ etiã necessitatibus subtrahere semetipsos. Unde Hebre. vij. Leui qui decimas accepit: decimatus est. Tales aũt decimas videntur soluere hypocrite dicentes illud Luce. xviij. Jeiuno bis in sabbato: decimas do oim. que possideo. Uerũtamẽ decime hmõi deo nõ sunt accepte: q2 nõ sunt cũ bona intentione reddite neq3 date. Et ideo illi maledicuntur Mat. xxiij. Ue vobis hypocrite qui decimatis mentã ⁊ anetũ ⁊ cyminũ ⁊ dimittitis que grauia sunt legis iudiciũ miam ⁊ fidẽ. Ista ad presens sufficiant. Si vis de decimis ⁊ tribus decimis: ⁊ alijs istã materiã tangentibus plenius ⁊ magis scientifice videre. Uide librum numerorum per longũ cũ suis expositoribus: ⁊ iura canonica: que de hoc faciunt mentionem.

A Decere.

Nota ꝙ multa sunt que expediũt atq3 decent: quia scilicet

Decet iustos laudes deo impendere.
Decet deũ laudes accipere.
Decet ecclãm sanctã existere.
Decet oẽs fratres diligere.
Decet cũctos bona facere.
Decet senes primos dicere.
Decet eruditos vera docere.
Decet prelatos bonos apparere.

¶ Ista enim predicta valde sunt decentia ⁊ conueniẽtia: vtilia: necessaria ⁊ honesta. Igitur dico. ꝙ iustum decet laudes impẽdere p̃s. Rectos decet collaudatio. Itẽ dec3 deũ laudes accipere p̃s. Te decet hymn9 de9 in syon ⁊c. Itẽ decet ecclesiã sanctã existere p̃s. Domũ tuã domine decet sanctitudo in lon. dic. Itẽ decet oẽs fratres diligere. p̃mo Macha. xij. Decet meminisse fratrũ. Itẽ decet cũctos optima facere Mat. iij. Decet nos implere oẽm iusticiam. Item decet senes primos proponere seu loqui vel dicere Eccli. xxxij. Loquere tu maior natu: decet enim te primũ verbũ. Item decet doctos vera predicare Tytum. ij. Loquere qd̃ decet sanam doctrinam. Item decet prelatos bonos apparere: bona frequẽtare: vel bonis virtutibus abundare. Hebre. vij. Talis eñ decebat vt esset nobis pontifex sanctus: innocens: impollutus: segregatus a peccatorib9: ⁊ excelsior celis fact9. Et si vis explana ⁊ ostende quot ⁊ quanta sunt que decent prelatum: sc3 sanctitudo: innocentia: mundicia: malorũ euitatio: ⁊ celestium cõtemplatio ⁊c. Uide infra de decor ⁊ decorus.

Decernere. Decretum. A

Cũ decernere nihil aliud sit ꝙ̃ aliquid determinando disponere: statuere vel ordinare. Et dicitur decernere: quasi de longe cernere: pro eo. s. ꝙ illa que decernunt facienda vel tenenda: de longe antea sunt cernenda ⁊ preuidenda. Dicã ꝙ decretio vel decretũ. i. fixa ⁊ immobilis alicuius rei ordinatio vel statutum pertinet

Ad deum.
Ad prelatum.
Ad subditum siue iustum.

Deus decernit mundũ gubernans eternaliter. Prelatus decernit plebẽ disponens temporaliter. Justus decernit sese cõponens virtualiter. Dei decreta regunt vniuersum eternis legib9. Prelati decreta regũt populũ eternis viribus. Justi decreta regunt seipsum internis moribus. B

¶ Dicam igitur ꝙ ad deũ pertinet decernere de regimine vniuersali. Ipse eñ est ille summus ⁊ permaximus princeps per cuius eternã ⁊ occultã prouidentiã oĩa creata reguntur: ⁊ oĩa ordinant ⁊ decernunt: ⁊ suis decretis ⁊ legibus gubernantur. Nec obstat astrologorum sententia: si vera est: qua. s. creditur: ꝙ oĩa que sunt vel fiũt fiant a celo ⁊ a stellarũ influentijs habent ortũ: q2 si ista vera sunt: dicerẽ forte verũ esse quantũ ad corpus aĩa vero ⁊ liberũ arbitriũ soli deo subiacet. Uel dicerẽ ꝙ tunc celũ esset: sicut liber vbi a principio ipse deus sua decreta ⁊ suas occultas ⁊ secretas ⁊ eternas ordinatiões cõscripsit aut forte: ꝙ sm decreta ipsius mentis diuine que scripta sunt in libro hec oĩa gubernant. vnde ipse est qui dicit Prouerb. viij. Per me reges regnant ⁊ legũ conditores iusta decernũt. Per me principes decernunt iusticiã. Unde nota ꝙ ab istis decretis diuinis procedunt

Omnia que tangunt salutis securitatem.
Omnia que tangunt fortune varietatẽ.
Omnia q̃ tangunt mortalẽ necessitatẽ.

Ista eñ sunt tria in quibus omnia humana versant.

Salus eterna ⁊ damnatio
Fortune duplicitatis variatio.
Uite vel mortis dispositio.

Nõ igit a decreto diuine ⁊ eterne predestinationis procedat salutis vel damnatiõis ordinatio: patet Hester. xiij. vbi dicitur. Domine deus omnipotens in ditione tua cũcta sunt posita: ⁊ nõ est qui tue possit resistere volũtati: si decreueris saluare nos cõtinuo liberabimur: quasi dicat si non decreueris damnabimur. Item ꝙ ad ei9 decretum pertinet fortune prospere vel aduerse dispositio vel variatio: patet Esa. xiiij. Dominus exercituũ decreuit: et quis poterit infirmare: manus eius extenta: ⁊ quis auertet eum: et loquitur de subuersione babylonis. Item ꝙ ab isto decreto procedat vite ⁊ mortis terminatio: patet Danielis. iiij. vbi dicitur. Succidite arborem ⁊ precidite ramos eius: excutite folia ei9: et dispergite fructus eius. Sequitur. Decretum est a sententia vigilum: quia reuera cuiuslibet arboris: id est hominis succisio: ramorum suorum: id est amicorum precisio foliorum: id est bonorum suorum excussio: fructuum: id est diuitiarum suarum dispersio: ⁊ quecunq3 ad mortem eius pertinent vel vitam: totu3 dependet ab occulto decreto ⁊ ordinatione vigilũ eternorum: id est dei et angelorum. Patet igitur quomodo ad deum spectat decernere de regimine vniuersali.

C ¶ Secundo dico ꝙ ad prelatum pertinet decernere de regimine populari. Unde Esare qui erat princeps populi dictum fuit a populo illud primo. Esdre. x. Surge: tuu3 est discernere: ⁊ nos erimus tecum. Et nota. ꝙ prelati ⁊ presides debent discernere

Decreta deuotionis quo ad deum. | Igitur decernat cum
Decreta discretionis quo ad proximum. | deuotione
Decreta correctionis quo ad seipsum. |

deo famulari: vnde ad eum pertinet circa regimen ecclesie intendere. iuxta illud. ij. Paral. ij. Decreuit Salomon edificare domum. Sacramentum altaris deuote recipere ij. Paralipo. xxx. Decreuerunt vt facerent phase. bona sua in vsus diuinos expendere: sicut de dario dicitur. ij. Esdre. vj. Quod de bonis suis proprijs mandauit expensas sacrificiorum in domo dei fieri. Et sequitur. Ego rex darius decreui quod diligentissime. Item decernat prelatus vel princeps cum discretione plebi dominari: quia scilicet ipse debet decernere et ordinare quod boni promoueantur. dicens ij. Machabeorum. xj. Genti iudeorum decernimus bene. Simplices vero et imperfectos in inferiori gradu dimitti sicut de gabaonitis dicitur. Josue. ix. Quod iosue decreuit illos esse in ministerium filiorum israel. Omnibus nobis equa iudicia reddantur et exhibeantur. vnde Pro. xxxj. Aperi os tuum. decerne quod iustum est. et iudica inopem et pauperem. Item decernat prelatus cum correctione sese castigari. Unde regi israel dictum fuit. iij. Regum. xx. hoc est iudicium tuum quod ipse decreuisti: quia scilicet reges et prelati debent seipsos punire: et secundum proprias leges et decreta se ipsos iudicare. Juxta illud patere legem quam ipse tuleris Exemplo illius regis qui cum decreuisset deprehensum in adulterio duos oculos perdere. et tandem filius eius primogenitus deprehensus fuisset. rex ne proprio decreto esset contrarius. sibi vnum et filio alterum oculum fecit erui. vt et legi satisfaceret: et filio qui post ipsum regnare debebat vnicum saltem oculum reseruaret. Pertinet igitur ad prelatum decernere de regimine populari. Tertio decernere debet subditus de regimine proprio singulari et particulari. Et sic debet decernere.

Humiliter se subiugare. | De humili subiectione dicitur. ij.
Simpliciter deum rogare. | Machabe. vj.
Sagaciter facta deliberare. |

Decreuimus seruire patri tuo. De supplici oratione dicitur Job. xxij. Rogabis eum et vota tua reddes. decernes rem et veniet tibi. De sagaci factorum seu faciendorum deliberatione potest dici illud. Judic. xix. In commune decernite quid facto opus sit. Sic ergo patet quot sunt decreta priuata. publica. et diuina.

A **Decidere.** Nota quod decidere idem est quod deorsum cadere. Et ideo dic sicut supra. de cadere. et dic si vis quod homo

Decidit per culpam criminaliter. | De casu culpe dicitur Eccli.
Decidit per mortem corporaliter. | xix. Qui sper
Decidit per infortunium temporaliter. |
Decidit per damnationem eternaliter. |

nit modica: paulatim decidet. De casu mortis dicitur. j. Machabeo. j. Post hec decidit in lectum et cognouit quod moreretur. De casu infortuniorum dicitur Actuum. xxvij. Cum decidissemus in locum bithalassum impegerunt nauem. Bithalassus est periculum maris: vbi duo maria concurrunt. De casu autem damnationis dicitur de impijs in psalmo. Quemadmodum olera herbarum cito decident etc. vide supra de cadere.

A **Decipere.** Nota quod decipere idem est quod defraudare: et breuiter loquendo possumus notare quod homines in hoc mundo decipiuntur

Adulatorum locutionibus. | Dico ergo quod nos decipit locutio adulatorum.
Mundi bonorum infectionibus. |
Demoniorum suggestionibus. |

Sicut enim elephas decipitur in deserto ex cantu puellarum secundum phisologum: intantum quod dulcedine cantus lambendo mamillas earum obdormiens: permittit se ab eis occidi et sanguine denudari. Sic vere multi hodie et maxime diuites decipiuntur mamillis et cantibus. i. verbis et oblectationibus adulatorum: et mundi falsorum amicorum: et maxime mulierum intantum quod per eas ad mortem inferni deducuntur: et sanguine bonorum temporalium pauperantur. Adulator enim decipit. vnde Prouerb. xj. Simulator ore decipit amicum suum: et ducit eum per viam malam. Proditor etiam vel falsus amicus decipit. vnde Treno. j. Uocaui amicos meos et ipsi deceperunt me. et Esa. iij. Popule meus qui beatum te dicunt: ipsi te decipiunt. Mulier etiam decipit: exemplum de dalila et sampsone: cui dictum est. Judicum. xvj. Decipe eum et disce in quo sit maxima fortitudo sua. Istos ergo decipit locutio adulatorum. ¶ Secundo dico. quod quosdam decipit infectio mundi bonorum. B
Sicut enim tigris decipitur in vmbra sua quam videt in speculo: ibique sistens perdit catulum quem sequebatur. Sic etiam canis transiens super pontem habens caseum in ore: deceptus fuit per vmbram casei quam in aqua videbat: quia dum ipsum vellet accipere aperuit os et sic perdidit vtrumque. Sic vere fatui mundani decipiuntur per vmbram bonorum temporalium: de quibus dicitur Sapien. v. quod transierunt omnia velut vmbra. Dum enim os cordis sui. i. affectum aperiunt ad ea amplexandum. dum circa eos nimis vacant ad ea acquirendum: et illud quod habebant perdunt. s. dei gratiam et illud quod querebant non assequuntur. s. celi gloriam. Istis ergo dicitur Judicum. ix. Umbras montium vides quasi hominum capita: et hoc errore deciperis. Hos ergo decipit infectio mundi bonorum. ¶ Tertio dico quod quosdam decipit suggestio demoniorum: vnde sicut ceruus decipitur C
et capitur sibilo venatoris: sicut murena de fluuio extrahitur ad sibilum serpentis: sic et bestie et aues detrahuntur ad laqueum sibilo aucupis: sic vere peccator decipitur: et de fluuio deuotionis et gratie extrahitur: et ad laqueum peccati ducitur: et ad mortem inferni trahitur: per sibilum diabolice suggestionis. Amos. ij. Deceperunt eos idola sua. Patet ergo exemplo quomodo decipiuntur homines diuersimode a diuersis. s. ex diaboli suggestione ex terrenorum infectione: ex adulatorum fraudatione. ¶ Igitur notabis quod homo in via morum et in via proprie salutis: D
in iudicio rationis decipitur multis modis. Ipsum enim decipit

Tentatoris mendax fallacia. | ¶ Decipitur ergo homo per mendacem fallaciam tentatoris. Unde illi spiritui qui dixit. iij. Reg. xxij. Ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum dictum est.
Detractoris mordax versutia. |
Proditoris fallax fenicia. |
Adulatoris loquax blandicia. |
Simulatoris fugax decentia. |
Feneratoris rapax nequicia. |
Mulieris procax malicia. |
Diuitie mentem inflamantes. |
Delicie corpus eneruantes. |
Scientie spiritum inflantes. |
Stulticie alta attentantes. |
Nequitie mala cogitantes. |

Decipies et preualebis. Item per mordacem versutiam detractatoris Gene. iij. capi. Serpens decepit me. Item per fallacem feniciam proditoris. Unde illud Prouerb. xj. Simulator ore decipit amicum suum: et ducit eum per viam non bonam. Item per loquacem blandiciam adulatoris. Ideo Eccli. vij. dicitur. Melius est a sapiente corripi quam stultorum adulatione decipi. Item per fugacem seu non veracem decentiam simulatoris. i. hypocrite psalmo. Decipiet homo de vanitate in ipsum. et illud Amos. ij. Deceperunt eos idola sua. Idola enim sunt fictiones et non res. Item per rapacem nequiciam feneratoris Esa. xix. Deceperunt egyptum angulum populorum eius. Anguli enim mundi videntur esse diuites alios sustentantes. Isti sunt illi falsi prophete de quibus dicitur Ezech. xiij. Deceperunt populum meum dicentes. Pax pax et non erat pax. Isti enim videntur loqui pacifice: et tamen ipsi operantur tyrannice vel dolose Item decipiuntur per procacem maliciam mulieris. Unde dalile dictum est de sampsone Judicum. xvj. Decipe eum: et disce in quo sit maxima fortitudo eius. et Nume. xxxj. Cur feminas reseruastis. Nonne iste sunt que deceperunt filios israel. Item decipitur homo per inflamationem diuitiarum Mar. iiij. Erumne seculi et deceptio diuitiarum: et circa reliqua concupiscentie introeuntes suffocant verbum. Item per eneruationem delitiarum Aba. ij. Uinum potantem se decipit. Item per inflamationem scientiarum. Esa. xlvij. Sapientia tua et scientia tua hec decipiunt te. Item per attentationem stulticiarum Pro. v. Morietur quia non habuit disciplinam in multitudine stulticie sue decipietur. Item per executionem seu

nem seu cogitationem nequitiarum. Prouerb. x. Iter impiorum decipiet eos. Patet ergo quomodo multipliciter sunt decepti. Si velles applicare exempla ad omnia predicta: vide in tabula reductorum. Et nota quomodo sensus humani, circa obiecta propria multipliciter decipiuntur: et maxime visus. Nota etiam quomodo pisces: bestie: et aues diuersimode decipiuntur ab aucupibus suis: et piscatoribus et venatoribus. Longum esset de omnibus prosequi: ideo transeo causa breuitatis.

Declarare. Nota quod declarare idem est quod manifestare etc. Transeo quia pauce sunt autoritates.

A **Declinare.** Nota quod declinare quandoque sumitur pro deriuare. sicut Esa. lxvj. Declinabo super eam quasi fluuium pacis. Quandoque sumitur pro deorsum inclinare: sicut. ij. Reg. vj. Calcitrauerunt boues et declinauerunt archam. Quandoque sumitur pro accedere seu appropinquare: sicut cum dicitur Gene. xix. Declinate ad domum pueri mei. Quandoque sumitur pro deficere seu descendere: sicut cum dicitur Luce. ix. Dies cepit declinare. Quandoque etiam communiter sumitur pro cedere seu etiam deuiare: sicut cum dicitur in ps. Declinate a me maligni et scruta. manda. dei mei. Notabo ergo breuiter quod in scriptura inuenitur Declinatio

Nature. ¶ Declinat enim homo cum moritur
Culpe. corporaliter ps. Sicut vmbra cum de
Gratie. clinat ablatus sum. Declinat iustus
Pene. quando peccat criminaliter. Deutero.

xxxj. Declinabitis cito de via quam ostendi vobis. Declinat potens cum conuertitur virtualiter Ezechie. x. Ad locum ad quem ire declinabat que prima erat sequebantur et cetere. Declinat damnatus cum iudicatur sententialiter: vnde dominus in ps dicit. Viri sanguinum declinate a me.

B ¶ Dicam igitur his premissis quod signat recessum a termino a quo: vel accessum ad terminum ad quem. Et sic dico quod in bono sumitur et in malo. Declinare enim a malo est bonum: et declinare a bono est malum. Et econtra declinare ad bonum est bonum: et declinare ad malum est malum. Terminus enim a quo et terminus ad quem contrarie sunt nature. Igitur de bona declinatione primitus est dicendum Sicut enim video quod naute libenter declinant pericula maris dum nauigant: videlicet caribdim ne absorbeantur: scillam ne confringantur aut conterantur bithalassum: ne arrestentur aut inuiscentur: syrtes ne arenis detineantur: monstra ne deuorentur: pyratas ne spolientur. Sic dicam: quod nos qui per mare huius fluctuose vite nauigamus ad mortem: et nauem anime nostre cum velo spei et gubernaculo fidei deducere proponimus ad salutem summe debemus cauere et declinare: vitare et refutare spiritualia pericula huius maris. i. mundi: videlicet caribdim absorbentem: hoc est auariciam. Scillam confringentem: hoc est superbiam. Bithalassum tenentem et inuiscantem: hoc est luxuriam. Sirtes. i. arenarum cumulum arrestantem: hoc est diuitiarum abundantiam. Monstra que deuorant: hoc est malorum hominum societas et amicicia. Piratas qui spoliant: hoc est demonum fallacias et crudelis violentia. Et sic declinauit dauid de quo dicitur. j. Reg. xviij. quod cum saul vellet ipsum lancea transfigere declinauit a facie eius. Ista est enim veritas: quod tutissimum est a periculis viciorum: quibus diaboli nos transfigere procurant declinare: occasiones fugere: et a mala via deuiare. et istas declinationes facit timor dei. Prouer. xv. Per timorem domini declinat omnis a malo. Unde Prouerb. xiiij. Sapiens timet et declinat a malo ps. Declina a malo et fac bonum inquire pacem etc. ¶ In quibus verbis ostenditur quintuplex causa propter quam est a malis operibus declinandum: videlicet Propter

C

Prouidum consilium quod nobis datur. Declina.
Horridum flagitium quod demonstratur. A malo.
Tutum exercitium quod imperatur. Fac.
Sanum artificium quod declaratur. Bonum.
Summum beneficium quod interpretatur. Pacem.

Per hec enim obedimus iubenti litere que dicit Declina. Dissentimus a culpe scelere. A malo. Occupamur virtutum opere. Fac. Delectamur optimo munere Bonum. Quietamur eterno federe. Pacem. Declinandum est ergo a malo: propter prouidum consilium quod nobis datur. Declina inquit imperando et consulendo loquitur. Consilium est medici super declinatione nociuorum bene est faciendum infirmo. Igitur declina Ruth iij. Declina paulisper et sede hic. Item declinandum est a malo propter flagitium seu propter exercitium quod euitatur. A malo. Ipsum enim malum habet in se tantum horrorem et tantam deformitatem: quod debet merito declinari Esaie. lxij Declinate de semita: offerte offendicula. Prouer. xiiij Sapiens timet et declinat a malo. Item declinandum est a malo propter exercitium quod frequentatur. Fac inquit. Quamdiu enim homo est in peccato nihil facit: quia et si peccatum faciat nihil est: quia peccatum nihil est: et nihil fiunt homines cum peccant secundum Augu. Cum autem a peccato declinauerit et exiuerit tunc aliquid facit: quia scilicet in bono se occupat: et multa merita bene operando acquirit. Unde. j. Petri. iij. Declinet a malo et faciat bonum. Item declinandum est a malo propter artificium quod declaratur. Bonum inquit. Bonum enim de sui natura debet allicere et attrahere: et per consequens a malo fugere et retrahere Eccli. iiij. Declina pauperi aurem tuam. Eccli. xv. Ante hominem bonum et malum quod placuerit ei dabitur illi. Item declinandum est a malo propter beneficium quod impetratur. Pacem inquit. Constat enim quod per recessum seu declinationem a malo acquiritur pax interior. exterior et superior. Nullus enim modus melior acquirendi pacem. quam fugere a locis rebus et negocijs que sunt cause guerre. talia autem sunt peccata. Unde de balaam asina dicitur Numeri. xxij. nisi asina declinasset de via occidissem te quasi dicat. Per declinationem a via iniquitatis. quam asina. i. caro facit. anima ab occisione liberatur eterna et in pace multiplici requiescit. j. Macha. xj. Proiecerunt arma et fecerunt pacem: quia scilicet illi qui arma diaboli id est peccata proijciunt. pacem temporalem et eternam acquirent Ista quinque membra possent dilatari et prosequi. sed transeo. Si vis exempla et figuras. vide vbi fugere. recedere cauere. et similia. Patet ergo. quod quandoque declinare sumitur in malo. et hoc est. quando quis declinat et deuiat a rectitudine veritatis. Sol enim nunquam fit retrogradus. nec vnquam declinat a linea eclyptica per quam vadit. Omnes autem alij planete declinant et retrogradi sepe fiunt. Sic etiam sol iusticie xps: paucis exceptis. solus fuit qui nunquam a linea iusticie declinauit: omnes autem alij qui retrogradi per aliquod peccatum fuerunt. a iusticie limitibus declinauerunt. ps. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum non est vsque ad vnum. Cor enim humanum faciliter declinat ad malum. Cuius signum est ipsa dispositio ipsius cordis. quod scilicet vergit et declinat ad sinistram partem non ad dexteram. Ad denotandum quod prauum est cor hominis et inscrutabile: et magis declinat ad vitia quam ad virtutes Ad sinistram plus quam ad dexteram: ad malum amplius quam ad bonum. Figuratum in Loth: qui interpretatur declinans: qui dimisit societatem Abrae: et habitauit in sodomis: sicut dicitur Gen. xiij. et. xviij. quia scilicet mali et decliues a bono et a bonorum societate declinant et malorum consortia inhabitant et frequentant: contra illud. j. Reg. xij. Nolite declinare post vana. Mali enim nunquam volunt in rectitudine viuere: sed semper a via domini declinare Dicunt enim illud Esaie. xxx. Loquimini nobis placentia: videte nobis errores: auferte a me viam: declinate a me semitam: cesset a facie nostra sanctus israel. Sic videntur loqui mali iudices: qui a iusticie veritate declinant: contra illud Deutero. xvj. Iudicent populum iusto iudicio: nec in alteram partem declinent. ¶ Igitur notabis quod mali declinant D

A iusticie recto libramento.
A clementie pie rotamento.
A mandatorum iusto complemento.

A superno(r) claro speculamento. ¶ Dico ꝙ
Et ꝑcerto ecõtrario ipsi declinãt. mali decli-
Ad luxurie fetidũ horrorem. nant a iusti
Ad malicie pallidum liuorẽ. cia ne recta
Ad auaricie feruidũ ardorem. iubeãt Esa.

xxix. Declinauerunt frustra a iusto. Itẽ a clemẽtia ne sua prebeant: sicut de malis filijs heli dr̃. j. Reg. viij. ꝙ ipsi declinauerunt post auariciam: contra illud Eccli iiij. Declina pauperi aurem tuã. Item a dei mandatis ne ipsa impleant Danie. ix. Declinauimus a mandatis tuis. Econtra dauid in ps. A lege autẽ tua non declinaui. Et merito: qr sicut dicit̃ Prouer. xxviij. Qui declinat aures suas ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. Item a rebus superis ne deum timeant: sicut de illis malis iudicibus dicit̃. Danie. xiij. ꝙ declinauerunt oculos suos ne viderent celũ: nec recordarẽtur iudiciorũ iustorũ. Itẽ declinant ad luxuriã: vt satis feteãt. Unde mala mulier loquitur Prouer. ix. dicens. Si quis est paruulus declinet ad me. Item declinant ad maliciã: vt malis studeãt. Esa. liij. Unusquisqꝫ in maliciã suã declinauit. Econtra dauid in ps. Non declinet cor meũ in verba malicie. Item ad auariciã vt semper ferueant Esaie. ix. Declinabit ad dexterã ⁊ esuriet: ⁊ ad sinistrã ⁊ non saturabitur. Et in ps. Statuerunt oculos suos declinare in terrã. Sic igitur patet quomodo declinare in bono sumitur ⁊ in malo.

A **Decor. decorare. decorus.** Nota ꝙ decor non solũ dicit mihi pulcritudinem: sed etiã pulcritudinẽ gratã: acceptabilẽ ⁊ decẽtem. Multa eñ sunt que sunt decora: qr pulcritudo eorꝫ non decet. Si enim pulcritudo ⁊ decor idem omnino significarẽt: supflue diceret̃ pulcra es ⁊ decora: qr tamẽ plerũqꝫ vnũ ꝑ alio sumitur: ideo generaliter distinguã. Ideo cũ decor accipi possit in bono ⁊ in malo. Dicã primo ꝙ sicut materialiter oĩa quãtomagis decora sunt ⁊ pulcra: tãto plus sunt placida atqꝫ grata. Inter ceteras enim gratias pulcritudo valde allicit intuentem. Uñ de hominibus magnis: ⁊ maxime de illis qui magis sunt iuuenes ⁊ decori patet: ꝙ valde placet eis habere pulcram vxorem: pulcrã vestem: pulcrũ thesaurũ. Sic vere est de deo: ⁊ debet esse de homine: qr. s. iste diligit decorem ⁊ pulcritudinem in vxore sua: hoc est in aĩa. ps. Audi filia ⁊ vide ⁊c. Sequitur. Et cõcupiscet rex decorẽ tuũ In veste sua: hoc est corporali substantia: que scꝫ fuit decora maxime quãdo fuit glorificata ps. Dominus regnauit decorem indutus est. Iste tamen decor in passione fuit obfuscatus Esa. liij. Non est ei species neqꝫ decor. In domo sua: hoc est ecclesia ps. Dilexi decorẽ domus tue. i. ecclesie. In thesauro suo: hoc est eterna gloria ps. Ex syon species decoris eius. De hoĩe etiam idẽ dico: qr ꝑcerto ipse debet velle habere decorẽ in vxore sua. i. in cõsciencia. In domo sua. i. in carne vel i carnis mũdicia. In veste. i. in exteriori apparentia. In lecto. i. in finali voluptate seu gloria. Ideo dr̃ aĩe sue seu ꝑsone virtuose illud Canti. vj. ꝙ pulcra es amica mea suauis ⁊ decora sicut hierusalẽ. In quibus verbis ondit̃ triplex decor quo fidelis ꝑsona vel anima decorat̃: videlicet

Uirtualis ⁊ interior: qui mentem perficit.
Uisualis ⁊ exterior: qui gentes allicit.
Actualis ⁊ superior: qui nunqꝫ deficit.

B ¶ Primus est decor mentalis consciencie. Pulcra es amica mea. Scd̃s est decor moralis apparentie. Decora ⁊ suauis. Tertius est decor finalis affluentie seu glorie. Hierusalem. Et sic adhuc dicã. Primus est decor gratie virtuose que tollit criminũ egestatem. Pulcra Secũdus est decor apparẽtie gratiose: que confert moribus honestatẽ. Decora. Tertius est decor glorie gaudiose: que pstat aĩe maiestatẽ: sicut hierusalem. Dico ergo primo: ꝙ in aĩa virtuosa inuenitur decor virtutũ qui est in consciencia: qđ ostẽdit̃ cũ dr̃ Pulcra es amica mea. Sicut eñ pulcritudo corporalis cõsistit in varietatẽ ꝓportionata colorꝫ: sic decor spũalis in aĩa causatur ex varietate virtutũ. Uirtutes eñ sunt q̃ faciunt aĩam pulcrã ⁊ decorã: ⁊ summi regis spõsam: filiam ⁊ amicã. Pulcra es in quit amica mea. Iste autẽ virtutũ decor: cõ sistit principaliter in cõscientia ⁊ in mente Cõscientia em est ꝓpria camera viri iusti: vbi. s. continue debet manere: studere: gaudere: lugere. Et ideo sicut videmus: ꝙ diuites summe curant: ꝙ eorũ camere ornate sint ⁊ decore. Sic valde curare debemus ꝙ camere cõsciẽtiaꝝ nostrarum: virtutũ pulcritudine decorent̃: ⁊ preclaris virtutibus adornent̃. Cõsciẽtia eñ facies est aĩe: q̃ si decora fuerit: tota ipa aĩa reputatur decora: ita ꝙ sibi pt̃ dici illud Ezechie. xvj. Similã ⁊ mel ⁊ oleũ comedisti: ⁊ decora facta es vehemẽter. Expone. Simila signat sacrã scripturã q̃ cũ mola intellectus trita: ⁊ cribro prudentie cribrata: ⁊ furfure rudis hystorie separata: sanũ dat aĩe nutrimentũ. Mel est deuotio. Oleũ vero cõpassio: qr. s. ista sunt q̃ cõsciẽtiã decorãt atqꝫ ornant. Ut sic cuilibet viro sancto virtutibus decorato: dicat̃ illud Canti. j. Ecce tu pulcer es dilecte mi ⁊ decorus. Ut etiã cuilibet virgini vel ipsi aĩe dicat̃ illud Canti. ibidẽ. Ecce tu pulcra es amica mea: ecce tu pulcra oculi tui columbaꝝ. De tali igit̃ virtuoso decore pt̃ dici dño illõ ps. Dñe in volũtate tua prestitisti decori meo virtutẽ. ⁊ bñ dixit virtutẽ: qr. s. multipliciter virtus est necessaria ad decorẽ aĩe cõponẽdũ Nõ eñ mulier decora diceret̃: que nõ haberet nisi vnicum membrũ pulcrũ: nasum videlicet siue manũ. Pictura etiã decora non esset: nisi color multiplex ⁊ varius ibi esset: ex multis eñ mẽbris pulcris resultare debet in anima sanctus decor. Et ideo dico ꝙ ibi debet esse Decor

Continentie que candore nitescit. ¶ Sit igit̃
Abstinentie que pallore tepescit. in mẽte decor
Permanentie que vigore viréscit. cõtinẽtie qui
Eloquentie que nitore splendescit. semp est cãdi
Gratiarũactionis. dus. Uñ de ly
Innocentie q̃ decore valescit. bano qui in-
Amicicie que feruore rubescit. terpretat̃ cã-
Sapientie que splẽdore lucescit. dor dicit̃ aĩe

illud Esa. xxx. Gloria lybani data est ei decor carmeli ⁊ saron Geñ. xxiiij. Erat rebecca puella decora nimis virgoqꝫ pulcerrima. Itẽ sit ibi decor abstinentie: q̃ semper est pallidus. De abstinẽtibus pueris dr̃ Danie. j. ꝙ ibi sunt electi ad stãduꝫ in pallatio: qr decori forma cautiqꝫ sciẽtia. Item sit ibi decor permanentie: q̃ semper est solidus Prouerb. xxxj. fortitudo ⁊ decor indumentũ eius. Item sit ibi decor eloquẽtie: qui semp est nitidus. Eloquentie dico. s. cõfessionis ps. Cõfessiões ⁊ decorẽ induisti. Gratiarũactionis Nee. xij. In decore gratiarũactionis: sacerdotes ⁊ leuite dulcis predicationis ⁊ monitionis. Cañ. ij. Uox eñ tua dulcis et facies tua decora. Itẽ sit ibi decor innocẽtie: q̃ semper est floridus. Sicut de absalon dr̃. ij. Reg. xiiij. ꝙ ipse erat decorus valde: ita ꝙ a plãta pedis vsqꝫ ad verticẽ non erat in eo vlla macula. Itẽ sit in eo decor amicicie: qui semper est feruidus. ij. Reg. j. Saul ⁊ ionatas amabiles in vita sua: in morte quoqꝫ nõ sunt diuisi. Item sit ibi decor sapientie: qui semper est fulgidus ps. Confessionẽ ⁊ decorẽ induisti amict⁹ lumine. Patet ergo quomodo in aĩa debet esse decor virtutũ qui est in cõsciencia. Pulcra es inquit amica mea. Sed proh dolor talis decor virtutũ multotiens in aĩa destruit̃. Nã sicut decor imaginis bene picte ⁊ pulcre aliquãdo destruit̃ per lutũ quo maculat̃: aliquãdo per ignẽ quo cremat̃ aliquãdo per fumũ quo denigrat̃: aliquãdo ꝑ gladiuꝫ quo dissecat̃: aliqñ per aquã qua madidat̃: aliquando per antiquitatẽ qua corrũpit̃. Sic vere dico ꝙ decor aĩe perit ⁊ destruit̃: qñ fedat̃ luto luxurie: quando cremat̃ igne auaricie: qñ obfuscat̃ fumo superbie: quando secat̃ gladio inuidie: qñ humectat̃ aqua gule ⁊ delitiaꝝ ingluuie: qñ corpus aggrauat̃ antiquitate accidie: ⁊ tũc ꝑcerto plãgendo dr̃ Treno. j. Oẽs portecius destructe

eius destructe. sacerdotes eius gementes. virgines eiꝰ
squalide: et ipsa repleta est amaritudine. Sequitur.
Et egressa est a filia syon omnis decor eius. Et loqui-
tur ad modum ciuitatis prius decore tandem ab ho-
stibus capte: et desolate ⁊ deturpate: qꝛ scȝ anima vir-
tuosa est deo creatori suo valde decora. Tre. ij. Heccine
est vrbs dicentes. perfecti decoris. gaudiū vniuerse ter-
re. Quū tamen porte exterioꝝ sensuū per vitia destruū-
tur. sacerdotes eius scȝ deuotio et oratio desolantur.
virgines eius. i. puritas mētis: et castitas carnis de-
turpantur. ⁊ ipsa amaritudine vitioꝝ aspergitur ⁊ gra-
uatur. nō mirꝫ si decor eius spūalis ab ipsa egreditur
et sic ipsa que prius placebat. abhominabilis efficit.
Unde anime sic deturpate loquitur dominus. Ezech.
xvj. Perfecta eras in decore meo quē posuerā sup te.
et habens fiduciam in pulcritudine tua, fornicata es.
Sequit. Edificasti tibi lupanar: ⁊ ad oē caput vie po-
suisti signū prostitutionis tue. ⁊ abhominabilē fecisti
decorem tuū valde: ⁊ loquitur aīe seu persone peccatri-
ci sub figura meretricis: prius in virginitate ⁊ purita-
te vite per virtutes decore: tandem per vitia prostitute
⁊ deo abhominabili ⁊ despecte: que. s. signū ꝓstitutio-
nis sue. s. mala verba: impudicos nutus: inanes fastꝰ
deformes habitus: inhonestos ritus: exterius in sua
conuersatione ponit: ⁊ cunctis vitijs se exponens deco-
rem virtutū perdit: ⁊ deo ⁊ angelis abhominabileȝ se
facit. vnde tali loquit dn̄s Ezechie. xxviij. Adduco su-
per te alienos. s. permissiue demones vel peccata. Seq̄-
tur: ⁊ polluent decorem tuū: ⁊ interficient ⁊ detrahent
te. Non sic charissimi: sed sit in nobis decor virtutum
C qui est in conscientia. ¶ Secūdo dico: ꝙ in nobis de-
bet esse decor honestatis: qui est in apparentia: q̄ ostē-
ditur cū dicit. Decora ⁊ suauis. In muliere em̄ decor in-
terioꝝ seu tectoꝝ vestibus membrorum non sufficeret
nisi etiā in facie decor esset. Facies em̄ que aspectibus
hoīm opponit: ampliori decore indiget: quapropter
mūdius tenet ⁊ ampliꝰ adornatur. Cū igitur exterior
apparentia ⁊ cōuersatio sit proprie facies aīe: in qua
quidē facie vident dispositiōes interiorū: qꝛ sicut dicit
Eccli. xix. Ab occursu faciei cognoscitur sensatus: dico
ꝙ ibi decor virtutū debet principaliter relucere: ⁊ ho-
nestas: morūqȝ pulcritudo specialiter abundare: sicut
de Joseph dicitur Gen̄. xxxix. Erat aūt ioseph pulcher
facie decoruſqȝ aspectu. Unde scriptura consulit Job
xl. dicēs. Circūda tibi decorē ⁊ in sublimi erigere ⁊ esto
gloriosus: ⁊ speciosis induere vestibꝰ. Uide de erigere
⁊ vestibus vbi inuenies satis. Decor em̄ cōuersatiōis
multū stat in hoc ꝙ homo erigatur in sublimi: ꝑ cele-
stiū affectionē. Sit gloriosus ⁊ iocundus per spē in do-
mino ⁊ consolationē. Speciosis induatur vestibꝰ per
bonorū morū ⁊ virtuosoꝝ emulationē vel cumulatio-
nem. De isto ergo decore apparētie dicitur. ij. Mach.
iij. Apparuerūt duo iuuenes v̉tute decori: optimi glo-
ria: speciosiqȝ amictu. Si vis pone quomō decor hone-
statis perditur sicut imaginis: sicut sup̄ in paragrapho
precedenti immediate. Patet igit ꝙ est decor honesta-
D tis qui est in apparentia. ¶ Tertio dico ꝙ est decor fe-
licitatis qui est in gloria: seu in glorie affluētia: q̄ ostē-
dit cū dr. Hierusalē q̄ interpretat visio pacis. Uide in-
fra de hierusalem. Iste em̄ est decor summus in quo ni-
hil penitus indecorū est. Sicut em̄ tunc sponse solent
maiori ⁊ ornatiori decore nitescere: quā do spōsis suis
nuptialiter copulantur. Sic aīe beate in gloria: vbi in
nuptijs eternis cū sponso dignissimo ⁊ altissimo copu-
lantur: eterne glorie decore inobfuscabiliter splēdescūt
Ps. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriā ⁊ ma-
gnum decorem impones super eum. Et nota ꝙ iste de-
cor consistit in multis: videlicet

In dominatione potētiori.
In cōtēplatione splēdidiori.
In delectatione vberiori.

¶ Beati em̄ in pa-
tria regnant ⁊ impe-
rāt gloriose Sap. v.
Accipiēt iusti regnū decoris: ⁊ dyadema speciei de ma-
nu dn̄i. Itē deū cōsiderāt luminose. Esa. xxxiij. Regem
in decore suo videbit. Et in ps̄. illud predictū. Cōfessio-
nem ⁊ decorē induisti amictus lumine. Itē semp exu-
berant copiose: qꝛ. s. ipsi sunt in gloria: q̄ est status om-
niū bonoꝝ aggregatiōe ꝑfectus Baruc. v. Exue te hie-
rusalē stola luctus ⁊ vexationis tue: indue te decore et
honore: q̄ a deo tibi est sempiterna gloria. Hierusaleȝ
inquit Ese. xlvj. Dabo in syon salutē ⁊ in hierusalem
gloriā meā. Sic igit patet quomodo decor accipit in
bono. ¶ Sed adhuc dico ꝙ decor accipi potest in ma- E
lo significato. Et sic dicam ꝙ inuenitur. Decor cor-
poris qui est vanissimus et fragilis. Decor hypocri-
sis qui est falsissimus ⁊ inutilis. Decor prosperitatis:
qui est leuissimus ⁊ mutabilis. Decor corporis viden-
tes attrahit ad luxuriā. Unde de impudicis iudicibꝰ
dicitur Danie. xiij. ꝙ ipsi fecerūt discooperiri faciē Su-
sanne: vt vel sic satiarentur in decore eius. Ideo consu-
litur Eccli. ix. Uirginem inquit ne cōspicias: ne forte
scādalizeris in decore illius. Decor hypocrisis viden-
tes: decipit ꝑ fallaciā. Unde principi tyri sub specie lu-
ciferi loquit scriptura Ezechie. xxviij. dicens sic. Tu si-
gnaculū similitudinis plenus sapientia ⁊ perfectꝰ de-
core: oīs lapis preciosus operimentū tuū: aurū opus
decoris tui. Sequitur. Repleta sunt viscera tua iniq̄-
tate. Peccasti ⁊ eieci te. Tales ad literam nō sunt res
sed signaculū ⁊ similitudo rei: qꝛ. s. nō sunt boni: sed vi-
dent esse. Sūt quādoqȝ pleni sapientia: qꝛ sunt hoīes
literati: perfecti sunt decore honestatis ⁊ omni lapi-
de precioso. i. omni virtute sunt exterius cooperti. Au-
rū tamen est opus decoris eorū: qꝛ. s. isti ꝓpter aurū. i.
propter diuitias acquirendas sunt taliter fictis virtu-
tibus adornati: ⁊ tamē interiora cordis eorū iniquita-
te plena sunt: ⁊ propter hoc a deo finaliter isti eijciun-
tur ⁊ cadunt. Teste enim Seneca. Nihil qđ simulatū
fictūqȝ est potest esse diuturnū. Decor mundane pro-
speritatis dum splēdet deficit per desistentiā. Iste em̄
est decor yridis. qui valde speciosus est in celo dū du-
rat. Uerūtn̄ ad resolutionē modice pluuie deficit. ⁊ dū
nubes mutatur in pluuiā penitus euanescit. Sic mū-
di prosperitas apud multos non modici est decoris.
q̄ diu est in statu. modica tamē pluuia tribulationis
solet deficere ⁊ prorsus euanescere ⁊ perire. Hiere. xxv.
Dominus rugiens rugiet super decorē aduersus oēs
habitatores terre. Et si vis potes notare. ꝙ iste decor
mūdane glorie

Superbiam solet parere.
Jactantiam solet gignere.
Prudentiam solet tollere.
Pestilentiam solet inducere.

Hoc em̄ super-
biam solet pro-
creare. Eze. xxv-
iij. Eleuatum
est cor tuum in decore tuo. Dan̄. iiij. ꝙ nabuchodono-
sor deambulabat in aula babylonis iactando. dicens
Nonne ista est babylon ciuitas magna. quam edifi-
pulcrumq visu: ꝛ aspectu delectabile fructus ipsius
concupiuit ꝛ comedens paradisum amisit: qr.s.dum
mulier: id est quecunq mollis ꝛ imbecillis persona:
dum in rebus delectabilibus plus debito se delectat:
ipsa faciliter desiderat: ꝛ sic contra deum grauiter pec
cat. Unde Esa.lxvj. In abhominationibus aīa eorū
delectata est: contra consilium sapientis: q dicit. Pro
uer.iiij. Ne delecteris in semitis impiorum: nec tibi
placeat malorum via. Sed de tali mala delectatione
Uide infra de delicijs. Sumitur ergo delectari in ma
lo. ¶ Sed adhuc dico q sumi potest in bono: ꝛ istud B
est quando mens bene disposita delectatur in bono.
Sicut enim dicunt philosophi: habitus virtutis fa-
cit faciliter ꝛ delectabiliter operari. Dicunt em̄ astro
nomi: q illi qui nascuntur in constelatione bona: na
turaliter disponuntur ad bonum ꝛ delectantur in bo
no. Sic vere illi in quibus bona constellatio.i. diuina
gratia dñatur ī bona generaliter delectantur. Unde
de gratia dicitur.ij. Mach.xv. q filij israel superaue-
rūt aduersarios suos: pñia dei magnifice roborati vel
delectati. Dicant ergo quilibet iusti illud. ps. Reple-
ti sumus mane misericordia tua: exultauimus ꝛ dele-
ctati sumus. In quibus verbis ostenditur: q iusti tri
pliciter delectantur viꝫ.

Ex quadam multitudine copiosa.	Prima fa
Ex quadam certitudiue gaudiosa	cit fruct⁹
Ex quadam plenitudine gloriosa.	virtutum

ꝛ possessio. Repleti sumus. Secundam facit spes fu-
turoꝝ ꝛ affectio. Exultauimus. Tertiam facit dos p̄-
miorum ꝛ adeptio: delectati sumus. Delectatur eniꝫ
iustus virtutes possidens. Delectatur contemplati-
uus spe sursum residens. Delectatur beatus in celo p̄
sidens. Uis meritorum facit ditari. Repleti sumus.
Spes futurorum facit letari: exultauimus. Lux pre-
miorum facit beari: delectati sumus. ¶ Dico ergo q C
est quedam delectatio q̄ consurgit ex virtutum obtēta
multitudine. Repleti inquit sumus mane misericor-
dia tua. Mane enim signat tps vite: sicut sero signat
vitam futuram: qr.s. iusti in isto mane id est in vita p̄
senti dei misericordia replentur inquantū virtutibus
cumulant. Repleti inquit sumus. Cor eniꝫ humanū
tāte est capacitatis: q nullo perfecte repletur: nisi deo
in nullo perfecte delectatur nisi in deo. Deus autem
si in corde nostro habitauerit: ipsum pcerto cunctis
virtutibus perficiet ꝛ replebit. Sicut enim lux solis ī
domum in quam intrare solet: nō solū sui pñtia imo
etiam infinitis radijs ipsam replet. Sic deus ꝛ dei gr̄a
si in mentem nostram venerit: radijs virtutum oīm
hanc replebit. Eccli.xxxvj. Reple syon inenarrabili-
bus virtutibus tuis. Ista est pculdubio maxima dele
ctatio q̄ omne delectamentum faciebat in ore: sicut di
citur. Sap.xvj. quia pcerto iste omnem cōplacentiā
generabit in corde. Et sic notabo: q iusti replentur ꝛ
delectantur in virtutibus: quia viꝫ.

Delectat sapientia studiosos.	Ecce ergo
Delectat diligentia curiosos.	quō iusti
Delectat pnīa seu reuerentia timorosos.	diuersimo
Delectat adherentia amorosos.	de delectā
Delectat contemplatio luminosos.	tur. Dicā
Delectat exultatio gaudiosos.	igit q qdā

delectant in sapientia studiosa: qr sicut dr. Sap.viij.
Immortalis est sapientia: ꝛ in amicicia illius delecta
tio bona. Et iō. Sap.vj. cōsulit scriptura sic Si ergo
delectamini in sedib⁹ ꝛ sceptris ppetuis o reges seculi
diligite sapientiam.i. primo delectamini in sapia. Itē
quidā delectant in diligentia curiosa seu obequiosa
Eccli.xxvj. Gratia mulieris sedule delectabit virum
suum. Mulier em̄ sedula est diligentia seu obediētia
que scilicet virum suum.i. suum possessorem delectāt
Itē quidā delectant in reuerētia timorosa. Eccli.j. Ti
mor dñi delectabit cor. Itē qdā delectāt in adherētia
amorosa: q.s. deo ꝛ primo caritatiue adherent: ꝛ cum
ipso loqui per orationem ꝛ laudem amant. ps. Iocū-
dum sit

dum sit ei eloquium meũ: ego vero delectabor in dño. Et Prouer. v. In amore eius delectare iugiter. Item quidam delectant in cõtemplatione luminosa: quia scz cõtemplari deũ opera operum suorum mirabilia maxima est delectatio. De deo em dr in. ps. Memor fui dei z delectatus sum. De opibus etiã eius dr in ps. Delectasti me domine in factura tua z in operib⁹ manuũ tuarũ exultabo. Item quidã delectant in exultatione in deũ z in gratiarumactione: de quo in. ps. dr Exultent iusti in conspectu dei z delectent in leti. Ecce ergo quõ repleti sunt virtutibus. Ista est igit quedam delectatio que cõsistit ex virtutum opatiõe multa. Repleti sum⁹ inquit mane misericordia tua. ps. Replebimur in bo-
D nis domus tue: sequitur ibidem. Exitus matutini et vespere delectabis. ¶ Scdo dico: q est quedam iustorum delectatio que cõsurgit ex futurorum sperata certitudine: que ostenditur: cum dr. Exultauimus. Spes enim certa futurorum bonorum est hominum maxima delectatio: z summa z gaudiosa exultatio: itantuz q alique sunt regiones in quibus tanta est spes future vite: q in mortibus amicorum magis exultant q plorent. Sicut est apud indos sm Doricum z valeriuz maximum li. ij. ca. sicut etiaz fuit apud gallos sm põponium: quibus fuit mos: q amici viuentes in ignibus amicorum mortuorum: corpora enim eorum loco sepulture cremabantur: se inijciebant gaudentes tanq vna victuri cum eis. De thracis etiam dicit: q apud eos letabunda erant funera: luctuosa autẽ puerperia dum animam putent non mori sed transire. Ad quod etiam vr non informare natura quia .s. quedam sunt animalia: que moriendo cantare z exultare dicuntur: quia de cigno aue dr: cuius exemplum ponam satis extraneum. Est enim mons in ethyopia: sicut ponitur in li. de natura locorum in cuius cacumine sunt aliqui adamãtes qui carnes humanas attrahunt z hominem q̃uis ligatuz suis vinculis ferreis: statim quasi saluum violenter ridendo ad se rapiunt atq premunt. Est igitur signum in illo monte: vltra quod nullus audet transire: simplices vero crediderũt in monte illo esse paradisum terrestrem Ego vero magis credo fieri per violentiam adamantis: quocunq tamen modo fiat: huic monti comparabo paradisuz celestem: cuius est tanta vis attractiua: q qui bene cõsiderat illam vitaz: nullis impedietur vinculis corporis vel cuiuscũq temporalis amoris: qm in spe illius taliter delectabitur: q ridendo z exultando illuc cordialiter attrahetur. Si enim vultur vltra mare sentit exercitũ: z odorem cadauerum: multo fortius vltra vitam istam debemus sentire illum odorez suauissimũ paradisi: z in eo super omnia delectari: quia sicut dr. Prouer. xxvij. Vnguento z varijs odoribus delectatur cor. Vnde Esa. lviij. Delectaberis iquit sup dño z sustollam te super altitudinem terre: z cibabo te hereditate patris tui iacob. Loquitur eniz de futuro: qr spes est de rebus futuris non presentibus. Exultauimus ergo supple in spe futurorum. vnde Act. ij. Delectatum est cor meum: z exultauit lingua mea: insup z caro mea requiescet in spe. Patet ergo: q est quedaz iustorum delectatio: que consurgit ex futurorum sperata
E rata certitudine. Exultauimus iquit. ¶ Tertio dico q inuenitur quedam iustorum delectatio: que cõsurgit ex premiorum beata plenitudine: z hoc ostenditur cum dictum est. Delectati sumus omnibus dieb⁹ nostris. Illa est enim summa z perfecta delectatio: quã do scz homo deum nude videt: z intuitiue deo suauissime fruitur z caritatiue. Deo etiam perpetuo adheret sensitiue z eternatiue ibi em est delectatio. Nam
Delectantur: quia vident deum clarissime.
Delectantur: quia deum gustant dulcissime.
Delectant: quia tenent deum firmissime.
Delectantur: quia gaudent secum letissime.
Delectantur: qr herent ei tutissime.
Delectantur: qr complent vota plenissime.

Dico ergo q beatorũ delectatio cõsistit in deũ clarissime vidẽdo Eccle. xj. Delectabile est oculis videre lumen. Item consistit in deo dulcissime fruendo. Vnde Esa. lv. Omnes sitientes venite ad aquas. Sequitur. Venite z comedite bonũ: z delectabitur in crassitudine anima vestra. Item consistit in deuz firmissime seu longissime tenendo. i. in perpetua securitate. Vnde in ps. Notas fecisti mihi vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq in finem. Item cõsistit in deo letissime gaudendo. Vnde illud predictum ps. Exultẽt iusti in cõspectu dei: z delectentur in leticia. Item consistit in tranquillissime viuendo ps. Mansueti autẽ hereditabunt terrã: z delectabuntur in multitudine pacis. Itẽ consistit in plenissime vota complendo: q. s. oẽs appetitus anime satiãtur z omnia vota z desideria cumulant. vnde Prouer. xiij. Desiderium si cõpleatur delectat aĩam. Et in ps. Delectare in domino: z dabit tibi petitiões cordis tui. vnde Augusti. xxij. de ciuitate dei. Ipse erit finis desideriorum nostrorum: qui sine fine videbitur: sine fastidio amabitur: sine fatigatiõe laudabit: hic nutus: hic affectus: hic actus erit omnibus: sicut vita eterna cõmunis. Patet igitur q est triplex delectatio bonoruz videlicet. Vna que est in beata plenitudine gaudiorum seu premiorum. Alia que consistit in sperata certitudine supernorum seu futurorũ. Alia que cõsistit in obtenta multitudine meritorum seu virtutũ atq donorum. Sufficit ergo. Vide infra de delitijs zc.

Delere. Nota q delere idem signat q destruere: dissipare: vel penitus ãnullare. Mo- A
raliter ergo loquendo dico: q delere potest in bono et in malo significare. In bono. s. quando vitia delentur ab anima qđ fit per gratie introductionẽ: qr scz de⁹ est sicut pictor: qui volens murum depingere: solet ante omnia antiquas imagines delere z ipsum murũ dealbare: z post nouas imagines nouis coloribus figurare. Sic vere deus quãdo vult depingere animã peccatricem: z virtutum imaginibus decorare: primo z ante omnia oportet: q antiquas imagines vitiorum deleat aquã sue gratie immittendo: z albedinem innocẽtie inducẽdo: quib⁹ factis facile est nouas imagines virtutũ introducere: z totam ipsam aĩam morali pulcritudine colorare. Propter q dauid petebat in ps. dicens deo. Miserere mei deus sm magnam misericordiam tuam Et sm multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Et merito: quia procerto ipse est solus qui potest delere iniquitates. Ipse em habet apud se librum vite: vbi scripta sunt merita iustorum z librũ mortis: vbi scripta sunt delicta malorum. Cum ergo iustus peccat delentur de libro vite ipsius merita. Iuxta illud Exo. xxxij. Qui peccauerit mihi delebo eum de libro meo: quasi dicat econuerso. Illi qui mihi non peccant: de libro hoc non delentur. Apocal. iij. Qui vicerit vestietur vestimentis albis: z non delebo eum de libro vite. Cum autem peccator cõuertitur delentur de libro mortis ipsius delicta. Vnde domin⁹ dicit Esaie. xliij. Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me: z peccatorum tuorum non recordabor: Et Esaie. xliiij. Deleui vt nubez iniquitates tuas et quasi nebulam peccata tua. Si autem vis scire qđ sit liber vite: et quid sit liber mortis: vide infra de libro in littera L. Sicut ergo homines multum libenter laborant ad delendum malas bestias: z etiam latrones et hostes de suis finibus. Sic nos debemus laborare ad delendum vitia z peccata de nostris mẽtibus Deuterono. ij. et Deutero. xiij. Percussimus eos z deleuimus. Aduerte autẽ q litere scripte in pergameno optime delentur: vel quando aqua abluuntur: vel pennicidio raduntur. Sic dico q tunc iniquitates nostras de libro noticie diuine bene delem⁹: quando aquam lachrymarum: vel penitentie rasorium z abstersorium adhibemus Genesis. vij. Tam reptile q volucres celi deleta sunt de terra. Reptilia enim sunt peccata

que reptant in carne. Uolucres vero sunt peccata que volant in mente: que scilicet omnia debent deleri. Duo tamen attendenda sunt circa dilectionem vitiorum. Sicut enim dr. Deut. vij. Dato qꝫ dominus preciperet filijs israel qꝫ delerent nationes de terra sua: dicitur tamen ibi qꝫ non poterant eas delere pariter immo consulit qꝫ paulatim vnus populus post aliū deleatur. Sic vere quidā fatui sunt: qui nationes oium vitiorum de terra cordis sui simul eradicare volūt: et nimis altam viam perfectionis accipiūt: et subito sancti fieri posse credunt. Sic autem non debet fieri: quia scʒ successiue et modeste debet homo ad penitentie asperitatem: et ad actus perfectionis procedere: et non nimis velociter festinare. Sicut enim reges quandoqꝫ habēt aduersarios populos in terris suis ita radicatos et multiplicatos: qꝫ ipsos quidē subiugare possunt delere autem nō possunt. Sic peccata et maxime carnis ita sunt in nostris corporibus radicata qꝫ ipsa possumus rationis dominio subiugare et seruire cōpellere sub tributo delere autem penitus non valemus: imo ipsos nobiscum viuere necessario sustinemus. Judicū j. Zabulon nō deleuit habitatores thetron et naalō sed habitauit chananeus in medio eius: factusqꝫ est ei tributarius. Patet ergo qꝫ delere sumi potest in bono

B ¶ Sed adhuc dico: qꝫ delere dici potest in malo significato. Et sic dico qꝫ homo deleri dr̄ quādo: spūaliter quo ad gratiam: temporaliter quo ad fortunā: eternaliter quo ad gl'iam dissipatur. Sic igitur notabo qꝫ triplex deletio inuenitur in malo significato vicʒ.
Deletio vitiosa: que fit interius.
Deletio rigorosa: que fit exterius.
Deletio dolorosa: que fit posterius.
Primam facit hostis: virtutes exuens.
Secundam facit mundus: terrena diffluens.
Tertiam facit deus: damnatos destruens.
Dico ergo qꝫ est quedam deletio que fit interius in cōscientia: et ista est deletio gratie et virtutum: et imaginis trinitatis: que oīa delenī ab aīa per peccatum: vn̄ dyabolus videtur dicere illud. ps. Cōminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos. Deletur enim peccator de libro diuine acceptionis: de fama mundane reputationis: de statu exterioris conuersationis. Deletur dico primum: qꝫtuʒ ad gratiam q̄ ipsum cū sanctis ascribit. ps. Deleātur de libro viuentium et cum iustis nō scribanī. Itē qꝫtū ad famam que ipsum laudandum describit. ps. In generatione vna deleaī nomen eius. et Exo. xvij. Ad hoc delebo memoriam amalech de sub celo. Item qꝫtū ad conuersationem ad quam ipsum honestas cōscribit iiij. Reg. xxj. Delebo hirl'm sicut deleri solent tabule: delens vertam et ducam crebrius stilum super faciem eius. Ista est igitur deletio gratuitorum que fit interius in conscientia.

C ¶ Secundo dico qꝫ inuenitur deletio fortuitorum q̄ exterius in apparentia Et ista procul dubio est illa: qua status glorie mundane: ipsaqꝫ bona fortune per tribulationes et per tirannorum oppssiōes delentur. iij. Reg. xvj. Deluit zambri oēm domuʒ baasa. Tiranni enim delent et grauant alios vt ipsi soli dominentur in terra. Exemplo aman: qui solum odio et inuidia mardochei qui sibi non assurgebat: delere voluit omnes filios israel: nisi dn̄s aliō ordinasset: sicut dr̄. Hester. iij. et. viij. Et ideo Hester. ix. dr̄ Hostis aduersarius iudeorum cogitauit contra eos maluʒ: vt occideret eos atqꝫ deleret Ista est ergo deletio fortuitorum que fit exterius in apparentia.

D ¶ Tertio inuenitur deletio damnatorum: que fit posterius seu inferius in pestilentia Damnati enim a deo delenī: scʒ qꝫtū ad gaudium et consolationem: non quantum ad substantiam et naturam. Unde de damnatis a deo per demones deletis et dissipatis pōt exponi illud. ij. Para. xx. Filij amon et moab consurrexerunt aduersus habitatores seyr vt interficerent eos atqꝫ delerent. Isti enim non delentur: quantū ad peccatum: quia de peccato eorum dicitur. Nee. iij. Peccatum eorum coram facie tua non deleatur. Delebitur tamen quantū ad beatificum statum: non quem habuerunt: sed quē habuissent nisi peccassent. Deutro. ix. Trāsibit ante te ignis consumens qui conterat eos atqꝫ deleat. Patet ergo quō delere in bono sumitur et in malo.

Deliberatio.

Uide de prudentia et in tabula: quia in scriptura sacra q̄si nulle sunt autoritates vocales: et in infinitis locis fit mentio de eadem.

Delitie. delectatio.

A Quamuis delectatio possit distingui in virtuosam: in vitiosam et gloriosam. In virtuosam dico quā habēt perfecti: qui. s. delectanī i spiritualibus. Unde in. ps. Delectare in domino: et dabit tibi petitiones cordis tui. In vitiosam quam habent infecti qui delectanī in corporalib⁹. Unde Apoc. xviij Ne participes sitis delitiarum: scʒ mulieris meretricis. In gloriosam quaʒ habent beati: qui delectantur in eternalibus. Unde in. ps. Et letabuntur in multitudine pacis. Possumus tamen dicere: qꝫ quamuis delectatio sonet in bonum vt comuniter in scriptura delicie tamen vt cōiter sonāt in malum. Gratia ergo breuitatis de multis mundi delicijs aliquantulū disseramus: et dicamus qꝫ iste delicie sunt spernende triplici ratione.
Primo quia deficiunt.
Secundo: quia inficiunt.
Tertio: quia decipiunt.

B Primo quia deficiunt. Delicie enim non perseuerant post recessum sue cause: sicut patet de delicijs gustus: que nō durant post recessum cibi. De delicijs audit⁹ que nō durant post recessuʒ organici instrumēti. De delicijs tactus que non perseuerant post recessum delectabil' obiecti. Et breuiter delicie nihil habent dilationis: et existentiam non habent: statim enim deficiunt: et qđ dulce fuerat fit amarum. Hiere. xlix. Defluxit vallis tua filia delicata. Et ideo mūdi delicie similes sunt mirobalanis: que sunt quidam fructus satis admirande nature. In principio enim sunt dulces: sed finaliter dulcedo sua deficiet et efficiuntur amari. Sic vere quamuis mundi delicie aliquandiu dulcescant: in fine tamen amaricantur: quia scilicet ipsis cessantib⁹ vel deficientibus: homo propter eas ad inferni amaritudineʒ destinatur. Ideo deliciosis dicit. Apoca. xviij. Quantum glorificauit se et in delicijs fuit: tantum date illi tormentum et luctum. Delicie ergo deficiunt.

C ¶ Secundo dico: qꝫ delicie inficiunt. Delicie enim cōparantur oleo: quod est nature infectiue Inter omnes enim pinguedines magis maculat vestem quam aliquod aliud. Oleum enim mandragorarū facit inunctum statim obdormire. Oleum vbi bullitur caro leonis facit inunctum statim febricitare. Oleum etiam vnctum solet omnia vasa lignea penetrare. Oleū etiam quodcunqꝫ sit illud: habet apes occidere et mortificare. Sic vere carissimi oleum et pinguedo mundanarum deliciarum habet hominem ipso inunctum et linitum penetrare per malas suggestiones: facere dormire per malas delectationes: facere febricitare per mala desideria et affectiones. Ideo bene dicitur. j. Thi. v. Uidua in delicijs viuēs: mortua est. Delicie ergo inficiunt.

D ¶ Tertio dico: qꝫ delicie decipiunt Auis enim nec laqueo capitur: nec piscis hamo prenditur: nisi alicuius delectationis pabulo decipiatur. Sic vere et homo cōiter in mundo non decipitur: nisi quia aliquo delectabili indiscrete vel indebite delectatur. Hoc patet exemplis varijs. Delectantur enim naute in cantu Syrenarum: et idcirco obdormientes decipiuntur et occiduntur. Delectantur vrsi in comedendo mel: et ideo ascendendo arborem cadūt aliquotiens et moriuntur. Delectantur cerui audiendo sibillum venatorū: et propter hoc sistendo a cursu sagittātur et capiunī. Et breuiter oīs deceptio semꝑ solet esse aliqua delectatiōe precedente. Sic pro certo illi q̄ ad tēꝑ̄ decipiunt

decipiuntur: capiunt & moriunt: qui delitijs & delectationibus oblectatur: qd figuratum est in salomone: qui dicit Eccl's. ij. Uadam & affluam delicijs: qui per mulieres pre alijs est deceptus. quia dicitur. puer. xx. Quicunq; his delectatur: non erit sapiens. Patet ergo: q cōtemnende sunt delicie: q2 deficiunt: inficiunt decipiunt &c. ¶ Si vis autem adhuc potes dicere de delicijs q sunt delicie corporales: spūales: & eternales E
Sunt dico delicie corporales: q sunt peccatorum & iste sunt pculdubio fugiende: q2 pcerto iste sunt que.

Uires eneruant. Mentes pteruant. Culpas aceruant. Penas reseruant.

Uires dico eneruāt & priuāt fortitudinem: similes sc3 illi fonti de quo sepe dictum ē qui dicitur salmacis: qui est in caria. In quo fm Ouidiū viri efficiuntur obscena mentis mollicie sicut femine: q sc3 pro eo poetice fictū est: quia viri ibidem se balneantes eneruantur: ita q viri ibidem effeminant. Sic vere in fonte deliciarum omnis virilitas confunditur & omnis fortitud o & cōstantia eneruatur. Quod in hester que interpretatur abscondita potuit figurari: quia de ipsa legitur. Hester. xv. Qd pre delicijs & nimia teneritudine cor suum ferre non sustinebat: q2 pro certo illi qui in abscondito nimis delicijs se saginant: vires suas attenuant et eneruant. vnde. j. Thi. v. Uidua in delicijs viuens mortua est. Mortuus autem non habet fortitudine3 aliqualem: nec ad malo resistendum: nec ad onus sustinendum: nec ad opus aliqd faciendu3. Sic nec deliciosus. Unde cassiodorus: li. iij. epl'ax. Facile onus afflictiōis sentit: qui vti delicijs cosueuit. Ideo persone deliciose & delicijs eneruate dicit. Hier. xxxj. Usquequo delicijs dissolueris filia vaga. Iste sunt que vires eneruant: & priuant fortitudine3. ¶ Scdo dico: q iste mētes pteruant in mali magnitudine: q2. s. iste sunt quibus mentes indurant & obstinant in malum: similes illi lacui hybernie: vbi baculus immissis partim induratur in lapidem: partim cōmutatur in ferru3. Et illi fluuio dicto silerus: vbi fm Pli. Non solū ligna immo etiam volatilia lapidescunt: q2 s. si ibi aue3 aliquam inieceris post tempus in lapidem cōmutatam videbis. Talis est fons & fluuius deliciarum: q2 pcerto quisquis ibi īmergitur: in ferrum & lapidē. i. in obstinationem & duriciam cōmutatur: & in cunctis malis vitijs induratur. Exemplum de roboā qui ad consilium iuuenum q secū in iuuentute in delicijs fuerāt enutriti: dura responsa pplo dedit: & ideo regni sui decem partes amisit: sicut dr. ij. Para. x. Ideo bñ dr. Ecci. xxix. Qui delicate a puericia nutrit seruum suu3 ipsum in fine sentiet cōtumacem. Iste sunt ergo q mētes pteruant in mali magnitudine. ¶ Tertio dico: q delicie culpas aceruāt in mali multitudine. Sicut. n. paludes & loca humida & stagnosa solent multas herbas inutiles generare: ranasq; & sanguisugas: & alia immunda aīalia generare: sic dicā de paludibus deliciarum: q2 multas malas herbas: idest multas malas conditiones generant: & multa vitia pcreant & pmulgant. Iste sunt eīn q generant. s.

Luxurie feditatem. Inuidie prauitatem. Insolentie leuitatem. Auaricie faculta tem.

Luxurie dico feditatem. vñ. ij. Petri. ij. Delicijs affluētes i cōuiuijs luxuriantes: vobiscum oculos habentes plenos adulterij Item inuidie prauitatem. Deut. xxviij. Homo delicatus & vite luxuriose: valde inuidebit fratri suo. Item ornatus seu insolentie leuitatē. Uñ filiabus syon loqtur. Dauid dicēs. ij. Reg. j. Saul vestiebat vos coccino in delicijs. Item auaricie ruditate3. Unde iob. xxx. Esse sub sentibus delicias computabant. Patet ergo quomodo delicie culpas aceruant in magna multitudine. ¶ Quarto dico: q penas reseruant cum graui mestitudine scilicet penas infernales: quia sc3 delicie nunc sunt dulces suis possessoribus. Finaliter vero erunt amare sc3 in inferno penas p ipsis sentientibus. Uñ iste sunt sicut fluuius schyticus dictus hypanis qui in suo principio dulcis est: in fine vero amarus. Fons enim infauus ductus ex montibus apennins ipsum subintrat: qui totam eius substantiam in amaritudinē mutat: sicut dicit Solinus. Sic vere est fluui9 delitiax. In principio em. i. in vita dulcis est bibentibus & gustantibus: cū vere fons infauus exāpe9 id est mors se sibi adiunxerit: tūc amarissimus malis erit: inquātū. s. deus pter hmōi fluuiū: penarū amaritudine3 ipsis dabit. Uñ de mala muliere. i. de carnis voluptate: & mundi delitiosa prosperitate: dr Prouerbio. v. Fauus distillans labia meretricis: nouissima vero eius amara velut absynthiū. Ideo de ciuitate babylonica prius delitiosa dr Apoca. xviij. Quantū glorificauit se: & in delitijs fuit: tantū date ei tormentū & luctū. & Baruch iiij. Delicati vestri ambulauerūt vias asperas. Sic ergo patet q sunt delitie corporales que sunt abijciende. ¶ Secūdo dicā q sunt delitie spiritales que sunt recipiende. & iste sunt ille in quibus delectatur vir perfectus & affectus bene dispositus: & per gratiā moderatus. Et sequendo Mauriciū distingue super hoc & dic: q tres potētie anime in iustis suas habent delitias speciales: q2 sc3 F

Rationalis: q tēdit in verū: petit delitias scientiarū.
Irascibilis: q tēdit in arduū: petit delitias eminētiax.
Cōcupiscibilis: que tendit in bonū: petit delitias amicitiarū. & sic dico q delectat. Rationalis in veritate. Irascibilis in dignitate. Cōcupiscibilis in bonitate et caritate. Dicā ergo q viro iusto valde sunt delitiose scientie mentē illuminātes ps. Nox illuminatio mea in delitijs meis. Itē eminentie ymo vilipendentes: sc3 excellentie virtutū. Unde Cātico. viij. Que est ista que ascendit de deserto delitijs affluens: innixa super dilectum suū. Anima enim de deserto. idest. de sterilitate peccati ascendit. virtutū eminentiā appetēdo delicijs affluit. virtutū affluentiā occupando super dilectum suum: xpm innititur. in virtutum excellentia quiescendo. Item iustū delectant amicicie bonos recipientes. de quo Prouer. viij. Delicie mee esse cū filijs hominū Magne enim sūt delicie habere secū quē quis diligit. Iste sunt ergo delicie iustox: q. s. psistūt In amore delectabili. In honore admirabili. In splendore demōstrabili Iste sunt ergo delitie spirituales que sunt recipiēde. ¶ Tertio dico q sunt delitie supernales: que sunt concupiscende. s. delitie glorie paradisi. s. que sunt sanctorum & beatorum: & hoc maxime G

Propter loci amenitatem inexterminabilem.
Propter rei immensitatem incōparabilem.
Propter rei vicinitatem inseparabilem.
Propter pacis tranquillitatem interminabilem.
Propter corporis formositatem seu claritatem inobfuscabilem. Ibi enim est loci amenitas inexterminabilis, scilicet paradisus. Ezechielis. xxviij. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia: et perfectus decore: in delitijs paradisi dei fuisti: omnis lapis preciosus operimentum tuum. Item ibi est rei immensitas incomparabilis: quia scilicet sancti hauriūt ibi in plenitudine quicquid volunt. Ecclesiastes. ij. Nōne melius est comedere et bibere et ostendere anime sue bona de laboribus suis: et hoc de manu dei est: quis deuorauit et delitijs affluet sicut ego. Item ibi est dei vicinitas indissolubilis: vnde de anima beata potest dici illud predictum Canticorum. viij. Delitijs affluens innixa super dilectum suu3. Et illud Job. xxij. Super omnipotentem delitijs afflues. Item ibi est pacis trāquillitas imperturbabilis. Unde Esaie. lxvj. Repleamini vberibus consolationis vestre: vt mulgeatis et delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius: quia hec dicit dominus. Ecce ego declinabo sup eam quasi fluuium pacis. Item ibi est formositas seu claritas inobfuscabilis. Unde anime beate dicitur. Canti. vij. q pulcra es: & q decora charissima mea i delitijs tuis: statura tua cōsimulata est palme. Sic ergo p3 quomō sunt

pdicie spirituales q̄ sunt beatoꝝ. Spirituales que sunt pfectoꝝ. Eternales seu corporales q̄ sunt peccatorum. Sufficit. Uide supra de delectari.

A **Delictum. Delinquere.** Nota q̄ delictū dr̄ quasi derelictum. Et delinquo quasi derelinquo. Delicta enim sunt peccata: que per obmissionem ꝛ derelictionē cōmittuntur. Peccata aūt sunt illa que p cōmissionem fiunt: ꝙuis vnum pro alio aliquotiens assumatur. Notabis ergo q̄ delicta sunt.

Profunde meditanda.
Abunde vacuanda.
Rotunde declaranda.
Sagaciter detegenda.
Humiliter petenda.

Igitur dico q̄ debēt pfunde meditari per cōpunctionem. Illa enī est virtuosa medicina: que attrahit de pfundo. Sic est contritio ꝛ cōpunctio. De peccatore enim legitur. Prouer. xviij. Quod cum in pfundum peccatorum venerit cōtemnit: necessaria est ergo fortis compunctio ꝛ contritio: vt de isto profundo obstinationis attrahat ꝛ extrahat congeriē delictoꝝ. Unde de ista medicina potest exponi illō. Sap. x. Hec vēditum iustū non dereliquit: ꝛ eduxit illū a delicto suo. Item debent abunde vacuari per confessionem: dicēs sacerdoti suo ꝛ deo illud. ps. Delicta mea a te nō sunt abscondita. Dic de illo leone in desertis affrice: qui lignum ꝛ spinam habens in pede recurrit ad hominē ad arborem timore eius fugientem: ꝛ ostendens pedē applaudens ꝛ lambens misericordiam implorabat: quod videns homo truncum extraxit. Leo videns q̄ sanatus erat: in premium venationes ei attulit: sicut ponit Pli. Sic ꝛ tu delicta debes homini: id est sacerdoti discreto ꝛ rationabili ostendere: vt te possit a periculo liberare. Unde in psal. Delictum meum cognitibi feci. B ¶ Item debent rotunde declarari per circūscriptionē. Nam nude ꝛ clare debet omnia dicere: et non cumulate nec inuolute debemus in confessione vitia declarare. ij. Para. xxviij. Quare vultis adijcere super peccata vestra ꝛ cumulare delicta. ¶ Itē debēt sagaciter reuelari per verecundam confessionem: excepta enim confessione sacramentali: nullus debet delicta sua dicere vel pplādo publicare; nec de malis suis aliqualiter se iactare: sed potius ipsa discrete abscōdere ꝛ velare. Exemplo catti ꝛ putorsij qui quodam instinctu nature sua stercora student cū egesta sunt operire. Unde Eccli. xix. Si est tibi delictū: noli denudare. Itē debent humiliter precari per oratione: hoc est dictu q̄ pro peccatis suis debet quilibet deū ꝛ sanctos humiliter deprecari: dicēs domino illud. ps. Delicta iuuentutis mee ꝛ ignorantias meas ne memineris domine. Eccli. xxix. Aperiet os suum in oratione: ꝛ pro delictis suis deprecabitur. Et breuit peccata scelera ꝛ delicta nostra omnino sunt dimittenda: abstergenda: abluenda ꝛ delenda: als̄ proculdubio erunt in inferno terribiliter punienda: quādo scꝫ teste scriptura. Eccli. xxvij. Contereꝛ cum delinquente delictū. Nā p certo delictum quod hic per penitentiam non diluitur puniendū in inferno perpetuo reseruatur: ꝛ sub secreto diuine expectationis signaꝛ. Job. xiiij. Signasti quasi in sacculo delicta mea. Debent igiꝛ ista nūc deleri ꝛ euacuari. Et si forsitan ignoranꝛ debet eorum notitia a deo precibus impetrari. Exemplo Job qui dicebat domino. Job. xiij. Quantas habeo iniquitates ꝛ peccata scelera mea atq̄ delicta ostēde mihi. Sufficiant ista de delicto. Uide infra vbi peccatum de delictis particularibus: sicut est auaricia: de qua Eccli. xj. Si diues fueris: non eris immunis a delicto. Superbia illud psal. Priusq̄ humiliarer ego deliqui. Luxuria. ij. Petri. ij. Oculos habentes plenos adulterij et insatiabilis delicti ꝛc. Uide si vis in titulis particularibus.

A **Delonge.** Quia illud dicitur esse lōge seu lōginquum ab altero quod valde distat seu separatur ab eo. Termini vero longinqui ꝛ distantes sunt. Deus qui distat a peccatore. Paradisus qui distat ab isto mundo. Peccati status qui distat a deo. Mors iudiciū ꝛ infernus qui distāt a corde per uersū: notabo breuiter q̄ in scriptura est.

Unum delonge quo iusti morantur.
Unum delonge quo sancti letanꝛ.
Unum delonge quo mali vagantur.
Unum delonge quo praui grauanꝛ.

Dico ergo q̄ est vnū delōge seu a longe. i. vna longinquitas virorum iustorum. Et ista procerto est vna que stimulat amorem in que est quando iustus sentit se in vita ista esse a deo personaliter remotum ꝛ longinquum: conquerens de incolatu miserie cum dauid dicens in ps. Heu mihi domine quia incolatus meus prolongatus est. Ista etiam est vna longinquitas q̄ incutit timorem. Et hoc est quando homo reputat se esse longe a deo per peccatum: quando etiam se dignum reputat longe ire: nec ad deum requirendū nimis prope idest familiariter audet accedere: nec ad statum dignitatis procedere seu appetere: sed potius in humilitate: timore ꝛ reuerentia solet delonge depcari. Sicut de illo publicano legitur. Luce. xviij. Publicanus a longe stans nolebat nec oculos suos ad celum leuare: sed percutiebat pectus suum dicens. Deus propicius esto mihi peccatori. Et sequitur. Quod iste iustificatus descendit in domum suā. Ista est etiam vna longinquitas fugiens horrorem. i. periculū ꝛ peccatum: quia scilicet ille qui in statu gratie cōmoratur a peccato ꝛ inferni periculo elongatur: ꝛ etiam quandoq̄ personaliter a mundo: ꝛ a mundi tumultu ad religionem vel heremum fugiens segregatur. ps. Ecce elongaui fugiens ꝛ mansi in solitudine: ꝛ talis est ergo bona longinquitas. Sicut enim naturaliter fit q̄ planete qui aliquantulum longe distant a sole magis fortunātur ab ipso: quā alij qui nimis ambulant ppe eum: quia videlicet omnes illi qui sibi in linea ecliptica coniunguntur omnes a suis radijs cōburuntur: vt dicunt astronomi. Sic dico q̄ illi qui tali longinquitate a deo reputant se distantes: maiora bona ꝛ spiritualia ꝛ eterna ab ipso recipiunt: q̄ illi q̄ per presumptionem se ipsius familiares reputant et propinquos: sicut de publicano ꝛ phariseo fuit visū. Luce. xviij. Igitur breuiter notabo q̄ nos debemus.

Delonge contemplari celestem beatitudinem.
Delonge memorari diuinam celsitudinem.
Delonge perscrutari ppriam magnitudinem.
Delonge comitari supernam altitudinem.
Delonge clamare deum collaudando.
Delonge plorare culpas recordando.
Delonge currere salutem rogando.
Delonge sistere vltra non audendo.
Delonge tremere penas attendendo.

¶ Igitur de isto delonge supradicto modo tripliciter exposito possumus acute celum contemplari: quia scꝫ licet simus in presenti vita longe a paradiso ꝛ a celo eius. tamen bona contemplari valemus. De monte achos enim qui est in grecia legitur q̄ vmbra eius vsq̄ in lempnos insulam per tredecim milia passuū longissime protenditur: sicut ponit Solinus. Sic dicam q̄ licet nos qui sumus in insula huius mundi: remoti et longinqui sumus a monte paradisi: vmbra tamen sue opinionis ꝛ fame venit ad nos: ita q̄ ipm montem saltem sub vmbra et enigmate possumus contemplari: et eius felicitatem ꝛ bona cognoscere ꝛ videre. Exemplo aquile delonge contemplantis escā sicut dr̄. Job. xxxix. Regem in decore suo videbunt: oculi eius cernent terram delonge. Item de isto delōge possumus astute amiciciam dei recordari. Homo enim licet sit in terra longinqua: tamen semper consueuit recordari de suis benefactoribus ꝛ amicis. Sic nos de mūdo isto ꝛ alijs pdictis longinqs locis recordari debemꝰ de deo ꝛ de sanctis. Zach. x. Seminabo eos in populis de longe recordabuntur mei ꝛ viuent. Item de isto delōge possumus profunde rememorari

q: scꝫ

quia scilicet de isto statu debemus attendere ad illa que ante longe fuerunt ⁊ que in tempus longinquuz erunt.s.quid fuimus: quid fecimus: quid faciemus: ⁊ quid erimus. Ideo dicit. Esa.xlix. Audite insule ⁊ attendite populi de longe. Compa hominē insule q̄ de longe distat a terra: ⁊ cōtinue marinis fluctib9 verberatur: quibus etiam cingitur ⁊ artatur. Sic nos qui hic a terra viuentium longe distamus fluctus tribulationum continue sustinemus: ⁊ ideo anima sancta in ista longinqua regione exulans cōpatur naui: que de longe venit ad portū: ⁊ que a deo p creationez amissa: ad hanc longinquam regionem missa: inde redit ad portum paradisi virtutum mercib9 onerata. pue. xxxi. facta est quasi nauis institoris de longe portās panem suū. Item de isto de longe possumus deū comitari: scz p gratiam ⁊ caritatem: vnde de mulieribus q̄ venerant a longe ⁊ de longe dicitur. Marci. xv. Erāt aūt ibi mulieres de longe aspicientes scz maria magdalena ⁊c. Simus ergo sicut regina saba que de lōge venit salomonem videre. Sic ⁊ nos de mūdo isto vsq̧ ad paradisuz vadamus videre xp̄m: per spez: desideriū ⁊ amorem dicentes deo ⁊ angelis illud qd̄ dixerūt gabaonite. Josue. ix. De terra longinqua venimus serui tui vobiscum pacem facere cupientes. Item de isto de longe possumus deum deprecari. Vox em̄ de longinquo pōt audiri. Sic orō humiliātis se penetrabit nubes. Eccli. xxxv. vnde. ij. Esdre. v. dicitur Qd̄ tuba canebant magnifice ita vt a longe audiri posset. Itez de isto de longe possumus culpas lamentari. Exēplo petri qui fleuisse amare legitur: qr̄ d̄ ipso legit̄. Math. xxviij. Marci. xiiij. Luce. xxij. Qd̄ ipse a longe dn̄m sequebatur: Item possumus de isto longinquo affectu deo copulari. Exēplo illius: de quo d̄r. Luce. v. Quod videns iesum a longe cucurrit ⁊ adorauit euz. De tali enim longinquitate venitur ⁊ appropinquat̄ ad deū. Esa. lx. filij tui de longe venient: ⁊ filie tue d̄ latere surgent: quod finaliter erit in paradiso: qr̄ nullus ibi recipitur: nisi veniat de tali longinquo. Esa. xlix. Miserator eorū reget eos: ⁊ ad fontē aquarū potabit illos Ecce isti de longe venient ⁊c. Item de isto de longe possums remote a deo morari scz nos reputare indignos accedere familiarius ad deū sed cum timore ⁊ reuerentia longe stare: sicut supra dictū est de publicano. Unde. Luce. xvij. dicitur de decem leprosis: q͏̄ steterunt a longe ⁊ leuauerunt vocem dicentes. Jesu p̄ceptor miserere nostri. Et sequit̄: q͏̄ isti a domino sunt sanati: qr̄ scz illi a deo melius sanantur: qui se indignos dei presentia opinant̄: ⁊ qui longe se esse meditantur. Deus enim vult q͏̄ homo non nimis de se confidat: sz q͏̄ culpas preteritas recolens in suo animo lōge sistat. Exemplo Absalonis: qui licet recōciliat9 esset patri suo Dauid noluit tamen rex q͏̄ faciem eius statiz videret sed q͏̄ aliquantulum longe ab eo in domo Joab remaneret: tandē vero finaliter ipsum ad ppriam domum recepit: ⁊ ad osculū pacis admisit. ij. Reg. xiiij. Sic vere dato q͏̄ peccator sit deo reconciliatus p pniām: ⁊ dato q͏̄ veniam obtinuit delictorum: nō debet tamē statim de salute presumere: nec regi patri suo deo familiarius se iungere: sed adhuc cum timore ⁊ reuerentia longe stare: quousq̧ spiritalibus assuet9: possit paulatim summi secreti palatium per contemplationem ⁊ deuotionem intrare regis faciem videre: ⁊ osculum caritatis habere. Unde de amicis xp̄i dicitur. Luce. xxiij Stabant autem omnes noti eius a longe. Itez de isto de longe timendo possumus penis conturbari. De lōge em̄ possumus videre inferni tormenta. Mons em̄ ethna qui semper ardet de longe videtur. Unde de filijs israel legitur. Exodi. xx. Quod totus populus audiebat voces: ⁊ videbat lampades montemq̧ fumi-
C gantem. Et seq̄tur. Stetitq̧ populus de longe ⁊c. Sic igitur visum est q͏̄ ē vnū longe seu vna longinquitas hominum istorum. ¶ Secundo dico q͏̄ est vna longinquitas hominum sanctorum: ⁊ etiam beatorū: et ista est paradisus: que longe distat a mundo et etiā a peccatore. Hiere. xlvj. Saluum te faciam de longinquo De isto ergo longinquo christus venit ad nos redimēdū. In isto lōginquo manet beatus ad deum videndū Unde de christo inde veniētem dicitur Esaie. xlvj. Uocans ab oriente auem: et de terra longinqua viruz voluntatis mee. De iusto vero ibi deū vidente ⁊ deo fruēte potest dici illud Job. xxxix. De longe oculi eius prospiciunt. ¶ Sed tertio dico: q͏̄ est vna longinquitas hominum peccatorum qui scilicet de longe stant per mentis obstinationem: nec deo appropinquant p caritatem ⁊ dilectionem. Unde de peccatore in figura filij prodigi dicitur Luce. xv. q͏̄ peregre profectus est in regionem longinquam: id est in statum peccati: in quo scilicet morantur homines: qui semper student alijs malefacere: sicut dicitur Hieremie. v. Adducam super vos gentem de longinquo. Et Deutero. xxviij. Adducet dominus super te gentem de longinquo: gētem procacissimam: que non deferat seni: nec misereatur paruuli. ¶ Sed quarto dico: q͏̄ est vna loginquitas hominum damnatorum: qui scilicet longe sunt a deo: ab amicis ⁊ ab omni solacio. Unde de deo tales puniente dicitur Michee. iiij. Judicabit inter populos multos: et corripiet gentes fortes vsq̧ ad longinquum. Ista enim gens est sicut insula tile. vbi in hyeme pro eo q͏̄ valde longe est a sole nulla lux solis lucet immo quasi per medium anni continuam habet noctem: sicut per alium annum medium semper habuerat diem. Sic vere de peccatoribus qui a sole iusticie deo sunt valde longe. quia scz longe a peccatoribus salus. isti dico quia per medium annum. i. in vita presenti quasi continue habent diem mundane prosperitatis: ideo ibi per alium medium annum. i. per totum tempus vite future habebūt noctem eterne ⁊ continue aduersitatis. Unde de talibus tribulatis potest dici illud Hieremie. viij. Dolor meus super dolorem: in me cor meum merens et ecce vox clamoris filie populi mei de terra longinqua. Sic ergo visum est q͏̄ de longe sumitur multis modis. Uide infra in litera L vbi longe.

Delubra. Nota q͏̄ delubra dicebantur idolorū tēpla: per q̄ possunt intelligi viri peccatores ⁊ eorū status ⁊ domus: qr̄. s. ista delubra

Diuitijs cumulantur.
Leticijs iocundantur.
finaliter tn̄ mesticijs atterunt̄.

¶ Ibi ergo inueniunt̄ diuitie tēporales. vn̄ Joelis. iij. Argentum em̄ ⁊ aurū desiderabilia ⁊ pulcerrima intulistis in delubra vestra. Item ibi inueniunt̄ leticie mundiales. Unde Esaie. xiij. dicitur. q͏̄ ibi respondebunt vlule in edibus eius: ⁊ syrene in delubris voluptatis. Itez ibi inueniunt̄ finaliter mesticie eternales Esa. xxvij. Nō stabunt luci ⁊ delubra: qr̄ sicut d̄r Hiere. xliij. Deus delubra deorū egypti cōburet igni ⁊c.

Demoliri. Nota q͏̄ demoliri idem est qd̄ destruere: dissipare: vel delere. Et d̄r a de ⁊ mola: acsi diceret̄ q͏̄ res tūc ppe est demolita vel destructa: quādo acsi cū mola esset penitus cōminuta A
Signat ergo q͏̄ est demolitio triplex scz

Interior que est culpe: q̄ virtutes frāgit.
Exterior: que est miserie ⁊ terrena tāgit.
Posterior: q̄ est pene ⁊ aīas angit.

Sic ergo dico q͏̄

Demolitur cōsciētia peccatis oppressa.
Demolit̄ ecclesia tyrānis obsessa.
Demolitur aīa tormētis immersa.

Dico ergo q͏̄ consciētia per peccata demolitur spūaliter. Unde illi ciuitati peccatrici d̄r Ezech. xvj. demoliētur sup. demones prostibulum tuum nudabunt te vestimentis tuis ⁊ auferent vasa decoris tui. Item ecclesia per tyrannos demolitur temporaliter: per tyrannos dico exteriores quales sunt principes seculares. ij. Paralipomenon xxxvj. Incenderunt hostes domum dei et destruxerūt murū hierusalē et quicq̄d preciosum fuerat demoliti sunt. Seu etiā p tyrānos inferiores quales sunt mali

prelati: qui. s. eclesias suas spiritualiter et temporaliter demoliunt et gravant: ita quod de quolibet potest dici illud. Tren. ij. Dissipavit quasi ortum tentorium suum demolitus est tabernaculum suum. Et illud Hiere. xij. Pastores multi demoliti sunt vineam meam. Item per tormenta demolitur impius seu anima eternaliter. j. Reg. xv. Percute amalech: et demolire universa eius.
B ¶ Et nota si vis ulterius: quod sive agatur de demolitione spirituali: temporali: vel eternali: deus demolitur vel demoliri patitur multa genera personarum videlicet.

Superbos et presumptuosos.
Immundos et voluptuosos.
Avaros et ambitiosos.
Hypocritas et superstitiosos.

De superbis potest. pro. ucr. xv. ubi dicitur. Domos superborum demolietur dominus. et. ij. Para. xxxj. Demoliti sunt excelsa: de immundis vero et luxuriosis pot dici illud. j. Reg. xv. Quicquid vile et reprobum fuerit demoliti sunt. De avaris etiam pot intelligi illud. Joel. j. Destructe sunt apothece: demolita sunt horrea etc. Horrea enim ubi aggregantur grana divites avaros signant. In quibus scilicet divitie congregantur. De hypocritis autem et falsis religiosis dici potest illud. Ezec. vj. Disperdam excelsa vestra: demoliar aras vestras. confringent simulachra vestra etc. Vide ubi destruere et in alijs similibus.

A **Demon. Demones. Demonium.** De demonibus quid sunt in natura: in culpa: in officio: in exercitio: nihil ad presens. In secundo enim li. sententiarum et in scriptis magistrorum invenies de eisdem. De opinione autem quorundam antiquorum vicz Platonis. Termegesti: et aliorum de differentia demonum et cacodemonum: et alijs pluribus vide Aug. de civi. dei lib. viij. ix. xvj. etc. Hoc ergo solum notabis: quod per demonem vel demonium pot intelligi peccatum vel peccator. Et primo dicamus quod per demonium pot intelligi peccator: quia scilicet demone instigante: demonia. i. peccata secum continens: demoniacus efficitur et malignus. Demon enim interpretatur sanguineus: meror: seu iniquitas sufficiens secundum Hiero. Sic dicam quod peccator est sanguineus quia maculatus infectione. Est meror: quia contristatur desperatione. Est iniquitas sufficiens: quia scilicet satis est iniquus ut esse debeat in damnatione. Talis ergo demon: demonium vel demoniacus: potest figurari in illo de quo dicitur. Mat. xij. Oblatus est ei demonium habens: cecus et mutus. Et si vis notare de tali demonio dic quod isti sunt demones: quia

B Invicem sunt ligati.
Lumine sunt privati.
Loquela sunt orbati.
Legibus sunt soluti.
Vestibus sunt exuti.
Fecibus sunt imbuti.
Omnibus sunt acuti. i. infesti.
Sensibus sunt astuti.

Sunt ergo demones vel demonia: quia glomerantur sociliter: unus enim iuvat alium contra bonos. unde esa. xxxiiij. Occurrent tibi demonia: onocentaurus et pilosus clamabunt unus ad alterum. Item excecantur cordialiter. Demon enim per obstinationem excecatus est: sic et peccator. Lumen enim oculi dextri perdidit: scilicet gratiam: lumen vero oculi sinistri habet lippum et obscurum scilicet fidem. Unde illud predictum. Math. xij. Oblatus est ei demonium habens. Item isti obmutescunt damnabiliter. Muti enim sunt a laude dei confessione et oratione. Unde Luce. xj. Erat iesus eijciens demonium et illud erat mutum. Item insolescunt mirabiliter. De demoniaco enim dicitur. Marci. v. quod omnia vincula dirumpebat in monumentis latebat: et per deserta currebat. Sic et mali ita sunt insolentes: quod omnia vincula mandatorum et statutorum dirumpunt in monumentis. i. in fetoribus carnalitatis incumbunt: et per deserta huius mundi vagabundi discurrunt. Item nudi sunt confusibiliter quia scilicet vestes virtutum et honeste conversationis abijciunt: et sic confusibiliter nudi fiunt. Unde de illo demoniaco legitur. Luc. viij. et. ix. Quod iam multis temporibus non induebatur vestimento nec in domo manebat. Item immundi sunt indicibiliter: quia scilicet aliqua sunt demonia que in immundicijs procurandis delectantur. Sic peccatores in carnalibus immundicijs occupantur. Unde de demonibus legionis dicitur. Math. viij. Quod petebant quod mitterent in porcos. Porci autem voluptates carnalitatis designant. De alio demoniaco dicitur. Luce. viij. Quod in monumentis et non in domo manebat. Monumentum enim ubi est cadaver et putredo: quod exterius pulcrum est: intus fetidum et quod a monendo dicitur monumentum: malam mulierem designat: que ad libidinem est admonitiva: corruptionis est contentiva: et exterioris pulcritudinis est ostensiva. Item astuti sunt incredibiliter: quia. s. more demonum magne sunt fallacie atque fraudis. Legi enim quod quidam clericus vultu turpissimus: volens habere ingressum ad papam qui erat tunc temporis: percussit ad ianuam fortissime et petenti ianitori quis esset. Respondit se esse demonem: qui omnino loqui pape volebat. ianitor visa facie eius turpi et terribili: statim cucurit ad papam asserens demonem esse ad ianuam qui omnino sibi loqui volebat. Papa autem commendans se deo: ipsum venire mandavit. Qui cum venisset: papa credens ipsum esse demonem propter deformitatem vultus: petijt ab eo utrum esset demon. Ita inquit sum: quia demon est spiritus scientificus: et ego sum similiter clericus. Iratus Ista inquit finxi ianitoribus tuis: ut ingressum haberem ad te. Per istam ergo astutiam ad papa habuit quod petebat. Ecce ergo quomodo nomen demonis astutie applicatur. Ideo de mala talium astutia pot intelligi illud. j. Thimo. iiij. Descendent quidam a fide: credentes spiritibus erroris et doctrine demoniorum. ¶ Item C cunctis nocent insatiabiliter. De demonibus enim legitur quod quos inhabitant: vexant mirabiliter et molestant Et ideo magnum erat gaudium: quando demon de obsesso corpore fugabatur. Sic mali semper suis nocent sociis et vicinis. Math. xv. Filia mea male a demonio vexatur. Quapropter nihil melius: nisi quod tales eijciantur et de societate et patria expellantur. Marci. xvj. In nomine meo demonia eijcient. Patet ergo quomodo per demonem seu demonium pot intelligi vir iniquus Sed si vis per demonem ad literam intelligitur dyabolus: quia sicut in scriptura repperio.

Fallaciter fraudes machinatur
Rapaciter bonis adversatur.
Tenaciter penis alligatur.

Iste dico fraudes machinatur fallaciter. Unde Apoca. xvj ca. dicitur. Ab ore pseudo prophete exierunt spiritus demoniorum facientes signa. Item bonis adversatur rapaciter. Unde in ps. A negocio perambulante in tenebris: ab incursu et demonio meridiano. Item penis alligatur tenaciter scilicet post iudicium. Unde Thob. viij dicitur. Tunc raphael angelus apprehendit demonium et religavit eum in desertum etc. Vide de dyabolo: de temptationibus: aut fraudibus: et nequicijs demonum: vide secundum tabulam in vocabulis infinitis.

A **Demonstrare.** Nota quod demonstratio est certa et immutabilis alicuius rei ostensio et manifestatio. Igitur dico quod cum tres sint anime potentie scilicet rationabilis: concupiscibilis et irascibilis. Hinc est quod quelibet naturaliter appetit suum obiectum sibi monstrari et ostendi. Et sic dico quod rationabilis vult sibi demonstrari vera concupiscibilis bona: irascibilis summa. Appetimus ergo nobis demonstrari fidei certitudinem: que est verissima Virtutum sanctitudinem que est optima. Glorie plenitudinem que est altissima. De veritate fidei dici potest illud. Hiere. xj Domine demonstrasti mihi et cognovi: quia sicut dicitur. Joh. v. Pater diligit filium et omnia demonstrat ei. De bonitate virtutum dici potest illud psal. Vias tuas domine demonstra mihi: et semitas tuas edoce me. De celsitudine vero glorie potest dici illud. Johan. v. Maiora demonstrabit ei. Et. j. Cor. xij. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Prima ergo demonstratio pertinet ad scientiam directivam

Secunda

Secunda pertinet ad gloriam perfectiuam. Tertia ptinet ad gloriam electiuam et beatificatiuam. Ista nō prosequor. Uide de ostendere.

A **Denarius.** Cum denarius sit illud cuʒ quo oīa appreciātur. ⁊ ad cuius preciū omnia cōmutantur: videtur proprie ꝙ denarius potest significare gloriam paradisi. que pro eo denarius dicitur. quia pro obseruantia decalogi tribuitur. et qꝛ isto mediante precio ad decimuʒ ordinem peruenitur. Denarius ergo est illa res cum qua fiunt solutiones et retributiones omnium que debentur. Sic ergo notabo ꝙ denarius eterne retributionis.

Ex debito redditur laborantibus.
Ex condigno traditur obsequentibus.
Ex gratia dabitur indigentibus.
Ex precepto restituitur presidentibus.

Ista sunt enim quatuor genera personaruʒ quibus denarij leguntur impensi vel pro eis expensi videlicet. Illi qui laborant bene operando: Unde Math. xx. dicitur ꝙ conuentio fuit facta cuʒ operarijs vinee ex denario diurno. ⁊ in sero acceperūt singuli singulos denarios quia videlicet illi qui in die presentis vite in vinea ecclesie bene operando laborant: in sero mortis denariū eterne retributionis reportant. ¶ Item illi qui presidont bene obsequendo atqꝫ regendo. Unde prelati figurantur in stabulario Luce. x. Cui pro cura sauciati samaritanus obtulit duos denarios quia scilicet prelatis pro obsequio quod in subditis impendunt dabitur duplex denarius. id est retributio glorie quantum ad animā et quantum ad corpus. ¶ Itē illi qui indigent pie suppli-
B cando. De pauperibus enim ⁊ famelicis dr. Mar. vj. Euntes emamus ducentorū denariorū panes: supple pro istis famelicis nutriendis. Ad denotandū ꝙ retributio eterna multis datur ex mera gratia saluatoris: dato ꝙ sint pauperes virtutibus ⁊ inanes nullo merito procedente: sicut etiā nunc damus denariuʒ pauperi supplicanti. ¶ Item illi qui imperant bene gubernando. Xps enim precepit denarium dari cesari Luc. xx. Ostendite mihi denariuʒ. Sequitur. Reddite que sunt cesaris cesari. Ad denotandum ꝙ etiam ipsi principes seculi si bene rexerint non erunt expertes huius denarij. Circa que omnia aduerte quod dr Apoc. vj. Bilibris tritici denario: et tres bilibres ordei denario vno. Bilibris enim sunt due libre. tres bilibres sunt sex libre. Igitur pro tribus bilibribus ordei datur denarius et pro vna bilibri tritici datur similiter denarius qꝛ scꝫ propter preciositatem grani tantum precium datur pro duabus libris tritici. sicut pro sex ordei. In quo notatur ꝙ denarius eterne retributionis: ⁊ datur pro tritico: ⁊ datur pro ordeo. i. datur pro magnis meritis ⁊ pro paruis datur perfectis hominibus qui sunt triticuʒ: ⁊ datur imperfectis qui sunt ordeum. Diuersimode tamen datur qꝛ scilicet tantū datur pro duabus libris tritici. sicut pro sex ordei. qꝛ scilicet tantā gloriā percipiet vnus perfectus. sicut sex simplices qui scilicet sine meritis ex sola gratia dei saluantur. Uide supra de. Decem et de decima.

Denegare. Uide infra negare.

A **Dentes.** Nota ꝙ dentes in corpore triplex habent officiū. per qđ triplex virtus in anima designatur. Dentes enim debent mordere. Dētes habent masticare. Dentes habēt claudere. Dentibus enim illos quibus nocere volumus laceramus. Dentibus cibos quos intus trahimus masticamus: Dentibus os et linguam claudimus et artamus. Et ideo per dentes potest intelligi virtus correctionis qua delinquentes puniuntur. Uirtus discretionis qua cibi. i. actus et opera masticantur examinantur et discutiūtur. Uirtus locutionis circūspecte qua noxie locutiones obserentur et claudantur. Tales dentes habere debent viri ecclesiastici: maxime prelati. Sicut enim dicit quidam phus dictus enigidius: filij aprorū cuʒ dentibus nascuntur: apros enim inquit dentatos nasci probatum est. Et quia procerto viri perfecti cū spiritalibus dentibus nasci debēt. hoc est ꝙ ab ipso natiuitatis sue tēpore in predictis virtutibus se tenentur exercitare. Canti. iiij. Dentes tui sicut greges tonsaruʒ ouium que ascenderunt de lauacro. Dentes inquit tue aspere correctionis. Dentes tue honeste locutionis. Dētes tue districte succisionis: dentes tue perfecte conconclusionis. Ibi dentes debent esse sicut greges qui ascendunt loti de lauacro. i. de puritatis et innocentie cōditionis statu qꝛ scꝫ semper debent esse mundi ⁊ loti Gen. xlix. Dentes eius lacte candidiores. Isti dentes debent in nobis perseuerare: sicut de Moyse dicitur Deu. xxxiiij. Quod vsqꝫ ad mortē non caligauerunt oculi eius. nec dentes ipsius moti sunt. In quibus verbis aduerte: ꝙ sicut dentes sunt ornamentū oris: sic predicte virtutes sunt ornamentum anime: et ideo possumus dicere qđ prelatus debet habere pro dentibus.

Discretionis subtilitatē. Oculi eius non caligauerūt.
Correctionis asperitatē. Dentes: qꝛ sunt duri ⁊ asperi. B
Durationis stabilitatē. Non sunt moti inquit.

Dentes enim sunt clari et albi: et cibos: vt dictum est: habent masticare: Sūt naturaliter acuti et duri. Sūt etiam vt communiter stabiles et firmi. Et ideo per claritatem notatur correctio per stabilitatem designatur in bono perseuerans duratio. Habeamus ergo dentes masticatiue discretionis Dentes castigatiue correctionis Dentes confirmatiue durationis. De dētibus discretionis videtur loqui Job. xix. Derelicta sunt labia circa dentes meos. Labia enim eloquentie debent semper esse circa dentes discretionis et sapientie. De dentibus correctionis dicitur Joel. j. Dētes eius vt leonis Unde de bestia quarta dicitur Danie. vij. Dentes habebat ferreos: deuorabat et comminuebat: et reliqua pedibus conculcabat ⁊c. ¶ Dentes enim correctionis prelati debent esse acuti et ferrei contra malos: vt ipsos suppeditent et conculcent. et edoment. pariter et castigent: Aduertamus tamen quod aliqua animalia sunt que dentibus suis ledunt tantummodo alias malas bestias. sicut sunt canes domestici. qui non habent mordere nisi lupos et latrones. ⁊c. Alia autem sunt que magis ledunt et mordent tam bonas bestias quam malas sicut sunt leones. et lupi. qui libentius mordent agnos hedos quam leopardos et apros. Sic vere in mundo isto sunt duo genera prelatorū. iudicum et correctorum scilicet quidam boni et domestici qui non mordent nec premunt nisi malos. Alij vero sunt crudeles et mali. qui plus mordent et puniunt bonos ꝙ malos: pauperes ꝙ diuites. innocentes ꝙ nocentes. De quibus dicitur deut. xxxij. Dentes bestiarum immittā in eos. cum furore trahentium super terram atqꝫ serpentiū. In quibus verbis ostenditur ꝙ malis dentibus vtuntur gulosi ⁊ voratores. Isti sunt dentes bestiarum rapaces circa exactores. isti sunt furor trahentium linguosi et detractores. Isti venenum serpentium. isti sunt tres ordines malorum dentium de quibus dicitur Daniel. vij. Quod bestia habebat tres ordines dentiū qui dicebant ei. Surge comede carnes plurimas: qꝛ vere ista tria vitia gula rapina et detractio: carnes dicuntur plurimas deuorare. qꝛ scilicet gula comedit carnes mortuas. Num. xj. Adhuc carnes in dentibus eoruʒ: Rapina deuorat carnes mysticas. s. diuitias aliorū Job. xxi. De dentibus illius auferebam predam: Detractio comedit carnes viuas Prouer. xxx. Gens que pro dentibus habet gladios. Et in psal. dicitur. Filij hominum dentes eorum arma et sagitte: et lingua eorum gladius acutus. Isti ergo sunt tres ordines dentium qui male sunt pungitiui mordaces et punitiui. Non sic habeat prelatus dentes sed iuste duret et aspere correctionis. ¶ Tertio habeat dentes cōstantis perfectionis ⁊ durationis: quod C ostenditur cuʒ dicitur. Qđ dentes eius non sunt moti Dentes enim debent esse stabiles atqꝫ firmi. Dentes

etiam inter cetera ossa minus sunt putribiles seu corruptibiles. sunt enim quasi perpetuo durabiles vt dicit Plinius. Sic vere spirituales dentes scilz predicte virtutes videlicet discretio contritio et vana locutio debent in nobis esse stabiles perseuerantes ⁊ immoti. Quādo enim dentes mouētur vel cadunt. signum est ꝙ homo est nimis iuuenis vel nimis senex. Istis enim duobus solet contingere casus dentium. Sic vere charissimi si dentes nostri spiritales sint mobiles et deficiunt: nec in vllo stabili perseuerantes: signū est ꝙ nos sumus senes per impotentiam: vel pueri per ignorantiam. non debēt ergo moueri dentes nostri. iob. xlj. In dētibus eius morabitur fortitudo Quāuis hodie multi possent dicere illud. Tren. iij. Confregit ad numerū dentes meos ⁊c. Nō est contra illos qui comedūt res acerbas. Quorum dentes fiunt ita stupidi ꝙ non possunt pungere vel mordere. Sic vere munera et fauores faciūt dentes correctiōis stupidos et imbecilles Amos iiij. Dedi vobis stuporem dētium ⁊ indigentiā panuz Non sic: sed habeamus dentes perseuerātis durationis Dentes exasperantis correctionis: Dentes considerātis discretionis. Et hec gratia breuitatis sufficiunt de dentibus: Ego autē dicā de dētibus in q̄tum signant dyaboli crudelitatem ⁊ tyrannorū iniquitatē infra in pluribus exemplis vide in tabula.

A **Denudare.** sumitur pro reuelare secretū Ecclesi. xix. Si est tibi delictum noli denudare. Item pro spoliare vestimentum seu etiam pro depauperare diuitiarum fundamentum esa. xxiij. Dissipauit dn̄s terram et denudauit eā Itē pro spoliare ⁊ publicare delictum Ezech. xxiij. Denudauit fornicationes suas. ⁊c. Uide infra de nuditate reuelare.

Denunciare. Uide supra vbi annunciare.

Denuo. Uide vbi iterum rursus ⁊ deinde.

Deorsum. Nota ꝙ istud aduerbium deorsuz signat inferiorem deiectionem et

B statum siue bono siue malo modo sumatur. Et sic possum dicere ꝙ in scriptura inuenitur.

Deorsum gratie interius latentis.
Deorsum fortune inferius iacentis.
Deorsum culpe terrena possidentis.
Deorsum pene inferna continentis.

Primū est deorsum quo humiles solent iacere. Scđm est deorsum quo pauperes solent egere. Tertiū est deorsum quo auari solent vigere. Quartū est deorsum quo damnati solent lugere. Dicam ergo ꝙ inuenitur vnū deorsum humilium ⁊ perfectorū: ⁊ istud nihil aliud est q̄ humilitas mentis ⁊ suiipsius deiectio et contēptꝰ. Iusti enim semper volunt esse deorsum et non sursum deiecti et non erecti. humiles et non superbi Luce. iiij. Si filius dei es mitte te deorsuz Deorsum enim in terre visceribus latent lapides preciosi. Sic vere in humilitatis profundo semper volunt latere et iacere homines virtuosi. Pone exemplum de mōstro marino nautilo quod ab aliis dicitur pōpilos quod hausta aqua amara. videns et timens tempestatez in maris profundum deorsum descendit ad ima: sicut supra posui titulo de aqua. Sic ne tempestas te obruat delictorū. aquā amarā. i. inferni amaritudinē per considerationem bibe: et deorsum per humilitatē descende. Exemplo christi de quo legitur. Johan. viij. ꝙ inclinans se deorsuz digito scribebat in terra. Et merito. quia procerto deorsum humilitatis concomitantur.

Feruor charitatis.	Deorsum dico inuenies ca
Ualor bonitatis.	ritatis feruorem. Deorsum
Decor honestatis.	enim in terre visceribus. Te
Splendor veritatis.	ste Sene. latet ignis qui in

ethne et aliis multis locis perpetua habet spiracula: sic caritas deorsum in corde humili sumine viget. Uñ Ezech j. dicitur Quod in illo mirabili filio hominis quem ipse describit a lumbis eius vsq̄ deorsum vidit quasi speciem ignis splendentis. Itē deorsuz inuenies virtutum seu bonitatis valorem. Arbor enim quanto deorsuz ampliꝰ radicat: tāto solet vberius fructificare Sic quanto maior inferior humilitas: tanto virtutum potior est vbertas. esaie. xxxvij. Mittet radices deorsuz et faciet fructum sursum. Unde etiam de illis qui sunt diuites virtutibus dicitur eccli. x. Uidi seruos in equis et diuites sedere deorsum. Item deorsum inuenies decorem honestatis. Nihil enim ita honeste incedit sicut humilitas. Nōne pars pauonis posterior pulcrior est. Ideo de tunica aaron que virtutem honestatis designat dicitur exo. xxviij. Quod deorsum ad pedes tunice superhumeralis erāt quasi mala punica: ex hyacintho: purpura. vermiculo et bysso retorta. expone si vis de quatuor virtutibꝰ cardinalibus sicut alibi: quomodo in tunica honestatis cum deorsuz humilitatis refulgent. Item deorsum inuenies splendorem veritatis. Aque enim magis fluunt deorsum q̄ sursum: scientie magis abundant in humilibus q̄ elatis. Unde de archa Noe per quam intelligitur sacra scriptura dicitur Gene. vj. Quod ostium positum fuit in latere deorsuz Deorsuz enim. i. in humilitate inuenit arce. i. scripture ostium et ingressus: q2 scz nullus ibi pfunde ingreditur: nisi qui ibidem humiliter immoratur. Unde de quodam sancto narratur ꝙ cum attentissime deuz aliq̄diu rogasset ꝙ sibi quendam scripture passum quez intelligere non poterat declararet nec exaudiretur. supplicans multis diebus: proposuit ire ad alium quendam sanctum vt peteret ab eodem. Dum ergo iret reuelatum est ei per angelum ꝙ plus meruerat humilitas ꝙ alterum requirendo conceperat: q̄ oratio quā tamdiu fecerat: Bene ergo dicit sapiēs. Quod vbi humilitas ꝙ ibi etiā sapientia. Unde ezech. viij. dicitur. Deorsum ignis et sursum quasi aspectus splendoris ⁊ visio electri. Istud est igitur deorsum humilium ⁊ perfectorum. ¶ Secundo dico. ꝙ est vnum deorsum flebiliuz C
et deiectorum seu pauperum ⁊ miserorū quos scz rota fortune deorsum deiecit ad tribulationis seu infortunij statum. Unde de pauperibus deorsuz in misero statu iacentibus potest dici illud iob. xviij. Deorsum radices eius siccentur et sursum atteratur messis eius. Aduerte tamen ꝙ tutius est in naui esse deorsum q̄ sursuz quia scz sursum fluctus et flatus hominem concutiūt Illi autem qui deorsuz in fundo nauis sunt a talibus tuti fiunt. Sic vere tutius est quo ad salutem anime ꝙ homo sit deorsum in statu subiectionis ⁊ paupertatis q̄ sursum in statu prosperitatis et dignitatis. Ibi eniz flatus elationum et fluctus tribulationum homines tribulant. hic autem quies et securitas mentem tranquillant. Ideo de tali deorsuz et de bonis sic occulto dei iudicio ad deorsum et ad statum depressum descendētibus dici potest illud Marci. xv. Uelū templi scissum est a summo vsq̄ deorsum. Patet ergo ꝙ est vnuz deorsum flebilium et miserorum. ¶ Tertio dico. ꝙ est vnū D
deorsum peccantium et auarorum: et istud est proprie status peccati. qui scilicet deorsum est et non sursuz. in ignominia et non in gloria. in vilitate non in dignitate. Iste est potissime status auarorum. qui scilicet sunt deorsum circa terrena: et obliuiscuntur illa que sursuz sunt scilicet celestia et eterna. Boni ergo possunt dicere peccatoribus et auaris illud Johānis. viij. Ego desursum sum: vos deorsum estis. Et merito quia scilicet sicut in vino et oleo meliora sursum sunt: deteriora vero deorsum. Sic in hominibus meliores petunt superiora et celestia mali vero et deteriores petunt illud qđ est deorsum scilicet mundana et terrestria Unde Prouer. xxv. Celum sursum: et terra deorsum. Istud est igitur deorsum peccantium et auarorum. ¶ Quarto di- E
co ꝙ est vnum deorsum lugentium et damnatorum. Quia scilicet isti sunt deorsum in infernali profundo carcere cōstituti. Unde de impijssima Iezabele dicitur iiij. Regum. ix. Quod iehu rex israel istam fecit precipitari deorsum de fenestra palatij: quam sic deorsum

proiectam

proiectam canes deuorauerunt.q2 scz rex israel de⁹ im pios de palatio mundane prosperitatis. deorsum in infernum facit proijci vbi constat eos a canibus.i.a demonibus deuorari:vnde etiam ad consideratione illi⁹ deorsum scz inferni nos inuitat scriptura.esa.lj.vbi dz sic. Leuate in celum oculos vestros:⁊ videte sub terra deorsum:quia celi sicut fumus liquescent ⁊ terra sicut vestimentum atteretur.⁊ habitatores eius interibunt eccls.iij.dubitãdo dicit sapiens. Quis nouit si spūs filiorum adam ascendet sursum ⁊ spūs iumentorū deorsum.q.d.Istud est rõnabile scz φ filij adam.i.boni sursum ascendãt ad paradisum.Iumenta vero idest mali deorsum corruant in infernū ita vt quilibet illorum dicere possit illud eccli.lj. Uita mea appropinquans erat in inferno deorsum.circundederunt me ⁊ nõ fuit qui adiuuaret.Patet igitur quomodo deorsum est locus damnatorū.auarorū:miserorū ⁊ perfectorū.diuersimode deorsum consideratũ. Uide infra de inferius. Et desuper et sursum.et de descendere in profundum: et alijs titulis similibus.

Deponere.

A Nota φ deponere idem est qδ deorsum ponere.Sumit autẽ deponere pro cõmittere sicut cuz dicitur.Depono pecuniã ad custodiendã.Item sumitur pro dimittere sicut cuz dicitur:Deponite vestimenta vestra.Item sumitur pro demittere idest pro deorsum mittere vel detrahere.sicut cum dicitur.Talis est depositus de alto loco.officio siue statu.quocunqz tamen modo sumatur litteraliter notabo φ taz in bono φ̃ in malo significato multiplex est depositio videlicet.

Depositio luctuosa.	Luctuose deponitur cor
Depositio virtuosa.	pus nostrū mortale.Uir
Depositio vitiosa.	tuose dimittit opus oẽ le
Depositio dolorosa.	tale. Uitiose relinquit oẽ

bonū vitale.Dolorose deijcit omne omen fetale.
Prima est depositio corporum.
Secunda est depositio scelerum.
Tertia est depositio virtutum seu operum.
Quarta est depositio dignitatum seu munerum.

B ¶ Luctuose enim deponitur natura.
Uirtuose deponitur culpa.
Uitiose deponitur gratia.
Dolorose deponitur fortuna.

Dicã ergo φ inuenitur quedã depositio luctuosa ⁊ ista est illa qua necesse habemus deponere ⁊ exuere corpus nostrū more serpẽtis.qui in stricto foramine deponit et deserit pellẽ suam veterẽ.Sic ⁊ nos in foramine dire mortis deponemus finaliter pellez carnis.Unde.ij. Petri.j.Certus sum q2 velox est depositio tabernaculi mei.Mors enim depositio dz.vel pro eo φ in morte corpus deponitur et dimittitur.vel pro eo φ terre per modum depositi cõmittitur:vt iterū in resurrectione vltima recuperetur.vnde Luce.xxiij. dicitur φ Joseph depositum corpus xpi inuoluit syndone.⁊ posuit illud in monumento.Ista est ergo depositio luctuosa.

C ¶ Secundo dico φ est depositio virtuosa.Et ista est procer to illa qua quis virtuose mouetur ad deponendū vitia et omnia impedientia et nociua.Quodã enim instinctu naturali animalia deponunt voluntarie illa que sibi videntur periculi causa esse sicut de elephante dicitur φ dentes deponit et rumpit.pro quibus se sentit prosequi a venatore.Et castor etiã testiculos.Alia etiã animalia sunt que renouãdo etatẽ antiqua munimẽta deponūt.sicut patet de aquila et accipitre que deponunt veteres pennas:De cancris tam fluuialibus φ̃ marinis qui deponunt veteres testas.De equis qui deponunt pristinos dentes.De ceruis qui deponunt cornua seu branchas.Sic vere dico φ nos debemus deponere et dimittere omnia vitiosa et periculosa.siue sint teste carnalis delectationis:siue dentes detractionis: siue plume leuitatis et inconstantis affectionis: siue cornua elationis siue coria siue teste exterioris male cõuersationis.vnde Eph.iiij.Deponite ſm pristinam cõuersationem veterem hominem qui corrumpitur ſm desideria erroris:et renouamini spiritu mentis vestre et induite nouum hominem qui ſm deum creatus est in iusticia et sanctitate:quia scilicet mala conuersatio et peccata debent deponi.figura.Deut.xxj. vbi dicit. Quod captiua mulier debebat deponere vestes in quibus capta fuerat:⁊ lauare corpus et vngues presciudere ad hoc φ de captiua fieri posset vxor:quia scz anima peccatrix nunφ̃ fit per gratiam vxor xpi nisi primo vngues malorū operū rescindat:immūdiciã malarū cogitationum abstergat ⁊ abluat:⁊ vestẽ male ꝯuersatiõis deponat.Et sic notare potes φ tu debes et teneris.
Deponere maliciam in corde latentem.
Deponere fallaciam in ore vigentem.
Deponere substantiã cupidos prementem.
Igitur deponamus maliciã que corda molestat Gal. iij.Deponite a vobis omnẽ iram:indignationem:maliciam.Itez deponamus fallaciam que os dehonestat Eph.iiij.Deponentes mendacium:loquimini veritatem.Item deponamus substantiam que grauamẽ prestat.Grauamen dico idest pondus auaricie et amoris terrenorum Heb.xij.Deponentes omne pondus ⁊ circunstans nos peccatuz.⁊c.Exemplo scilicet dauid qui armatus de armis saulis ponderosis deposuit ea:vt leuius contra goliam dimicaret:sicut dicitur.j.Regum xvij.Sic ⁊ tu arma mundi idest diuitias debes saltem mentaliter deponere:si vis contra dyabolū preualere Ista est igitur depositio virtuosa.

¶ Tertio dico φ est quedam depositio vitiosa:et ista est depositio virtutū et bonorū operū et meritorū:quã quidem mali faciūt qui scz virtutes deponunt et deserūt:vitia vero retinẽt et custodiunt.Figurati in illis qui beatū Stephanum occiderunt:qui vestimenta sua vt leuius malum fecerent ap pedes sauli deposuerunt:sicut dicitur Actuuz. vij.Uestes enim virtutum solent deponere.qui volunt se in malis actibus occupare.Unde de illa fornicatrice.Thamar dicitur Gen.xxxviij.Quod depositis vestibus viduitatis:assumpsit teristrum idest vestem meretriciam.⁊ mutato habitu sedit in biuio:vbi scz fornicata est cuz socero suo:quia scz male persone:vestes viduitatis.i.virtutem:gratiã et honestatẽ deponūt:habitū peccatorum assumunt:et sic cum dyabolo fornicãtur et conueniunt.Ista est igitur depositio vitiosa. D

¶ Quarto dico φ est quedam depositio dolorosa. Et ista est depositio fortune et tẽporalis dignitatis ⁊ glorie:siue capiatur actiue siue passiue.Actiue dico φ qsquis cogitur deponere ⁊ dimittere gloriam temporalẽ Passiue autem quando ipse deponitur a fortuna vel gloria tẽporali.Sicut enim lupus a venatore ⁊ canib⁹ instigatus necessario compellitur deponere et dimittere predam quam rapuerat.Sic homo in fine cõpulsus a canibus scilicet a morte:infirmitate et calamitatibus compellitur deponere ⁊ dimittere quicquid habet Hester.xiiij:Cum deposuisset vestes regias: fletibus et luctui apta indumenta suscepit.Sicut etiam videmus φ vela nauiū finito nauigio deponuntur.Sic mūdi diuites qui nunc sunt in pelago sursum erecti:et in altis dignitatibus constituti et vento vane laudis expositi finaliter per mortem deponentur nunc etiam in hoc mundo per infortunia aliquotiens deponuntur Nume.iiij. Deponent velum quod pendet ante fores Ponit enim Geruasius et narratur φ in castro de liurione dyocesis valentine in prouincia est altissima turris quedam que nullum custodem admittit quia scilz si quis ibi vigilat ad custos pernoctare voluerit.de mane sine lesione ad pedem turris se inueniet depositum et quis deposuerit non percipiet nec videbit.Talis turris proculdubio signat excellentes mundi status quia reuera mundi dignitates bene permittunt se possidere de die non de nocte idest in vita presenti non in morte quia reuera cum nox mortis aduenerit quilibz a turri et a statu mūdane magnificentie deponitur:ita φ inferius in pede turris id est in sepulcro vel in ferno seu E

purgatorio repperit ps. Depone eos protector noster domine: et comprehendantur in superbia sua. Ista potissime possunt dici de malis iudicibus et prelatis: quia scilicet tales a suis superioribus debent deponi: ⁊ alij substitui loco sui. vnde Luc. j. Deposuit potentes de sede et exaltauit humiles. Talibus enim accidit sicut nubi que primo est vapor tenuis et modicus de terra et aqua productus qui scilicet paulatim sursum erigitur: ita ꝙ finaliter nubes magna et humorosa efficitur. Finaliter tamen adueniente tempestate resoluitur: ⁊ tota sua substantia subito deficit et annihilatur: et a sua altitudine cadit et deponitur. Sic vere dicam de multis qui de infimo statu: terra scilicet et mari idest in infimo genere vel sufficientia valde parua paulatim et successiue sursum ad mundi dignitates: et officia se erigunt ita ꝙ aliquamdiu in aere presentis vite superius in dignitatibus alti sistunt fit tamen quandoque ꝙ sole iusticie christo ipsos percutiente: et statum et magnificentiam resoluente: isti subito cadunt: pereunt: ⁊ a statu quem laboriose acquisierant: tempestate tribulationum vrgente deponuntur et ruunt Dicit enim Sene. Quod paucis deponere felicitatem molliter licuit. Grauia enim et ponderosa magis impetuose ruunt ꝙ leuia: ⁊ magni homines alijs impetuosius deponentur ad yma sicut de illa ciuitate gloriosa hierusalem. dicitur Tren. j. Deposita est vehementer non habens consolatorem. Tales autem depositiones subite maxime apparent in illis quos fortuna subito prouehit. quia illos ipsos etiam subito deponitur Nume. ij. Quomodo erigetur ita et deponetur. Utile est enim ꝙ mali superiores inferius deponantur: ⁊ ꝙ a statu publico in quo male regunt ad priuatum officium reducantur. De scorpionibus enim legitur ꝙ cum mater plures peperit. ipsos tamen omnes deuorat et occidit. fit tamen quandoque ꝙ vltimus fratrum matris crudelitatem precauens: super clunes eius salit et eam occidit et interficit. ⁊ sic fratrum suorum mortem vindicat atque punit. Sic vere multi sunt mali prelati: iudices et tyranni qui more istius impie matris omnes filios suos idest omnes socios et subditos grauant: afficiunt et affligunt. fit tamen quandoque ꝙ ibi est aliquis vltimus idest aliquis subditus ceteris magis audax qui contra talem matrem se erigit ipsamque inuadit et accusat: et a statu suo ipsam deponi procurat: et sic fratrum iniurias vindicat. Unde de depositione talium dicitur illud Josue. viij. Regem hay suspendunt in patibulo: et tandem deposuerunt cadauer de cruce. Tales enim mali reges qui promouentur dicuntur suspendi propter elationem quam incurrunt: esse in patibulo et in cruce pro eo quia semper in labore et pena viuunt dicuntur finaliter esse cadauer: quia per luxuriam corrupti fiunt: et ideo deponi dicuntur quia isti in fine de statu suo deponuntur et cadunt. De foca siue boca. i. boue monstro marino legitur in libro de natura rerum ꝙ contra vxorem suam perpetuum gerit bellum. nec cessat contra eam atrociter pugnare: quousque eam occidat: et statim aliam superducit: et sic deinceps. fit tamen vt aiunt quandoque ab vxore interficitur: et sic mors aliarum precedentium vindicatur. Sic vere sunt multi qui contra vxorem propriam idest contra propriam dignitatem vel ecclesiam sibi commissam non cessant bellum gerere. et eam rapinis et exactionibus occidere idest destruere et depauperare et cum vnam consumpserint statim solent ad aliam anhelare et sic vsque ad finem de statu ad statum. de ecclesia ad ecclesiam continue se mutare et vbicunque fuerint male regere: et quamcunque sponsam duxerint opprimere ⁊ grauare. Quapropter necesse est ꝙ aliqua vxorum idest aliqua ecclesiarum per eum oppressarum tot exemplis et iniurijs stimulata contra eum insurgat: et eum vulneret et occidat idest a statu suo deijciat et deponat dicens illud Esai. xxij. Expellam te de statione tua et de ministerio tuo deponam te. Unde de illo rege malo. Nabuchodonosor dicitur Daniel. v. Quando eleuatum est cor eius et spiritus eius obfirmatus est ad superbiam. depositus est de solio regni sui et gloria eius ablata est ei: ⁊ a filijs hominum abiectus est. Patet ergo quomodo inuenitur depositio dolorosa. ¶ Deposi- D
tio vero alio modo sumpta in quantum scilicet signat rem in custodia traditam et commissam: potest dici quod est quedam depositio fructuosa. Et ista est depositio fidei vel gratie quas deus committit homini et apud eum deponit: vt inde fructum eterne glorie consequatur. Et ideo sicut fidelis homo multum debet cauere ne depositum in manibus eius perdatur. Sic ⁊ nos multum cauere debemus ne illa que sunt a deo apud nos custodienda deposita. scilicet fides anima gratia ⁊ virtutes tam naturales ꝙ morales perdantur vel contra voluntatem domini dispensentur. j. Thi. vj. O thimothee depositum custodi. Tale etiam depositum non debemus negare: immo ipsum habere a deo non a nobis debemus iugiter estimare et de custodiendo sedule cogitare. ij. Thimo. j. Bonum depositum custodi. Et bene dicit. Bonum. quia scilicet peccata que dyabolus apud nos deponit sicut furtum non sunt custodienda sed iudici idest sacerdoti per confessionem dicenda. Ista ergo de depositione sufficiant.

Deprecari. Deprecatio. Pre- A

ces. Cum deprecari sit actus humilitatis opus necessitatis: tributum maiestatis: videtur ꝙ ad preces deo et sanctis faciendas debet quilibet incitari. et ad hoc totis visceribus animari. Omnis enim natura in necessitatis articulo libenter querit remedium opportunum Cum igitur nos omnes hic in periculo constituti simus a quo nos eripi proprijs meritis non valemus vtile est ꝙ per orationem aliunde remedium impetremus et ꝙ preces coram deo humiliter effundamus. Juxta illud Thob. viij. Deprecemur dominum hodie et cras ⁊ secundum cras quia his tribus noctibus deo iungemur In quibus verbis satis possumus attendere quicquid ad deprecationem perfectam necesse est pertinere: quia scilicet ibi debet interesse.

Mentis subiectio deuote supplicans. Deprecemur.
Cordis affectio discrete applicans. Dominum.
Presens inuectio se prompte explicans. Hodie.
Continuatio sepius replicans. Cras ⁊ secundum cras.
Obtenebratio dolorem implicans. Noctibus.
Certa dimensio plurima predicans. Tribus.
Uera deuotio suprema vendicans Deo iungemur.

¶ Et sic dico ꝙ preces debent esse humiliter subiecte: deprecemur: Sagaciter porrecte: dominum Celeriter inuecte: hodie. Incessanter inuecte: cras et cras. Dolore confecte: noctibus. Copiose perfecte: tribus Amorose directe: iungemur.

Probat humilitatem orator optatiuus. Deprecemur inquit.
Probat sagacitatem dator prestatiuus. Dominum inquit.
Prudentia enim est orare illum qui potest iuuare.
Probat celeritatem actus non dilatiuus. Hodie inquit.
Probat continuitatem feruor frequentatiuus. Cras inquit et secundum cras.
Probat dolorositatem horror obscuratiuus. noctibus inquit
Probat pluralitatem numerus progressiuus. Tribus inquit.
Probat affectuositatem nodus coniunctiuus. deo iungemur.
Vnde breuiter loquendo preces nostre debent esse Humiles: Discrete Cite. Continue. Dolorose copiose ⁊ affectuose

¶ Dicam ergo primo ꝙ deprecatio nostra debet habere humilitatem subiectam. Deprecemur inquit. Plus enim placet et facilius exauditur oratio humilis ꝙ elata: quia sicut dicitur Judith. ix. Mansuetorum et humilium tibi semper placuit deprecatio. Deprecemur inquit: optatiue enim et humiliter loquitur sicut dauid dicens. iiij. Regum. iij. Deprecemur dominum. Et zach. viij. Deprecemur faciem domini Et in ps. Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine. Et. ij. Paral. vj. Audias preces quas fundit famulus tuus. ¶ Secundo dico ꝙ debet habere sagacitatem discretam

discretaȝ dominū inquit. Nullus enim discrete depre catur aliquid nisi illum qui iuuare potest. Cum auteȝ iste solus sit deus qui omnia potest prestare. oēs potest in omnib⁹ necessitatibus iuuare restat ꝙ iste solus di screte deprecetur. vnde de hester dicit, Hester. xiiij. Quō cum deposuisset vestes regias: fletibus et luctui apta indumenta suscepit pro vnguentis varijs cinere imple uit caput et humiliauit corpus suum ieiunijs: ⁊ depre cabatur dominū deū israel. Istud inuehe si vis cōtra illos qui deprecantur dyabolū nō dominū. ⁊ qui recur runt ad vetulas ⁊ sortilegas non ad deū neqȝ sanctos. Isti sunt enim sicut dicitur Esa. xlv. Qui leuant signū sculpture sue. et rogant deum non saluantem. vn̄ Esa. xlvj. Pulcre inuehit ꝓpheta cōtra fatuos idololatras qui idola fabricabant et portabant: et tandem erige bant ⁊ statuebant: ⁊ deprecantes humiliter adorabāt Unde Sap. xiij. Non erubescit inquit loqui cum illo qui sine anima est: et pro sanitate infirmū deprecatur: et pro vita mortuū rogat. Unde nō deprecemur talia sȝ dominū qui scȝ potest exaudire et iuuare. Hester. xiij. Mardocheus autem deprecatus est dominū memor omniū operū eius. Debet igitur habere sagacitatem

C discretam. Dominū inquit. ¶ Tertio habere debet ce leritatem completā. hodie inquit. Non enim debem⁹ protrahere orationē de die in diem: sed hodie idest sta tim: immo quasi quotidie deū rogare ps̄. Uenite ado remus et procidamus ante deum. Sequitur. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Istud est enim summū et supremū remediū in necessi tatibus scilicet cito et celeriter recurrere ad dominum deprecandū: sicut de filijs israel dicitur. Nume. xvj. et Nume. xvij. Quod cum ipsos vastaret incendiū: dixit moyses aaron sacerdoti. Tolle inquit thuribulum: et hausto igne de altari mitte incensum desuper: pergis cito ad populū vt roges pro eis. et sequitur. Et stans aaron inter mortuos et viuentes deprecatus est pro po pulo: ⁊ plaga cessauit. ¶ Quarto habeat oratio conti nuitatem porrectā qd̄ ostēditur cum dicit: Cras ⁊ se cundū cras: hoc est continue ⁊ incessanter: qr̄ scȝ dicit Jaco. v. Multū valet depcatio iusti assidua. Assidue autē et continue orare dicitur: qui cōtinue a malo ab stinet: vel qui continue bonū operatur vnde eccli. xxxv Qui conseruat legem multiplicat orationē. Salutare sacrificium attendere mandatis: ⁊ deprecatio pro pec catis recedere ab iniusticia: Grues enim quando ad terras habitationis volant: semper et continue quasi querulose clamitant: et quasi pro terra adipiscenda vo ces suas querulosas promulgant. Sic dico ꝙ nos qui ad terrā paradisi tendimus: et de mundo ad patrē cō tinue pertransimus ⁊ nouam habitationem pro futu ra hyeme mortis querimus et optamus vbi habitem⁹ debemus continue deprecando dominū querimoniā facere: ⁊ incessanter dominū exorare. Unde apl's. Sine intermissione orantes. Cras ergo et secundū cras. vn̄ Exo. viij. Constitue mihi tempus quādo deprecer pro te dominū. Respōdit ei: Cras. Habeat ergo oratio no stra continuitatem porrectam. ¶ Quinto habeat do

D lorositatem inuectam: noctibus. Deprecatio enim dȝ fieri cum lachrymis et contritione cordis: ⁊ dolore ⁊ ti more. Cor contritum enim ⁊ humiliatū deus non de spiciet. Noctibus inquit. Nox enim tenebrositatem ⁊ contritionem cordis designat. Melius enim audiun tur voces noctibus ꝙ̄ diebus: quia scilicet vox oratio nis melius exauditur quando quis de nocte. idest in compuncta ⁊ dolorosa mente dominū deprecatur. De Judith legitur: Judith. xij. Quod ipsa petijt vt daretur ei copia nocte ⁊ ante lucem egrediendi foras ad oratio nem et deprecandi dominū Sequitur. Et exibat nocti bus in valle bethulie et baptizabat se: et adorabat do minum. Habeat ergo dolorositatem inuectā. ¶ Sex to habeat oratio seu deprecatio multiplicitatem adie ctam. Non enim de vna re tantum deprecari debem⁹ sed de pluribus: cuȝ plura sint nobis necessaria quod ostenditur cum dicitur. Tribus. Tria enim sunt pro quibus principaliter deprecari debemus videlicet.

Pro preteritis vt dimittantur.
Pro presentibus vt dirigant.
Pro futuris vt disponātur.

Deprecemur ergo dominū pro malis preteritis dimit tendis: vnde Eccli. xxj. fili peccasti: ne adijcias iterum sed de pristinis deprecare vt tibi dimittantur. Item de precemur pro presentibus ordinandis quia scilicet do minum deprecari debemus.

Ut culpas auferat.
Ut vires inferat.
Ut gratiam afferat.
Ut penas differat.
Ut virtutes proferat.

Unde eccli. xxxvij. Depre care altissimum vt in ve ritate dirigat viam tuam Item deprecemur pro fu turis et sequentibus ad sa lutem nostram disponendis. Et sic procerto debemus deprecari.

Ut liberemur ab hoste.
Ut preseruemur a peste.
Ut collocemur cum rege.
Ut recreemur cum grege.

Unde ꝓ libera tione ab hoste dicebat dauid i ps̄. Exaudi deus orationem meā cuȝ deprecor a timore inimici eripe ani mam meā. De liberatione autē a pena infernali seu a peste: dicitur Eccli. j. Pro morte defluente de peccata sum. De glorificatione vero cū summo rege vel de adi piscenda felicitate et salute dici potest illud ps̄. Edifi cauit dominus syon: et videbitur in gloria sua. Respe xit in orationem humilium: ⁊ non spreuit precem eorū Et Job. viij. Si diluculo consurrexeris ad dominuȝ et omnipotentem fueris deprecatus statim euigilabit ad te: pacatum reddet habitaculum iusticie tue ⁊c. Ha beat ergo deprecatio nostra multiplicitatem adiectā. Tribus inquit Jone. ij. Tribus diebus et tribus nocti bus orauit ionas ad dominū. Tribus inquit diebus ⁊ noctibus scȝ preteritis tēporibus p̄sentib⁹ et futuris.

¶ Septimo habeat oratio caritatem seu vicinitatem E deuotaȝ. Deo inquit iungemur. Jungi enim deo cari tatem et familiaritatem ⁊ etiaȝ deuotionem designat que procerto in oratione valde sunt necessaria: quia re uera nihil valet oratio nisi familiaris fuerit et deuota Deut. vij. Uobis iunctus est dominus et elegit vos et aduerte ꝙ deuota deprecatio nos deo iungit et fami liariter connectit et etiam se exaudibilem reddit.

Quando confidit intime.
Quando prorumpūt lachryme
Quando allegat optime.
Quando nil agit pessime.

Quādo dico confidit intime. Spes enim ⁊ fiducia ob tinendi valde iuuant orantes. Ideo dicebat Judith. ix. Exaudi domine miseram deprecantem et de tua mise ricordia confidentem. Item quando prorumpunt la chryme. Unde Thobie. iij. Anna cum lachrymis depre cabatur dominū et. j. Regū. j. De anna alia flente et ci bum non capiente dicitur: ꝙ ipa cum lachrymis mul tiplicauit preces coram domino. Et Daniel. ix. dicitur Quod ipse cepit rogare et deprecari in sacco: ⁊ ieiunijs et cinere. Item cuȝ allegat optime. Allegare enim debȝ ille qui dominū deprecatur ipsius dei potestatē: cari tatem et pietatem: suipsius paupertatem: debilitatē et indignitatem negocij vero pro quo agit necessitateȝ vtilitatem et difficultatem. Sic enim mouetur deus ad exaudiendum. Sic eleuatur animus ad sperandūȝ et confidendum. Sic disponitur homo ad impetran dum et obtinendum. Unde de talibus allegationibus potest intelligi illud Sap. xviij. Properans homo sine querela deprecari pro populis proferens seruitutis sue scutum orationem: et per incensum deprecationem al legans: restitit ire et finem imposuit necessitati. Item quando nil agit pessime. quando scilicet deprecans est mundus ⁊ sanctus. vnde iob. xvj. facies mea intumuit a fletu et palpebre mee caligauerunt: hec passus sum absqȝ iniquitate manus mee: cum haberem mundas ad deum preces. Ecce ergo quomodo deprecatio debet

esse. Deuota Multiplicata Dolorosa Continua Cita Discreta et Subiecta &c. Uide infra de oratione et de exaudire. Et in aliis titulis infinitis sicut est. Os. loqui. Uox et similibus.

Deprehendere. Uide de comprehēdere et apprehendere.

Deprimere. Depressio. Nota qḋ deprimere idem est ꝙ deorsuz premere: vel aliquid inferius aggrauare. Fit ergo depressio quando adhibetur alicui⁹ pōderis impositio: et sic nota ꝙ.

Deprimit moralitas viuos fluxuosos.
Deprimit humilitas viros virtuosos.
Deprimit iniquitas viros vitiosos.
Deprimit aduersitas pauperes fluctuosos.
Deprimit calamitas damnatos luctuosos.

Est igitur quedam depressio quam facit pond⁹ mortalitatis: de qua dicitur. Sap. ix. Deprimit inhabitatio terrena sensum multa cogitantē. Item est depressio quam facit pondus humilitatis: de qua Eccli. ii. Deprime cor tuum et sustine. item est depressio quam facit pondus iniquitatis Ione. i. Surge inuoca deum tuum. quid tu sopore deprimeris? Item est depressio quam facit pondus aduersitatis. Nee. v. Ministri depresserunt populum. Et ideo precipitur Esa. lviii. Solue fasciculos deprimentes: Item est depressio quaz facit pondus eterne calamitatis Esa. v. Oculi sublimiū deprimentur. Uide de Pondus. Onus. Aggrauare et similibus.

A **Derelinquere.** Nota ꝙ derelinquere linquere relinquere et dimittere: et respuere cum aliis similib⁹ in bono signāt et in malo. Dicam ergo ꝙ est derelinquere multiplex scilz.

Derelinquere dei qḋ est formidandum.
Derelinquere iusti qḋ est cōmendandum.
Derelinquere mundi quod est attendendum.
Derelinquere dyaboli qḋ est preuidendū.
Derelinquere impii qḋ est abhorrendum.

Est dico vnū derelinquere formidandū quod fecit de⁹ Deus enim est sicut paterfamilias: qui quandoqȝ data portione bonorū suorū filiis derelinquit eos et dimittit vti pro libito bonis ipsis: et hoc vt prudētiā eorū experiatur. vt ipsi ad cogitandū de seipsis diligentius inducantur Prouerbiū enim gallicū est. Metēt hetif par soy il pēsera de soy. hoc ē dictū. Derelinqt̄is fatuū stare p se ipe cogitabit de se. Sic pculdubio facit de⁹: quia quandoqȝ derelinquit homines in manu ppͥe libertatis: et eos ad multa exponit: vt det causam experiendi virtutem: et ideo de sua dissimulatione dici potest illud Ezech. viii. Derelinquit dominus terram et dominus non videt. q. d. dominus in multis se habet per modum derelinquentis: et per modum etiā nō videntis. Sic ergo notabo ꝙ deus.

Derelinquit iustos vt mala subeant.
Derelinquit malos vt culpas habeant.
Derelinquit impios vt bonis gaudeant.
Derelinquit iniquos vt penis lugeant.

B ¶ Dicaz ergo ꝙ deus derelinquit iustos sub graui pōdere tribulationū et sic etiam videtur dereliquisse proprium filium in passione cum dicebat illud euangelicum Hely. hely. lamazabathani: hoc est deus meus deus meus quare me dereliquisti? Mat. xxvii. et in ps. Constat enim ꝙ deus quandoqȝ permittit tribulari et tentari bonos: ita ꝙ quasi videtur eos derelinquere et quasi de eis non curare quod vtiqȝ ex certo consilio secrete prouidentie sue facit: vt. s. sibi dimissi compellantur experiri propriā fragilitatem: et recurrere ad diuini auxilii pietatem. Exemplo petri qui in tentatiōe fuit ad tempus derelictus: inde tamen post tempus melior effectus. Unde. ii. Paralip. xxxii. Dereliquit eum dominus vt tentaretur. Nutrix enim volens paruulum docere ad ambulandū: ipsum q̄nqȝ dereliquit sibi ipsi quē videns propinquū casui: statim ipsi manū porrigit et eum manu tenet ne corruat: si vero iam ceciderat ipsum leuat. Sic vere dico de deo: ad tempus enim q̄nqȝ derelinquit hominem in tribulatione vel tentatione: et subtrahit auxilium suum sibi. vult eniz ꝙ faciat quod in se est. Sed reuera finaliter ipsum respicit manum ad interesse sibi porrigit: ipsum saluat: erigit et custodit et sic fit ꝙ qui eum dereliquisse videbatur: ampliorē de deo curam gerit. Unde ipse loquēs ciuitati hierusalem dicit. Esaie. liiii. Ad punctum et in modico dereliqui te: et in miserationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abscōdi faciez meam parumper a te: et in misericordia sempiterna misertus sum tui. Et breuiter istud est verū ꝙ deus sanctos suos solet ad tempus in tribulationibus et tentationibus relinquere vt eos possit diutius adiuuare sicut patet de pauperibus et egenis qui videntur a deo derelicti qui tamen finaliter ab eo non sunt obliti. vn̄ Esaie. lx. Pro eo quia fuisti derelicta et odio habita. ponam te in superbiam seculorū: gaudiū in generatione et generationem: Sicut enim dicit in ps. Tibi enim derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor Licet em̄ deus sanctos ī presenti dereliquisse videatur: ipsos tamen finaliter nunq̄ derelinquit vnde in ps. Quoniaz non derelinquet dominus sanctos suos et in eternum conseruabuntur. Iunior enim fui etenim senui: et non vidi iustum derelictuz sicut dicitur in ps. Uult tamen dominus ꝙ homo quod in se est faciat viriliter resistēdo: et ꝙ etiam ad eum recurrat eius auxiliū requirendo dicens illud ps. Ne proiicias me in tēpore senectutis: cum defecerit virtus mea non derelinquas me. Et tunc procerto statim dominus respondebit illud Iosue. i. Sicut fui cum Moyse ero tecum: non dimittaz te neqȝ derelinquam: confortare et esto robustus. Unde aduerte ꝙ ipse non derelinquit.

Pauperes et indigentes.
Captiuos et seruientes.
Fideles in se credentes.
Deuotos in se sperantes.
Oppressos ad se clamantes.
Mortuos subtus latentes.

Non derelinquūtur ergo a deo pauperes lȝ indigeant ii. Corin. iiii. Aperiamur sed non destituimur. persecutionem patimur sed non derelinquimur. Itē non derelinquuntur captiui licet subiaceant. vnde de sapiētia increata dicitur Sap. x. Quod venditū iustū non dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eū: descēditqȝ cum illo in foueam: et in vinculis non dereliquit euz. Item non derelinquūtur fideles dum fidez teneant. Et ideo fidem allegando dicebat hieremias. Hier. xiiii. Tu autem in nobis es domine: et nomen sanctum tuū inuocatum est super nos: ne derelinquas nos deus noster Item non derelinquūtur sperantes: licet nil videant: supple quod eos in presenti adiuuet. vnde Iudith. vi. Non derelinquas presumentes de te: et de sua virtute gloriantes humilias. Item non derelinquūtur oppressi licet sustineant. vnde Nee. ix. Tradidisti eos in manibus populorū exterorū. Sequitur. Nō fecisti eos in consummationē: nec dereliquisti eos. Itez non derelinquūtur mortui licet nunc doleant. s. in purgatorio ps. Nō derelinquas animā meā in inferno. nec dabis sanctum tuū videre corruptionem. Tales ergo non derelinquuntur licet derelinqui a deo videantur. Unde breuiter cuilibet talium potest dici illud. Deutero. xxxi. Dominus deus israel ipse est ductor tuus: non dimittet te. neqȝ derelinquet. Patet igitur ꝙ deus derelinquit iustos sub graui pondere. ¶ Secundo dico ꝙ de⁹ derelinquit malos sub grandi scelere Constat enim ꝙ deus quandoqȝ videns hominē in vitiis obstinatū: derelinquit eum proprie volūtati sicut medicus qui desperans de egroto ipsum derelinquit: et quicquid appetit ei concedit vnde Nee. ix. Dereliquisti eos in manibus inimicorū suorū et possidebūt eos Cōstat em̄ ꝙ isti deū et mandata ipsius derelinquunt: ideo ab ipso in C

peccatis

peccatis et tribulationibꝰ derelinquūtur nec per ipm iuuātur aut ꝯsolātur. vn̄.ij.paral.xxiiij. Dereliquistis dn̄m vt ipse derelinqueret vos. Deus em̄ nunꝙ̄ derelinquit aliquē nisi prius derelinquat ab ipo sed sicut fidelis dn̄s qn̄qꝫ infidelē vasallū qui.s.eū qn̄qꝫ dereliquerat et eius hostibus adheserat derelinquit ⁊ eū ab hostibus diripiendū exponit: ⁊ sibi non subuenit aut succurrit. Sic deus se deserētes deserit. et se dimittētes dimittit.iiij. Reg.xxij. Quia dereliquerūt me ⁊ seruierūt dijs alienis: irritātes me in cunctis operibus manuū suarū succendētur indignatio mea in loco hoc.ij. Paral.xij. Uos reliquistis me ⁊ ego reliqui vos in manu sesach. Deus igitur derelinquit malos in suo scelere. ❡ Tertio dico ꝙ deꝰ derelinq̇t ipsos letari munere. s. tēporali. quia.s. deꝰ dimittit malos gaudere presentibꝰ bonis videns ꝙ ipsi carebunt futuris. Et de hoc pōt exponi illud Esa vj. Terra derelinquet deserta: ⁊ multiplicabitur que derelicta fuerat. Terra inquit.i. persona a deo deserta et derelicta. multiplicabit scilꝫ in bonis tēporalibus aliorū Esaie.xlix. dixit syon. Dereliq̇t me dn̄s sequitur. Uiuo ego: quia his oibus velut ornamento vestieris ⁊c. Et breuiter loquendo istud experiētia dicitur: ꝙ illi qui a deo derelinquuntur: ampliori prosperitate fruuntur. Derelinquit ergo deus impios letari munere. ❡ Quarto dico ꝙ ipse derelinquit iniquos in inferni carcere: Anima enim damnata a deo est penitus derelicta: ⁊ carceri perpetuo mācipata tormentisqꝫ et verberibus subiugata ezech.xvj. Denudabunt te vestimentis tuis: auferētur vasa decoris tui. ⁊ relinquent te nudam et plenam ignominia. Sic ergo patet quomodo est vnū derelinquere formidandū qḋ

D facit deus et hoc est primū principale. ❡ Secūdo principaliter dico ꝙ est vnum derelinquere cōmendandū quod facit iustus: et istud est quando iustus derelinquit et deserit illa que sue sunt contraria saluti. Ubi etiam notabo ꝙ derelinquende sunt.

Nequicie que mentem corrumpunt.
Diuitie que corda disrumpunt.
Amicicie que mores corrumpunt.

Igitur derelinque cordis nequicias Esai.lv. Derelinquat impius viam suam: ⁊ vir iniquus cogitationes suas ⁊c. Item derelinque mundi diuitias.iiij. Reg.vij. Dereliquerunt tentoria sua. fugerūtqꝫ animas saluare cupientes. Et de derelictione mundi potest dici illḋ j. Paral.x. Uiri israel qui habitabāt in cāpestribus fugerunt et dereliquerunt vrbes suas. Item derelinque malorum amicicias Numeri.xxxij. Jumenta derelinquimus in vrbibus. Hoc est igitur secūdum principale. scilicet vnum derelinquere commendandum quod facit iustus. ❡ Tertio principaliter dico ꝙ est vnuꝫ derelinquere attendendū quod facit mundus. Et istud nihil aliud est ꝙ̄ illa derelictio quā facit mundus et etiam mundi fortuna in morte quia.s. longam perseuerantiam videbatur promittere: ⁊ tamē cito solet hominem derelinquere: et sicut latro omnia secum retinere Job.xix. Derelicta sunt tantūmodo labia circa dētes meos: scilicꝫ consumptis carnibus in sepulcro: ⁊ istud fit quotidie. quia si fortuna derelinquit hominē: statiꝫ mundani homines derelinquunt eum. Figura de babylone: que quando capta est a cyro. dixerunt auxiliatores sui illud. Hiere.lj. Derelinquamus eam: ⁊ eamꝰ vnusquisqꝫ in terram suam: Unde etiam ipse helyas a iezabele persecutus. dicebat.iij. Regū.xix. Prophetas tuos occiderunt: et derelictus sum ego solus et querūt animam meaꝫ. Pauperes enim proprie derelicti dicūtur quia scilicet a mundo: a diuitibus: ⁊ falsis amicis contemnūtur et derelinquūtur. ps. Pater meus ⁊ mater mea dereliquerunt me dominus autem assumpsit me. Et bene dicit dominus autē assumpsit me q: pro certo dominus illos plus diligit et ad partem suaꝫ assumit quos mundus deserit et derelinquit. Aliqua em̄ sunt animalia que libenter fouent et nutriunt pullos ab alijs derelictos sicut de asina dicitur ⁊ de equa. Sic deus illos qui nunc a mundo prorsus derelicti videntur finaliter in celo recolliget et benigniter recipiet et reponet dicens anime seu persone taliter derelicte. Nō vocaberis vltra derelicta. et terra tua non vocabitur amplius desolata: sed vocaberis voluntas mea in ea: ⁊ terra tua inhabitabitur. Istud est igitur vnum derelinquere attendendū quod facit mundus. ❡ Quarto E

dico ꝙ est vnum derelinquere preuidendum qḋ facit dyabolus et istud est quando diabolus qui suis nunc videtur fauere: multaqꝫ suggerendo ꝓmittere in necessitate solet tamen eos derelinquere et vacuatos virtutibus ad infernalem carcerem destinare. Unde de anima peccatrice potest dici illud Esaie.j. Et derelinquetur filia syon sicut vmbraculum in vinea: ⁊ sicut tugurium in cucumerario. Fructibus enim recollectis: custos vinee derelinquit suum vmbraculū. Sicut et virtutibus vindemiatis: diabolus derelinquit anime domicilium dyabolus enim est malus pastor qui ouem solet in manibus luporum dimittere: quia scilicet animas solet inferni tormentis exponere et derelinquere. Istud est igitur vnum derelinquere attendendū quod facit dyabolꝰ. ❡ Quinto dico ꝙ est vnū derelinquere contemnenduꝫ seu abhorrendū quod facit impius vel iniustus. Et istud est illud quo vtilia derelinquit ⁊ spernit. noxia vero retinet et assumit. Malus ergo

Derelinquit deum dum studet peccare.
Derelinquit proximum dum negat iuuare.
Derelinquit seipsum dum amat errare.
Derelinquit suum dum nequit portare.

❡ Dico ergo ꝙ malus deum sepius peccando derelinquit. Peccator enim eo ꝙ dyabolo consentit. et bona mundi contra dei voluntatem diligit: ⁊ ipsius dei mādata spernit et negligit: dominū merito derelinquit de quo reprehendunt in scriptura. Josue.xxij. Cur dereliq̇stis dn̄m deū israel.q.d. male pro vobis: ⁊ merito quia procerto homo relinquendo deū derelinquit.

Fontem viuū quo potest potari.
Legem sanctā qua potest saluari.
Patrē verū quo potest amari.
Plastē magnū quo pōt creari.
Ipse eīm est fons et satiator.
Lex et reformator.
Pater et amator.
Plastes et creator.

Dico ergo ꝙ isti dereliquūt deū qui ē fons et satiator Hieremie.ij. Me dereliquerūt. fontem aque viue: ⁊ foderūt sibi cisternas dissipatas. F Item derelinquunt deuꝫ qui est lex et reformator. Eccli.xlj. Ue vobis viri impij qui dereliquistis legem domini. Item dereliquunt deum qui est pater et generator Deutero.xxxij. Deum qui te genuit dereliquisti. Item dereliquunt deū qui est plastes atqꝫ creator. Ibidem. Dereliquit deum factorem suū ⁊ recessit a deo salutari suo. De peccatoribus ergo ipsum derelinquentibus conqueritur dominꝰ Baruc.iij. dicēs Quid est inquit o israel ꝙ in terra inimicorū es: inueterasti in terra aliena. coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum his qui in inferno sunt: dereliquisti fontem sapientie. Expone si vis. Patet ergo ꝙ malus derelinquit deum sepius peccando. ❡ Secundo dico ꝙ malus derelinquit proximum ipsum non iuuando G

Tria enim sunt genera malorum hominum qui derelinquunt proximos videlicet.

Mali diuites qui derelinquūt egenos.
Falsi amici qui dereliquunt socios.
Mali prelati qui derelinquunt subditos.

❡ De malis diuitibus egenos derelinquentibus dicitur. Eccesia.xiij. Diues iniuste egit et fremebit. Pauper autem lesus tacebit: si largitus fueris conuiuet tecū si nihil habueris derelinquet te. De falsis vero amicis proximis et vicinis non succurrentibus: dicit Job.xix. Dereliquerunt me proximi mei. et qui nouerunt me obliti sunt mei. De malis vero prelatis subditos male regentibus dicitur zach.xj. Suscitabo pastorem in terra qui derelicta non visitabit: dispersa nō queret et contritum non sanabit et quod stat nō enutriet: car

nes pinguium comedet ⁊ vngulas eorū dissoluet. O pastor et idolum derelinquens gregem. Malus ergo derelinquit proximū ipsum non iuuando ¶ Tertio dico ꝙ malus derelinquit seipsuz: se nō emēdando. Multi enim sunt qui alios volūt cognoscere ⁊ corrigere: non se ipsos vnde in ps. Cor meū conturbatū est in me: dereliquit me virtus mea: ⁊ lumē oculorū meorū: et ipsum non est mecum. ¶ Quarto dico ꝙ malus derelinquit sua ferre non valendo. s. diuitias et bona terrena. Ista enim post se derelinquunt: q2 secuz portare nō possunt Et ideo peccatoribus morientibus loquitur scriptura Esaie. x. dicens sic. Ad cuius confugietis auxiliū: ⁊ cui dereliquistis gloriam vestram? Sic ergo patet quomō aliqua derelinquunt. Malus. Dyabolus. Mundus. Iustus. Deus. De derelinquere vero inquantū signat reliquias nostras. scilicet bona vel mala exempla. vel dicta. filios et discipulos que post nos derelinquimus nihil ad presens ⁊c. Uide de relinquere: dimittere: sinere. deserere et similibus.

A Derisio. Deridere.

Nota ꝙ Derisio. Illusio. Subsannatio: pro eodē videtur supponere. Differūt em̄ solum in signis exterioribus non in rebus. Signat autē derisio idem quod vituperatio vel contemptus. Sic igitur breuiter dico ꝙ inuenitur in scriptura.

Derisio bona vituperans.
Derisio malis improperās.
Derisio malos exasperans.

Deridet iustꝰ a malis iugiter. Job. xij. Deridētur iusti simplicitas. lampas contempta apud cogitatiōes diuitū parata ad tēpus statutū. deridebit deꝰ peruersos acriter: quod scz fiet potissime in iudicio quādo verificabit illud ps. Et tu domine deridebis eos: ⁊ ad nihilū deduces omnes gentes: et illud. dominus deridebit eum quoniaz prospicit ꝙ veniat dies eius. deridebit dyabolus damnatos turpiter: ita ꝙ ipsi poterunt dicere illō ps. facti sumus in subsannationem ⁊ derisuz his qui in circuitu nostro sunt. His ergo premissis de derisione quam faciunt mali aliquid diutius protrahamus

B Dico ergo ꝙ mali et fatui libenter vituperant et derident quicquid suis moribus est obuersum: et omne illud vituperabile iudicant quod suis cōditionibus videtur contrariū. Tales enim valde sunt garruli ⁊ ideo a detractionibus et derisionibus: ⁊ verbosis et quasi lusoribus insultationibus: abstinere non possunt similes illi aui que dicitur gracculus seu garrulus: que sicut dicitur in libro de natura rerum solet quicquid audit deridendo repetere: verba hominū ⁊ aliorū animalium addiscere: et ea cum derisione replicare. Hoc enim facit vt dicit ille liber non ad sui delectationem sed potius ad aliorū derisionē. Et ideo a garriēdo seu a garrulando garrulus dicitur: q2 scz de omnibꝰ deridet: garrulat et iocatur. Sic vere sunt qui scz de oībus volunt facere iocos suos: ⁊ suos insultus pestiferos et derisus ps. Uidentes me deriserunt me: locuti sunt labijs ⁊ mouerunt caput student enim aliorum dicta ⁊ facta discere: vt ea possint repetere et replicare et ad cōfusionem ⁊ opprobrium aliorum deridendo coram alijs propalare sicut de Thobia dicitur. Thobie. ij. ꝙ sicut beato Job insultabant reges: ita parentes et cognati eius irridebant vitam eius. Uidetur autē ꝙ derisores possint comparari peroptime vni turri que erat antiquitus in cizico alias azoto ciuitate: vbi si quis vocem emitteret: statim septies replicabatur sonus ⁊ resonantia verbi sui. sicut dicit Plini. Erant enim ibi loca concaua tali artificio ordinata: ꝙ vox que in vno recipiebatur statim ad alium mittebatur ⁊ sic sonus multoꝶ duplicabatur. Sic vere sunt derisores quibus dicta vel facta aliorū non sufficit semel repetere immo quicq̄d audiunt solent multotiens replicare ⁊ vnus alteri dicere: et alter post alterum derisorie recitare Ecclesiast. xx. Quotiens et quanti irridebunt illuz. Sequitur. Lapsus false lingue quasi in pauimento cadens. De talibus ergo dici potest quod isti

Bonis inimicantur.
A bonis detestantur.
Ad penā reseruantur

Bonis dico inimicanꝫ q2 procerto isti solent bona oīa deridere: et sibi in malis ⁊ inanibus complacere. Unde nota ꝙ isti derident C

Antiquos viros et eorum sapientiam.
Predicatores et eorum eloquentiam.
Contribulatos et eorum patientiam.
Bene agentes et eorum efficaciam.
Proprios notos et eorum amiciciam.
Bonos prelatos et eorum excellentiam.
Sanctam ecclesiam et ipsius reuerentiam.
Omnem disciplinam et penitentiam.
Inferni tormentum et pestilentiam.
Uitamq3 futuram et celestem abundantiam.

Dico ergo ꝙ isti derident sapientiam antiquorū. vnde Job de seipso dicebat illud Job. xxx. Nūc autē deridēt me iuniores quorū nō dignabar patres ponere cū canibus gregis mei. Isti etiam derident eloquentiā predicatorum videlicet verbum dei. vnde Hiere. xx. factꝰ est sermo domini in opprobrium et derisum tota die. Itē ipsi derident patientiā miserorū. Unde ipe hieremias qui tunc erat in tribulatione et patientia dicit de seipso ibidem: factus sum in derisum tota die omnes subsannant me. Et illud ps. predictum Omnes videntes me deriserunt me. Item isti derident efficaciam. idest bona opera sanctorū atq3 iustoꝶ. Unde de christo legitur Luce. viij: ꝙ quando ipse resuscitabat filiaz Jayri: turbe que aderant deridebant eum. Item ipsi deridēt amiciciam sociorum et suorum notorum. Hieremi. ix. Omnis amicus fraudulenter incedet vir fratrem suū deridebit: et veritatem non loquetur. Item derident excellentiam prelatorum. Job. xxxix. In altum alas erigit deridet equū ⁊ ascensorem: loquitur de destructione. i. de pigro subdito. Item deridet ecclesiam et reuerentiā solenniorum ⁊ sacramentorū. vnde Treno. j. Uiderunt eum hostes: et deriserunt sabbata eius Item derident penitentiam et disciplinam. Prouerbi. ix. Qui arguit derisorem: ipse sibi iniuriaz facit. scilicet derisor Et ibidem Noli arguere derisorem ne odiat te. Itez derident penam inferni et pestillentiam tormentorum. Job. xlj. Quasi stipulam estimabit malleū: et deridebit vibrātem hastam. Item derident futurā gloriā: ⁊ abundantiam premiorum. Actuū. xvij. Cum autē audissent resurrectionem mortuorū deridebant: Et vt breuiter concludam mali derident et contemnunt quicquid sue necessarium est saluti. Patet igitur quomodo derisores omnibus bonis aduersantur et inimicātur. ¶ Scdo dico ꝙ derisores a bonis odiuntur et vituperantur. D Prouer. xxij. Ejice derisorem: et exibit cum eo iurgiuz. cessabuntq3 rixe et contumelie. ¶ Tertio vero dico ꝙ isti puniuntur atq3 verberātur. prouerbi. xix. Parata sunt derisoribus iudicia: et mallei percutientes stultorum corporibus. Unde etiam in persona eoruz qui gloriam sanctorum quos nunc derident qua illos in iudicio futuro frui attendent dicitur Sap. v. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum ⁊ in similitudinem improperij: ecce quomodo computati sunt inter filios dei. Patet ergo ꝙ derisores A deo puniunꝫ A cunctis odiuntur. Bonis oībus opponunꝫ ⁊c. Uide de Contēnere Despicere Subsannare. Illudere ⁊ similibus.

Descēdere. Descensus.

A Nota qō descendere multipliciter accipitur in scriptura. Est enim descensus humanus: diuinus et dyabolicus. Et primo quidē dico quod est descensus humanus. Et iste procerto triplex est. videlicet.

Descensus virtuosus.
Descensus vitiosus.
Descensus dolorosus.

Primus ē quo descendiꝫ a superbie pompositate: de quo dicitur in ps. Ascendunt montes et descēdunt campi. ⁊c. Secundus est quo descenditur a virtutum sublimitate Et iste est descensus ad amorem temporalium vt ad laborē mundi negociorū Uñ Luc. x. c.

Homo

homo quidam descendebat a hierusalez in Hiericho
et incidit in latrones. Tertius est quo descenditur a sta
tu mūdane prosperitatis. Et iste est descensus in infir
mitatem aduersitatem: vel mortem vel penam eternā
Job. xvij. In profundissimum infernum descēdēt omīa
mea et Numeri. xvj. Descēdent in infernum viuentes
Dicimus ergo ꝙ est descensus humilitatis. Est descē
sus iniquitatis. Est descensus penalitatis. Primus est
habēdus. Secundus est cauendus. Tertius est horrē
dus Ergo descendamus per humilitatem. Sicut enī
aqua deorsuz naturaliter tendit et descendit: sicut em̄
radix arboris quanto descendit profundius tanto fru
ctificat vberius: sicut insuper balsamus non suscitat⁹
descendit ad fundum vasis alias supernatat. Sic pro
certo homo spiritalis si vult esse sicut aqua per pieta
tis dulcorem: sicut radix per firmitatis tenorem sicut
balsamus per famositatis odorem ipse procerto debet
per humilitatem descendere: et se inferius sub obedien
tia maiori humiliter inclinare Ideo precipitur Esaie.
xlvij. Descende: sede in puluere virgo filia babylonis:
Ubi aduerte ꝙ descensus humilitatis facit mentem
quietare. Sede inquit: qđ signū est quietus. Facit mor
tem meditari. In puluere inquit in mortis solutione.
Facit carnem expiari. Uirgo inquit que scʒ hāc prauī
tatē carnis purgat. Facit vultū inclinari. Babylonis
inquit: q̄ interpretat cōfusio. Humilitas em̄ charissimi
Est mentis quietatiua.
Est mortis meditatiua.
Est carnis expiatiua.
Est vultus inclinatiua.
B Dico ergo ꝙ descensus humilitatis est mentis quie
tatiuus quod ostenditur cum dicitur. Sede. Facit em̄
animam esse quietaʒ tranquillitate et pace. Sicut em̄
videmus ꝙ lapis sursum in aere non quietatur nec ces
sat a motu: quando vero ad centrum et locum suuʒ de
scendit: tunc immobiliter quiescit. Sic videm⁹ ꝙ mēs
humana q̄diu sursum in aere fertur: et circa mūdi bo
na et negocia: dignitates et promotiones per desideriū
vagatur nunꝙ est in perfecta quiete. Semper enim est
in motu et fluxu desideriorum: et hoc q2 ipsa est sicut
hospes extra domum: sicut lapis extra centrum: sicut
peregrinus extra patriam et locū. Ideo anima cū spon
so coniuncta dicat illud Cañ. j. Indica mihi vbi cubes
in meridie ne vagari incipiam et c. Quando vero mens
descendit per humilitatē: et quādo flectitur ad seipsaʒ
et quando proprijs contenta in partibus cum centro
idest cū deo coniungitur: tunc vere perfectissime quie
tatur. Sede inquit. Ita ꝙ ipsa potest dicere Apoc. xviij
Sedeo vt regina et vidua non sum.
Sedet em̄ doctor ad discipulos instruendum.
Sedet discipulus ad magistrum audiendum:
Sedet clericus ad libros imaginandum.
Sedet miles ad hostes impugnandum.
Sedet iudex ad populos iudicandum.
¶ Sic procerto charissimi nos debemus per humili
tatem descendere et quiescere: et sedere et in quiete mē
tis manere istis rationibus. scilicet vt instruamus in
feriores et discretiores Unde in libris diuine prouiden
tie semper cogitemus. vt hostes spiritales debellemus
vt nos alios iuste iuuitemus. Sede ergo. vnde in ps.
Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus:
dum recordaremur tui syon. Et nota de fluminibus
babylonis. iste est ergo descensus quietatiuus: Auis
enim sursum existens in aere: non est tuta ab acci
pitre si vero ad fluctuum riuum descenderit: tuta ma
net. quapropter aucupes solent ipsas facere sursum
ascendere vt ab accipitre capiant. Sic vere homo sur
sum per elationem et vanitatem mentis residens. sem
per est in periculo captionis. Si autem per humilita
tē descēderit: tūc a periculo tut⁹ erit: et maxime si in flu
minibus babylonis et cōfusiōis: in fluminibus cōpū
ctionis et lacrymationis fecit mansionem. Et ideo nos
videmus de illis qui semp volunt ascendere: sicut sunt
ambitiosi ꝙ nunꝙ habent quietem. Ignis enim qui
sursum ascendere querit: nunꝙ a motu et circuitu re
quiescit. quare procerto tales nunꝙ ponunt finem in
ascendendo. De canonico enim volunt fieri archidia
coni. De archidiacono episcopi: et de episcopo archi
episcopi: et deinde cardinales et c. Isti figurant in luci
fero: qui q̄uis esset in altissimo loco. scilʒ in celo empi
reo: ipse tamen dicebat. Ascendam in celum: sup astra
dei exaltabo solium meum: sedebo in lateribus aqui
lonis et c. Esaie. xiiij. Sedere enim idest quiescere vole
bat. vbi proculdubio non est quies. scilicet in eminen
tia dignitatis. et ideo s̄m sanctos quia ascensuʒ et quie
tem quesiuit: ideo casum et laborem inuenit: Non sic
ergo sed descendamus: quia iste motus est mētis quie
tatiuus. Sede inquit. Josue. iij. Steterūt aque descen
dentes. Et Hiere. xlviij. Descende de gloria: sede in si
ti habitatio filie dybon Secundo dico ꝙ iste motus C
est mortis meditatiuus. In puluere inquit. Motus
enim descensus semper tendit inferius versus terram
ad denotādum ꝙ motus humilitatis semper fecit ho
minem ad terram descendere idest ad cogitanduʒ ter
reitatem: mortalitatē et resolutionem suam. In pulue
re inquit. Ut sic dicam cum Job. Ecce nūc in puluere
dormio Job. vij. De tali descensu videtur loqui Hiere.
xlix. Descendite in voraginem habitatores deda. Uora
go enim signat sepulcrum: mortem vel infernum in
quem procerto debemus per considerationem descen
dere: et ibi per iugem memoriam habitare ps. Descen
dant in infernum viuentes. Animalia enim parua ha
bitant vt cōmuniter in pabulo: in puluere: et sub terra
vt sunt cuniculi: ibiq3 faciunt foueas vbi fugientes sal
uantur et ab impugnantibus liberantur. Sic procer
to persone humiles et deuote: sub terra idest in cogi
tatione mortis et sepulcri morantur. et impulsi tenta
tionibus ad ipsas fugiunt et saluantur quia isti sunt
qui habitant domos luteas: qui terrenum habent fun
damentum Job. iiij. Et sic bene patet qđ humilitatis
descēsus est mortis meditatiuus. ¶ Tertio dico quod
iste motus est sordis depuratiuus. Uirgo inquit. D
Humilitas enim soror et mater est virginitatis et pu
ritatis que in beata virgine apparuit que quia fuit hu
millissima: ideo fuit virgo purissima. Loca enim que
sunt in descensu et in valle: sunt aliquotiēs magis pu
ra. et hoc quia ibi aque confluunt abundantius que
sunt causa maioris puritatis. Sic vere ille p̄sone que
magis sunt in descensu humilitatis: habent vt com
muniter maiorem abundantiam puritatis et castita
tis quod vtiq3 potest contingere: quia maior copia a
quarum idest gratiaruʒ et virtutum ad tales confluit
que ipsos reddit et efficit puriores: que apparuit in vir
gine: ad quam descendit gratia sicut pluuia in vellus
et sicut stillicidia stillantia super terram: ad quam de
scendit dilectus vt in ortum suum specialissimum: si
cut dicitur. Cantico. v. Et Canti. vj. Et ideo tantis gra
tijs fuit plenissima: quia a cūctis vitijs fuit purissima
Habeamus igitur humilitatem: vt habere possimus
mentis et corporis puritatem. Uirgo inquit. ij. Corin
thios. xj. Despondi enim vos vni viro virginem ca
stam exhibere christo. Ideo de descensu isto ad purita
tem potest intelligi illud. Johan. v. Angelus domini
descendebat in piscinam secundum tempus. Illi enim
qui sunt angeli per innocentissimam voluntatem: de
scendunt per humilitatem ad piscinam. idest ad men
tis et corporis puritatem. Uirgo inquit. Unde de rebec
ca dicitur Genesis. xxiiij. Quod ipsa erat puella deco
ra nimis: virgoq3 pulcerrima: descenditq3 ad fontem
aque et impleuerat ydriam. Iste est igitur descensus
sordis depuratiuus. ¶ Quarto dico quod iste descen
sus humilitatis est vultus inclinatiuus. Babylo
nis inquit: Quod interpretatur confusio. Hu
militas enim generat. verecundiam et bonam

confusionem que addunt gloriam: sicut dicitur Eccli.
iiij. Unde humilitas est sicut vnguentum in capite:
quod descendit in barbam: barbam aaron. Caput em̄
inferius declinatū signat humilitatē que scȝ in capite
et in barba ostendit intuentibus signa sua. Babylon
inquit. vnde Hiere. lj. Quomodo facta est babylon in
stuporem. Unde etiam de verecūda puella rebecca. dr
Gen̄. xxiiij. Quod viso ysaac descendit de camelo: et ac
cipiens pallium cooperuit se. scȝ pre verecundia: et sic
patet vt dictum est ꝙ per descensum humilitatis mēs
quietatur: mors meditatur: caro purgatur: vultus in
clinatur. Et iste est igitur descensus diligendus et fre
F quentandus. ¶ Sed adhuc dico secūdo principaliter
ꝙ est quidam descensus precauendus ⁊ fugiendus. Et
iste est descensus auaricie quo scȝ homo descēdit ad tē
poralia et mundana: et etiam cuiuslibet nequicie: quo
modo. s. de virtute labitur ad peccata Et primo quidē
iste est descensus auaricie. Lepus enim nō libenter de
scendit et hoc: quia descendendo et ad vallem currēdo
faciliter consueuit cadere cum eius pedes posteriores
sunt longiores anterioribus pedibus. Sic vere homo
non debet descendere per desideriū et aspectū ad vallē
mundanorū negociorū et terrenorū bonorū alias faci
liter corruit in diuersa vitia et peccata. De talibus em̄
dicitur in ps. Qui descendunt mare in nauibus: faciē
tes operationem in aquis multis. Non est enim aqua
tam dulcis in flumine vel in fonte quin efficiat ama
ra quando descendit ad mare. Sic vere non est ita bo
nus et sanctus homo quin efficiatur malus: quando
ad mare mundi negociorū corde et opere se inclinat: et
ideo sicut lepus quando ad vallem currere compellit
non descendit directe inferius versus vallem ne forte ca
dat: sed semper descendit circulariter contra montem
Sic et nos si ex iniuncto nobis officio ad mundū ⁊ mū
dana habemus necessario descendere: nō debemus di
recte nec cum toto impetu vel affectu ad tēporalia cur
rere sed circulariter circa montes paradisi ambulare:
et ibi quanto plus possumus per affectum ⁊ desideriū
nos tenere: et nunc ascendamus cuȝ moyse ad dominū
nunc descendamus cum ipso ad populum. Iuxta illud
ps. Ascendunt montes et descendunt campi ⁊c. Illi em̄
qui toto corde descendunt inferius ad terrena. primo
cadunt in vitia: ⁊ finaliter in tormenta ps. Cadent oēs
qui descendunt in terrā. Sic sunt cupidi et auari: qui
non cogitāt nisi de terrenis: De quibus Exo. xv. Abys
si operuerunt eos: descenderunt in profundū quasi la
pis. Et isti sunt maledicti esai. xxx. Ve q̄ ambulatis vt
descēdatis in egyptū: ꝑperātes ī auxiliū ī fortitudine
pharaōis. Gn̄aliter ei ꝯm astrologos. Illa signa sunt
nobiliora q̄ sunt ascēdētia: q̄ illa que sunt descēdētia.
Influētie em̄ stellarū ꝯputantur pricipalius a signis
ascendētibus q̄ a descendētibus. q2 reuerera spūaliter
illi meliores et nobiliores debent simpliciter dici qui
ascendunt superius per contemplationē ⁊ desiderium
ad eterna q̄ illi qui descendunt per auariciā ad terre
na. Unde de differentia bonorū ⁊ malorū potest dici il
lud Eccles iij. Spiritus filiorum adam ascendit sursuȝ
spiritus iumentorū deorsum. Iste est ergo descensus ꝑ
cauendus et fugiendus. ¶ Sed tertio dico ꝙ est alius
G descensus timendus et abhorrendus. Et iste est descen
sus in infernū. De quo Hiere. xlviij. Iuuenes eius de
scenderunt in occisionem. et in ps. Estimatus sum cuȝ
descendentibus in lacum. Feces enim ⁊ immundicie ci
uitatum solent descendere ad foueam et ad lacus. Fe
ces etiam vini solent descendere ad fundum dolij. Sic
vere peccatores qui in dolio et ciuitate ecclesie sunt fe
ces fetide et immunde: ad fundum et ad lacum ipsius
inferni habent descendere et venire. Unde de quodaȝ
magno peccatore: dicitur. Ezechi. xxxj. Commoui gen
tes cum deducerem eos in infernum: cum his qui de
scendunt in lacum. Sic ergo patet quod triplex est de
scensus ad perfectam humilitatem. Et hoc de descen
H dere sufficit. ¶ Sed si vis adhuc aliter distinguere
dic ꝙ quintuplex est humanus descensus videlicet.

Ruinosus.	Primus est cunctorum.
Uirtuosus.	Secundus est iustorum.
Uitiosus	Tertius est malorum.
Dolorosus.	Quartus miserorum.
Et periculosus.	Quintus damnatorum.

¶ Dicam ergo primo de descensu ruinoso qui est sin
gulorum: quia scilicet per mortē oportet omnes in cor
ruptionem descendere Ps. Que vtilitas in sanguine
meo: dum descendo in corruptionem. Unde etiam de
quolibet mortuo potest dici illud Iudicum. xv. Descē
dens habitauit in spelunca: sed de isto nihil amplius.
¶ Scdo dico de descēsu virtuoso qui est iustorū. Unde I
dico de iustis qd ipsi descendunt ad opera virtuosa: si
cut etiā visuȝ est satis plane. Sicut em̄ video qd incole
castri in loco altissimo cōstituti solent in vallē descēde
re ⁊ ibi pro vtilitate sua exercere varia opera. Sic hō da
to qd sit in alto castro. i. ī alta sanguis nobilitate vel in
alto corpore idest in alta seculi dignitate. vel in alto ca
stro in alta perfectionis eminentia vel contemplatio
nis sublimitate constitutus debet tamen inferius ad
statum humilitatis descendere. et ibi varijs bonis ope
ribus insudare: et quandoq3 contemplationis. opus
intermittere: vt possit actiue fructuosa opera exercere
Exemplo coturnicis: que mare transuolans. fatigata
descendit quandoq3 ad mare. sed vnam alam erectam
tenet tanq̄ velum quo continue ducatur. Aliam alam
extentam super aquam dimittit vt ibi nauiget atq3 re
gatur. Ad denotandum quod nos qui ad mare huius
mundi: necessario tanq̄ peregrini sepe dum transimꝰ
ad patriam habemus descendere: semper alam spei
debemus ad deum erigere: alam vero discretionis de
bemus in mundi fluctibus ad nos prudenter regendū
extentam et dilatatam habere Genesis. xij. Descendit
Abraam in egyptum vt peregrinaretur ibi. Descensus
enim abrae fuit de terra promissionis in egyptum sed
hoc fuit non ad manendum sed ad peregrinandum.
Sic vere dico quod si quandoq3 descendere oporteat
a terra promissionis ad egyptum idest a vita contem
platiua ad actiuam: de religione ad mundum: de spi
ritualibus ad terrena negocia ibi pro certo peregrina
ri non manere debemus quia scilicet pro tempore quo
bona opera habemus tractare ibi peregrinari licebit:
et rursum ad contemplatiuam reuerti oportebit. De
descensu ergo quo descendit vir iustus ad opera virtuo
sa notabo quod iste debet.
Descēdere ad culpas abluendū sinceriter.
Descēdere ad mortē preuidendū sagaciter.
Descēdere ad hostē impugnandū viriliter.
Descēdere ad virtutes procurandū vtiliter.
Descēdere ad iustitiā perquirendum seduliter.
Descēdere ad pauperes fouendum benigniter.
Descēdere ad res examinandū subtiliter
Descēdere ad malos corrigendum seueriter.
Descēdere ad ignaros instruendum veraciter.
Descēdere ad tristes consolandum humiliter.
Descēdere ad pressos liberandum alacriter.
Descēdere ad iustos premiandum liberaliter.
¶ Isti enim sunt duodecim descensus boni et virtuo
si ad que diuersimode consueuit descendere vir perfe
ctus siue sit subditus siue prelatus. ¶ Dico igitur qd
boni descendunt ad culpas sinceriter abluendum qd
scilicet proprie debent facere penitentes: figurati in
Naaman leproso: de quo dicitur. iiij. Regū. v. Quod
ipse descendit et lauit se septies in iordane et restituta
est caro eius sicut caro pueri. Item ad mortem sagaci
ter meditandum. vnde illud predictuȝ Esaie. xlvij. De
scende: sede in puluere virgo filia babylonis. Et Iudi
cum. xv. Descendens habitauit in spelunca. Spelun
ca inquit idest in sepulcro per considerationem. Et. j.
Regum. xxvj. Descendit saul in desertum. Item ad ho
stem viriliter impugnandum idest contra dyabolum
et vitia preliandum. ij. Reguȝ. xxj. Descendit dauid et
serui eius

serui eius cum eo: ⁊ pugnauerūt cōtra philistijm. Item
descendunt ad virtutes viriliter ad procurandū Gen.
xlij. Descendite et emite nobis necessaria. Illa eñ que
super omnia sunt necessaria sunt virtutes. Item descē
dunt ad iusticiam sedulitter perquirendū. j. Machab.
ij. Descendunt multi querentes iudicium et iusticiam
in desertū. Item descendunt ad pauperes benigniter
refouendum. Unde de zacheo dicitur Luc. xix. Quod
festinans descendit et suscepit illum gaudens in do-
mum suam: dicens. Ecce dimidiū bonorū meorū do
pauperibus ⁊c. Item descendunt ad negocia subtiliter
examinandū: quod maxime pertinet ad iudices et pre-
latos. vnde Gen. xviij. Descendā ego et videbo vtrum
clamorem qui venit ad me opere compleuerint. s. sodo
mite. Itē descendunt ad malos seueriter corrigēdū. ij.
Re. xxxiij. Bananias filius ioiade viri fortissimi magno
rū operū de capsael: ipse ꝑcussit duos leones moab ⁊ ip
se descēdit et ꝑcussit leonē in cisterna in diebus niuis
Item descendunt ad stultos veraciter instruendum ⁊
informandū. Exo. xix. Descende et contestare populū
ne velint transgredi terminos. Item descendunt ad tri
stes hilariter confortandū Danie. iij. Descendit ange
lus domini cum azaria in fornacem: et fecit mediū for
nacis quasi ventū roris flantē. Item descendūt ad op-
pressos alacriter liberandū Exo. iij. Uidi afflictionem
populi mei qui est in egypto et descendi liberare eum.
Item descendunt ⁊ condescendūt ad bonos liberaliter
premiandū: ⁊ ꝓmouendū: quia sicut dicitur Jacobi. j.
Omne datum perfectū desursum est descendēs a pa-
tre luminū. et Exo. xix. Descendit moyses ad populū
et sanctificauit eos. idest promouit et vt sanctos hono
rauit. Patet igitur quomodo multiplex est descensus
K iustorū. ¶ Tertio dico ꝙ multiplex est descensus malo-
rum peccatorum. Peccator enim cum peccat dicitur
descendere pro eo ꝙ a rectitudine iusticie curuatur: et
de bono incōmutabili ad bonū ꝯmutabile inclinatur
et a deo gratia et perfectione cadere ⁊ recedere compro
batur. De vulture enim legit̄ ꝙ tarde ⁊ lente volitat ⁊
ascendit cito tamen impetuose descendit. Ponderosa
enim auis est: et ideo viso cadauere inferi⁹ statim ruit
Sic dico de peccatore: quia procerto pronior est ad de
scensum vitiorū ꝙ̄ ad ascensū virtutū. Difficiliter eñ
ascendit ad opera virtuosa: faciliter vero descendit ad
cadauera. i. ad peccata et ad opera vitiosa Gen. xv. De
scenderunt aues super cadauera. Uñ notabis ꝙ mali
multipliciter descendunt ad mala. Descendunt enim
Ad fluuium deliciarū: vt ibi lauentur.
Ad lectum pigriciarū vt ibi pausentur.
Ad mare diuitiarū vt ibi turbentur.
Ad curias eminentiarū vt ibi honorentur.
Ad profundū nequiciarū vt ibi ligentur.
Descendunt dico ad fluuium deliciarū. Unde de filia
Pharaonis dicitur Exo. ij. Quod ipsa descenderat ad
fluuium egypti vt lauaretur in flumine. Egyptus eñ
interpretatur tenebre: q̄ scz fluuius deliciarum obscu
rat et obtenebrat mentes deliciosorum. item ipsi descē
dunt ad locum pigriciarum vnde Jone. j. dicitur. Quod
ionas descēdit ad inferiora nauis: et dormiebat sopore
graui. Item descendunt ad mare diuitiarū. Diuitie eñ
mare dici possunt: ⁊ hoc propter amaritudinē quā ha
bēt in acquirendo: possidendo et amittēdo. ezech. xlvij.
Aque iste descendunt ad plana deserti et intrabūt ma
re. Item descendunt ad curias eminentiarū. Esa. xxx.
Ue qui ascenditis in egyptum sperantes auxilium in
fortitudine pharaonis. Item descendunt in profundū
nequiciarum. vnde Hierem. xlix. Fugite: terga vertite
descendite in voraginem habitatores dedan. Uorago
enim profundum vitiorum designat. deutero. xxxij. De
scenderūt in profundum quasi lapis. Iste est igitur de
L scensus malorum. ¶ Quarto dico quod inuenitur de
scensus miserorum. Et iste est q̄ñ quis de statu eminē
tis fortune: descendit et ruit per infortunia ad statum
infimum et depressum. Nihil enim infelici⁹ ꝙ̄ aliquā
do fuisse felicem. Status enim fortune mundane: nō
est nisi quidam ascensus et descensus. Similis enim vi
detur illis arenarum periculis que dicūtur sirtes ma-
iores et minores. Sunt enim arene quasi continue bul
lientes: et vento ab interiore flante: nūc in montes ascē
dentes: nunc in voragines descendentes. Nam vbi ho
die montes arenarum videris: ibi cras vallem et ina-
ne videbis. vt dicunt tam Isidorus. ꝙ̄ Solinus. Unde
etiam dicunt quod per loca ista nulla certa via cogno
scitur: immo quisquis forte illuc ambulat: necesse est
vt per sydera sicut in equore dirigatur. Sic reuera gu
bernat fortuna. Semper enim est in quadam ebulli-
tione et motu: nunꝙ̄ permanēs in eodem. Nam quos
aliquando facit in montes. idest in altos viros cresce-
re et ascendere subito facit perire et descendere: et vbi
hodie cumulos arenarum idest diuitiarum aggregat
inde subito vacuat et elongat. et sic fit ꝙ illi qui flatu
fortune ad magnos status ascendunt. faciliter contra
rio flatu suo ad yma redeunt et descendunt ps. Ascen
dunt montes et descendunt campi in locum quē fun
dasti eis. fundasti inquit. scilicet tua fortuna idest oc
culta dei prouidentia. Unde etiam ipsi misero et infe
lici potest dici illud deutero. xxviij. Ipse ascendet super
te et erit superior: tu autem descendes et eris inferior:
quasi diceret quandoꝗ fit quod ille qui fuit inferior
fit superior: et ille qui quandoꝗ ascenderat descendit.
Unde de tali descensu et infortunijs magnorum: dici-
tur Ezech. xxvj. Commouebuntur insule: et descendēt
de sedibus suis omnes principes maris ⁊ auferent exu
uias suas: et vestimenta sua abijcient: et induentur stu
pore. Iste autem descensus fit quandoꝗ vt dictum est
in hoc fundo per infortunia. semper autem vbiꝗ fit
per mortis et inferni supplicia infortunata. Mors eñ
hominem a statu temporalis eminentie necessario fa
cit descendere: Et sub terra cum vermibus introire.
Ezechi. xxxij. Quo pulcrior es et descende et dormi.
Iste est igitur descensus miserorum. ¶ Quinto autē
dico quod inuenitur descensus damnatorum: qui sci- M
licet descendunt inferius in infernum. De quibus di-
citur Baruc. iij. Exterminati sunt et ad inferos descē
derunt: et alij in locum eorum surrexerunt. Et si vis
notabis quod ad locum istum descendunt omnes ma
li videlicet.
Illi qui superbia alta sunt eleuati.
Illi qui seuicia dura sunt obdurati.
Illi qui leticia vana sunt recreati.
Illi qui luxuria feda sunt inquinati.
¶ Dico ergo ꝙ illuc. scilicet ad infernū descendunt il
li qui sunt eleuant magna superbia. Unde Esaie. v.
Descendent fortes eius et sublimes: gloriosiꝗ eius. sci
licet in infernum qui dilatauit animam suam: et ape
ruit os suum. Item ibi descendunt illi qui sunt obdu-
rati fera seuicia scilicet tyranni et crudeles. De quo
Esaie. xxxiiij. Descendent vnicornes cum eis: et tauri
cum potentibus. Item ibi descendunt qui sunt recrea
ti vana leticia. Job. xxj. Gaudent ad sonitum organi:
ducunt in bonis dies suos: et in puncto ad inferos de
scendunt. Item ibi descendunt illi qui sunt inquinati
feda luxuria. Unde de mala muliere dicitur. Prouer-
biorum. ix. Quod qui applicabitur ei descendet ad in
feros: et qui abscesserit ab ea saluabitur. Isti igitur et
alij peccatores ad inferos descendunt: et hoc celeriter
sine dilatione profunditer sine euasione crudeliter si-
ne consolatione. Celeriter dico. Unde illud. Job. xxj.
In puncto ad inferna descendunt. Profunditer etiam
Un illud. Job xvij. In profundissimum inferni descen
dunt omnia mea. Crudeliter et inconsolabiliter. Ps.
Estimatus sum cum descendentibus in lacum: factus
sum sicut homo sine adiutorio. Iste est igitur descen-
sus damnatorum: et sic iterum patet quomodo qua-
druplex est descensus humanus.
¶ Secundo vero principaliter dico ꝙ inuenitur descē N
sus diuinus. Et iste proculdubio est ille quo deus

diuersimode descendit ad hominem. Ipse enim tam in preterito q in presenti q in futuro.
Descendit carnem sumpturus in matris lilio.
Descendit habitaturus in cordis folio.
Descendit iudicaturus in regni solio.
¶ Primus fuit descensus humilis et amorosus.
Secundus est descensus vtilis et fructuosus.
Tertius erit descensus terribilis et rigorosus
¶ Primo descensu venit hominē liberare.
Secundo descensu venit hominem visitare.
Tertio descensu venit hominem iudicare.
¶ Primum descensum fecit caritas.
Secundum descensum fecit bonitas.
Tertium descensum faciet equitas.
Prim⁹ fuit amicicie. scđs est grē: terti⁹ est iusticie.
¶ Dico ergo primo q deus descendit carnē sumptur⁹ in matris lilio idest in castis visceribus virginis benedicte. Amenitas enim orti qñq3 allicit hominē ad descendendū in ipm: ⁊ florū et fructuū in eodē. Apes etiā ad ortos descendūt: floridas herbas ⁊ arbores querūt: et ibi substantiā mellis accipiunt. Sic vere sanctitas beate virginis: ⁊ flores et fructus virtutum que deum ad descendendū: ⁊ carnē assumendū in ea traxerunt et inuitauerunt Cant. vj. Dilectus meus descendit in ortum suū ad areolam aromatis. vt pascatur in ortis et lilia colligat. Ibi enim materiā mellis. i. materiam sue sancte humanitatis assumpsit: ⁊ eam nouē mensib⁹ sicut bonus apothecarius composuit ⁊ confecit: dicēs illud Cant. vj. Descendi in ortum nucū vt viderem poma conuallium: et inspicerem si floruisset vinea et germinassent mala punica. In istum enim ortum descendit christus: et hoc.
Propter poma conuallium humilitatis.
Propter flores vinee virginitatis et puritatis.
Propter mala punica sue purpuree charitatis.
¶ Et si vis notabis q iste descendit.
Sicut lux ad illustrandū tenebras erroris.
Sicut ros ad temperandū latebras ardoris.
Sic medicus ad liberandū grauamen doloris.
Sicut amicus ad visitandum populū languoris.
Et descendit dico sicut lux ad erroris tenebras illustrādū vnde in ps. Inclinauit celos et descendit: et caligo sub pedibus eius. Itē descēdit sicut ros ad ardoris incendia tēperanda vnde Dan. iij. Descendit angel⁹ domini in fornacem: ⁊ fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantem. Item descēdit sicut medicus ad doloris periculū auferendū atq3 curandū ps. Domine inclina celos tuos ⁊ descende: tange montes ⁊ fumigabūt. Itē descendit sicut amicus ad languidū populū visitādū vnde Esa. lxiiij. Utinā dirūperes celos ⁊ descenderes: a facie tua montes defluerent ⁊c. Sic igit̄ dico q xp̄s de-
D scendit carnē sumpturus in matris lilio. ¶ Secundo dico q ipse descendit habitaturus in cordis folio seu hospitio. Xp̄s enim quotidie in cor humanū per grām descendit ⁊ ipsum ad bonū incitat et ascendit. Descendit enim ibi. Sicut panis satiatiuus oīs egestatis. Sicut fluuius irrigatiuus omnis siccitatis. Sicut ignis seu sicut sol illuminatiuus oīs obscuritatis Sicut murus sustentatiu⁹ oīs fragilitatis. Est enī iste descensus satiatiuus cordis auidi Joh. vj. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Item est irrigatiuus cordis aridi. ps. Descendit sicut pluuia in vellus: ⁊ sicut stillicidia stillantia super terram. Item est illustratiuus cordis horridi. Unde iste est sol qui descendit per lineas quibus reuersus fuerat in horologio achab. iiij. Regū. xx. Et breuiter descensus iste est roboratiuus seu etiā sustentatiuus cordis stupidi. vnde Exo. xxxiij. Descendebat columna nubis et stabat ante ostium tabernaculi federis. Columna enim sustentationē designat. Patz ergo q xp̄s quotidie descendit habitaturus in cordis
P folio. ¶ Tertio dico q ipse descendit iudicaturus in regni solio. et istud erit in extremo iudicio quando scilicet christus descende super montem oliueti iudicaturus orbem. Et proculdubio iste erit.
Descensus terroris.
Descensus erroris.
Descensus valoris.
Ibi enī descendet xp̄s cunctis terribilis. vñ Exo. xix. dr Quod totus mons synai fumabat: eo q dñs descēdisset super eum in igne: eratq3 mons totus terribilis. et sonitus buccine crescebat: ⁊ descendit dñs super mōtē. Itē descendet malis horribilis. q2. s. ipsos ibi destruet et comburet. iiij. Reg. j. Descendat ignis de celo ⁊ comburat te: et quinquaginta tuos. Itē descendet cunctis mirabilis et insuperabilis: q2 ipse est ille angelus quē vidit Joh. Apoca. xx. vbi dicit sic. Uidi inquit angelū descendentē de celo: habentem clauem abyssi: ⁊ cathenam magnā: ⁊ apprehēdit draconem ⁊c. Sic ergo patz q est descēsus xp̄i in regni solio. In cordis hospitio. In matris vtero. Et iste est igit̄ descensus diuinus: et hoc est secundū principale: ¶ Tertio vero dico q est descē- M
sus dyabolicus. Dyabolus enim descendit de celo ad terram quando cecidit superbiendo: nunc etiam quotidie descendit ad nos qñ nos temptat suggerendo atq3 nocendo vnde apocal. xij. Ue terre ⁊ mari: q2 descendit dyabolus ad vos habēs iram magnā: sciens qm̄ modicum tēpus habet. sed non plus de isto. Patet ergo qđ est descensus humanus. Diuinus et dyabolicus.

Describere.

Nota q descriptio sumitur pro declaratione: numeratione ⁊ mē- A
suratione rerum omniū. Describitur enim res vt intelligatur. vt memorie cōmittatur et vt eius series clarior videatur. Est iterū descriptio. Dei et iusti. A deo enim omnia sunt descripta: et anteq fiant ab eo ordinata. Luce. ij. Exijt edictum a cesare augusto vt describeret̄ vniuersus orbis. Potissime autē describitur ab ipso anima vel ecclesia: pro eo q de eis maxima est sibi cura. Describitur dico. s. in mente sua per p̄destinationē eternam vel per prouidentiam et ordinationem quotidianam. Et sic loquitur deus ecclesie: vel anime Esaie xlix. dicens. In manibus meis descripsi te: et muri tui coram oculis meis sunt semper. Justus etiam facit descriptionem suam. Describit enim ⁊ depingit in tabulis cordis sui.
Legem diuinam ne eam obliuiscatur.
Misericordiam vt eius reminiscatur.
Mundi tentationē ne per hanc homo vincatur.
Celi possessionem vt eā adipiscatur.
Orbis dñationem vt breuius esse noscatur.
Igitur describe tibi in mente tua legē diuinā vt eam B
memoreris. Unde de principe dicitur. Deutero. xvij. Quod postq sederit in solio suo describet deuteronomium legis huius. Item describe tibi misericordiam: vt per hāc honoreris. Prouerbiorum. iij. Misericordia et veritas non te deserant. Describe eas in tabulis cordis tui: et inuenies gratiam coram deo et hominibus. Item describe mundi tentationem ne in hac supereris. vnde Ezechieli precipitur. Quod describat sibi ciuitatem hierusalem. et regem babylonis ipsam impugnantem et obsidentem. Item describe celi possessionem vt eam amplexeris. Unde de Josue legitur: Josue. xviij. Quod ipse misit ad describēdum terram promissionis: vt sorte diuideretur filijs israel. Unde dicit ibidem. Ite describite terram et reuertimini. Item describe mundi regionem et iurisditionem: vt eam minus apprecieris vnde illud predictum. Luce. ij. Exijt edictum a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis: nihil plus ad presens. Uide vbi Scribere. Liber. Ordinare. Predestinatio et similia ⁊c.

Deserere. Desertus.

Nota quod deserere idem est A
quod dimittere et derelinquere: Res etiam deserta dr: quando nullus de ea curat: sed a cunctis deseritur: derelinquitur et fugatur. Est igitur desertio actiua et desertio passiua. Actiua est quando quis deserit illud quod tenebat et ista vt communiter accipit̄ in malo:
quia sc3

quia scilicet mali solent deserere.
Uiam rectam ⁊ equitatem. Deserūt dico viā
Justiciam et veritatem. rectam per quam
Clementiam et pietatem. ambulāt. sc3 viaȝ
mandatorū et legis diuine. de quo Deu. ix. Deseruerūt
velociter viam quam demonstrasti eis. Econtra de iu-
stis et bonis dicit in persona iob illud iob. xxvij. Justi
ficationem meam quam cepi tenere non deseram. Et
merito: quia procerto sicut dicit prouer. xiij. Egestas
et ignominia ei qui deserit disciplinam. Item deserūt
veritatem quam prius seruabant. prouerb. xxviij. Pro
bucella panis deserunt veritatem. Econtra de thobia
dicitur Thob. j. Quod in captiuitate positus viam ve
ritatis non deseruit. Item deserunt pietatem qua deo
placebant: cum tamen deberent dicere illud iudicū. ix
c. Nunquid possum deserere dulcedinem meā. Juxta
illud prouerbio. iij. Misericordia et veritas non te de
serant: Et ista est desertio actiua que semper est mala
¶ Sed adhuc dico quod est desertio passiua ⁊ ista p
B culdubio potest significare. Statum culpe. Statum
miserie. Statum pene.
Deseritur enim peccator gratijs orbatus.
Deseritur pauper fortuna grauatus.
Deseritur damnatus gloria priuatus.
Et primo quidē dico ꝙ peccator deseritur: ⁊ desertum
efficitur ⁊ desertus. Deseritur eīm a deo ⁊ in manibus
dyaboli dimittitur et exponitur quādo peccat. Sicut
enim res que nihil valet: a domino suo solet deseri cu
ius occupanti relinqui. Res autē bone et vtiles solent
summopere custodiri. Sic peccator ex quo dei gratiam
perdidit: ad nihilum valet vltra: ideo a domino deseri
tur et derelinquitur. Exemplo etiam terre vel arboris
que tunc sine cultura deseritur quādo fructificare nō
vult Hiere. xlvj. Memphis in solitudinem erit ⁊ dese
retur inhabitabilis. Bonos autē viros fructuosos et
vtiles deus nunꝙ deserit. sed eos diligit et custodit iu
dith. xiij. Non deseruit sperantes in se: quod petens il
le dicebat. ij. Machab. j. Exaudiat deus orationes ve
stras et reconcilietur vobis nec vos deserat in tēpore
malo quia peccator ē sicut terra deserta.
Que est sterilis et sine fructibus.
Que est arida et sine fontibus.
Que est sola et sine gentibus.
Est dico sterilis carens fructuū vbertate. Nā quia pec
cator non colitur per penitentiam: ideo necesse est ꝙ
non habeat bonos fructus idest bonorū operum ⁊ vir
tutum abundantiam: vnde de solitudine conquerebā
tur filij israel. Nume. xx. dicentes Moysi. Cur induxi-
sti nos in locum istum pessimum: qui seri non potest
nec ficum gignit et insuper aquas non habet ad biben
dum: quia procerto peccator dicitur locus pessimus ⁊
desertus vbi non sunt aque deuotionis. ficus dulcis
compassionis: nec semen gratie seu scientie ⁊ locutiōis
Math. xiiij. Desertus est locus hic. Unde etiam Exo.
xvj. dicit. Cur induxisti nos in desertuȝ vt interficeres
nos fame. q. d. Peccator est locus penuriosus et deser
tus: vbi nullū bonuȝ reperit de quo aliena indigentia
suppleatur. Unde lamentando dicebat Esaias esaie. j.
Terra vestra deserta: ciuitates vestre succense igni. Ter
ra enim nostra corp9 ē: que est deserta: quia non colit
per penitentiaȝ. Ciuitates nostre sunt sensus: qui igne
cremati sunt per auariciam. Peccator igitur desertus
C est et sterilis quia caret fructuū vbertate. ¶ Secūdo
desertus est q2 caret fontium voluptate seu humidita
te: quia procerto peccator dicitur ꝑm psalmistā. Ter
ra deserta inuia et inaquosa. Ibi enim deficit fons la-
chrymarum qui purificat. fons deuotionis qui letifi-
cat. fons doctrine qui satiat. atꝙ fons gratie qui salui
ficat. ideo esai. xv. dicitur. Aque Nemrim deserte erunt
Aduerte tamen ꝙ aque amare bene inueniūtur in de-
sertis: sicut de alexandro magno legitur ꝙ ipse fluuiū
quendam inuenit amarioreȝ omni elleboro: sicut etiaȝ
de filijs israel legitur. Exod. xv. Quod ipsi in marath
inuenerunt aquam amaram quā bibere non valebāt
Sic vere dico ꝙ peccatores carent fontibus aquaruȝ
dulcium supradictis. Abundant tamē fontibus ama
ris diuersorū vitiorū. sc3 fonte luxurie. gule. auaricie. q
procerto amare dicuntur: quia qui his potati fuerint
ad inferni amaritudinem deducuntur. vnde Hiere-
mias. Hieremi. ij. Uocat desertum terram inhabitabi
lem ⁊ inuiam. terram sitis et imaginem mortis: Caret
ergo peccator fontium voluptate. ¶ Tertio caret gen
tium caritate. Locus enim desertus dicitur quando
a nemine inhabitatur. Sic peccator merito potest dici
desertus: quia deus per gratiā ipsum non habitat: an
gelus per amiciciam ipsum non visitat. Justus per ca
ritatem ipsum non frequentat. Pauper ad ipsius pie
tatem sepe non clamitat. ps. Fiat habitatio eorum de-
serta: et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.
Peccator igitur dicitur desertus: ⁊ etiam status pec-
cati dici potest desertum. Unde de peccatore dicitur
Hieremi. iiij. Aspexi et ecce carmelus desertus erat. De
statu vero peccati dicit dominus Leuit. xxvij. Offendi
stis me in deserto syn: in contradictione multitudinis
Unde infra vbi desertū comparatur mundo. Patet er
go ꝙ peccator deseritur cum gratijs orbatur. ¶ Secū D
do dico principaliter ꝙ deseritur pauper cum fortuna
grauatur. Pauper enim ⁊ paupertatis status compa
rantur deserto: quotiēs eīm seipsos fortuna deserit: om
nes alij deserunt eos. Et ideo tales desertū seu deserti
merito nuncupantur. Unde Hiere. vj. Desolabuntur
ciuitates sine habitatore: ⁊ dom9 sine homine: ⁊ terra
relinquetur deserta. Quia breuiter illi qui ad desertuȝ
paupertatis deducuntur. statim ab omnib9 relinquū
tur et etiam a proprijs amicis et parentibus deserun-
tur. Et aduerte ꝙ tria genera personarum deducūtur
hodie ad desertum. videlicet.
Status principum secularium.
Status clericorum et regularium.
Status ypocritarum singularium.
De principibus secularibus patet ꝙ ipsos quandoꝙ
fortuna detrahat ad desertū. Isti eīm qnꝙ ad miserri-
mam fortunā deueniunt vnde domin9 superbie taliū
dominatur Ezechi. xxxv. dicens. Ecce ego ad te mons
seyr: et extendā manū meā super te. et dabo te desolatū
atꝙ desertum: vrbes tuas demoliar: ⁊ tu desertus eris
Exemplifica de Dyonisio tyranno: et alijs. Isti petissi
me in morte deseruntur: quia tunc substitutis alijs de
eis non curatur. Exemplifica de morte magnorum.
¶ De personis etiam ecclesiasticis et regularibus pa
tet. quia hodie isti deseruntur et destituuntur. ⁊ bonis
spiritualibus et tēporalibus desolantur: Unde de mō
tibus israel idest de viris ecclesiasticis dicitur Ezech.
xxxv. Et loquitur in persona demonum ⁊ tyrannoruȝ.
Montes israel deserti nobis dati sunt ad deuorandūȝ
Unde etiam de ipsa ecclesia nunc spiritualiter et tem-
poraliter desolata dicitur. j. Machabeo. iiij. Uiderunt
sanctificationem desertam et altare prophanatuȝ. por
tas exustas: et in atrijs virgulta nata sicut in saltibus
Sanctificatio enim est ecclesia: altare sunt religiosi:
porte sunt prelati atria sunt subditi et clerici. Et tamē
proh dolor omnia hodie sunt deserta. et a sua prima-
ria conditione destituta. et temporaliter et spirituali-
ter desolata. Ignis enim consumpsit speciosa deserti.
ꝛc. Joelis. secundo. vide infra titulo sequenti: et vide de
deserto mundi: et applica ad ecclesiam modernam per
modum infectionis. ¶ De ypocritis vero singulari-
bus qui etiam deserti sunt ab omni bono qui deserto
comparari possunt pro eo scilicet quia per abstinentiaȝ
suam siccam sicci et steriles sunt. ⁊ tamen fructu bono
rum operum omnino carent. potest dici illud Aggei. j.
Domus mea deserta est. q. d. illi qui videntur esse do-
mus mea per sanctitatem: deserti sunt per bonorum
operum paucitatem et sterilitatem. Unde etiam isti
sunt vulpes falsitatis de quibus quasi ad prophetas
insipientes qui sequuntur sensum suum: dicitur.

Ezech.xiij. Quasi vulpes in deserto prophete tui israel erant. Sicut eñ dicit. Solinus. In desertis affrice prope athlantem montem apparēt de nocte imagines. videntur lumina: audiūtur tympana ⁊ mirabilia esse videntur si tamen quis prope accesserit: nihil inuenit et exinde vt ait panū et egipanū incepit opinio. Crediti sunt enim panes et egipanes dij rurales animalibus presidentes nunꝙ nisi quādo volunt apparentes. statum suum ignotum agentes et de nocte plus ꝙ alias se monstrantes. Seruasius etiam dicit. Quod in desertis affrice subito apparent imagines quasi homines subito apparentes ⁊ subito disparentes. De talib9 autem fantasijs feci mentionē in meo reductorio morali in prologo libri quartidecimi Tales autem vident esse ypocrite qui in deserto ecclesie sunt deserti: quia. s. isti vidētur esse et non sunt. apparent ⁊ disparent. esse creduntur ⁊ tamen existentes non inueniuntur: quia scz in ipsis apparent imagines false apparentie: audiuntur voces false eloquentie videntur lumina exemplaris conuersationis ficticie: nihil tamē ibi est veritatis seu bone existentie. Unde de talibus inconstantibus atqꝫ fictis dicitur Hiere. xiij. Disseminabo eos quasi stipulā que vento rapitur in deserto. Patet igitur qꝺ hodie in multis desertis inueniunt ypocrite: singulares clerici vel regulares: principes etiam seculares. Et ista est desertio fortune. Et sic dico ꝙ deseritur pauper cum fortuna grauatur. ¶ Tertio dico ꝙ deseritur dā-
E natus cuz gloria priuatur. Nullus enim est tam desertus nec tam in deserto: sicut est damnatus. Deseritur enim a deo angelis sanctis nec non ab omni auxilio: subsidio: consolatione: gaudio et leticia. Et breuiter de congregatione malorum qui sunt in inferno potest dici illud. ij. Esdre. ij. Ciuitas ista deserta est. vñ etiaz de illo loco et habitatoribus eius potest dici illud Esa. xxiij. Deserta est omnis leticia: translatuz est gaudiū terre: relicta ē in vrbe solitudo: et calamitas opprimet portas ei9. Et nota si vis quod infernus cum suis possessoribus sunt deserti.

Propter ignem voracissimū.
Propter laborē immensissimuz.
Propter hostem potentissimū.
Propter locum arduissimuz.
Propter gladium acutissimū.
Propter situm sterilissimuz.
Propter flatum horrendissimū.

Uiget estub9. arcet laborib9 Scatet hostib9. Terret rupibus. Caret fontib9 Urget flatib9. Eget fructib9. In deserto enim inferni est ignis estuans qui non extinguit Esaie. j. Terra vestra deserta. ciuitates vestre succense sunt igni. Est labor qui non minuitur. Desertum eñ locus est asper et laboriosus. vnde Hiere. xlix. Per memetipsum iuraui dicit dominus ꝙ in solitudinem et in desertum: in maledictionem et in opprobrium erit bosra: bosra enim interpretatur angustia vel tribulatio. Ibi est hostis viduans qui non repellitur. In deserto enim sunt latrones fere et serpentes: sicut in inferno demones Esaie. xxxvij. Uere enim domine deus: desertas fecerunt reges assiriorū terras. Unde infernus potest dici ydumea que interpretat sanguinea: qꝛ. s. ibi viget crudelitas que nomine sanguinis designatur. vnde Joelis. iij. Erit ydumea in desertū perditiōis. Est etiam ibi squalor afficiens quia scz turpitudo ⁊ horror vnde de quolibet damnato potest dici illud ps. Inuenit eum in terra deserta: in loco horroris ⁊ vaste solitudinis. Item est ibi aqua deficiens. In deserto enim inferni deficit aqua. i. refrigerium consolationis. Hieremie. xxiij. Arefacta sunt arua deserti. Item ibi est fames conficiens sterilitas eñ omniū bonorū est ibi ps. Nunquid poterit deus parare mensam in deserto? Itē ibi est ventus percutiens. vnde Hiere. iiij. Uent9 vrēs in dijs deserti. Et breuiter siue per desertum intelligatur damnatus siue etiam infernus constat ꝙ ibi sunt multa mala et multe miserie et tormenta. Unde comminando potest dici peccatoribus illud Judicuz. viij. Conteram carnes vestras cum spinis tribulisqꝫ deserti. Uñ etiā de ipsis pctōribus pōt dici illud. Hiere. lj. Cōmouebit terra ⁊ turbabit qꝛ vigilabit ꝯtra babylonē cogitatio diu vt ponat babylonē desertā ⁊ inhabitabilem. Patz ergo quomodo triplex est desertio vel desertum scilicet damnatorum Miserorū et peccatoruz.

Desertum. Dicit aūt desertū a desero. ris. scz qꝛ locus ab hoībus deserit ⁊ qui a paucis vel a nemine habitat. Et est desertū locus siccitatis ⁊ sterilitatis ⁊ signat in bono statum penitentie et religionis. Esaie. lj. Ponam desertū eius quasi delicias. In malo autē signat statum mundane conuersationis Sopho. ij. Quomodo factum est desertū cubile bestie. In peiori vero signat calorem infernalis doloris et afflictionis. vnde Thob. viij. dicitur. Quod demonium asmodeus nomine: ab angelo fuit religatus in deserto superiori. ¶ Dicā igitur ꝙ est desertū frequentandum: deuitandū ⁊ formandū. Desertū frequētandum est locus ⁊ status penitētie ⁊ religionis. frequētatur eñ qñqꝫ desertū ꝓpter aquas que ibi solent fluere: propter herbas que ibi solent florere: propter aues ꝙ ibi solent canere. In deserto enim plus ꝙ in alijs inueniuntur ista tria. s. aque fluentes: herbe florentes: aues canentes. Sic procerto charissimi dico ꝙ locus et status penitentie et religionis debet a nobis merito frequentari. Ibi enim aque lachrymarū ⁊ deuotionis. ⁊ labuntur et fluunt. Ibi flores exemploruz et honeste conuersationis: florent et maturescunt: Ibi aues. i. viri spiritalis conditionis et perfectionis: modulantur et canunt. Istud apparuit in beato Johanne: qui fuit auis spiritualis qui dicebat Luce. iij. Ego vox clamantis in deserto. Et Luce. j. dicitur. Qꝺ ipse erat in deserto vsqꝫ ad diem ostensionis sue ad populum. Et de xp̄o etiam dicitur. Luce. iiij. Quod ipse ductus est a spiritu in desertum vt tentaretur a dyabolo. frequentemus igitur istum locum. idest penitentie asperitatem: qꝛ sicut dꝛ Joelis. ij. Nolite timere animalia regionis: generabūt speciosa deserti. lignū protulit fructū suum: ficus et vinea dederunt virtutem suam. Unde de triplici actu penitentie dicitur Esaie. xxxv. Aperta erit lingua mutorum ecce confessio. Scisse sunt aque in deserto: ecce cōpunctio. In locis draconum orietur viror mirti et calami: ecce conuersio et conuersatio. De isto ergo dicitur in ps. Pinguescent speciosa deserti: ⁊ exultatione colles accingentur. Ubi aduerte ꝙ sicut desertum est.

Locus gratus ad habitandū.
Locus ad meditandum.
Locus ad militandum.

Sic vere dico ꝙ desertū penitētie est locus ad habitandū: grat9 ꝓpter floridā cōuersationē. Speciosa inquit. Ad modulandū locus per diuine laudis frequentationem. Exultatione. Ad militanduz locus per scandalorum resecationem. Accingentur inqnit. Curramus igitur ad istud desertum.

Ut recreemur ipsius floribus
Ut iocūdemur diuinis laudib9.
Ut ꝑliemur cū nostris hostibus

Dico ergo primo quod in isto deserto possum9 recrea- B
ri virtutū floribus: qꝺ ostenditur cū dicitur. Speciosa deserti. Per speciosa enim deserti intelligitur amenitas florum et herbarum que in locis desertis et incultis solent copiosius inueniri ⁊ per quos quidam flores et herbas nitor honeste conuersationis: ⁊ abundantia virtutis et gratiarum designatur que proculdubio in isto deserto solent precipue reperiri. Ibi enim debent esse flores rosee charitatis: flores lilij castitatis: flores viole humilitatis flores oliue pietatis. Unde de istis speciositatibus dicitur illud predictum. Joelis. ij. Germinabunt speciosa deserti. Unde multiplicibus floribus et plantis huius deserti potest dici illud. Esaie. xlj. Ponam desertum in stagna aquarum: dabo in solitudine cedrum: et spinam et mirthum: et lignum oliue. Ponam in deserto abietem: et vlmum: et buxum simul. Compara omnia ista. vel diuersis virtuosis personis: vel etiam diuersis virtutibus in deserto religionis

religionis ⁊ penitētie habitantib⁹. Sed ꝑcerto hodie plangit illud propheta Joelis.j. dicens sic. Ad te dñe clamabo. quoniā ignis comedit speciosa deserti: flama combussit oīa ligna regionis: ignis enim charissimi: signat peccatū auaricie: peccatū luxurie peccatū inuidie. Ignis auaricie vrit mentem. luxurie vrit carnem. inuidie vrit vtrancꝫ Iste est eñ ignis vsqꝫ ad consummationem deuorans. Job.xxxj. Ignis igitur iste hodie cōsumpsit speciosa deserti. i. virtutes status penitentie ⁊ religiōis. ignis luxurie deuorat liliū castitatis. ignis vero inuidie consumit rosam ⁊ feruorē: amoris et caritatis. Nam procerto charissimi sicut in desertis naturalibus habitant quandoqꝫ animalia ignem spirātia et ꝑducentia sicut sunt dracones: et sicut erant illi serpentes. de quib⁹ dicit Deut.viij. Quod in deserto erat dipsas et serpens flatu vrens. Sic vere in deserto status penitentie. scꝫ in religione sunt hodie multi dracones sitibundi per auariciam: ⁊ multi flatu verborum vrentes per detractionem et inuidiam Malac.j. Posui montem seyr in solitudine: hereditatē eius in dracones deserti. Isti enim nitunt comburere ⁊ corrodere flatu detractionū suarū prelatos ⁊ superiores: socios ⁊ mediocriores: subditos ⁊ inferiores. Et ideo isti figurant in ipsis filijs israel: qui ꝙuis erepti a pharaonis imperio ad desertum introissent. ⁊ ꝙuis pericula inimicorū euasissent ꝙuis etiā pane celi nutriti fuissent in deserto tamen suis exigentibus demeritis: pro maiori parte igne consumpti sunt ⁊ plagis varijs interempti: sicut patet Nume.xvj. ⁊ in alijs multis locis. Sic vere multi sunt religiosi: qui ꝙuis de dominio pharaonis dyaboli: ad desertū penitentie transiuerint: ꝙuis mūdi periculosa euaserint. ꝙuis pane de celo idest celi doctrina ⁊ scriptura nutriti fuerint: igne tamen detractionis ⁊ inuidie in deserto religionis taliter inflāmantur: ꝙ quasi omnes eius incendio deuastantur. Ignis ergo comedit speciosa deserti: Unde de isto igne potest intelligi illud Eccli.xliij. Deuorabit montes: ⁊ exuret desertum: ⁊ extinguet omne viride. Non sic ergo

C sed in deserto penitentie recreemur virtutū floribus.

¶ Secundo dico ꝙ in isto deserto debem⁹ esse vt modulemur diuinis laudibus Exultatione inquit. Aues eñ in deserto solent secretius habitare et dulcius modulari. Ad denotandū ꝙ si volumus esse in secreto mētis per contemplationē: et perfecte modulari per gratiarum actionem et per diuine laudis frequentationē necesse est ꝙ ad desertum penitentie fugiamus. ⁊ ꝙ a turbis mundanorū secedam⁹: et a tumultu. Exemplo beati iohannis qui fugiens ad antra deserti: modulabatur et clamabat: agite penitentiā ⁊c. Luc.iij. Aues enim que sunt munde vite ⁊ que melodiose cantant: solent frequentare desertū: q: scꝫ ibi inueniūtur herbarū grana vnde recipiūt victū suū. Aues vero que sunt immunde vite ⁊ que horribiliter cantant: sicut sunt cornices ⁊ corui nō cantant in deserto ⁊ hoc q: carnibus et cadaueribus nutriuntur que vt cōmuniter in deserto non inueniuntur. Sic proculdubio viri spūales ⁊ mundi diligunt desertum penitentie: vbi granis sacre scripture pascuntur. ⁊ vbi per deuotionem oratione et laudem deo dulciter modulantur: Sed procerto aues immunde: corui nigri ⁊ peccatores qui a carnibus deliciarum ⁊ immundicijs nutriūtur qui deo nō modulātur: sed horribiliter contra deum ⁊ ꝓximum clamāt et garrulant isti dico nunꝙ volunt desertū penitētie frequētare: scientes ꝙ cadauera deliciarū ibidē non habentur. Iste ergo locus debet frequētari vt iocundemur diuinis laudibus Esaie.lij. Gaudete et laudate simul deserta hierusalem: quod ostēditur cum dicitur. Exultatione. et in ps. Exultationes dei in gutture eorum Esaie.liiij. Lauda sterilis que non parturis: quia multi filij deserte magis ꝙ eius que habet virum idest multo plus sunt bona opera continentiū ꝙ coniugatorum. ¶ Tertio dico ꝙ frequētari debemus desertū

D penitentie ne superemur a nostris hostibus. Accingētur. Accingi eñ signat armaturā contra hostes. Desertum enim est locus valde aptus vt ibi ad militandum contra hostes accingamur. Locus enim est lat⁹ vbi sunt multa diuerticula: qđ valet ad ictus hostiūz declinandū. Locus etiam est desertus vbi sunt multa adminacula: quod valet ad potestatē hostium subtrahendaz. Talis ergo locus est status penitentie. ibi eñ tutum est militare contra vitia: q: scꝫ ibi multa sunt diuerticula: multe vie: multa subterfugia per que potest homo hostiū malicias declinare. Ideo dicebat dauid. Ecce elongaui fugiens ⁊ mansi in solitudine. Itēꝫ ibi non sunt offendicula mundi delectabiliū: que hominibus sunt causa ruine: Item ibi non sunt occasiones ⁊ adminicula vitiorum: que sunt hostium contra nos instrumenta seu machine. istis igitur rationib⁹ tutum est ibi cum dyabolo ⁊ vitijs inire bellum. Exēplo xp̄i qui ductus est in desertum contra dyabolum preliaturus: et ab eo tentandus: Luce.iiij. Accingētur ergo in desertum penitentie ad pugnandum: et cōtra vitia armabūtur Nume.x. Tu nosti in quibus locis per desertum castra ponere debemus. Accingētur inquit. Unde Hiere.iiij. Accingite vos cilicijs et plāgite Sequitur. Uentus vrens in vijs que sunt in deserto. j. Macha.iij. Accingimini filij potentes ⁊ estote parati Patet ergo ꝙ istud desertum est frequentandū. Ut cōtra vitia preliemur vt ibi laudibus iocundemur. Ut virtutum floribus recreemur. Ibi enim vt dictum est. Est locus amenus ad recreandū. Est locus quietus ad modulandū. Et locus paratus ad militādū. Pinguescēt ergo speciosa deserti ⁊ exultatione colles accingēt.

E Et si vis nota de isto deserto. s. de ecclesia vel religione ꝙ frequentandū est multiplici ratione. scilicet ꝙ est.

- Locus leticie ⁊ exultationis.
- Loc⁹ iusticie ⁊ iurisditionis.
- Locus clemētie ⁊ recreationis.
- Locus sciētie ⁊ contēplationis.
- Locus cōplacētie ⁊ delectationis.
- Locus penitēti[e] ⁊ macerationis.
- Locus eloquētie ⁊ ꝑdicationis.
- Locus diuine reuerētie ⁊ imolatiōis.
- Locus amicicie ⁊ congregatiōis.
- Locus ꝯfidētie ⁊ tute habitatiōis.

Est dico locus exultatiōis ⁊ leticie. vñ illud Esaie.xxxv. Letabitur deserta ⁊ inuia. Itēꝫ est locus iurisditionis ⁊ iusticie. j. Macha.ij. Descēdunt multi ad eum querētes iudiciū ⁊ iusticiā in deserto. Itē loc⁹ recreationis. scꝫ pauperum ⁊ clementie. ps. Nunquid poterit parare mensam in deserto: nunquid ⁊ panem poterit dare: Item locus contemplationis et scientie. ps. In terra deserta inuia et inaquosa sic in sancto apparui tibi vt viderem virtutem tuam: ⁊ gloriam tuaꝫ Item locus delectationis et complacentie. Esa.lj. Ponam desertum quasi delicias. Item locus maceratiōis et penitētie. Unde de Johanne baptista dicitur. Mathei.iij. ꝙ ipse erat in deserto predicans baptismuꝫ penitentie. Item locus predicationis et eloquentie Esai.xl. Uox clamantis in deserto. parate viam domini. Itēꝫ locus est immolationis et diuine reuerentie. Ibi enim immolat deus homo seipsum Exo.v. Dimitte populū meum vt sacrificet mihi in deserto. Item est locus cōgregationis et amicicie quia scilicet ibi habitāt boni viri. j. Regum.xxiij. Dauid et viri eius erant in deserto. ¶ Item est locus habitationis et secure confidentie. j. Regum.xxiij. Morabatur dauid in deserto in locis firmissimis. Sic igitur accipitur desertum in bono: et pro statu penitentie virtuose.

F ¶ Sed adhuc dico quod quandoqꝫ desertum sumitur pro statu huius seculi vitioso. Mundus enim iste deserto comparatur pluribus rationibus. Desertum enim vt communiter.

- Est locus insidiarum et deceptionis.
- Est locus molestiaruꝫ ⁊ afflictionis.
- Est locus penuriarum et defectionis.

In deserto eñ aues et aīalia capiunt. Serpētes ⁊ reptilia cōmorant. Fruct⁹ ⁊ victualia nō habent. Fugiat ergo istud desertū: quia locus est insidiarum ⁊ deceptio

nis. Ibi enim cōiter moratur latrones ad insidiandum: venatores et aucupes ad animalia capiendū: sicut patet quia sm phisologū. Elephas in deserto decipit[ur] cantu puellarū: Rinoceron in deserto decipitur et capitur specie virginis que gremium sibi tendit sicut superi[us] in locis pluribus iam est dictum. Sic vere charissimi desertum huius mundi locus est insidiarum. Ibi enim latrones aucupes et venatores infernales ad captandum animas insidiantur: et ideo elephantes que sunt animalia maxima rinocerōtes que sunt animalia fortissima. i. viri iusti magni et perfecti ibidem diuersimode capiuntur: Quidā enim decipiuntur per duas puelas. s. per dyabolum et per mundū et hoc quia dyabolus cantat cantilenam superbie mundus vero cantilenam auaricie virgo vero. i. natura mulieris aperit sinum luxurie et sic in isto deserto diuersi diuersimode attrahuntur et in peccati laqueis inuoluuntur locus est insidiarum et deceptionis. ibi enim insidiātur mali bonis et mali malis Treno. iiij. In deserto insidiati
B sunt nobis. ¶ Secundo dico ꝙ hic est locus molestiarum et vexationis. in deserto enim solent habitare animalia et reptilia venenosa et crudelia. propter que molestum est ibi transire. Sic vere in mūdo isto inueniūtur multa genera pctōrum qui multa bonis inferunt nocumenta. Et potissime videt[ur] ꝙ sm scripturā in deserto habitant tria genera bestiarum. scilicet

Onagri qui sunt animalia magne vagabilitatis.
Strutiones que sunt animalia magne crudelitatis.
Vulpes que sunt animalia magne fallacitatis.

Habitant igitur ibi onagri pleni vagabilitatis. Onager enim est animal indominabile quod societatē humanam valde fugit: nulli enim iugo subijcitur sed in deserto continue diuagatur vbi sepe a leonibus deuoratur. Isti ergo significāt superbos et obstinatos: qui per seculum nulli iugo discipline se subijciunt. nec alicui superiori vt deberent obediunt. Isti enim societatē hominū idest virorū rationabiliū fugiunt Quia sicut dicitur iob. xxxix. Quis dimisit onagrum liberū et vincula eius quis soluit cui dedit in deserto locum? Ista potissime possunt dici de apostatis qui fracto iugo religionis ad libertatem reduci cupientes. per desertum huius seculi diuagantur: sicut de demoniaco dicitur. Mar. v. Quoniā nullus poterat eum ligare: immo sepe ligatus fuerat sed ruptis vinculis agitabatur a demonijs in deserto. Et ideo tales quando sic vagantes inueniūtur a leonib[us]. i. a demonibus morte eterna dānantur q[uia] sicut dicitur Eccli. xiij. Venatio leonis onager in heremo. Sūt ergo in hoc deserto onagri sine stabilitate. ¶ Secundo dico ꝙ ibi sunt strutiones plene crudelitate. Strutio enim crudelis dicitur: q[uia] cōtra proprios filios induratur Job. xxxix. Induratur ad filios suos quasi non sint sui: et significant quosdam auaros parcos et tenaces: qui tam suis ꝙ alienis negant crudeliter subuenire. Treñ. iiij. filia populi mei crudelis sicut strutio in deserto. ¶ Tertio dico ꝙ sunt vulpes plene fallacitatis. Isti potissime sunt aduocati inter seculares. hypocrite inter regulares. De quibus dicitur Ezech. xiij. Quasi ad prophetas insipientes qui sequūtur spiritum suum. Quasi vulpes in deserto prophete tui israel erant. Ab istis igitur animalibus inferūtur hodie bonis multe molestie in deserto huius mundi et propter hoc dicitur locus molestiarū et turbationis. Sed quarto dico ꝙ iste est locus penuriarū et defectionis. In deserto enim est sterilitas omnis boni temporalis. sic in mundo spiritalis Math. xiiij. Desertus est locus hic. Istis ergo rationibus debet desertum huius mundi relinqui: nec a nobis debz per affectum frequentari. Sumitur ergo desertuz pro statu seculi vitioso.
D ¶ Sed adhuc dico tertio principaliter: ꝙ quāq[ue] sumit[ur] pro loco inferni doloroso. Ideo peccatori dicitur ezech. xxix. Proijciam te in desertū. Desertū enim est locus qui cōiter caret fructibus. squalet estubus viget vepribus scatet serpentibus. abundat hostibus etc. Pone sicut supra in titu. deserere.

Desiderare. Desiderium. Desiderium A

idem est quod feruens appetitus seu feruens affectio cordialis: et est desiderium aliquotiens vitiosum: aliquotiens virtuosum. Vitiosuz enim est desideriū quo desiderantur delitie carnales Eminentie supernales. Diuitie tēporales Prouer. xxi. Anima impij desiderabit malum Michee. vij. Immaturas ficus desiderauit anima mea. Virtuosum enim desideriū est quando desiderantur illa que sunt vtilia et honesta. Illa dico que sunt nobis proficientia. proximo vero necessaria nō nocentia. deo placentia et acceptibilia. Ista desiderabat dauid in ps. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Omnia enim desiderant naturaliter attingere suum terminū. peruenire ad suum centrū. Coniungi cum suo principio: quiescere in suo loco: et inde est ꝙ corpa leuia sicut est ignis et aer semper desiderant fore sursum vbi scilicet est suū principiuz. suum centrū. suus locus. suus termin[us]. sua regio. sua complexio. Sic procerto charissimi nos debemus desiderare et optare vt sursum ad bona spūalia ꝓuehamur. vt deo qui est principiū omnis creature per amoris incendium coniungamur. vt in loco nostro paradisi perenniter quiescamus. vt ad centrū immobilis ciuitatis feliciter attingam[us]. Sic desiderabat propheta dicens. Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. Vbi ostenditur ꝙ nos debemus desiderare deū et bona eterna. Vt quid commotiuū nostre tarditatis. Sicut ceruus: Vt quid mundatiuū nostre feditatis. desiderat ad fon. aquarū. Vt quid cōtentiuum oīs bonitatis. Ita desiderat anima mea ad te deus: Vel si vis diuide aliter et dic ꝙ desiderium nostrum debe[t] esse.

Velox sine tarditate. Ceruus.
Purum sine feditate. fontes aquarum
Sanctum sine vanitate. ad te deus.

Dico ergo ꝙ desiderare debemus celeriter. et feruenter B
Et hoc hortatur quādo dicit ꝙ nos debemus desiderare: scilicet deum et bona eterna sicut ceruus. Ceruus enim animal est velocissimuz: et ideo per velocitatem cursus cerui. celeritas et feruor desiderij nostri ad deū potest congrue designari. Ideo dicit sponsa Cant. viij. fuge dilecte mi. et assimilare capree hinnuloq[ue] ceruorum super montes bethel. Nos enim debemus assimilare capree per simplicitatem. hinnulo ceruorum per feruētis desiderij celeritatem et esse super montes bethel. i. paradisi per contemplationis sublimitatē. Desiderium autem cerui est potissimū quādo est calefact[us] et canibus insecutus vt inueniat fontem. Nō enim cōsueuit sistere in riuulo: sciēs ꝙ ibi ad plenum non possit recreari sed currit vsq[ue] ad fontē vbi perfecte recreatur et refrigeratur. Sic vere desiderium nostrum non debet esse ad riuulum mundi bonoruz: immo debemus celeriter recurrere per bona opera ad fontem paradisi vbi perfecte poterimus recreari In temporalibus enim nō potest esse perfecta recreatio sed in eternis: et ideo in illis non est sistendum. Unde in ps. Perfecit pedes meos tanq[uam] ceruorum. et super excelsa statuens me. Et esaie. xxxv. dicitur. Tunc saliet sicut ceruus claudus etc. q. d. Nos debemus esse sicut cerui qui per feruēs desideriū ad bona eterna cito et feruenter debemus currere et saltare. vnde hiere. ij. dicitur. Cursor leuis explicans vias suas. Onager assuet[us] in solitudine in desiderio anime sue attraxit ventuz. Desideremus igitur deum et bona spiritualia celeriter atq[ue] feruenter. Quia sicut dicitur Prouerbi. xiij. Desideriū si compleatur delectat aīam
¶ Secundo dico ꝙ ipsi debemus desiderare sinceriter C
atq[ue] innocenter desiderium enim nostrum debet esse purum: quia scilicet non debemus appetere turpia et immunda sicut porcus qui non desiderat nisi lutuz Roma. xiij. Curam carnis ne feceritis in desiderijs: sz pura atq[ue] munda. quod ostenditur cum dicitur. fontes aquarū

tes aquarum. Fontes enim aquarum denotant lotu-
ram puritatis: mundicie ⁊ affectionis: quia sicut dici
tur. Prouer xi. Desiderium iustorum omne bonum est
vnde de ista puritate potest dici illud .ii. Reg. xxiii. Da
uid desiderauit aquam de cisterna que est in bethleem
in hoc debemus esse similes asino. De quo dicit Pli.
ꝙ licet multum sitiat: raro tamen vult bibere nisi ad
fontes assuetos ⁊ claros. Unde de onagro q est asinus
siluestris: ꝙꝙ multum sitiat: nunquam tamen vult bibe
re aquam turbidam: immo expectat quousque inueni-
at claram. vnde illud. ps. Expectabant onagri in siti
sua. In quo ꝓculdubio instruimur ꝙ sitis ⁊ ardor de
siderii nostri nunquam debet appetere aquas turbidas vo-
luptatis: sed aquas claras ⁊ mundas gratiarum ⁊ vir-
tutum: quod vtique est contra peccatores fetidos ⁊ im
mundos: qui magis desiderant aquam turbidam quam
limpidam: temporalia quam eterna: carnis voluptatem
quam mundicie sanctitatem. Isti sunt similes illis qui na
scuntur in constellatione saturni: qui naturaliter de-
siderant vestimenta immunda: animalium immun-
da tangere: ⁊ in locis immundis habitare: sicut dicunt
astrologi. Sic vero mundi peccatores immundicias
diligunt ⁊ frequentant. Isti enim diligunt immundi
ciam vestimentorum .i. bonorum temporalium: ⁊ im
munda animalia ⁊ mulieres viles ⁊c. Unde Roma. i.
Tradidit eos in desideria cordis eorum ⁊ in imundici
am. Eph. ii. Conuersati sumus in desiderio carnis no
stre. Non sic ergo: sed habeamus desideria pura ⁊ mun
D da: ⁊ desideremus sinceriter atque innocenter ¶ Ter-
tio dico: ꝙ desiderare debemus sagaciter atque pruden
ter: quia .s. desideria nostra debent ordinari ad te deus:
tanquam ad finem ⁊ terminum omnium bonorum com-
pletiuum. Homo enim naturaliter habet vultum sur
sum ⁊ erectum. Apes etiam dormiunt supine versa fa
cie versus celum. Ceruus sentiens pruritum in corni-
bus: ad arborem fricat ipsa. Sic ꝓcerto carissimi vul
tus cordis nostri sursum debet ad deum ⁊ ad bona ope
ra esse per desiderium eleuatus: non ad terram ⁊ ter-
rena more pecudum inclinatus. Ad arborem enim .i.
ad xp̄m debemus prurit⁹ desideriorum extinguere: ⁊
quando in bonis temporalibus quiescimus ⁊ dormi-
mus: semper debemus faciem cordis nostri sursum
ad bona eterna per desiderium suspirare: vertere pari
ter ⁊ leuare. Ad te ergo deus. Esa. xxvi. Anima mea de
siderauit te in nocte. Desiderium omnium animali-
um est videre pantheram ꝓpter pulcritudinem pellis
sue. Et ideo secundum Isido. dicitur panthera a pan: quod est
omne: eo ꝙ oculos ⁊ desiderium omnium ad se tra-
hat. Omnes etiam homines: sicut dicitur in .i. lib. me-
taphisice: naturaliter scire desiderant: omnia etiam
imperfecta naturaliter desiderant perfici ⁊ compleri
⁊ quia igitur in paradiso est complementum sine di-
minutione: est sciētia sine erroris obfuscatiōe: est pul-
critudo sine turpitudinis deformatione. Ideo locum
istum desiderare debemus: quia ibi est omnium bono-
rum complementum alliciens: quia allicit affectum
Ibi est scientia perficiens intellectum. Ibi est pulcri-
tudo alliciens aspectum. Pulcritudo enim ipsius pan
there .i. ipsius dei tanta est: ꝙ omnes eius aspectu desi-
derāt recreari. vnde Eccli. xl. Gratiam et speciem desiderabit
oculus. Et .i. Pet. i. dicitur: ꝙ deus est in quem desiderant
angeli ꝓspicere. Scientia etiam ipsius est tāta ꝙ om-
nes eius visione desiderāt informari. vnde .ii. Paral.
ix. Omnes gentes desiderabant videre faciem salomo-
nis: ⁊ audire sapientiā eius. Complementum etiam sue
bonitatis tantum est ꝙ omnes sua gloria desiderant
satiari. vnde Prouer. xiii. Desiderium si compleatur
delectat animam: deum igitur bona eterna desidere-
mus. Non similes illis qui abhorentes cibari māna
ad terrā promissionis fragrauerūt desiderio carnium
Nume. xi. propter quod multa milia perierunt: sed
simus sicut apostolus. Phil. i. Qui desiderium habe-
bat dissolui et esse cum christo. Sit igitur desideriū no

strum sagax ⁊ sanctum sine prauitate: purum ⁊ mun-
dum sine feditate: velox ⁊ citū sine tarditate. Et hoc
de desiderio sufficit. ¶ Sed si volumus prosequi lati E
us materiam istam: possumus notare: ꝙ secundum naturā
desiderabilium possumus distinguere naturā deside-
riorum. Cum igitur res que desiderantur sint in tri-
plici differentia: quia .s. aut sunt spirituales: aut sunt
tēporales: aut sunt eternales Notabo ꝙ tria sunt ge-
nera desideriorum .s. perfectorum qui desiderant spiri-
tualia. Iniquorum qui desiderant tēporalia. Beato-
rum qui desiderant eternalia. Primum desiderium
ad bonum terminatur: quia sicut dicitur. Prouer. xi.
Desiderium iustorum omne bonum est. Secundum
desiderium in vanis delectatur. Prouer. xxi. Anima
impii desiderat malum. Tertium desiderium in sum-
mo quietatur .s. in deo quo fruitur in paradiso. Pro-
uer. x. Desiderium suum iustis dabitur. ¶ Dicamus
igitur aliquid de desiderio iustorum: quod .s. habent
dum transigunt vitam istam omnia enim que sunt vi-
dentur habere desiderium inquietum. Celestia enim
desiderāt iugiter parere. Rationabilia vero sicut sunt
anime desiderant semper existere: ⁊ breuiter omnis res
semper est in desiderio ⁊ in motu. Materia enim est in
potentia ad formas infinitas: ⁊ ideo semper desiderat
nouas formas quousque inueniat aliquam formā ita
completam: ꝙ terminari possit ipsius appetitus. Sic
vere dicam: loquendo spiritualiter: ꝙ reuera mens iu
storum semper debet esse in desiderio ⁊ in motu: quia .s.
semper debet desiderare vt currat ⁊ moueatur per bo-
nam affectionem: vt pariat per bonam operationem
vt existat per bonam perseuerantiam ⁊ durationem.
Uirtutes enim ⁊ bona spiritualia sunt quedam bona de
siderabilia: quia sicut dicitur in. ps. Ista sunt desiderabi
lia super aurum ⁊ lapidem preciosum multū ⁊ dulcio
ra super mel ⁊ fauum. Et ideo iusti talia bona solum
desiderant ⁊ affectant: ⁊ in eis tantūmodo se delectāt
Et sic ergo notabo ꝙ boni ⁊ iusti desiderant.

Bonum operari cū iugi ꝓfectu.	In istis enim de
Deū imitari toto affectu.	cem debet pre
Deum amplexari amoris affatu.	cipue volui de
Uera contemplari splendoris aspectu.	siderium viri
Donis inspirari spūs iniectu.	iusti. Deside-
Crucem venerari doloris obiectu.	ret igitur bo-
Bonis sociari feruoris adiectu	num operari.
Iuste conuersari sine defectu.	Eccli. xlii. ꝙ
Sursum honorari omisso despectu.	desiderabilia
Uitam prolongari in dei conspectu.	sunt opera ei⁹

Item desideret deum imitari. Michee. vii. Dominum
deum tuum desiderabunt. Itē desideret deū amplexari:
dicens de deo illud quod dicit sponsa. Cant. v. Quod
guttur eius suauissimum: ⁊ totus desiderabilis. Unde
de deuotione viri iusti dicitur. Esa liii. Desiderauim⁹
eum virum dolorum ⁊ scientē infirmitatem. Item desi-
deret vera cōtemplari. Unde de sapientia que cōsistit
in contemplatione veritatis dicitur. Prouerbiorum. iii.
ꝙ sapiētia preciosior est cunctis operibus: ⁊ omnia que
desiderantur huic non valent cōparari. Item deside-
ret donis inspirari: donis scilicet spiritussancti. vnde
Hiere. xiiii. de onagro dicitur: ꝙ in desiderio anime sue
attraxit ventum. Item desideret crucē venerari. Cant.
ii. Sub vmbra illius quem desiderabam sedi: ⁊ fruct⁹
eius dulcis gutturi meo. Item desideret bonis socia-
ri dicens cum apostolo. Rom. i. Desidero enim vos
videre vt aliquid vobis impartiar. Item desideret iu
ste conuersari. ps. Concupiuit anima mea desidera-
re iustificationes tuas in omni tēpore. Item desideret
sursum recreari: scilicet in paradiso cum deo dicens il
lud. Phil. i. Desiderium habens dissolui et esse cum
christo: ⁊ ps. Desiderat anima mea ad te deus. Siti-
uit anima mea ad deum fontem viuum. Item deside-
ret vitā prolongari seu etiam perpetuari. ps. Deside-
rium anime eius tribuisti ei domine: sequitur. Uitam
petiit a te et tribuisti ei domine longitudinē dierum ⁊c.

Ecce igitur que sunt desiderabilia viro iusto Ista em̄ desiderant iusti: ⁊ tamen a suo desiderio non fraudātur s̄m Ps̄. Nō sunt fraudati a desiderio suo: sꝫ istud eorum desiderium in omnibus perficitur ⁊ repletur. ps̄. Replet in bonis desiderium tuū: renouabitur vt aquile iuuentus tua. Patet igitur ꝙ est vnum desiderium: quod est iustorꝫ ⁊ hoc est primū. ¶ Secundo dico ꝙ est vnum desiderium quod est malorū. Infirmi em̄ desiderāt contraria ⁊ nociua. Porci etiaꝫ desiderant stercora: ⁊ generaliter animalia immunda. Sic peccatores qui infirmi sunt ⁊ immundi: imunda peccata desiderant: ⁊ in eis plus ꝙ̄ virtutibus se delectant. Mali em̄ non cessant desiderare: ⁊ res immundas ⁊ iutiles affectare: similes mari quod semper est in fluxu ⁊ in motu ⁊ maxime in hyeme: nisi forte quādo auis illa que dicitur altion nidificat inter vndas tunc enim per .xiiij. dies: vt dicit Pli. ⁊ etiā liber rerū ⁊ ad hoc concordat Ouidius: mare cessat a fluctibus ⁊ vt aui det spacium fouendi pullos: quietum efficiꝰ ⁊ serenum. Quia reuera cor humanū quod mari spumoso ⁊ fluctuoso cōparatur: per mala desideria semꝑ mouetꝰ: et fluctibus ꝯcupiscētiarꝫ inutiliū agitatur Unde Prouer. xxj. Desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicꝙ̄ manus eius operari: tota die concupiscit ⁊ desiderat. Tunc em̄ solum quādo alta auis altion .i. deus cor humanū per gratiā inhabitat: ⁊ ibi moratur ⁊ nidificat: pullos bonorū affectuꝫ ibi parturit ⁊ generat: tandiu solum cor humanū per varia desideria non fluctuat: ⁊ fixum quietuꝫ ⁊ stabile ꝑseuerat: statim vero ꝙ ista altionis .i. christi nidificatio cessat statim motus vanorum desideriorꝫ mare cordis agitat atꝙ turbat: quia reuera solius dei presentia ipsuꝫ facit quietū: dei vero absentia turbulentuꝫ. Et inde est ꝙ boni qui secum deuꝫ habent non desiderant superflua. Iuxta illud .j. Thes. iiij. Nullius aliquid desideretis. Mali vero qui vtiꝙ deo carent: semper desiderant contraria ⁊ nociua Michee. vij. Immaturas ficus desiderauit anima mea. Mature em̄ ficus sunt bona spiritualia ⁊ eterna De quibus Hiere. xxiiij. vbi iusto calato comparato dr̄: ꝙ ficꝰ bonas habebat nimis. Ficus vero imature sunt bona tēporalia ⁊ terrena etiam illa: que ab eis subsequuntur delectabilia ⁊ peccata. De quibus ibideꝫ: quātuꝫ ad malos dr̄: ficus habebat malas nimis: ita vt comedi nō possent. Immaturas ergo ficus .i. bona cōmutabilia ⁊ terrena: ⁊ etiaꝫ quelibet vitia desiderant ipsi mali: ⁊ ad ea appetēda sunt auidi atꝙ prompti. vnde .j. Thi. vj. dr̄ ꝙ mali incidunt in desideria multa iutilia ⁊ nociua: que mergunt hominē in interituꝫ. Ista autem desideria s̄m Sen̄. ep̄la. xvj. vocantur inaturalia: que scilicet non habent vbi desinant: quia nullus terminus illis est: cum vt ait naturalia finita sint: vnde ait in fine ep̄le. Si longe progresso semper aliquid longius restat: scito illud naturale nō esse. Notabo igitur ꝙ mali desiderant multa mala. vicꝫ.

Carnalia que inficiunt.
Temporalia que deficiunt.
Secularia que non proficiunt.

Desiderāt dico dlicias carnales. Un̄ de malis dr̄ .j. Pet. iiij. ꝙ ipsi ambulauerunt in luxurijs desiderijs ⁊ violentijs contra illud .j. Pet. ij. Abstinete vos a carnalibus desiderijs que militant aduersus animam. Et illud. Rom̄. xiij. Curam carnis ne feceritis in desiderijs. Item desiderant diuitias tēporales contra illud. Prouer. xxiij. Non desideres de cibis eiꝰ in quo est panis mendacij. Noli laborare vt diteris. Item desiderant eminentias populares. Job. xxx. Abstulit quasi ventus desiderium meum. Uentus enim signat fauores ⁊ dignitates: propter inanis glorie vanitatem: quas tamen quidā affectant: iuxta illud predictuꝫ. Hiere. xiiij. In desiderio anime sue attraxit vētum. Tales ergo mali desideratores sunt fatui: quia vicꝫ per talia vana carnalia: temporalia ⁊ secularia desideria mors sequitur sempiterna. Ro. j. Exarserunt in desiderijs suis ⁊c. Sequitur. Qm̄ qui talia agūt digni sunt morte Bene ergo docet. ij. Thimo. ij di. Iuuenilia desideria fuge. Istud est igitur desiderium qđ est malorū. ¶ Tertio dico ꝙ est vnum desideriū qđ est G
sanctorꝫ: ⁊ istud est illud quo beati in patria delectātur. In illa enim fit delectatio sine desiderio: qꝛ sicut dicitur Prouerbio. xiij Desideriū si cōpleatꝰ aiam delectat. Cum igitur in paradiso fit summa delectatio. restat ꝙ ibi est desideriū valde magnū. Istud autē desideriū nihil aliud est ꝙ̄ amor feruētissimus: quo .s. beati feruntur in deū: ipso fruentes desiderando: ⁊ ipsum desiderātes fruendo ⁊ possidēdo. Et aduerte ꝙ istud desideriū quietatur propter plura: videlicet

Quia videt omnem veritatem.
Quia gustat oēm voluptatem.
Quia habet altam dignitatē.
Quia complet suā volūtatem.
Quia tenet longā eternitatem.

¶ Primū desideriū ꝑficitur deū cōtēplādo vn̄ illud predictū. ij. Paralipo. ix. ꝙ om̄is terra desiderabat videre faciem salomonis ⁊ audire sapientiā eius. Et pone quomodo regina saba .i. aīa veniens ⁊ vidēs: nō habebat vltra spiritum pre timore. Tāta em̄ ⁊ tā miranda videntur in illo speculo eterno: ꝙ nō mirū si aīa videns stupeat ⁊ miretur dicens illud Prouerb. vij. Uictimas pro salute deuoui: hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sum in occursum tuum desiderans te videre ⁊ reperi. ¶ Secundū desideriū ꝑficiꝰ bona degustādo: vn̄ illud predictū Prouerb. xiij. Disideriū si cōpleatur delectat animā p̄s. Replet in bonis desideriū tuū. ¶ Tertiū desideriū perficitur alte presidendo. iij. Reg. ix. Regnabis super omnia que desiderat aīa tua. ¶ Quartū ꝟo desideriū perficiꝰ vota adimplendo Eccl̄i. vj. Nihil deest ex om̄ibus que desiderat: ⁊ in p̄s. Desideriū aīe eius tribuisti ei dn̄e: ⁊ volūtate labiorꝝ eius nō fraudasti eū: ⁊ iterū p̄s. Desideriū pauperū exaudiuit dn̄s. ⁊ Prouer. x. Desideriū suū iustis dabiꝰ. ¶ Quinto ꝟo desiderium perficiꝰ in diu viuēdo vel perpetuo ꝑseuerādo. vn̄ illud predictū. Replet in bonis desideriū tuū: renouabitur vt aquila iuuētus tua. Patet igiꝰ quomodo inueniꝰ desideriū sanctorꝝ ⁊ beatorꝝ: malorꝝ ⁊ iniquorꝝ: bonorū ⁊ ꝑfectorꝝ. ¶ De desiderabili ꝟo posset notari ꝙ multa sunt q̄ a iustis debēt desiderabilia reputari: vcꝫ H

Scriptura.
Uirtutes.
Eccl̄ia vel religio.
Gloria paradisi.

¶ De scriptura pōt dici illud Prouer. viij. Preciosior est sapientia cunctis opibus: ⁊ omne desiderabile ei nō potest cōparari. De virtutibꝰ diciꝰ a deo ipsi aīe virtuose illud Esaie. liiij. Sternā per ordinē lapides tuos: fundabo te in saphiris: ponā iaspidem propugnacula tua ⁊ oēs portas tuas in lapides sculptos ⁊ oēs terminos tuos in lapides desiderabiles. Dyabolus tamen quandoꝙ ciuitatem aīe destruit: ⁊ om̄ia desiderabilia sua ⁊ virtualia secuꝫ tollit. Unde hierusalem destructa plāgendo diciꝰ Treno. j. Manum suā misit hostis ad oīa desiderabilia eius. ⁊ Osee. xiij. dr̄ de dyabolo: ꝙ ipse deripiet thesaurū om̄is vasis desiderabilis. De ecclesia vero vel religione quomodo antiquitus propter abūdātiā virtutū ⁊ bonarū personarꝝ fuit delectabilis ⁊ desiderabilis patet: qꝛ ꝓpter suā moralē pulcritudinē: antiquitus oēs principes ecclesiā diligebāt ⁊ desiderabāt ⁊ eam diuitijs ⁊ priuilegijs desiderabilius ampliabāt Unde de dauid rege legiꝰ ij. Reg. xxiij. ꝙ ipse desiderauit aquā de cisterna: que est iuxta portā bethleem: sed reuera hodiernis tēporibꝰ ista apud istos iā nō est desiderabilis: sed potius vilis ⁊ vituperabilis. Qđ patet qꝛ ipsam non honorāt nec ditant: sed potius depauperant ⁊ molestāt: ⁊ bona q̄ predecessores eorꝝ ecclesie cōtulerāt secum portāt. De quo conquerens dn̄s dicit. Joelis. iij. Argentum meum ⁊ aurū meū tulistis: ⁊ desiderabilia mea ⁊ pulcerrima intulistis in delubra vestra Exēplifica quomodo ꝑncipes quicquid possunt de ecclesia rapiunt: ⁊ delubra sua .i. domos ⁊ pallacia sua inde replent ⁊ ornāt. ⁊ breuiter isti eccl̄iam xp̄i desiderabilem

derabiles solent contēdere. ps. Pro nihilo habuerūt terram desiderabilem. Solent subuertere. Hiere. xij. Dederunt portionem meam desiderabilem in desertum. Solent diripere. vnde illud predictum. Treno. j. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius. Et ratio sequitur: quia vidit gētes ingressas sanctuarium tuum: de quibus preceperas ne intrarēt ecclesiam tuam. q. d. cū quare desiderabilia sua auferūtur hodie ab ecclesia est: quia non habet tales ecclesiasticos sicut solebat: imo pcerto tales habet: de quibus preceptum ne intrent ecclesiā. s. homines peruersos & malos de quibus etiam ecclesia moderna recordās potest gemere: iuxta illud Tre. j. Recordata est hierusalē omnium desiderabilium suorum: que habuerat a diebus antiquis: cū caderet ppl's eius in manu hostili. q. d. bene potest dolere hirlm. i. ecclesia: quando recordatur antiq̄ desiderabilia: & moderna vicē hostilia: & crudelia. Ista etiam omnia potes applicare ad spiritualia desiderabilia ecclesie. s. ad virtutes: & ad virtuosas personas: quibus etiam ipsas tyranni. i. demones priuauerunt & in solitudinem reduxerūt. De quo lamentando dicitur. Esa. xxxij. Plangite inquit super regiōe desiderabili super vinea fertili: super humum populi mei: spine & vepres ascendent. De gloria vero eterna que. s. summe desiderabilis est: hoc solū ad pñs dico: q̄ peccatores iuxta illud predictū. ps. Pro nihilo habuerunt terram desiderabilē &c. sufficiat ergo de desiderio desiderabili: & desiderare. Uide de concupiscere: affectio: & appetere &c.

A **Desinere.** Nota q̄ desinere idem est quod ab ope vel a duratione cessare. Nota igitur q̄ in scriptura inuenitur.

Desinere nature.
Desinere gratie.
Desinere culpe.
Desinere fortune.
Desinere pene.

Natura desinimus per mortem deficiendo. Sap. v. Nos statim nati: cōtinuo desinimus esse. Gratia desinimus a malis resipiscēdo. ps. Desine ab ira & derelinque furorem. Et Eccli. xxviij. Memento nouissimorum & desine inimicari. Culpa desinimus: virtutes obliuiscendo: vel a bonis cessando: & discōtinuando: qđ tamen non debet esse: q2. s. nullus debet a bono desinere aut cessare. Juxta illud Hiere. xvij. vbi de bona arbore dr̄: quod aliquando non desinet facere fructum. Unde etiam de perseuerantia in bono dicit illud. Eccli. xxiiij. Ab initio & ante secula creata sum: et vsq3 ad futurum seculum non desinam. Istud enī est desinere culpe: qñ homo cessat a bono opere & virtute. fortūa desinimus: a pspeis cadendo & corruendo. De quo Esa. vij. Desinet ppl's esse effrayē pena. s. eterna desinimus gloriam nunq̄ habendo: q2. s. deus cessat & desinit influere bonis gloriam sempiternā: quā tamen beatis & bonis influit: & donat incessanter: dicens illud. Hiere. xxxij. Feriam cū eis pactum sempiternum: & non desinam eis benefacere &c. Uides s̄ de cessare.

Desolatio. desolatus. desolari. Nota q̄ desolatio accipitur p tristitia. Et sic notabo q̄ inuenit in scriptura multiplex desolatio vicē.

Quedam bona virtualis et meritoria.
Quedam mala criminalis & inturbatoria.
Quedam vana temporalis & afflictoria.
Quedam pessima infernalis & damnatoris.

Desolantur enī iusti pfunde meditantes: q2. s. iusti pfunde cogitant in grauitate pcedentiū peccatorū in paucitate meritor: in seueritate dei iudiciorū: i acerbitate tormentor: & in plongatione supnaliū gaudiorum: solent quadam spirituali desolatione tristari: & timore congruo conturbari. Unde anima sic spiritualiter & virtualiter desolata pōt dicere illud. Treno. j. Posuit me dominus desolatam: tota die merore confectam. De quo potest etiam intelligi illud: quod dicit dominus. Esa. xliiij. Dico hierl'm habitaberis & ciuitatibus iude edificabimini: & deserta ei⁹ suscitabo: qui dico profundo desolare: & flumina tua arefaciam. Et illud Hiere. ij. Obstupescite celi desuper: & porte celi desolamini vehementer. ¶ Item desolātur mali de deo desperantes. Mali enim qui spem suam nō posuerunt in deo: occasione facili desolantur. Unde de peccatoribus dicitur. ps. Quomodo facti sunt in desolationem: subito defecerunt: perierunt ppter iniquitatem suam. Et Math. xij. de malis dicit: q̄ omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Res enim dicitur desolata: quando destructis edificijs bona omnia sunt consumpta. Sic peccator desolatus dicitur quando spiritualiter destruitur: & bonis spiritualib⁹ spoliatur. Ezech. xv. Dedit terram eorū inuiam & desolatam. Item etiam religio & ecclesia pro eo: q̄ a suo pristino & spirituali statu est destructa: & virtutibus pro magna parte priuata: dici potest merito desolata. Unde Ezech. xxv. Euge super sanctuarium meum: q2 pollutum est: & super terram israel: quia desolata est & super domum iuda: quia ducti sunt in captiuitatē. ¶ Item desolantur miseri fortune succumbētes: & ista est proprie desolatio. i. infortunium: vel tribulatio: q2 scilicet quis consolatione prosperitatis destituitur: & bonis temporalibus spoliatur. vnde Hiere. xviij. facta est terra nostra in desolationem & sibilum. Esaie. xxiiij. Deserta est omnis leticia: translatum est gaudium terre. & Rec. ij. Hierl'm deserta est. Item desolātur damnati in inferno lugentes. Illa est enim summa & suprema desolatio: vbi nihil prorsus speratur cōsolabile. Daniel. ix. Post finem belli statuta desolatio. Et si vis nota q̄ ibi desolantur.

Illi qui nunc fulgent principali statu.
Illi qui nunc sordent in carnali statu.
Illi qui nunc carent visuali actu.
Illi qui nunc tument cordiali fluctu.

Desolabuntur dico finaliter in inferno: illi qui nunc pollent statu principali: scilicet mali principes & tyranni. Ezech. xxxij. Desolabuntur montes israel. Montes enim superbos & tyrannos significant. Item desolabuntur ibi illi qui nunc sordent in statu carnali. s. luxuriosi. Unde de mala muliere dicitur. Apoc. xvij. Hi sunt odientes fornicariam & desolatam faciēt illā. Et Ezech. xxxv. Dabo montem seyr desolatum. Seyr enim interpretatur hyrcus: significans luxuriosos: fetidos & immundos. Item desolabuntur ibi illi: qui nunc carent actu visuali. s. illi qui sunt spiritualiter ceci. s. obstinate & vitijs obtenebrati. Unde de egypto qui interpretatur tenebre dicitur. Joelis. iij. Egyptus in desolatione erit. Item desolabuntur ibidē illi qui nunc tument fluctu cordiali. s. superbi & psumptuosi. Sap. iiij. Dirrūpet illos inflatos & sine voce: & cōmouebit illos a fundamentis desolabuntur.

A **Desperatio.** Nota q̄ desperatio est vltimū vitiorum. Istud est enim cui nullum potest remedium adhiberi: q̄diu enim sum⁹ in vita ista: semper debem⁹ viuere in spe venie & salutis: cum pro tēpore vite huius nunq̄ sit clausa ianua redeunti. Duo enim sunt vitia valde periculosa. Unū quo periclitantur quandoq3 boni. Aliud quo periclitātur ipsi mali. vicē. Presumptio de meritis: & desperatio de peccatis. Quia boni de meritis presumētes faciliter corruunt. Mali vero desperantes sine remedio se subuertunt. Oportet ergo de virtutibus non psumere: & non de criminibus desperare: quia scē iusti⁹ quandoq3 cadit & perit: impius vero quandoq3 penitet & resurgit. Unde Augu. li. de symbolo dicit sic: latro agnouit & petrus negauit. Caueat ergo bonus ne presumat per superbiam: malus vero ne desperet per maliciā. ¶ Et breuiter desperatio fugienda est & timēda: quia. B

Animam iugulat a bonis euertens.
Crimina cumulat a retro peruertens.

A celis exulat ad yma diuertens.
Inferis copulat penitus subuertens.
Dico ergo ꝙ desperatio a bonis euertit: animam iu-
gulans: desperatio em̄ proprie est anime totalis euer-
sio: ⁊ ipsius spiritualis iugulatio: quia .s. anima ꝑ de
sperationem a virtutibus ⁊ a fide euertitur: captaq̄
ad infernum trahitur: ⁊ ibi perpetuo iugulatur. Po-
nit em̄ liber de natu. rerum: ꝙ testudo maris sic capit
Habet em̄ testam: in qua concluditur preter pedes ⁊
caput cuius teste leuitas impedit ne in aquaꝫ se vale-
at ꝓfundare: immo semꝑ solet superius enatare. Pi
scator ergo ad eam vadens ipsam ante omnia inuer-
sat: que extunc reuersare non pōt: statim pes eius al-
ligatur: ⁊ ad littus tracta occiditur. Sic vere facit pi-
scator dyabolus: videns enim hominem in testa ma-
le consuetudinis ⁊ dure obstinationis inclusuꝫ: nū̄q̄
scꝫ in aquam maris .i. in amaritudinem mortis ⁊ in-
ferni ꝑ consideratione̅ se ꝓfundante̅: sed sursuꝫ in mū
di superficie ꝑ superbiam libere diuagantem: statim
nititur ipsum euertere a fide ⁊ euꝫ a virtutibus inuer
sare: sicq̄ ligatis pedibus affectionum .s. cum ampli-
us se reuersare vel ad rectitudinem reducere non pos-
se existimat: miser peccator ad littus inferni trahitur
vbi tormentis varijs occiditur vel grauat̄. Quia bre-
uiter vt dictum est: desperatio est totalis anime euer
sio: ⁊ ad mortem eternam sine remedio deductio: quia
qui semel desperatus fuerit: ad salutem amplius vix
redibit: dicens illud. Hiere. ij. Desperaui nequaq̄ fa
ciam. Et Job. vij. Desperaui nequaq̄ vltra iam viuaꝫ
Isti sunt similes rinoceronti: q̄ viua nō: aut vix potest
capi: statim enim ꝙ capta est pre indignatione mori
tur: sicut dicit Solinus. Sic multi sunt quibus non
sufficit infortuniū captiōis: qđ hoc est: ꝙ a dyabolo
ꝑ peccata varia capiant̄: imo ꝓcerto addere volunt:
mortem desperationis: qꝛ. s. qn̄ a dyabolo vident se di
uersis vitijs alligatos: nō recurrūt ad pnīe remediū
sed potius ad desperationis mortem ⁊ naufragium.
Unde ipsi vident̄ dicere illud. Hiere. xviij. Desperaui
mus: post cogitationes nostras ibimus. Et istud est
summū periculū: qꝛ. s. ille qui se posse bonum fieri de-
sperat: nū̄q̄ laborat vt bonus fiat: qꝛ sicut dicit Sen̄.
lib. de moribus. Nunq̄ se mutat: qui se posse mutari
desperat. Patet ergo: ꝙ despatio a bonis euertit ani-
mam iugulans. Ista est em̄ laqueus qui iugulauit iu
C dam. ¶ Scđo dico: qđ desperatio a recto ꝑuertit cri-
mina cumulans. Constat em̄ ꝙ illi q̄ spem future glo
rie non habent ⁊ qui se salui desperant: ad omnia vi-
tia se exhibent. Solent em̄ quicquid mali possunt fa
cere vt saltem in hac vita possint suis malis appetiti
bus cōplacere. Nauis em̄ qn̄ anchora perdita: ⁊ amis
so gubernaculo subuertitur: tunc vero dorso versus ce
lum tota eius latitudo ⁊ capacitas ad mare conuerti
tur: ⁊ aqua amara repletur. Sic anima quādo ancho
ram spei perdidit: ⁊ gubernaculum rationis amisit: ⁊
ꝑ desperationem subuertitur: statim dorsum obliuio
nis ⁊ contemptus ad celum vertit: inq̄tum de celesti
gloria desperat penitus ⁊ diffidit: faciem vero ⁊ latitu
dinem cordis ⁊ affectionū vertit ad aquam. i. ad flu-
xum oīm vitiorum: que. s. libenter amplectitur: ⁊ in q̄
bus penitus se immergit. Eph. iiij. Desperātes semet
ipsos tradiderunt omni immundicie ⁊ auaricie. Ista
D ergo a recto peruertit crimina cumulās. ¶ Tertio di
co: ꝙ desperatio ad yma diuertit a celis exulans: ista
est em̄ durissima ancilla: que claudit ianuam paradi
si vt extra exulet miser homo. Taxus em̄ dicitur cum
cauda sua villosa: foramina cauerne sue nunc contra
australem: nunc contra aquilonarem flatum obstru
ere: ne ventus valeat subintrare: sic vere peccator qui
ī cauerna cordis sui duo habebat foramina. i. duas co
gnitiones. s. vnā australē ꝑ quā cōsiderabat̄ felicitas
paradisi: aliam aquilonarē ꝑ quam cōsiderabat̄ acer
bitas īferni: nolēs ꝙ ꝑ aliquā istaꝝ flatus spūssancti
ad ipm possit intrare: solet cū sua cauda villosa. i. cuꝫ
sua finali desperatione: ⁊ impatiētia ista foramina ob
struere: vt. s. nec de celi gloria quā amittit: nec de infer
ni miseria quā acquirit: de cetero valeat cogitare: vn-
de Crisosto. lib. de reparatione lapsi dicit: ꝙ illius suꝑ
ne ciuitatis ianuas desperatio claudit: quas tn̄ spes
aperit: ⁊ pietas patefacit. Sic ergo dico ꝙ ista ad ima
diuertit a celis exulās. De quo pōt intelligi illud ver
bū dauid. j. Reg. xxvij. Fugiā ⁊c. vt despet saul: cessetq̄
me querere. Dauid em̄ qui interpretat̄ vultu deside ra
bilis: designat deū maxime in gloria: vultū suū deside
rabilē ostendentē: quē tn̄ homo desperās nō querit: sꝫ
ab ipso penitus exulat ⁊ recedit. ¶ Quarto dico. ꝙ de E
speratio penit⁹ subuertit inferis copulās. Ista est em̄
sicut equus indomitus q̄ magistrū suuꝫ precipitat in
profundū: ⁊ proculdubio periculosum est equitare ta
lem equū. ij. Reg. ij. An ignoras ꝙ periculosa sit despe
ratio. Unde ipsi dānati sunt proprie desperati: qꝛ. s. ex-
tra oēm spem venie ꝑpetuo sunt puniti. Aqua enim q̄
de olla vulcani. i. de puteo bullienti qui est prope vi-
terbiū in italia: nō solū propter sui ardorē: oīa inie-
cta cōsumit: immo etiā terrā quā tangit riuus ipsius
in lapidē cōmutat ⁊ cōuertit: sicut dicit Geruasius in
libro de ocijs imperialibus. Sic vere aqua illa feruen
tissima pene eterne: que in olla inferni feruet: nō solū
affligit ⁊ ledit: immo lapideitatē ⁊ duriciā obstinatio
nis in dānatis peccatoribus introducit. Istā em̄ pe-
nam ignis ⁊ vermis cōcomitat̄ lapideitas dure ⁊ ob-
stinate desperationis: ita ꝙ ipsi dānati possunt dicere
illud Hiere. xv. Factus est dolor meus ꝑpetuus: ⁊ pla-
ga mea desperabilis. Patet igitur quomodo despera
tio inferno copulat: a celis exulat: crimina cumulat:
aīam iugulat. Aduerte tamē si vis: ꝙ desperatio ꝓue-
nit quādoq̄ ex imbecillitate ⁊ difficultate penitendi:
quādoq̄ ex confusione cōfitendi: quādoq̄ ex enormi-
tate delicti. Cōsiderat em̄ homo propriā imbecillitatē
⁊ hostiū multiplicitatē: ⁊ euadēdi seu resurgendi diffi
cultatē: peccati enormitatē: ⁊ cōfitendi cōfusibilitatē
⁊ sic desperans proponit nō recurrere ad diuinā mise-
ricordiam ⁊ pietatem. Unde de dauid legit̄ ꝙ cuꝫ saul
id est diabolus ⁊ viri eius cingerent eum in modū co-
rone: desperauit posse euadere a facie saul ⁊c. Uide in
multis locis in hoc opere: sicut tabula diriget te: et vi
de de obstinatione.

Despicere.

Nota ꝙ despicere idem est qđ vi- A
lipendere: cōtemnere: vel neglige
re: odire: fugere: abhorrere. Et est differentia inter de-
spicere ⁊ contemnere: qꝛ despicere cōmuniter accipit̄
in malo: vt illud ij. Reg. vj. Despexit eū in corde suo:
scꝫ michol dauid: quia ludebat coram arca. Contem-
nere vt cōmuniter accipitur in bono: sicut dicitur con
temnere diuitias: cōtemnere seipsuꝫ: ⁊ contemnere ab
alio cōtemni. Quia ꝟm Senec. Ad honesta contēdenti
contēnendus est ipse contemptus. Et si volum⁹: pos-
Est igitur quedā voracitas insatiabilis gulositatis. Gulosi eñ non possunt satiari cibarijs: immo ad modum irrationabiliū bestiarū non cessant cibaria supfluere dicentes Eccl's. ij. Quis ita deuorabit ⁊ delitijs affluet sicut ego. Itē est deuoratio rapacitatis seu iniquitatis. Cupidi eñ ⁊ rapaces sunt similes animalibus crudelibus: q̄ nō cessant carnes bestiarū innocētium deuorare. Similes sunt igit̃ igni: q̄ res sibi cōtiguas subito deuorat ⁊ cōsumit. Sic vere isti auari innocenies ⁊ pauperes per rapinas deuorare nō cessant ⁊ ipsos diuersis tribulationibꝰ infirmare. Vñ Esa. j. Regionē vestrā coram oculis vestris alieni deuorant. Amos. ij. Mittam ignē in iuda ⁊ deuorabit edes hierusalem. Isti enim tyranni proprie dicuntur deuoratores: q: sicut vorago sua insatiabili capacitate quasi infinita recipit ⁊ absorbet: de receptis autem nullum vestigium apparet. Sic vere tales quasi infinita de alienis bonis rapiūt deuorant ⁊ assumunt: in eis tamen vt cōmuniter nullum diuitiarum vestigium apparet: immo quasi continue sunt pauperes ⁊ verificatur in eis verbum sapientis: qui dicit Prouerbio. xj. Alij diuidunt propria ⁊ ditiores sunt. Alij rapiunt nō sua: ⁊ semꝑ in egestate sunt. Ista est ergo deuoratio rapacitat̄: sꝫ huic pōt subalternari: deuoratio detractoꝝ q̄ verbis suis detractorijs alios deuorāt ⁊ corrodūt. Unde Gene. xxxvij. Fera pessima deuorauit filiū meū ioseph. Et Deuterono. xxxij. Gladius meus deuorabit carnes. Et possumus subdistinguere: ꝙ sicut mundi peccatores solent alios diuersimode deuorare. Ita iusto dei iudicio per diuersa peccata diuersimode deuorantur. Unde nota ꝙ quidā deuorantur per peccatuꝫ auaricie: quidam per peccatuꝫ inuidie: quidā ꝑ peccatum luxurie. Primi figurantur in illis qui deuorati sunt a terra Nume. xvj. Terra enim. i. terrena prosperitas ⁊ negociatio per auariciam deuorat ⁊ cōsumit. Nume. xiij. Terra quam lustrauimꝰ deuorat habitatores suos ⁊c. Secundi deuorantur in illis qui deuorati sunt ab igne Leui. x. Egressus ignis a domino deuorauit eos ⁊ mortui sunt. Ignis enim signat peccatū inuidie qđ possessorem suū stimulat ⁊ cōburit: ipmqꝫ mente ⁊ corpore deuorat ⁊ desiccat. Joelis. j. Ignis deuorabit speciosa deserti. Tertij figurantur in illis qui deuorantur a lepra. Lepra enim que non solū possessorem suū: immo etiam alios habet inficere: signat luxuriam que primo suos: deinde alienos ꝑ suos cōtactus habet inficere ⁊ corrumpere Nume. xij. Medium carnis eius a lepra deuoratum est. Ista est ergo deuoratio iniquitatis. Tertio dico ꝙ est deuoratio penalitatis: ⁊ ista est qua peccatores in inferno deuorantur. Unde de peccatoribus dicitur Job. xx. Deuorabit euꝫ ignis qui non succendetur: affligetur relictus in tabernaculo suo. Aurum enim in igne non deuoratur nec cōsumitur sed purgatur. Plūbum vero ibi consumitur et penitus si ibi sit diutiꝰ deuoratur. Sic vere boni in inferno non deuorant̃: immo ibi per ignem depurantur. Mali vero ibi destruuntur ⁊ perpetuo cruciant̃ Ezechie. xxiij. Nouissimū tuū deuorabit ignis. Et nota ꝙ ignis inferni deuorabit multa genera peccatorū: vcꝫ

Terrenis opibus implicatos.
Superbis turribus sublimatos.
Prauis muneribꝰ inq̄natos.
Uirtutū fructibus spoliatos.
Profundis mētibꝰ obstinatos.
Malignis cordibꝰ discordatos.

Dico igit̃ ꝙ igne inferni finaliter deuorabunt̃ implicati terrenis actibꝰ Deuterono. xxxij. Ignis succensus est in furore meo: ⁊ ardebit vsqꝫ ad inferni nouissima: deuorabit terram cum germine suo: ⁊ montium fundamenta comburet. Item deuorabūtur eleuati superbis montibus Judicum. ix. Egrediatur ignis de ramno: et deuoret cedros lybani. Item deuorantur isto igne inquinati prauis muneribus: quia sicut dicit Job. xv. Ignis deuorabit tabernacula eorū qui libenter munera accipiunt. Item spoliati virtutū fructibꝰ Eccl'i. xliij. deuorabit mōtes ⁊ exuret desertum. Item ibi deuorabuntur obstinati profundis mētibus. Unde Amos. vij. Ecce vocabit dominus iudicium ad ignem: et deuorabit abyssum multam. Item deuorabuntur discordati malignis cordibus. Psalmus. Ignis hostes tuos deuoret. Et hoc de deuorare sufficit.

Deus. Quāuis enim nomē dei mirabile sit affatu et inscrutabile cogitatu: et sicut dicit Job. xxxvj. Magnus deus et vincens scientiā nostram: et inde est ꝙ magnus dominus et laudabilis nimis: et sapientie eius non est numerus. Ideo perfectionē ipsius expauescens: loqui de ipso longius pertimesco: verum si fari nescio: propter hoc non cessabo aliquid balbutiri. Dicamus ergo ꝙ q̄uis de diuina essentia nō possumus aliquid dignum loqui: ideo de ipsius effectibꝰ aliqua breuiter possunt dici. Essentia enim dei est imperscrutabilis pro tempore huius vite. Unde narratur: ꝙ cū quidam rex petijsset a quodam philosopho. Quid est deus. Dixit philosophus A

da mihi inducias.xv.dierū:qua cōcessa ⁊ completa:petijt inducias vnius mensis:⁊ tandē duorū mensiū:ita ꝙ semper inducias duplicabat: de quo admiranti regi ⁊ querēti. Respondit phs. Certe inquit tot dilationes quero:quia quanto magis inquiro quid sit deus: tanto minus inuenio. Ideo diuinam essentiam describens semel quidā phs dicit sic. Deꝰ sphera incircūscriptibilis:cuiꝰ centrū vbiqꝫ est:circūferētia autē nusqꝫ. De diuina ergo essentia nō querentes solū de isto vocabulo deus disseramꝰ. Dicamus ergo ꝙ deus habet

B Eminentiam superiorem.
Sapientiam limpidiorem.
Prudentiam occultiorem.
Amiciciam precariorem.

¶ Habet dico deus eminentiam cuncta precellētem. Sapiētiam cuncta cognoscentem. Prouidentiam cuncta gubernātem. Amiciciam cuncta diligētem. Habet ergo deus superiorem eminentiam. Deus enim eminet ⁊ superest omnibus rebꝰ: dignitate:bonitate:potestate. ps. Quoniam deꝰ rex magnus dominus terribilis super omnē terram. Rex inquit:ecce dignitas. Terribilis: ecce potestas. Super omnem terram:ecce bonitas. Ista ergo p̄eminentia est cunctis superior. Item in ipso est sapientia cunctis limpidior:vt enim dicitur Eccli.j. Omnis sapientia a domino deo est. Et Sapien.vj dicitur. ꝙ deꝰ sapientie dux est ⁊ sapientium emendator. Item in ipso est prouidētia cunctis discretior seu cunctis occultior. Sicut enim per occultam ⁊ inuisibilem lune influentiam mare visibiliter regitur ⁊ mouetur: sic per dei prouidentiam mundus iste disponitur ⁊ sensibiliter gubernatur. Ideo dicitur in ps. Quoniam rex omnis terre deus: psallite sapienter. Rex enim dicitur.i. rector. Iste habet amiciciam precariorem. Ideo.j. Corinthio.xiij. dicitur. Ipse dicitur deus pacis ⁊ dilectionis. Sicut enim Sapien.xij. dicitur. Ipse diligit omnia que sunt: quoniam sua sunt. Propter istas ergo ⁊ alias perfectiones diuinas est ipse deus colēdus:honorandus:⁊ metuendus. Coli enim debet propter deitatem:honorari propter dignitatem. Formidari propter potestatem. Quomodo autem sit deus declarat in ps. Deus iudex iustus:fortis ⁊ patiens

Iste est deus:ideo adorandus.
Iste est iudex:ideo formidandus.
Iste est iustus:ideo honorandus.
Iste est fortis:ideo amplexandus.
Iste est patiens:ideo diligendus.
Iste est clemens: ideo requirendus.
Iste em̄ habet plenitudinē sctitatis: qr deus.
Celsitudinem dignitatis: quia iudex.
Rectitudinem veritatis: quia iustus.
Magnitudinem potestatis:quia fortis.
Fortitudinem firmitatis:quia patiens.
Mititudinem pietatis:quia non irascitur.

C ¶ Dico ergo ꝙ deus est adorandus propter excellentiam deitatis. Iste est enim deus solus Deuterono.vj. Tuus deus vnus est. Ideo precipitur ibidem. Dominum deum tuum adorabis ⁊ illi soli seruies. Elephas enim est animal valde disciplinabile ſm Plini. Dicitur enim cognoscere regem ⁊ eū adorare. Sic vere nos debemus cognoscere regem:scꝫ dn̄m qui est rex noster ante secula:⁊ qui operatus est salutē in medio terrax per fidem ⁊ dilectionem:⁊ debemus adorare per reuerentiam ⁊ deuotionem. Deus inquit. Unde Apocalip.xix. dixit angelus Johanni eum adorare volenti. Uide ne feceris:conseruus tuus enim sum ⁊ fratrum tuorum deum adora.q.d. Noli adorare creaturam sed creatorē. Nō est contra ydololatras:sortilegos ⁊c. Et si vis de dei excellentia potes notare ꝙ ipse est

Lux illuminans nostram cecitatem.
Rex examinans nostrā prauitatē.
Lex determinans omnē veritatem.
Fons eliminās omnem feditatem.

Est dico lux mentes illuminās. j. Johan.j. Deus lux est ⁊ tenebre in eo nō sunt vlle. Itē ipse est rex culpas examinans ps. Deꝰ autem rex noster ante secula. Et illud ps. Deus deorum dominus locutus est:⁊ vocauit terrā. Item ipse est lex cūcta determinans ps. Deus stetit in synagoga deorū:in medio autem deus dijudicat. Item est fons sordes eliminans. Eccli.j. Fons Sapientie verbū dei. Deus igitur est honorandus. ¶ Scd̄o dico:ꝙ ipse est formidandꝰ. D
qr scꝫ iudex. Aues enim timent aquilam:bestie leonē: malefactores iudicem. Aues enim predales audita voce aquile ipsa die non audēt predare. Bestie etiā de circulo a leone facto non audent egredi. Latrones etiā in p̄sentia iudicis non audēt. furari. Sic vere nos debemus timere leonē: aquilā:⁊ iudicem nostrū scꝫ deū ita ꝙ in eius presentia qui vbiqꝫ est:non debemus audere aliqd forifacere:nec de circulo mandatorū suorū egredi vel exire. Amos.iij. Leo rugiet qs non timebit. Et Osee.xj.dr. Ipse rugiet ⁊ formidabunt filij matris. Unde Eccl's.xij. Deū time ⁊ mādata eius obſua. Et Apocal'.xiiij. Timete dominū:⁊ date illi honorē:⁊ adorate eum ⁊c. Dic si vis de lapide excolicero:q facit oculos temulosos:sicut sup̄.vel dic de cornice ⁊ de aquila: sicut sup̄. Sicut enim dicitur. Eccli.viij.qr non profertur contra malos sentētia cito:ideo absqꝫ vllo timore filij hominū perpetrant mala. Non sic:sed timeatur deus qr iudex. Esai.xxix. Dominus rex noster:dn̄s iudex noster:dn̄s legifer noster. Et merito:quia procerto

Hic non variatur verbis aut precibus.
Hic non immutatur donis vel opibus.
Hic non inclinatur minis vel verberibus.
Hic non defraudatur falsorum fraudibus.
Hic non deluditur blandis sermonibus.
Hic non decipitur cecis erroribus.

Merito ergo concluditur ꝙ iste est iudex terribilis et formidandus ps. Terra tremuit ⁊ quieuit dū resurgeret in iudicio deus. Ipse est enim iudex subtilissimus ad iudicandum. Seuerissimus ad puniendum ⁊ vindicandum. De sua sagacitate dicitur in ps. Justicia tua iusticia in eternum ⁊c. De seueritate vero sua dicitur in ps. Deus vltionum dominus:deus vltionū libere egit. Est igitur deus formidandus ⁊c. iudex inqt.

¶ Tertio dico ꝙ deus est digne ⁊ iure venerandus. Justus inquit. Inter ceteras enim virtutes iusticia magis placet:hanc enim impressit deus in corpore humano: in illa superiori parte ratiōis que synderesis appellatur:que scꝫ in omnibꝰ iusticiā sequitur: ⁊ si quis contrafecerit statim contradicere ⁊ reclamare sentit. Quia ergo deus per se ⁊ simpliciter iustus est:propter hoc a natura humana debet diligi:⁊ oī diligētia venerari. Justus enim est quia nemini iniuriam facit:vnicuiqꝫ ius suum tribuit:⁊ a veritatis iusticia ⁊ ratiōis regula non diuertit. Unde ipse dicit Esaie.xlv. Deus iustus ⁊ saluans nō est preter me. Unde Danie.ix. Justus ⁊ dominꝰ deus noster in omnibus operibꝰ suis. Est igitur deus diligendus ⁊ venerandus. Justus inquit. Et si vis nota ꝙ deus iustus dicitur et iusticia ipsius inuenitur E

Quia recipit digne penitentes.
Quia adiuuat in se confidentes.
Quia reprimit sibi resistentes.
Quia punit malos delinquentes.
Quia saluat bona facientes.
Isti em̄ sunt qnqꝫ actus iusticie:scꝫ
Remittere penitentibus.
Succurrere confidentibus.
Resistere rebellantibus.
Penas inferre delinquentibus.
Bona conferre promerentibus.

Dicā igitur deū iustum qr remittit penitentibus. Justum enim est:vt qui perfecte penitet misericordiam ⁊ veniam cōsequatur:vn̄ Actu.xj. dicitur:ꝙ deus penitentiam ad vitā dedit. vnde Eccli.xij. Altissimus odio habet peccatores: ⁊ misertus est penitentibus. Item quia succurrit scꝫ confidentibus seu in se sperantibus Danie.xij. Bn̄dixerūt deum qui saluat sperātes in se.

Item

Item q; obuiat presumentibus. vñ Jaco. iiij. Deus superbis resistit: humilibus autē dat gratiam. Item q; penas infligit delinquentibus. Unde Deutero. iiij. ⁊ Hebre. xij. Deus noster ignis cōsumēs est. Et illud ps. predictum. Deus ultionum dominus ⁊c. Item q; benefacit promerentibus: hoc est: quia gloriam eternam dat benefacientibus. vnde in ps. Pacem ⁊ veritatem diligit deus: gratiam ⁊ gloriā dabit domin⁹. Patet ergo quomodo deus est diligendus ⁊ venerandus. Et hoc quia iustus. Justus, inquit. Unde in ps. Quo
f niam de⁹ iustus dñs ⁊c. ¶ Quarto dico: ꝙ ipse est appetendus: ⁊ per spem amplexandus: ⁊ hoc quia fortis Melius est enim inniti rei forti ꝙ debili. Unde etiā de illo pisce qui dicitur nautilus legitur ꝙ statim ꝙ tempestatem sentit: ad fundū descendit: ⁊ alicui rupi vel lapidi adheret firmissime: vt pondere lapidis teneat: ne fluctibus eijciatur a mari. Etiam vrsus ⁊ elephas fortem arborem cui innitūtur dū dormiūt solent querere ne contingat eos dum dormiūt cadere vel perire. Sic ⁊ nos deo qui fortissimus est: per spē ⁊ desideriū innitamur: ⁊ eum affectionis brachijs amplexemur: vt a fluctibus tentationum ⁊ tribulationum ipsi⁹ fortitudine liberemur. ij. Regū. xxij. Deus meus fortis: deus meus ⁊ sperabo in eum. Et ij. Reg. xxiij. Deus israel mihi locutus est fortis israel. Et vere fortis: quia iste fortis est

Ad propugnandū pro nobis valide.
Ad adiuuandum cadentes prouide.
Ad sustentandū depressos solide.
Ad debellandū demones rigide.

¶ fortis ergo est: q; per hūc hostes expugnant Nee. iiij. Deus noster pugnabit pro nobis. Item quia per hunc debiles iuuantur ps. Deus adiutor noster in eternum. Et alibi. Beatus cuius est dominus adiutor eius: spes eius in dño deo ipsius qui fecit celū ⁊ terram. Item q; per hunc infirmi sustentantur ps. Deus noster refugium ⁊ virtus. Itē q; per hūc tyranni reprimunt: seu etiā demones refrenātur Dan. vj. Paueāt ⁊ cōtremiscāt deū danielis: ipse eīn est viuens: qui sc; concluserat ora leonum. Et breuiter deus est fortissimus: quia sicut dicitur Nume. xxiij. Deus est cui⁹ fortitudo similis est rinoceroti: quia sicut dicit Esa. ix. Ipse est deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis Patet ergo ꝙ iste est appetendus ⁊ amplexandus: q; fortis inquit. ¶ Quinto dico ꝙ deus est diligendus ⁊
G frequentandus. ⁊ hoc q; patiens. Homo enim qui est mitis: dulcis ⁊ patiens: libentius ab alijs frequentatur: ⁊ plus diligitur ⁊ amat. Iste est enim patiens: q; non cito prorumpit ad puniēdum. Quia faciliter erūpit ad indulgendū. Finaliter tamen dirumpit ad vindicandum. Non dico: solet ad puniendum cito prorūpere Job. xxxv. Non ergo frustra audiat deus. Sequitur. Nunc autem nō infert furorem suū nec vlciscitur scelus valde. Item facile solet ad indulgendum libēs erumpere. Ipse enim magis est misericors ꝙ iustus: quantum apparet in effectibus ps. Deus meus misericordia eius preueniet me. Item finaliter solet ad vindicandum feruens dirumpere: q; sc; postꝙ diu patiēter expectauerat: feruenter ad vindicandū insurgit: vñ Eccli. v. Altissim⁹ est patiēs redditor. Unde Esa. xlij. Hec dicit dominus deus: creans celos. Sequitur. Tacui: semper silui: patiens fui quasi parturiens loquar dissipabo ⁊ absorbebo simul. Ipse eīn nūc videtur esse patiens: q; sicut dr. ij. Petri. ij. Patienter expectat de⁹ nolēs aliquem perire: sed oēs ad penitentiā reuerti.
H ¶ Sexto est pie requirendus: quia non irascitur per singulos dies Judith. viij. Non enim quasi homo sic deus cōminabitur: nec vt filius hominis ad iracundiam concitabitur. Uerūtamen quanto sua patiētia est longior tanto: nisi cōuersi fuerimus: erit pena grauior ⁊ acerbior. Nisi enim conuersi fuerimus gladiū suum vibrauit: arcum suū tetendit ⁊ parauit illū. Unde Roma. ij. dicitur. An diuitias bonitatis dei longanimitatis ⁊ patientie cōtemnis: an ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit: ſm aūt duriciā tuā ⁊ impenitens cor tuū thesaurizas tibi irā in die ire ⁊ reuelationis iusti iudicij dei. Patet igitur qualiter deus est patiēs: fortis: iustus: iudex ⁊ deus. Et ideo

Ut vnum adorandus: quia deus.
Formidandus: quia iudex.
Uenerandus: quia iustus.
Amplexandus: quia fortis.
Frequentandus: quia patiens.
Requirendus: quia non irascitur.

Sufficit: q; in infinitis locis fit mentio de deo: ⁊ maxime de deo quātum ad suos effectus: sc; de dei iusticia misericordia patientia ⁊c.

Deus pro creatura.

A Nota ꝙ nomen deitatis nō solū refertur ad creatorē: immo etiā quandoqꝫ transfertur ad creaturā. Et sic dicā ꝙ inuenio in scriptura quinqꝫ genera deorū vc; iustos: demones: peccata: tyrannos: ⁊ hypocritas.

Primi sunt dij quos iusticia facit perfectos.
Secundi sunt dij quos stulticia facit erectos.
Tertij sunt dij quos nequitia reddit infectos.
Quarti sunt dij quos potentia dedit prouectos.
Quinti sunt dij quos fallacia fecit correctos.

Dicam ergo ꝙ inueniunt dij magne iusticie ⁊ pfectionis: ⁊ sic per deos intelligunt viri iusti: q a cōibus conditionibus sunt separati: ⁊ ab humanis vitijs alieni: qui sc; sunt in celis celestia cōtēplando. Sunt immortales semper in statu gratie perseuerando. Sunt inuisibiles se a visibus humanis per humilitatē occultādo. Sunt omniscientes diuinā sapientiā amplexando. Sunt omnipotentes mirabilia opera faciendo: ⁊ terribilia sustinendo. Istis igitur loquitur Dauid in ps. Ego dixi dij estis ⁊ filij excelsi oēs. Isti eīn dij dicūtur q; precellūt alios eleuata affectione. Precellūt alios singulari cōuersatiōe: precellūt alios pia ⁊ humili deuotione ⁊ cōpassione. Isti enim ad celestia pre ceteris eleuant. Unde de samuele suscitato ⁊ alijs associantibus: cū dr. j. Reg. xxviij. Deos vidi ascēdentes de terra Itē super mortales singulariter puersantur Danie. ij. Preter deos quorū nō est cū hominibus conuersatio Itē ad hoīes misericorditer ⁊ humiliter inclinant. Unde de paulo ⁊ barnaba dictū fuit Actuū. xiiij. Dij similes facti hominibus descendebant ad nos. Isti sunt er B
go dij magne bonitatis ⁊ perfectionis. ¶ Secūdo dico ꝙ inueniunt dij magne vanitatis ⁊ deceptionis: et isti sunt demonia ⁊ ydola: q dij ab hominib⁹ sunt putata: de quibus in ps. Omnes dij gentium demonia Isti etiam dicuntur dij alieni: q; sc; quicquid aliud a deo vero creditur: alienum ⁊ inutile reputatur Exod. xx. Non habebis deos alienos. Quomodo autem humana ratio a cultu veri dei declinauerit. Et dij estis: scilicet demonibus ⁊ ydolis adheserit: stellasqꝫ et virtutes rerum deos putauerit: et non vnum sed plures crediderit et adorauerit: vide Lactantium de ortu false religionis deorum: qui super hoc multa ponit. Uide etiam Sapientie. xiiij. Sicut enim dicitur. iiij. Regum. xvij. Unaqueqꝫ gens fabricata est deum suum. Sed dō in ps. Nō erit de⁹ preter dñm ⁊ nō erit deus preter deū nostrū. Et iō in ps. Nō erit in te de⁹ recēs: neqꝫ adorabis deū alienū. Et Deuterono. xxxij. Uidete ꝙ C
ego sum solus: ⁊ non sit alius deus preter me. ¶ Tertio dico ꝙ inueniunt dij magne prauitatis ⁊ infectionis. Et sic dico ꝙ peccata ⁊ etiā bona terrena q a malis super omnia diligūtur: ⁊ quibus a malis seruitur ⁊ obedit dij eorū reputant. Illud eīn qd quisqꝫ p ceteris colit ⁊ diligit deū suū facit: ⁊ inde est ꝙ auari faciunt deū suū de pecunia. Delitiosi de gula ⁊ luxuria. Supbi de seculari eminētia ⁊ potētia. De auaricia pz: q; auaricia dr ydolorū seruit⁹ ab aplo. De gula et pz: q; sicut dr. Phili. iij. Horū deus venter est ⁊ gloria in cōfusiōe q terrena sapiūt. De supbia ⁊ mūdi eminētia dici pōt illud. ij. Corin. iiij. Deus huius seculi excecauit men-

tes infidelium. Et illud. iij. Reg. xx. Dij montium sunt dij eorum. Legitur enim quomodo incole terre promissionis ibidem per nabuchodonosor instituti fecerunt sibi diversos deos: ita q veri dei cultu nō servauerūt: sed singuli sm mortē terre de qua venerant: diversos deos fabricauerūt et adorauerunt: propter quod a leonibus dei iudicio molestati fuerunt: sicut dicitur. iiij. Regum xvij. Nesciebāt enim legitima dei terre sicut dicitur ibidem. Sic ve dico: q multi sunt in terra promissiōis: id est in ecclesia vel fide xpiana qui legitima dei terre. i. dei mandata relinquunt: et deos alienos: id est peccata quibus seruiunt introducūt. Et ideo non mirū si leones infernales ipsos ad mortem eternā deducunt Hiere. xvj. Seruietis dijs alienis qui non dabūt vobis requiem die ac nocte. Expone si vis quomodo mundi bona: vel etiā vitia et delectabilia nunq̄ dāt requiē possessorib9 suis. Solus enim deus est in quo potest quiescere mens humana: iuxta illud Augusti. Inquietum est cor meum bone iesu: nisi quiescat in te. Tales igitur qui deum verum relinquūt: et de terrenis bonis et vitijs deos sibi faciūt: figurari possunt in illo rege israel Amasia. De quo. ij. Paralipo. xxv. dicitur: q allatos deos filiorum seyr statuit deos sibi. Seyr enim interpretatur hyspidus vel hirsutus mūdanos signat: qui scz per malam conuersationem sunt hyrsuti et hyrsuta pelle diuitiarū induti: dij autem istorū bona terrena signant: ad que colenda omnino sunt dediti atq dati. Igitur rex israel deos filiorum seyr in deos sibi accipit: quando vir ecclesiasticus bona et vitia mūdanorū in seipso collocat atq ponit: et quādo ipsa amplexatur et colit: contra illud predictum ps. Non erit in te deus recens: neq adorabis deum alienum: ego enim sum dominus deus tuus qui eduxisti te de terra egypti. Isti sunt ergo dij magne prauitatis et infectionis. ¶ Quarto dico q inueniuntur dij dure potestatis et inuasionis: et isti procerto signant mūdi diuites et tyrānos: qui scz honores diuinos a subditis et pauperibus videntur exigere: et se deos inter alios reputare. Nonne saturnus et iupiter reges crete fuerunt: qui tamē a simplici populo se deos credi et appellari fecerūt et vt magis timerētur et honorarent a subditis se deos et immortales finxerunt. Sic ergo hodie videntur nostri diuites et tyranni facere: q. s. vltra humanā naturam videntur se esse aliquid credere: et ad hoc etiam ac si de mortalitate aliquid nō haberent omnibus se preferre. Isti videntur figurari in nabuchodonosor rege superbo: qui sue mortalitatis oblitus: preceperat oēs deos terre exterminari: vt ipse solus deus terre diceretur: sicut dicitur Judith. iij. Sic proculdubio mūdi diuites et tyranni soli dij. i. magni et autentici in sua patria apparere volunt. Et ideo omnes alios pro posse suo eradicant et confundūt: et isti proprie dicuntur nabuchodonosor qui interpretatur sedens in angustia: quia pro certo tales multis angustijs se subijciūt: vt dij vocari et magni hoīes reputari et alijs preferri possunt: tantum tamen faciunt: q ipsi quasi dij reputantur: ita q simplices dicunt illud Judith. v. Nabuchodonosor deus terre est. et nota q tales dij

Per superbiam solent eleuari.
A simplicibus solent honorari.
Cum seuitia solent principari.
Cum iusticia solent dissipari.

Dico ergo q isti in superbiam multum eleuātur ps. Dij fortes terre vehementer eleuati sunt. Item a simplicibus nimis honorātur: q scz simplices magis honorant istos q̄ deum ps. Immolauerunt demonijs et non deo: dijs quos ignorabant. Item cum seuitia plebi principantur: q scz isti pre crudelitate sunt sicut demones ps. Omnes dij gentium demonia. Item hi finaliter a deo dissipantur: vn de deo dicitur primi Paralipomenō. xvj. q ipse est horribilis super oēs deos: quia scilicet ipse verus deus et eternus: super omnes tales malos deos in iudicio terribilis erit. Unde Esaie. xxxvij. Uere desertas fecerunt reges assyriorum terras: et deos eorum dederunt igni. Patet ergo quomodo inueniuntur dij dure potestatis inuasionis seu elationis. ¶ Quinto dico q inueniuntur dij perfecte ficte vanitatis et palliationis. Et per istos intelligo quosdam singulares vel hypocritas: qui sunt in ecclesia vel religione: qui. s. quibusdā singularitatib9 morum ab alijs gloriantur differre. Unde acsi essent dij non homines alios solent contemnere et se preferre. Istis loquitur dominus Ezechie. xxviij. dicens. Eleuatum est cor tuum et dixisti deus sum ego et non homo: et in cathedra dei sedi: et corde maris: cum sis homo et non deus: et dedisti cor tuum quasi cor dei. Et reuera multi sunt ita presumptuosi: q statim q vident se esse in cathedra dei: id est in officio prelature: videntur se deos magis q̄ homines credere: cum tamen eos mortales sicut alios homines cōstet esse ps. Ego dixi dij estis et filij excelsi: scz in fatua extimatiōe vestra. Sequitur. Uos autem sicut homines moriemini: et sicut vnus de principibus cadetis. Et isti proprie sunt dij alieni: quia scz acsi differrēt specie ab alijs hominibus se reputant ab eis alienos. et propter hoc isti sunt ab hominibus contemnēdi: et de aliorum medio submouendi Josue. xxiiij. Auferte deos alienos de medio vestri. Illi enim qui propriam et humanam fragilitatem non cognoscunt: nesciunt cum alijs cōmorari: nec etiam ab alijs honorari: sed tanq̄ dij in sua vana celesti perfectione sciunt gloriari. Isti enim proprie sunt dij conflatiles: quia scz nihil existentie habent: sed ad modum flatus seu venti pleni sunt vanitate Leuitici. xix. Nec deos conflatiles facietis vobis Et breuiter quia alij perfectiores se putant deitate: totius perfectionis carent integritate Hieremī. ij. Certe ipsi non sunt dij. Patet igitur quomō dij et deus moraliter loquendo multis modis sumuntur: vide de ydolo et simulachro et similibus.

Dexter. Dextera.

Nota q dextra quādoq sumitur p parte meridiana. Unde Luce. j. dicitur q zacharie apparuit angelus domini stans a dextris altaris incensi. Nota q cum dextera sit pars corporis fortior calidior et perfectior per dexteram semper potest intelligi aliquid in suo genere virtuosum. Notabo igitur q in scriptura inuenitur

Dextera iusti
Dextera impij.
Dextera dei.
Dextera mundi.

¶ Dextera iusti: signat eius bonitatem et perfectionem. Dextera impij signat ei9 prauitatem et deceptionem. Dextera dei signat voluntatem et operationem. Dextera mundi signat eius prosperitatem et delectationem. De istis ergo quatuor aliquid est dicendum. Et primo quidem dicendum est de dextera viri iusti: que signat ei9 bonitatē. Pars enim dextra est potior pars corporis: et ad operandum agilior Unde Solinus dicit q sinistra est ad sustinēdum onus stabilior dextera vero ad operandum habilior. Et ideo cū iustus habeat duas partes: animam scilicet et corpus: et inde est q circa duo mens eius versari habeat scilicet circa spiritualia et eterna que cōcernunt animam: et circa temporalia et terrena que cōcernūt corpus: ideo necesse est q dexteram habeat et sinistram: id est duplicem virtutum speciem et naturam: quia scilicet dupliciter se regat scilicet in spiritualibus et terrenis: vt et sic habere videatur in omnibus tam dexteram q̄ sinistram. Inter cetera autem apparet: q homo habet dextram et sinistram in manib9 quibus operatur. In naribus quibus odoratur. In oculis quibus speculatur. In auribus quibus audit. In pedibus cum quibus vadit. Sic vere dicam q siue agatur de manibus bone operationis: siue de narib9 future meditationis: de oculis presentis discretiōis: de auribus intellectiue cognitiōis

cognitiõis seu obedientie attentionis:de pedib⁹ amo
ris ⁊ affectionis:semper est ibi inuenire dexteram ⁊ si
nistram:vnũ scʒ perfectũ ⁊ aliud imperfectũ:q₂.s.⁊ di
scretio ⁊ affectio ⁊ opatio ⁊ cogitatio ⁊ cognitio quã ha
bem⁹.dʒ volui nõ solũ ad dexteram spiritualiũ ⁊ terre
norum:inimo etiã ad sinistrã temporaliũ ⁊ terrenorũ
vt scʒ in vtroqʒ bene: ⁊ debite nos habentes:⁊ bonam
dexterã ⁊ bonã sinistrã videamur habere. Iuxta illud
apli.ij.Corinthio. vj. In omnibus exhibeamus nos
sicut dei ministros:in multa patientia ⁊c. Per arma
iusticie a dextris ⁊ a sinistris. Uerũ tamen semper de
bet precellere pars dextera:q₂ scʒ magis debem⁹ vaca
re circa spũalia ꝙ̃ terrena. Ideo iusto ⁊ prouidenti vi
ro potest dici illud Ezechie.xxj. Exacuere vade ad dex
teram siue ad sinistrã:quocunqʒ faciei tue est appeti
tus.q.d.quicquid faciat iustus: siue operando siue in
telligendo ⁊c.siue pertineat ad tẽporalia siue ad spiri
tualia totuʒ est bonum. Unde nota ꝙ quidã sunt qui
vtraqʒ manu vtuntur pro dextera:qui dicunt ab Ipo
crate ambidextri. Quidam qui dexterã habẽt fortiorẽ
ꝙ̃ sinistrã. Quidã sunt qui sinistra vtũtur pro dextra
Quidã vero qui neutra vtunt pro dextera:qui vtrasqʒ
manus valde debiles habent. Illi qui vtraqʒ vtuntur
pro dextera signant viros valde perfectos ⁊ discretos
qui scʒ vbicunqʒ sciunt dextera dexteraliter.i.pfecte ⁊
spũaliter se habere ad vtilitatem spũalem etiam in tẽ
poralib⁹ inuenire: quales vtiqʒ debent potissime esse
prelati:figurati in illis de quibus fit mentio Iudi.iij.
Qui vtraqʒ manu pro dextera vtebantur:ad qd tamẽ
imperfecti attingere nunꝙ̃ possunt. Quia sicut dicit
Ipocras i amphoris. Mulier nõ fit ambidexter. Mu
lier inquit.i. mollis ⁊ imperfectus. Tales autem am
bidextri sunt illi qui aduersa tolerãdo:⁊ prospera mo
derando se habent fortiter ⁊ prudenter:cũ teste Iohã
ne Cassiani lib. xij.in collatione Theodori abbatis.
Tunc ambidextri cũ achor esse poterim⁹: si prospera
que de sinistra sunt:bono rectoqʒ vsu ad partem dexte
rã pertinere fecerim⁹. Et sequitur ibidẽ. Ambidextrũ
merito dixerim Ioseph qui in prosperis gratior:pater
religiosior fratribus. Acceptior deo in aduersis: fide
lis carceri:castus dño:mitissimus vinctis:iniuriaruʒ
immemor:bñficus fuit inimicis. Erimusqʒ ⁊ nos am
bidextri:quando nos rerũ copia ⁊ inopia nõ mutaue
rit:qualem se verus ambidexter Paulus fuisse testat
dicens. Scio humiliari:scio abundare: ⁊ scio penuriã
pati. hec Cassianus vbi supra. Illi autẽ qui dexteram
habent perfectã ⁊ sinistram imperfectã:signant min⁹
perfectos:q₂.s.ista est regula cõmunis ꝙ illi qui in dex
tera spiritualium sunt perfecti: sunt in sinistra admi
nistrationis tẽporaliũ imperfecti:sicut patet de mul
tis contemplatiuis:qui in spiritualibus sunt optimi
In terrenis vero totaliter sunt inepti. E conuerso au
tem fit de multis:q.s.sinistra vtuntur pro dextera: q₂
in sinistra temporaliũ sunt prudentes:in spiritualiuʒ
vero regimine sunt penitus imbecilles:q.s.mere acti
uus parũ valet in spiritualib⁹:⁊ mere cõtemplatiuus
in temporalibus:tales ergo actiui ⁊ contemplatiui si
bi alternatiue possunt dicere illd qd dixit Abraam: id
est contemplatiuus. Loth nepoti qui interpretat de
clinans.i.actiuo. Recede inquit a me obsecro.q.d. Cõ
templatio ⁊ actio vix possunt simul conuenire. Et seq
tur. Si ad sinistrũ ieris ego dexteram tenebo. Si vero
dexteram elegeris ego ad sinistram ibo. Illi qui in dex
tera ⁊ in sinistra nihil valent.sunt illi qui in spirituali
bus ⁊ in tẽporalibus sinistri sunt.s.mali ⁊ imbecilles:
qui apud deum ⁊ apud seculuʒ nihil possunt. Isti sunt
sicut illi pueri niniuenses de quibus dicitur Ione.iiij.
ꝙ ipsi nesciunt quid sit inter dexterã ⁊ sinistram Ista
est ergo dextra iustorũ:vbi stat dominus vt eos tueat.
ps. A dextris est mihi dominus ne cõmouear. Et vbi
finaliter stabit vt per eum saluentur ⁊ liberentur ps.
Astitit a dextris pauperis vt saluos faceret a persequẽ
tibus animam meã. Unum tamen aduertamus hic
qd di Mat.v.ꝙ si oculus vel manus dextera scandali
zat nos:debem⁹ ea a nobis eruere ⁊ abscindere:q₂ me
lius est cum vno ad vitam ingredi:ꝙ̃ cũ duob⁹ ad mor
tem intrare. In quo notatur ꝙ si in nostra dextera spi
ritualis virtutis ⁊ operatiõis scandalum presumptio
nis oritur:qd vtiqʒ fit quãdo de virtutib⁹ ⁊ scientijs su
perbitur:ista omino eruenda sunt: quinimmo meli⁹
est.i.min⁹ malũ ꝙ homo dextro oculo limpide cogni
tionis ⁊ dextera manu perfecte ⁊ virtuose operationis
careat:⁊ ꝙ solis sinistris inhereat.i. minus perfectus
existat:ꝙ̃ ꝙ ex virtutibus superbus fiat:⁊ sic vitã eter
nam amittat. Constat enim ꝙ melius est cum modi
cis virtutibus ad vitam ingredi ꝙ̃ magna opera face
re:⁊ magna ⁊ alta videre ⁊ cognoscere: ⁊ tandẽ per su
perbiam totum perdere. Istud bene figuratũ est Luce
vj. vbi dicitur ꝙ erat homo in synagoga:⁊ dextera ma
nus eius erat arida. Et tamen dicitur ibi:ꝙ iste a dño
fuit curatus ad denotandũ ꝙ homo quandoqʒ a deo
curatur ⁊ sanitatẽ eternã percipit: etiam si sine dexte
ra alte perfectionis existit. Sicut etiam de illo cuius
fuit amputata auris dextera:q tamen a domino fuit
curata:sicut dicitur Luc.xxij. Patet ergo ꝙ in scriptu
ra inuenitur dextera viri iusti que signat eius bonita
tem.⁊ hoc est primum. ¶ Secundo dico ꝙ in scriptu C
ra inuenitur dextera impij:que signat eius prauitatẽ.
Dextera enim impij nihil est ꝙ̃ eius virtus operatiua
vel eius potentia ad faciendũ malum. Unde de malis
dicitur in ps. Dextera eorum dextera iniquitatis. Et
nota ꝙ dextera malorum

Est porrecta ad accipiendum.
Est erecta ad percutiendum.
Est extenta ad decipiendum.
Est contracta ad benefaciendũ.
Est deputata ad mala sentiendum.

¶ Dicã ergo ꝙ dextera malorũ libenter solet munus
accipere ps. Dextera eoruʒ repleta est muneribus. Itẽ
faciliter solent pauperes percutere Iudic.v. Sinistrã
misit iael ad clauum:⁊ dexteram ab fabrorum malleũ
percussitqʒ cizaram. Item faciliter solẽt amplexando
fallere ⁊ decipere. Unde de Ioab legitur.ij. Regũ.xx.ꝙ
ipse dextera apprehendit mentum amase dicens. Sal
ue mi frater:⁊ sic fraudulenter occidit eũ. Item facili
liter solet ad benefaciendũ deficere ⁊ arescere. Unde de
peccatore dicitur zacha.xj. Brachium eius ariditate
siccabitur:⁊ oculus eius dexter tenebrescens obscura
bitur.⁊ illud Luce.vj. Erat manus eius dextera ari
da. Item finaliter solet in inferno perire ⁊ deficere. Un
de pmi Machabeo.vij.dicitur ꝙ Iudas fecit ampu
tari dexteram Nicanoris quã extenderat contra tem
plũ. Et.j. Macha.ix.dicitur.ꝙ dextera pars hostium
contrita est a iuda:⁊ in ps.dicitur de peccatore. Dexte
ra eorũ dextera iniquitatis:vbi eius dextera signat ei⁹
prauitatẽ. ¶ Tertio dicitur ꝙ inuenitur dextera dei:
que signat eius voluntatem. Deus enim habere di
citur dexteram et sinistram. Dextera eius signat E
eius amorem et clementiam. Sinistra vero eius rigo
rem ⁊ iusticiam. Boni dicuntur esse ad eius dexterã:
quia saluabuntur. Mali vero sunt ei sinistri: quia
damnabuntur. Sicut enim dicitur Prouerbiorum.
iiij. Uias que a dextris sunt nouit dominus: peruer
se autem vie que a sinistris sunt. Legitur enim in li
bro de natura rerum: ꝙ in dextra parte ventris galli
ne generantur oua oblonga de quibus masculi pro
creantur. In sinistra vero parte oua rotunda:de qui
bus procreantur femelle. Talis gallina est deus seu
christus. ipse enim ad hierusalẽ dicit Matthei.xxiij.
et Luce.xiij.ꝙ ipse congregat filios queadmodu gal
lina congregat pullos suos sub allis. Constat autem
ꝙ ista gallina duas habet principales partes in vẽtre
sue occultissime dispositiõis:scʒ dexteram que signat
eius predestinationem ab bonum. Sinistram que si
gnat eius reprobationẽ ad bonũ. figurate Matthei.
xxvij.in duobus latronibus qui suspensi sunt: vnus a

dextris xp̄i: ⁊ alius a sinistris: quoꝝ scꝫ vnus fuit bonus ⁊ alius malus. Ista est ergo veritas ꝙ illa oua: id est ille persone que sunt in parte dextra predestinationis illius galline xp̄i: faciunt pullos masculos: id est bona opera: ⁊ per cōsequens habent saluari figurati in beniamin: qui interpretatur filius dextre: q̇ fuit Jacob filius specialis. Illi vero q̇ in sinistra sue reprobationis procreantur: pullos femellos. i. muliebria ⁊ mala opera faciunt: ⁊ per cōsequēs in fine pereūt. Sic ergo fit ƀm occulta dei iudicia: ꝙ illi qui sunt a dextris saluantur. Illi autem qui sunt a sinistris damnātur. Figurati Mathei. xxv. Ubi filiꝰ hominis agnos ab hedis diuidit. i. bonos a malis ƀm illam eternam suā ⁊ occultam sapientiam secernit: ⁊ ƀm exigentiam meritorum omniū (que ab eterno habet presentia) alios quidem dextros: alios sinistros facit: ⁊ illos quidē secum in regnum recipit: istos vͦo in infernū reprobat ⁊ expellit. Dicit enim vt dicitur ibidē his qui a dextris sunt. Uenite benedicti. His vero qui a sinistris sunt Ite maledicti ⁊c. Unum tamen aduerte ꝙ ille q̇ est alicui dexter: potest sibi fieri sinister per contrariam loci mutationem. Et econuerso ille qui est alteri sinister si conuertat se in parte contraria: fieri potest dexter etiā sola conuersio illius cui dextri sunt alij vel sinistri: facit quidem dextros sinistros: ⁊ sinistros etiā facit dextros. Ista applicabo ad maloꝝ deprauationem: qui mutando se de statu gratie in peccatuꝫ: dexteram quidem dei dimittunt: ⁊ ad sinistram accedunt: ⁊ ad maloꝝ cōuersationem: qui scꝫ quando pro peccatis dimissis bona faciunt. Ex sinistris similiter dextri fiūt. Istud etiam applicabo ad dei iusticiam occultā ⁊ predestinationē: que scꝫ multos qui nunc videntur esse dextri: finaliter faciet. i. fieri ꝑmittet malos ⁊ sinistros multos vero de sinistris: ⁊ malis faciet dextros et bonos. Nam ⁊ iudas quādoqꝫ fuit dexter: ⁊ factus fuit sinister. Paulus vero quādoqꝫ fuit sinister ⁊ finaliter fuit dexter. Conuersio enim dei ad vnum ⁊ diuersio ab altero. aliuꝫ fecit dextrum: ⁊ alium econuerso sinistrū. Figuratus in Jacob qui cancellatis manibus super filijs Joseph: illum qui stabat ad dexteraꝫ fecit sinistrū. Illum vero qui sinister fuerat dexterum fecit. Et inde secutum est: ꝙ ille qui primogenitus erat secundo geniture iura sortitus est. Ille vero qui secundo genitus erat: fuit primogenitus reputatus. Sic vere quotidie facit deus: quia scilicet super hoīes manus cancellat: ⁊ bonos malos: sinistros dextros: pro libito voluntatis ordinat. Ipse enim est qui dicit Ro. ix. Miserebor cuius voluero: ⁊ clemens ero in quem mihi placuerit. De illis ergo q̇ de dextris¦ fiūt sinistri: ⁊ de bonis fiūt mali dicere videtur dn̄s illud Hiere. xxij. Si fuerit ieconias anulus in manu dextera mea: inde euellam eū ⁊ dabo te in manu querentium animā tuā. Nō etiam quandoqꝫ de sinistris faciat dextros: potest dici illud

E Ezechie. iiij. Dormies inquit super latus tuū sinistrū Et sequitur. Et post secundo dormies super latus tuū dextrū. ¶ His ergo premissis de dextera voluntatis diuine possumꝰ notare ꝙ deꝰ vtitur triplici dextera. s.

Dextera subleuatiua: qua vtitur ad liberandū.
Dextera potestatiua; qua vtitur ad operandum.
Dextera amplexatiua: qua vtitur ad munerandū.

Est igitur quedam diuina dextera qua mundus liberatur. Et ista est persona filij: que dicitur dextera dei patris quam scꝫ ad nos per incarnationem extendit: ⁊ ea mediāte nos subleuauit ⁊ erexit: ⁊ a peccatis liberauit ⁊ traxit. Unde potest dicere humana natura ipi deo patri illud p̄s. Suscepit me dextera tua. Et etiam totum humanū genus illud p̄s. Dextera dn̄i fecit virtutem dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem. In isto enim versu ponitur triplex dextera ad denotandū triplicem naturam ipsius redemptoris: qui scꝫ fuit dextera quo ad deitatem: que fecit virtutem hostem repellendo. Fuit dextera ad naturā corporis que exaltauit humanuꝫ genus pro eo satisfaciēdo ⁊ moriendo. Fuit etiā dextera quantū ad naturam anime: que fecit virtutē corporis corpus resumendo ⁊ resuscitando. Fuit enim xp̄s dextera ⁊ vere salutis que mundū saluauit p̄s. Saluauit sibi dextera eiꝰ. Et alibi. Brachium eoꝝ non saluauit eos: sed ⁊ dextera tua ⁊ brachium tuū: ⁊ illuminatio vultus tui: quoniā placuisti in eis. Dextera virtutis q̄ cuncta patrauit Esa. xlviij. Manus mea fundauit terrā: ⁊ dextera mea mēsa est celos. Dextera veritatis q̄ nos reformauit. Deuterono. xxxiij. In dextera eius ignea lex. Dextera felicitatis que nos beatificauit ⁊ glorificauit ⁊ ꝑpetrauit. Eccli. xxxvj. Glorifica manū ⁊ dextrū brachiū. ⁊ Prouerbio. iij. Longitudo dierū in dextera eius. Ista est ergo dextera: qua mūdus liberatur. ¶ Sed dico adhuc F ꝙ est quedā dei dextera diuina: qua deus operaꝛ ⁊ ista est dextera diuine voluntatis: siue diuine potētie ⁊ virtutis: qua scꝫ omnia fiūt: ⁊ qua ipse dixit ⁊ facta sunt. Sicut ergo videmus ꝙ dextera ad oīe propositū potest flecti: sicut patet. Quia

Clauditur ad retinendum.
Extenditur ad largiendum.
Dilatatur ad amplexandum.
Uibratur ad cōminandum.
Impellitur ad percutiendum.
Producitur ad fedus ineundum.
Protenditur ad veniam cōcedendum.
Acuitur ad aliquid ostendendum.
Educitur ad aliquid defendendum ⁊ protegendū.

¶ Sic dicā de dextera volūtatis diuine: qꝛ ꝑ certo

Ista nos retinet ne in peccatum cadamus.
Ista nobis donat ne paupertate ruamus.
Ista nos amplexatur vt caritate ferueamus,
Ista nos ꝑcutit ⁊ cōminaꝛ vt a prauitate resurgamꝰ.
Ista nobis pacem facit vt in securitate viuamus.
Ista nobꝭ oīa ost̄dit informādo ne erroribꝰ ꝯsentiamꝰ
Ista nos defendit ⁊ ꝓtegit ne ī tētatiōibꝰ succūbamꝰ
Ista nobis veniā dat ne desperando pereamus.

¶ Sic igitur dicam: ꝙ dextere potestatis ⁊ voluntatis diuine multiplices sunt effectus. Dicam igitur ꝙ ista dextera quantū in se est: semper est parata ad nos retinendū ⁊ sustinendum p̄s. Tenebit me dextera tua Item ad nos premiandū ⁊ largiēdū p̄s. Operi manuū tuarum porriges dexteram. Item ad nos adamandū ⁊ amplexandū Canti. ij. Leua eius sub capite meo: et dextera eius amplexabitur me. Item ad nos iuste percutiendum ⁊ castigandum p̄s. Justicia plena est dextera tua. Item ad nobiscum paciscēdum.. Unde. ij. Machabeo. xj. Da nobis inquit dextras. Et seq̄tur Proiecerunt arma ⁊ fecerunt pacē. Item parata est ad nobis omnia ostendendum ⁊ ad nos instruendum ⁊ informandū. Unde de ipso legitur ꝙ ipse habebat librū in dextera eius Apoca. v. Accepit inquit librū de dextera sedentis in throno. Legitur etiam ꝙ in dextera eiꝰ erant septē stelle. i. septem spiritussancti dona ad nos illuminandum ⁊ instruenduꝫ Apocalip. j. Itē ista parata est ad nos protegendum ⁊ defendendum Sapiētie. v. Dextera tua teget eos. Item ad veniam ⁊ misericordiā cōcedendū ⁊ ad nos recipiendum ⁊ subleuandum Esaie. xlj. Suscepit me dextera iusti. Et Actuum iij. dicitur de claudo ꝙ dextera leuauit eum. Ecce ergo quomodo dextera dei multipliciter variat actus suos Ideo bene dicitur in p̄s. Hec mutatio dextere excelsi. Secundum enim ꝙ diuersimode agit diuersimode et nominatur: quia scꝫ dextera dei nunc iusticia: nūc misericordia: nunc sapiētia: nunc clemētia vocatur. Patet ergo ꝙ est quedā diuina dextera: qua deus operaꝛ.

¶ Sed tertio dico ꝙ est quedam diuina dextera: qua G iustus muneraꝛ: ⁊ ista est felicitas glorie sempiterne. Illi em̄ qui ibi sunt dicuntur esse ad dexteram dei. i. in bonis potioribus paradisi. Ibi etiā collocantur iusti nunc per spem: finaliter autem per realem adeptionē ⁊ fruitionem. Et aduerte si vis ꝙ in ista dextera

Est splendor inobfuscabilis.

Est decor

Est decor inestimabilis. Est ibi dico limpitudo splendoris qui nõ
Est dulcor inopinabilis. obfuscatur Apoca.j.
Est honor incõparabilis.
Habet septem stellas in dextera sua. Et ideo de cherubin qui interpretatur plenitudo scientie: dicitur Ezechie.x. ꝙ cherubin stabant ad dexterã. Ibi est pulcritudo decoris qui non deturpatur ps. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circũdata varietate. Regina est quelibet anima beata: ⁊ maxime beata virgo. Item est plenitudo dulcoris qui non amaricatur ps. Delectationes in dextera tua vsqꝫ in finẽ. Itẽ est ibi altitudo honoris qui non minoratur ps. Dextera domini exaltauit me. Et ideo quia in ista dextera sunt omnia bona: merito debent ibi esse nunc per deuotionem nunc per cõtemplationem: nũc per affectionẽ nostre cogitationes ⁊ corda. Istud est naturale in omni animali: ꝙ epar iacet in parte dextra: splen vero in sinistra. Epar qđ amare cogit: signat desideriũ ⁊ amorem Splẽ vero qđ est sedes melancolie signat tristiciam ⁊ timorẽ. Dico igitur ꝙ epar in dextera debet esse inquantum scꝫ summa desideriorum ⁊ affectuũ nostrorũ ad dexterã eterne felicitatis debet tendere. Splen vero sinistrã respicit: inquantũ timor ⁊ tristicia ⁊ corũ displicentia sinistra bonorũ temporaliũ attendit. Quia breuiter semper est de bonis eternis sperandũ ⁊ ad ea anhelandũ. De terrenis vero que sinistra sunt est fugiendũ ⁊ timendum. Aduerte tamen vnum mirabile quod ponit liber de natura rerũ. Dicit enĩ ꝙ est vnũ mõstrũ marinũ qđ dicitur hylion al's hylon qđ contra naturam oĩm animaliũ epar habet in sinistra: splen vero habet in dextera. Sic vero mõstruosi peccatores epar affectionis habent ad sinistram temporaliũ: splen vero displicentie ⁊ horroris habent ad dexterã eternorum: quia videlicet tales plus affectant temporalia ꝙ̃ eterna: ⁊ magis horrent eternalia ꝙ̃ terrena. Vñ Eccle.x. Cor sapientis in dextera eius: ⁊ cor stulti in sinistra illius. Patet ergo ꝙ est triplex dextera dei q̃ signat ei⁹ voluntatem seu etiam bonitatẽ: ⁊ hoc est tertiũ pricipale.
D ¶ Quarto dico ꝙ est dextera mundi que signat ei⁹ prosperitatẽ. Cõmuniter enim in scriptura per dexterã intelligitur prosperitas siue temporalis siue eterna. Per sinistram vero eterna seu temporalis aduersitas designatur. Et ideo quodãmodo sunt in sinistra aduersitatis qui finaliter erant in dextera summe felicitatis. Quidam vero econuerso sunt in dextera mundane prosperitatis: ⁊ postea erũt in sinistra eterne aduersitatis. Melius est igitur ꝙ simus sinistri vt tandem efficiamur dextri. Nutrix enim gestat puerũ in sinistra vt ipsum nutriat ⁊ pascat cum dextera. Sic vere deus pueros suos in sinistra aduersitatis modo tenet ⁊ portat: vt tandem cum dextera sue eterne felicitatis ipsos nutriat atqꝫ pascat. Cantico.ij. Leua ei⁹ sub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabitur me. Illi enĩ quorum capiti .i. cordi leua seu sinistra aduersitatis supponitur finaliter dextera prosperitatis amplexantur. Aries enim in dormiẽdo mutat latus: a vere vsqꝫ ad autũnum dormit in vno latere: deinde ab autũno vsqꝫ ad ver in alio. Sic procul dubio illi qui in vere presenti dormiunt super dextrũ latus prosperitatis mundane finaliter in autũno ⁊ in hyeme mortis dormient super latus sinistrum aduersitatis eterne ⁊ econuerso. Illi qui modo sunt in aduersitate seu paupertate sinistra: finaliter mutabuntur in eterne prosperitatis dexteram: ita ꝙ vnus poterit dicere alteri illud Gene. xiij. Si tu sinistrã elegeris: ⁊ ego dexteram tenebo. Si ad dexteram ieris: ego ad sinistram ibo. Quod etiam figuratum est in illa predicta figura aliter intellecta Gene. xlviij. vbi dicitur: ꝙ Jacob volens benedicere duos filios ioseph quorum primogenitus erat ei a dextris: vltimogenitus a sinistris: ipse tandem cãcellauit manus ⁊ manũ sinistram posuit super illum qui erat a dextris: ⁊ dexterã super illum qui situs fuerat a sinistris. Et sic factuꝫ est: ꝙ ille qui fuerat ei dexter factus fuit sibi sinister. Ille vero qui sinister prius erat dexter est factus ⁊ benedictionem ampliorem reportauit. Sic vere primogeniti sunt diuites ⁊ potẽtes qui modo sunt ad dexterã prosperitatis: secundo vero geniti sunt pauperes modo sedentes ad sinistram aduersitatis: sed pro certo Jacob .i. deus finaliter cancellabit ⁊ mutabit manus distributionis sue: ⁊ dexteras prosperitatis superne extendet minoribus ⁊ sinistris: id est pauperibus ⁊ depressis. Sinistrã vero maledictionis eterne extendet diuitibus ⁊ peruersis: ⁊ sic erũt sinistri qui fuerant dextri: ⁊ dextri qui fuerant sinistri ⁊ primi qui fuerant nouissimi: ⁊ nouissimi qui fuerãt primi Job.xiiij. Operi manuũ tuarũ porriges dexterã Ipse enim sicut dicitur Mat.xxv. Statuet oues quidem a dextris: hedos vero a sinistris. Et hoc est quod figuraliter dicitur Apoca.x. ꝙ angelus posuit pedem dextrum super mare. Sinistruꝫ vero super terram: quia vere pes diuine affectionis super mare .i. hoĩes amaros ⁊ pauperes ponit. Pes vero sinister diuine vltionis super terraꝫ .i. in peccatores terrenos imprimitur. Nota ꝙ leo ⁊ camelus semper mouent pedem dextrũ primum. Mulier etiã pregnans puero masculo si subito vocata fuerit primũ pedem dextrum mouebit. Sic vere charissimi pes dexter nostre spiritualis affectionis .i. desiderium eterne glorie semper debet preponi pedi sinistro .i. desiderio ⁊ affectioni terrenorũ: qđ potissime accidit in illis qui puerum xp̃m masculum in corde concipiunt per amorem. Multi tamen sunt similes vulpi qui dexteram tybiam habet breuioreꝫ ꝙ̃ sinistram: ⁊ ideo semper claudicat dum incedit. Sic vere multi sunt: quorum tybie dextre .i. affect⁹ ⁊ desideria bonorum eternorum sunt valde breues: quia scꝫ parum cogitant de eternis: tybie vero sinistre .i. affectus supernorum sunt in eis valde lõgi: quia scꝫ ad multa desideranda ⁊ affectanda se extendunt. Et ideo tales vt cõmuniter in moribus sunt claudicantes. De istis ergo dicitur zacha.xj. Brachium eius dextrum eradicabitur ⁊ siccabitur: ⁊ oculus eius dexter tenebrescẽs obscurabitur. Nota adhuc ꝙ per dexteram quandoqꝫ intelligitur gloria eterna: per sinistram gloria temporalis: sicut Prouerbio.iij. dicitur. Longitudo dieruꝫ in dextera eius: ⁊ in sinistra illius gloria ⁊ diuitie ⁊c. Sufficit.

Dyabolus.

A Cum de dyabolo ⁊ eius fraudibus plurima possunt dici: tamen in diuersis titulis: scꝫ de tentatiõe: deceptione: nocere: hoste: inimico: dracone: aduersario: ⁊ similib⁹ fit mentio de eius.

Subtilitate viuaci. Cum reuera ipse sit
Crudelitate voraci. subtilis ⁊ maliciosus
Iniquitate fallaci. quia sicut dicit Sa-

pien.ij. Malicia dyabolica intrauit mors in orbem terrarum. Crudelis ⁊ perniciosus: quia ipse est aduersarius vester dyabolus qui tanꝙ̃ leo rugiens circuit querens quem deuoret. j. Petri.v. Deceptor ⁊ insidiosus. Unde apostolus monet induere armaturam dei vt possimus stare aduersus insidias dyaboli Ephe.vj Jaco cum de eius natura: officio ⁊ damnatiõe tractare magis sit theologicum ꝙ̃ morale: de eo supersedeo quo ad presens. Hoc solum addens per Petrum Rauen. vbi tractat illud Mat.iiij. Ductus est iesus in desertũ vt tẽtaretur a dyabolo. Dyabolus mali actor nequitie origo: rerum hostis: corruptor seculi: semper hominis inimicus: laqueos tendit: lapsus parat: foueas fodit: aptat ruinas: stimulat corpus: pungit animas: cogitationes suggerit: immittit iras: dat virtutes odio: vitia addit amori: errores serit: discordias nutrit: pacem turbat: affectus dissipat: humana violat ⁊ diuina tentat. B
¶ Igitur omisso de dyabolo reali humani generis inimico: dicam⁹ de dyabolo morali .i. de peccatore quolibet vel iniquo. Moraliter ergo dyabolus signat quẽlibet peruersum hominem ⁊ iniquũ Johã. vj. Unus ex vobis dyabolus est. Sicut enĩ dyabolus

habet naturam inuisibilem: maliciam immutabilez: habet etiam seuitiam immitigabilē. Sic vere immūdi ꝛ peruersi.s.peccatores sunt inuisibilis apparentie sicut patet de luxuriosis qui in occulto faciunt facta sua. Usurarij etiā contractus suos faciunt in occulto quia oīs qui male agit odit lucem Johan. iij. Itē ipsi sunt immutabilis malicie: obstinati sunt in peccatis suis ꝛ in ipsis continue perseuerant. j. Johan iij. Ab initio diabolus peccat ꝛc. Item ipsi sunt immitigabilis seuitie: q̄ꝛ.s. vicinos suos ꝛ pauperes crudeliter persequuntur. vnde. j. Petri. v. Aduersarius vester dyabolus tanq̄ leo rugiens circuit querens quem deuoret. Tales enim habent in mente malignitatē: aduersarius inquit: quia sicut dicitur. j. Thessaloni. ij. Deo non placent ꝛ oībus hominibus aduersantur. Habent in animo crudelitatem. Leo rugiens Amos. iij. Leo rugiet quis non timebit. Item habent in laborādo sedulitatem. Circuit inquit. Ideo dicit Job. j. Circuiui terram ꝛ perambulaui eam. Item in malignando habent rapacitatem: quia querit quē deuoret. Unde Abacuch. iij. Exultatio eorum sicut eius qui deuorant pauperem in abscōdito.

C ¶ Et sic dico ꝙ mali dicuntur diaboli

Propter patrem quem imitantur.
Propter fraudes quas machinantur.
Propter iras quas operantur.
Propter penas ad quas seruantur.

Isti enim sunt dyaboli imitatores Johā. viij. Uos ex patre dyabolo estis. Item isti sunt fraudium imitatores vnde Mat. xvij. Inimicus qui seminauit zizania est dyabolus. Item isti sunt infideliū operatores. Apocalip. xij. Ue terre ꝛ mari quia descendit ad vos dyabolus habens iram magnam. Item isti sunt vel erūt penarum toleratores.s. ignis eterni: q̄ꝛ sicut dicit Mat thei. xxv. Ignis eternus paratus est dyabolo: ꝛ angeli eius ꝛc. Sufficit.

A **Dyadema.** Nota ꝙ dyadema idem est ꝙ corona regis: ꝛ signat generaliter excellentiam: gloriam: ꝛ honorem. Et quia duplex est gloria.s. temporalis ꝛ eterna. Infima pariter ꝛ superna: ideo possumus distinguere de duplici dyademate. Dico ergo ꝙ est diadema supernale qd̄ est appetendū. Et dyadema temporale glorie: qd̄ est contemnendum. Appetamus ergo dyadema glorie supernalis. Sicut enim reges ꝛ regine in signū autoritatis ꝛ maiestatis dyademate coronantur. Sic sancti ꝛ sancte coronanť ꝛ honorātur dyademate paradisi. Figura ad hoc Hester. j. vbi rex Assuerus posuit dyadema sup caput regine vt ostenderet cunctis populis illius pulcritudinem. Sicut enim in dyademate regio sunt plures lapides preciosi, sic in dyademate paradisi sunt plura particularia gaudia: ꝛ multe glorie speciales. De quolibet autē sancto potest dici illud Canti. iij. Uidete regem Salomonem in dyademate. Ubi habeť ꝙ istud dyadema.s. gloria eterna.

Habet mirabilē qualitatē: nō admiratiue dr̄ Uidete.
Hꝫ notabilē dignitatē: q̄ꝛ q̄libet est rex. Regē inq̄t.
Hꝫ amabilē caritatē: q̄ꝛ q̄libet est salomō.i. pacificus

Ideo de talibus dicitur Sapien. v. Accipiēt.s. iusti regnum decoris ꝛ dyadema speciei de manu domini. Uide istam autoritatem diuisam ꝛ prosecutam supra vbi accipere. Istud est dyadema ardenter appetendum.

B ¶ Secundo dico ꝙ est aliud dyadema: qd̄ est prudenter contēnendum: ꝛ istud est dyadema glorie temporalis quo mali.s. coronantur. Basiliscus enim ꝙuis sit serpēs venenosissim⁹: est tamē candido circulo ad instar dyadematis coronatus. Rex enim serpentiū dicitur: q̄ꝛ in venenositate alijs omnibus antefertur. Sic vere peruersi peccatores ꝙꝙ̄ pre alijs veneno criminis sint imbuti sunt tamen pre alijs dyademate mūdi glorie insigniti. Reges eīn sunt serpentium.i. aliorū peccatorum ꝛ quanto plura habent in se vitia tāto plura habent dyademata. Figurati Apocalip. xij. in illo dracone qui insidiabatur cuidā mulieri pregnanti: q̄ habebat septē capita ꝛ septem dyademata. Sic pro certo dracones.i. inflāmati: cupidi ꝛ auari: q̄ nō cessant mulieribus ꝛ simplicibus insidiari: maxime quādo ipsos pregnantes ꝛ diuites viderint atq̄ plenos. Tales ergo dico habēt plura capita.i. plures magistros: ꝛ plura etiam dyademata: ꝛ plures dignitates: prebendas ꝛ officia. Unde. j. Macha. xj. Imposuit duo dyademata capiti suo. Sic ergo patet ꝙ est quoddā dyadema glorie temporalis: qd̄ est contemnendū. Et est glorie dyadema supernalis: quod est appetendum. Uide superius de corona.

Dicere. Nota ꝙ dicere idē est qd̄ conceptū mentis v̄baliter producere. Siue dicere idē est ꝙ narrare: loqui: perorare: ꝛ pronūciare. Et est differentia inter dicere diuinum ꝛ humanū. Dicere eīn diuinum A

Habet virtutem imperatiuam.
Habet virtutem demonstratiuam.
Habet virtutem operatiuam.

Habet dico virtutem imperatiuam: ideo est ei obediēdum. Unde Johan. ij. Omnia quecunq̄ dixerit vobis facite. Item habet virtutem demonstratiuā. Ideo est ei prompte credendum: sicut Luce. xix. Inuenerunt sicut dixit Jesus. Et Luce. xx. Omnia recta dicis ꝛ doces. Item habet virtutem operatiuam: ideo ei est acquiescendum ps̄. Quoniam ipse dixit ꝛ facta sunt ipse mandauit ꝛ creata sunt. Dicere vero humanā habet contrariam naturam

Nō enim est imperatiuū propter carentiā dignitatis
Nō est demōstratiuū ꝑpter carentiā veritatis.
Nō est operatiuū ꝑpter carentiā potestatis.

¶ Nota ꝙ dicere idem est qd̄ aliquid cū deliberatiōe proferre: ꝛ sic dicere est idem qd̄ deliberare: proponere denunciare: aliquid ordinare. Et sic loquitur ps̄. Dixi custodiā vias meas: vt nō deliquam in lingua mea. B Signat etiam aliquid cum autoritate statuere vel edicere: sicut de xp̄o legitur: ꝙ ipse dicit Luce. vij. Adolescens tibi dico surge. Nota ergo ꝙ cum deliberatione ꝛ ordinato proposito aliqua sunt dicenda: vꝫ

Deuote orationes.
Culparum confessiones.
Utiles instructiones.

¶ Dicamus igitur humiliter oratiōes Dauid i ps̄. Ego dixi domine miserere mei sana aīam meam: quia peccaui tibi. Item dicamus subtiliter confessiones ps̄. Dixi confitebor aduersum me iniusticiā meā domino: ꝛ tu remisisti impietatem peccati mei. Item dicantur vtiliter instructiones Luce. xx. Omnia recte dicis ꝛ doces. Uide de dicere in alijs titulis: vbi agitur de adulatiōe Detractione. Locutione. Confessione. Oratione. Gratiarū actione: quia oīa ista pertinēt ad dicere: ꝛ ideo breuiter transeo. C ¶ His ergo premissis cuꝫ in scriptura inueniatur dicere dei. Dicere iusti. Dicere impij. Dicere dyaboli. Dicam ꝙ

Deus dicit verba magnifica.
Justus dicit verba verifica.
Impius dicit verba falsidica.
Diabolus dicit verba venefica.

Est ergo vnuꝫ dicere dei qd̄ est magnificum. Suuꝫ eīn dicere est suū facere ꝛ merito: q̄ꝛ ipse dicit mediāte verbo suo.i. filio: de quo loquitur Johan. j. Omnia per ipsuꝫ facta sunt ꝛ sine ipso factum est nihil. Et vt breuiter transeā notabo ꝙ deus dicit ꝛ docet

Uerba potentie cuncta producendo.
Uerba clementie malos conuertendo.
Uerba iusticie malos subuertendo.
Uerba modestie pacem diligendo.
Uerba munificentie magna promittendo.

Nō ab ipso dicantur verba potentie patet Gene. j. vbi dicit. Dixit quoq̄ deus. Fiat lux. Fiat firmamentū ꝛc. Et factū est ita ꝛc. Itē ꝙ ipse dicat verba clemētie seu indulgētie ꝛ venie. Patet Joelis. ij. Hec dicit dn̄s ꝛc. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Itē ꝙ dicat verba iusticie: ꝑꝫ in ps̄. Dixit dn̄s ex basan ꝯuertam: couertam

conuertam in profundum maris. Cõuertam inquit id est subuertam. Et Hiere. xxix. Dixit dominus pec catoribus. Ecce mittã eis gladiũ: et pestem: et famẽ etc. Ista enim sunt verba rigoris et iusticie. Itẽ ꝙ dicat verba pacis et modestie ptz Esa. lxvj. vbi dicitur. Hec dicit dominus. Ecce ego declinabo super hierusalẽ q̃si fluuium pacis. Item ꝙ ipse dicat verba gratie et large munificẽtie: patet Joel. ij. vbi dicitur. Respõdit dñs populo suo et dixit ei. Ecce ego mitto vobis frumentũ et oleum et vinum: et replebimini in eis. Istud est ergo

D dicere dei quod est magnificum. ¶ Secundo dico ꝙ est dicere iusti qđ est veridicũ. Et nota ꝙ iust⁹ studet

Uerba laudis et iubilationis.
Uerba precis et deprecationis.
Uerba timoris et meditatiõis.
Uerba feruoris et cõteplatiõis.
Uerba sapiẽtie atq̃ discretiõis.

Dicit ergo iust⁹ verba laudis et exultatiõis p̄s. Psalmũ dicite nomini eius: date gloriam laudi eius Item verba precis atq̃ orationis Joe. ij. Plorabunt sacerdotes ministri dñi et dicent. Parce domine parce populo tuo etc. Item verba profunde meditationis: scʒ loquendo de morte et inferno et similibus Esaie. xl. Et dixi. Quid clamabo. Omnis caro fenum Et Dauid in psalmis. Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax. Item verba feruentis contemplationis p̄s. Ego dixi. Quis dabit mihi pẽnas sicut columbe: et volabo et requiescã Item verba sapientie et dilectiõis Prouerbio. vij. Dic sapientie soror mea es: et prudentiam vocaui amicam

E meã et cetera similia. ¶ Sed tertio dico. ꝙ inuenit dicere impij qđ ẽ pestificũ seu falsidicũ. Et sic notabo ꝙ mali dicunt

Uerba fallacie vera relinquẽtes.
Uerba nequicie semp̄ delinquẽtes.
Uerba supbie alta presumẽtes.
Uerba ignauie vana intuẽtes.
Uerba stulticie deũ blasphemãtes.
Uerba seuicie paupes grauãtes.
Uerba malicie mẽtẽ obstinãtes.
Uerba luxurie carnẽ impugnãtes.

Dico ergo ꝙ mali dicunt v̄ba fallacie vera relinquẽdo. Eccli. xij. Ab immũdo quis mũdabitur: et a mẽdace q̃d veri dicetur. Item dicunt verba nequicie semper delinquẽdo. p̄s. Dixit iniustus vt nõ delinquat in semetipso: nõ est timor dei ante oculos. Itẽ dicũt verba supbie alta ambiẽdo. Esaie. xiiij. Dicebas in corde tuo. In celũ conscendã: super astra celi exaltabo soliũ meũ. Itẽ dicũt verba ignauia: se nõ mouẽdo seu vane metuẽdo. Prouer. xij. Dixit piger leo est in via occidendus sum. Item dicunt verba stulticie deũ blasphemando p̄s. Dixit insipiens in corde suo nõ est deus. Item dicunt verba seuicie pauperes grauando. Exo. xv. Dixit inimicus persequar et cõprehendam et diuidam spolia: implebitur anima mea. Item dicunt verba malicie aures obturãdo Hiere. xxij. Locutus sum ad te: in abundantia tua dixisti non audiam. Itẽ dicunt verba luxurie carnem impugnãdo Eccl's. ij. Dixi in corde meo vadã et affluã delitijs et fruar bonis: et sic potes multiplicare de malo dicere quantũ volue-

F ris. Istud est ergo dicere impij qđ ẽ pestificũ. ¶ Quarto dico: ꝙ inuenitur dicere diaboli qđ est veneficum. Dyabolus eñ per suũ dicere semper intendit aiam inuenenare: mala suggerendo et fallaciter decipiendo. Sicut de eua apparuit: de qua dicitur Geñ. iij. ꝙ serpens dixit ad mulierem. Nequaꝙ moriemini: sed eritis sicut dij scientes bonum et malum etc. Sufficit: q: in locis varijs fit mentio de dicere etc.

A **Dies.** Nota ꝙ dies nihil aliud est loquẽdo naturaliter ꝙ latio solis super terram. Dies enim dicitur illud spacium temporis: quod per solis presentiam illuminatur. Sicut nox dicitur illud spacium temporis quod per solis absentiam obscuratur. Moraliter autem accipiendo dico: ꝙ dies quadrupliciter dicitur in scriptura. Signat enim dies in bono et in malo. In bono enim signat gratie sinceritatem et glorie felicitatem. In malo vero designat presentẽ prosentem prosperitatem et futuram aduersitatem. Dico igitur ꝙ per diem significatur status gratie Prouer bio. iiij. Justorum semita quasi lux splendoris procedit et crescit vsq̃ ad perfectam diem. Item per diem designatur status glorie p̄s. Hec est dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. Item per diem intelligitur presens prosperitas. Unde Hierem. xvij. Diem hominis nõ desideraui Et in p̄s. dicitur de die presentis vite. Dies enim tanꝙ flos agri sic efflorebit Item per diem intelligitur sequens aduersitas. s. dies iudicij: de quo Sophonie. j. Dies ire dies illa: dies tribulationis et angustie: dies calamitatis et miserie: dies tenebrarũ et caliginis: dies nebule et turbinis etc. ¶ Dicamus igitur ꝙ per diem intelligitur status gratie in presenti et status glorie in futuro. Et ideo sicut videm⁹ ꝙ aues nobiles diligunt diem: ita ꝙ de die non de nocte volitant et querunt sibi predam. Aues vero ignobiles et diem et claritatem ipsius detestantur. In nocte vero volitant et delectantur. Sic vere nobiles atq̃ boni in claritate dei et gratie et glorie delectantur: et in ipso opera sua spiritualia operantur Johã. ix. Me oportet operari donec dies est. Mali vero et ignobiles de die gratie et glorie parum curant. In nocte vero presentis prosperitatis omnimode delectant p̄s. Posuisti tenebras et facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestie silue. In die ergo gratie debemus modo manere: vt finaliter possimus ad diem glorie peruenire: vt sic dies diei eructet verbũ: et vt dies super dies regis adijciantur: et ille qui intus est homo noster de die in diem renouetur. De talibus ergo diem gratie diligentibus et ad diem glorie festinantibus potest intelligi illud. j.

B Thessa. v. Omnes eñ filij lucis estis et filij diei. ¶ Et aduerte ꝙ sicut dies habet in se splendorem cognitionis lucis feruorem et decorem. Sic vere status gratie et glorie habet splendorem cognitionis. Lucis inquit. Habet feruorem dilectiõis. Filij. Habet decorem perfectionis: diei inquit. Est igitur ibi cognitionis splendor: quod ostenditur cum dicitur Lucis. Lux enim solis de die splendet non de nocte. Sic lux vere sapiẽtie cognitionis et veritatis in die gratie et glorie inuenit: non in nocte turbulentie peccatorũ. Paradisus eñ et etiam status pfectionis est sicut ether qui est pars orbis sursum eleuata: in quo planete habitare dicunt vbi scʒ perpetua dies est: q: scʒ ibi vmbra terre que habet noctem introducere nõ ascendit f̄m Isido. Sic vere status perfectionis: siue in via siue in gloria habet diem clare cognitionis in eternum. Non enim patiũtur noctẽ ignorantie vel erroris: optime enim sciunt et vident cuncta que pertinent ad salutem: et hoc quia a septem planetis: id est a septem donis sancti spiritus illustrantur: et ab vmbra terre. i. amore terrenorũ q̃ ad eos non ascendit nunꝙ mentaliter obscurantur: et sic nox ignorantie vel peccati in ipsis nullatenus generatur. Lucis inquit. De ista ergo luce et die dicitur Joh. xj. Qui ambulat in die non offendit: quia lucem hui⁹ mundi videt. Ubi nota ꝙ ista dies habet

In motu fortitudinem. Ambulat.
In actu rectitudinem. Non offendit.
In visu certitudinem. Uidet inquit.

De illa etiam die dicitur Rom. xiij. Nox precessit dies autem appropinquauit. Sequitur. Et induamur arma lucis. Talis dies pcerto charissimi non est in hoc mundo: quia vere lux clare cognitionis ibi nullaten⁹ refulget. Ibi enim est nox et non dies. Ibi obscuritas et non claritas. Ibi est falsitas et non veritas. Ideo dicit Johan. xj. Qui ambulat in nocte offendit: quia nescit vnde veniat aut quo vadat. Dies ergo gratie et glorie habet cognitionis splendorem. Lucis inquit. ¶ Se-

C cundo dico ꝙ ista dies habet dilectionis feruorem: qđ ostenditur cum dicitur. Filij. Filius enim dicitur: et est nomen amoris. Amat enim naturaliter patrem suũ et a patre suo naturaliter adamatur. Sicut enim videmus ꝙ dies propter solis p̄sentiam est calidior ꝙ nox.

sic status gratie et glorie propter solis iusticie presentiam caritatem continet et feruorem. Filij enim qui sunt in statu gratie se debent diligere sicut filij eiusdē patris. Illi vero qui sunt in statu glorie se diligant vt filij et heredes eiusdem hereditatis. Filij inquit. Dicūt enim illud Gene. xlij. Omnes filij vnius viri sumus. Ista tamen non possunt dici de multis: qui sc3 nō videntur esse in die gratie: sed in nocte peccati: quia charitatem feruoris non habent: sed magis peccatorum sunt frigore congelati. Sicut enim solsequium de die propter calorem aperitur: de nocte vero propter frigus claudit et obstruitur. Sic illi qui sunt in die gratie vel etiam glorie semper sunt aperti ad deum per desideriū et amorem. Illi vero qui sunt in nocte peccati semper sunt clausi per desidiam et torporem. Tales ergo sunt quasi lilia que sunt in transitu aque: et quasi thus redolēs in estatis tempore: id est in diebus estatis Ecclesia. l. Ista ergo dies habet dilectionis feruorem. Malachie. iiij. Dies domini succēsa quasi caminus. ¶ Tertio dico quod ista dies habet perfectionis decorem. Dici inquit. Homini enim nihil est pulcrius vel delectabilius quam sit dies. Et ideo propter speciem et decorem diei aues die adueniente habent incipere modulari. Infirmi solent ab infirmitate recreari. Homines etiam deuiati solent magnis leticijs iocundari. Sic proculdubio charissimi illi qui sunt in statu gratie: deo per gratiarūactiōes modulantur: a peccati infirmitatibus liberantur: et ab errore deuio reducūtur. Quilibet ergo iustus et bonus potest dici quasi arcus refulgens inter nebulas glorie: et quasi flos rosarum in diebus vernis. Eccli. l. Ubi nota quod decor istius diei sc3 gratie vel glorie consistit principaliter in trib9: sc3

In apparentia luminosa. Refulgens.
In opulentia copiosa. Glorie.
In redolentia virtuosa. Flos rosarum.

Patet ergo quod per diē intelligitur status gratie et glorie: quia hic continet. Decorem honestatis. Feruorē caritatis. Splēdorē veritatis. ¶ Sed adhuc dico: quod per diē intelligitur status prosperitatis siue etiam vite presentis. Sicut enim dies in eodem non consistit: immo cōtinue de mane ad meridiem crescit: de meridie ad vesperam decrescit. Sic vita humana vel prosperitas hūana nunquam in eodem perseuerat: semper enim aut crescit aut decrescit. Nam si in aliquo tempore videatur crescere: et ad meridiem alicuius perfectiōis attingere: finaliter decrescere et deficere cōpellitur: quousque ad noctis: id est ad mortis et aduersitatis tenebras deuenit. De tali ergo die loquitur Job. x. Paucitas dierū meorum finietur breui. Et in ps. Defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt. De tali die loquitur dominus flens super hierusalem Luce. xvij. Si cognouisses inquit et tu supple fleres: nūc quidem inquit in hac die que ad pacem tibi: nunc autem abscondita ab oculis tuis: quia venient dies et circumdabunt te inimici tui vallo: et ad terram prosternent te. Loquitur enim homini qui est in die prosperitatis qui non considerat de futuris diebus mortis et aduersitatis. Ista ergo dies non est desideranda: nec diligēda: sicut nec faciebat hieremias Hieremie. xvij. Diem hominis non desideraui. Ceruus enim quādo est pinguis de die non vadit ad pascua: sed de nocte: timet enim quod si inueniretur se non posse fugere et faciliter caperetur vt dicit Plinius. Sic vere boni et iusti gratijs et virtutib9 impinguati: diem prosperitatis fugiunt et in nocte aduersitatis pascua sua querunt. Timent enim quod in die prosperitatis per diuersa peccata a demonibus caperentur si ibi indiscrete vagarent et morarentur. Dicit enim cum Dauid. Ab altitudine diei timebo. Altitudo diei signat altum statum in mundi prosperitate: qui proculdubio est timēdus. In isto enim statu

Malorum prauitas effrenatur.
Bonorum claritas obfuscatur.
Uirtutum puritas desiccatur.

Dico igitur quod in ista die effrenatur malorū prauitas: quia vere sicut serpentes plus nocent et magis seuiūt de die quam de nocte: et pl9 in estate quam in hyeme: sicut dicit Isido. Sic pro certo mali et serpētini plus nocent alijs dum sunt in die prosperitatis: quam dum sunt in nocte aduersitatis. Tunc enim feruor auaricie magis viget et venenum sue malicie magis mouet: quo sc3 pauperes et vicinos magis infestant et inuenenant per rapinas. vnde. j. Machabeo. ij. dicitur. quod milites regis antiochi constituerunt aduersus filios israel prelium in die sabbatorum. Effrenatur ergo malorū prauitas. ¶ Secundo dico: quod in ista die: sc3 in statu prosperitatis obcecatur bonorum claritas. Sicut enim stelle de die nō videntur lucere: que tandem de nocte rutilant atque lucent. Sic vere sancti dum durat dies vite prosperitatis nō videntur lucere: quia sc3 hodie nigri reputant: sed finaliter de nocte: id est post mortem tūc fulgebūt iusti: et tanquam scintille in arundineto discurrēt. Sapiē tie. iij. Sepe etiam accidit quod in die mundane prosperitatis lucem gratie multi perdunt: quā tamē in nocte aduersitatis recuperant et acquirunt. Multi enim sunt similes crisoprasso qui est lapis preciosus: quē sm Isido. lux celat et prodit obscuritas. De die enim vix apparet: de nocte autem ignei coloris est. Sic vere charissimi multi sunt qui in die prosperitatis nihil valēt tepidi enim sunt et sine aliqua claritate Amos. viij. Tenebrescere faciam terram in die luminis. De nocte vero vidētur ignei: quia sc3 per noctēm aduersitatis excitantur: tunc per charitatem fortiter inflammātur. De talibus ergo diebus potest dici illud ps. Dies formabuntur et nemo in eis. Obscuratur ergo bonorum claritas. ¶ Tertio dico quod in isto die desiccatur virtutis puritas. Sicut enim ros qui de nocte descendit in die desiccatur et perit: sic gratie et virtutes que in nocte tribulationis acquiruntur prosperitatis tempore destruuntur Amos. viij. In die illa deficiēt virgines pulcre. Sic igitur patet: qualiter dies prosperitatis est timenda et etiam fugienda. Sicut enim dies semper ad noctem terminatur: sic prosperitas a nocte peruersitatis clauditur. Extrema enim gaudij luctus occupat. Prouerbio. xiiij. Unde. j. Machabeo. j. Dies festi ei9 cōuersi sunt in luctum. Tyle enim est vltima insula occeani inter septentrionalem et occidentalem plagam vbi dies durant per totam estatem sc3 per dimidiū annum. Sed pro certo nox longissima sequitur que per totam hyemem dilatatur. Sic vere charissimi illi qui in estate presentis vite continue habent diem prosperitatis: in hyeme mortis continue habebunt noctem aduersitatis: quia sc3 quantum habent hic de gloria tantum habebunt finaliter de miseria: quia quantum glorificauit se et in delitijs fuit: tantum date illi tormētum et luctum. Apocalip. xviij. ¶ Sed adhuc si vis aliquid de die vel de diebus dicere. notabis quod in scriptura multiplices inueniuntur dies: vc3 Dies D

Dies
- Fluxibilis que cito labitur.
- Mutabilis quam turbo sequitur.
- Tristabilis qua lux excluditur.
- Laudabilis qua splendor oritur.
- Durabilis que lete ducitur.
- Damnabilis que nocte clauditur.
- Durabilis qua malis sternitur.
- Horribilis qua miser vritur.

De istis autē diebus tāmultiplicibus dico quod est dies.

Prima.	Uite qua sumus languidi.
Secunda.	Fortune qua sumus timidi.
Tertia	Mortis qua sumus stupidi.
Quarta.	Gratie qua sumus floridi.
Quinta.	Glorie qua sumus fulgidi.
Sexta.	Culpe qua sumus marcidi.
Septima.	Judicij qua sumus trepidi.
Octaua.	Inferni qua sumus horridi.

¶ Igitur dicam quod inuenitur dies vite que est fluxibilis et cito

lis et cito labitur. Uita enim presens sicut dictum est similis est diei: que. s. ab ortu solis vsq; ad occasum nõ stat in eodem statu: nec cessat variari ⁊ fluere quousq; termini noctis terminentur. Sic nec vita nostra. Unde ista est sicut horologium quod semper vsq; ad certum punctum discurrit: ⁊ tunc subito cadit ⁊ campanellas tangit ⁊ eas circũeundo sonũ facere cogit. Sic vere vita nostra semper fluit vsq; ad punctum prefinitum a patre: sc; ad horam mortis. Tunc enim cadit ⁊ deficit: ⁊ campanelle: id est amici morientis: per compassionem tacti sonum ⁊ planctum faciunt circa eu;. De diebus ergo vite huius transitione dicitur Job. vij. Dies mei velocius transierunt ꝙ a texente tela succiditur. Et nota ꝙ ipse comparat vitam tele: que sc; diu ⁊ cum tedio ⁊ difficultate texitur: texta parũ seruatur: ⁊ finaliter velocissime rumpitur aut succiditur. Sic vita ⁊ diu ⁊ difficiliter texta paru; durat: ⁊ tandem subito rumpitur ⁊ euolat Job. ix. Dies mei velociores fuerunt cursore. Dic si vis quomodo poete finxerunt. ꝙ in inferno erant tria fata: que vitam regebant atq; fatabant: ⁊ quicquid erat ad vitam pertinens inuiolabiliter ordinabant: que etiam parce per antifrasim seu etiam tres sorores dicebãtur. Dicebatur enim vna nere vel filare: alia texere: alia rumpere. Pro eo sc; ꝙ fataliter vt dicebãt vita in vtero netur: filetur seu originetur. In mundo texitur. In fine rumpitur. Esaie. xxxviij. Precisa est velut a texente vita mea dum adhuc ordirer succidit me. Et ideo de breuitate ⁊ fluxibilitate vite dicitur in ps. Defecerũt in vanitate dies eorum: ⁊ anni eorum cum festinatione. Et si vis notare de istis diebus potes notare ꝙ isti sunt Dies laboris. Dies doloris. Dies timoris ⁊c. Patet ergo ꝙ inuenitur dies vite: que est fluxibilis ⁊ cito labitur. Uide supra in eodem e. f. ¶ Secũdo dico ꝙ inuenitur dies fortune q̃ est mutabilis: quam turbo sequitur. Dies enim signat prosperitatem: nox vero aduersitatẽ. S; de ista die turbida ⁊ mutabili nebulosa: de qua potest intelligi illud Michee. iij. Obtenebrabitur super eos

E dies vide sufficienter supra e. f. ¶ Tertio inuenit dies mortis: que est tristabilis: quo lux excluditur. Dies enim statum mortis potest significare: quia sicut ros nocturnus in die ꝯsumitur: sic humidum radicale in morte penitus desiccatur. Et etiam sunt aliqua animalia que de nocte apparent: de die vero latitant ⁊ disparent sicut de ypothamo equo fluuiali: dicit Plinius ꝙ de die latet: de nocte vero segetes depascitur. Sic vere homo in nocte presentis vite que obscura est ⁊ nocturna deambulat ⁊ discurrit: et segetes alienas bonaq; terrena aliorum depascitur ⁊ corrodit. Inde tamen mortis die absconditur: ⁊ in aquis miserie sepelitur: ita q; amplius non videtur: de quo potest intelligi illud Soph. ij. Abscõdamini in die furoris domini. Ista est igitur dies mortis q̃ proculdubio est dies

Subito veniens.
Non cito transiens.
Iniustos puniens.
Iustis proficiens.
In corpus seuiens.

Est dico dies mortis subito veniens Joelis. ij. Prope est dies tenebrarum ⁊ caliginis. Item est dies nõ cito transiens: durabit enim ista vsq; ad diem iudicij quãdo omnes resurgent ⁊ inimica destruetur mors. Tũc enim mortui ascendent de terra: quia magnus dies israel. Item iste est dies iniustos puniens. In regionib⁹ enim calidis ⁊ feruẽtibus: sicut est ethyopia dies magis nocet ꝙ proficit corporibus: maxime in estate: et hoc propter excessiuum calorem. Sic mors magis nocebit malis ꝙ vita: quia sc; ardor damnationis eterne tunc temporis vret eos Esaie. xxvij. In illa die visitabit dominus in gladio suo duro ⁊ grandi super leuiathan. Item iste est dies iustis proficiens Eccls. vij. Melior est dies mortis die natiuitatis. Melior inqt: sc; iustis qui vadunt ad gloriam. Item iste est dies in corpus seuiens: quia sc; omnia corpora deuorantur in morte Deutero. xxxij. Iuxta est dies perditionis ⁊ adesse festinant tempora. Sequitur. Inebriabo sagittas meas sanguine: et gladius meus deuorabit carnes. Patet ergo ꝙ inuenitur dies mortis quo lux excludit Unde Amos. v. Dies illa tenebre ⁊ non lux. ¶ Quar f
to dico ꝙ inuenitur dies gratie qua splẽdor oritur. S; de ista visum est supra in principio: vbi ponitur autoritas diuisa. Sed si vis vltra aliquid dicere: dic ꝙ dies accipitur pro sole veniente. Pro sole manẽte ⁊ illuminante. Pro sole redeunte. Sic vere status gratie sumitur pro presentia solis iusticie

Qui venit ⁊ se presentat dum carnem induit.
Qui manet ⁊ illuminat dum mentem imbuit.
Qui redit ⁊ nos renouat dum se restituit.

Prima fuit dies misericordie cum se exhibuit: de quo Hieremi. l. Ecce dies veniet dicit dominus et visitabo israel. Secũda est dies qua nunc se exhibet perseuerantibus. De quo Esaie. iiij. In die illa erit germẽ domini in magnificentia. Unde etiam de aduentu eius in mentem potest dici illud Joh. xx. Cum esset sero die illa vna sabbatorum: venit iesus ianuis clausis ⁊ stetit in medio discipulorum. ¶ Tertia est dies qua se restituit penitentibus: de quo Amos. ix. In die illa suscitabo tabernaculum Dauid: quod cecidit. De quo etiam Eccli. xlviij. In diebus illis retroredijt sol: ⁊ addidit vitam regi. Igitur dicamus aliquid de ista triplici die gratie: vc; de die

Mundi visitatiua.
Mentis illustratiua.
Morum reparatiua.

Prima ergo fuit dies in qua dominus mundum visitauit. Et hoc fuit quando post mortem legis antique noue legis dies in ipsius solis xpi ortu ⁊ presentia nobis datus est Iste enim fuit dies in quo omnes virtutes ⁊ gratie diuinitus effluxerunt. Dico ergo ꝙ dato ꝙ scriptura dicat Malachie. iij. ꝙ nullus proprie potest cogitare diem aduentus eius. Et hoc quia ipse fuit quasi ignis cõflans: ⁊ sicut herba fullonum nihilominus possumus dicere ꝙ iste fuit dies leticie: in quo angeli cecinerunt dicentes. Gloria in excelsis deo ⁊c. Juxta illud ps. Hec est dies quam fecit dominus exultemus ⁊ letemur in ea. Item ista fuit dies clare scientie: in qua errorum noctes ⁊ caligines defecerunt ps. Dies illuminabitur sicut tenebre eius ita ⁊ lumen eius: id est vm ꝙ magne errorum tenebre processerunt: ita magna lumina fidei ⁊ scientie surrexerunt Item ista fuit dies fiducie: in qua vitiorum infirmitates sanate sunt: ⁊ virtutes ⁊ securitas successerũt. Hierem. xxiij. In diebus illis saluabitur iuda ⁊ israel habitabit confidenter. Item ista est dies misericordie in qua dona: virtutes ⁊ gratie effluxerunt Joel. ij. In die illa stillabunt montes dulcedinem: ⁊ colles fluent lac ⁊ mel. Item ista fuit dies iusticie in qua pax ⁊ concordie reluxerunt ps Orietur in dieb⁹ eius iusticia ⁊ abũdantia pacis. Ista est ergo prima dies gratie in qua dominus mundu; visitauit. ¶ Secunda est dies gratie G
in qua dominus mũdum illustrauit. Et ista dies proprie est fides nostra que fuit illuminatiua: ⁊ errorum ⁊ heresum sublatiua Eccli. l. Sicut luna in dieb⁹ suis lucet. Ista est etiam dies clare contemplationis ⁊ sciẽtie: de qua supra codẽ titulo in principio. Ista est etiã dies virtutum: quia sc; per dies intelliguntur virtutes particulares: qua simul aggregate annum perfectionis componunt. Uirtutes enim sunt

Dies pleni.
Dies longi.
Dies boni.
Dies leti.
Dies quieti.
Dies salutiferi.
Dies fructiferi.
Dies sancti.

Sunt dico dies pleni gr̃e sinceritate ps. Dies pleni inuenient in eis. Sunt dies longi perseuerantie longanimitate ps. Uitam petijt a te ⁊ tribuisti ei longitudinem dierum in seculum se

culi. Sunt etiã dies boni sine culpe prauitate et iniquitate ps. Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos. Prohibe linguam tuam ic. Job. xxxvj. Complebunt dies suos in bono et annos suos in gloria. Item sunt dies leti cum spirituali iocũditate ps. Psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vite nostre in domo domini. Item sunt dies quieti sine discordie peruersitate seu malignitate Esaie. xxxix. Fiat pax et veritas in diebus meis. Item sunt dies salutiferi pleni oĩ suauitate: et scti spiritus caritate Actuu3. j. Uos autem implebimini spiritusancto non post multos hos dies. Item sunt dies fructiferi cum bonorum omnium vbertate et fertilitate Prouerbio. ix. Per me multiplicabuntur dies tui. Et breuiter virtutes sunt illi spirituales: et sancti dies: de quibus dicitur de David. j. Paralipome. xxix. q mortuus est in senectute bona plenus dierũ et diuitijs. Tales ergo dies debemus appetere: et eorũ multiplicationem et numerũ affectare et renouationem et reparationem eorum humiliter dicentes illud Trenoru3. v. Innoua dies nostros sicut a principio. Et tamen hodie prohdolor possumus plãgere cum Job. xvij. dicentes. Spiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur et solum mihi superest sepulcrum. Et bene dicit breuiabuntur: quia. s. quanto sol magis distat a nobis: tanto sunt dies breuiores. Patet de solsticio hyemali: quod summe distat a nobis: et ideo breuissimos habet dies. Sic prohdolor dicam: q quia sol iusticie xps a nobis distat propter nostrorum obicem delictorum. Ideo dies virtutum nostrarum pauci sunt atq breues Job. xiiij. Breues dies hominis sunt. Et in ps. Fiant dies eius pauci. Ecce ergo quomodo sub diebus gratie continentur ipse virtutes. Et si vis dic q etiam per dies significantur viri iusti: quibus. s. sol iusticie xps semper est presens: dies enim stellas occultat et abscondit: nox vero ipsas manifestat et prodit. Sic vere iustus stellas suas: id est virtutes solet abscondere per humilitatem. Nox vero. i. peccator: stellas suas. i. virtutes et sufficiẽtias: si quas habet: solet manifestare et ostẽdere per iactantie et inanis glorie vanitatẽ. Unde Seneca libro morũ. Esto occultator virtutũ sicut et alij vitiorũ. Isti ergo sunt dies pleni: dies longi: dies boni: sicut supra immediate. Et merito quia isti sunt filij illius indefectibilis dei xpi: de quo. j. Thessa. v. Omnes vos filij lucis estis et filij dei. Et nota q iusti sunt dies

Qui perseuerando continuantur.
Qui exuberando discriminantur.
Qui sese docendo erudiuntur.
Qui semper crescendo perficiuntur.

Justi enim perseuerant non deficientes Prouerbio. x. Justus in eternum non commouebitur. Et in ps. Ordinatione tua perseuerant dies. Et Esaie. lxv. Scdm enim dies ligni erunt dies populi mei. Justi etiam inter se differunt alter alterum preeuntes Eccli. xxxiij. Dies diem superat et lux lucem. Justi insup alterutru3 se informant: et in scientijs et moribus instruentes ps. Dies diei eructat verbum: et nox nocti indicat scientiã. Justi nihilominus continue crescunt semper in virtutibus proficientes Prouerbio. iiij. Justorũ semita q̃si lux splẽdens procedit et crescit vsq ad perfectum die3. Patet igitur quomodo diuersimode sumitur secunda dies gratie: quã deus seculum illustrauit. ¶ Sed

H tertio dico q est alia dies gratie: qua deus seculum reformauit. Et ista est dies penitentie: in quo nox peccati recedit. Et lux gratie restituitur et accedit. De talibus ergo diebus intelligitur illud. ij. Corinthio. vj. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Et illud Romano. xiij. Nox precessit dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis: sic vt in die honeste ambulemus Ubi notabis q dies penitentie

Expellit vanitatis errorem.
Generat meritorum splendorem.
Dissipat vitiorum horrorem.
Excutit tarditatis soporem.
Excitat probitatis laborem.
Renouat deperditum vigorem.
Preparat venustatis decorem et sapientiam. Uanitatis recedũt errores. Nox precessit. Ueritatis succedũt splendores. Dies autem appropinquauit. Prauitatis decedunt horrores. Abijciamus ergo opera. Tepiditatis pelluntur sopores. Tenebraru3 inquit. Utilitatis aguntur labores. Induamur arma. Strennuitatis virescunt vigores. Lucis inqt. Amenitatis splendescũt decores. Sic inquit vt in die honeste ambulemus. Iste sunt enim septem diei proprietates que ad penitẽtiã applicantur: q2 ve3

In die nox finitur.
Lux sentitur.
Nebula exhauritur.
Sopor excutitur.
Labor et opus cunctis indicitur. Uirtus in corpore vigoratur et renouatur. Et omnia honesta propter lucrũ et presentiam hominũ tunc melius perpetrantur. Dicam ergo q dies penitẽtie falsitatis auellit errorem. Nox inquit precessit quasi dicat. De obscuritate precedentium erroru3 nihil est ibi. Constat q homo qui est in nocte culpe in multis errat: quando vero venit ad diem penitentie: errores illos corrigit: et ab eis se preseruat. Unde illud Job. xj. Si quis ambulauerit in nocte offendit: quia lux non est in eo. Item dico: q dies penitentie veritatis continet splendorem. Dies inquit appropinquauit. In die enim apparent vie recte que in nocte non apparent. Sic in statu penitentie multe vie salutis apparẽt. Sapientie. x. Justum deduxit dominus per vias rectas et ostendit illi gloriam dei. Sequitur. Fuit illis in velamento diei: et in luce stellarum per noctem: et transtulit eos per mare rubrum. i. per amaram penitentiam. Item dico q dies penitentie prauitatis consumit horrorem. Abijciamus inquit. Constat q nubes et nebule et grossities aeris que in nocte inualuerãt: de die cõsumuntur. Sic nebule peccatorum in die penitẽtie deponuntur Esaie. ij. In die illa ydola penitus conterẽtur. Sequitur. In die illa proijciet homo ydola ic: id est peccata. Item dico: q dies penitẽtie tepiditatis excutit torporem. Opera inquit tenebrarum. Opera enim tenebrarum. i. opera noctis: sunt dormire et iacere. De die autem minus dormitur. Sic status penitẽtie non est vt per pigriciam dormiamus: sed vt potius per diligẽtiam vigilemus: et tenebrarum opera. i. pigriciam et somnolentiam expellamus: vt sic nobis possit dici illud. j. Thessa. v. Omnes vos filij lucis estis: et filij diei. Et post. Nos autem qui diei sumus sobrij simus. Item dico q dies penitentie vtilitatis imprimit laborem. Induamur inquit arma. Arma enim induũtur ad labores sustinendum. Constat enim q dies magis est ordinatus ad laborem q̃ nox: sic status penitẽtie ps. Operamini donec dies est. Induamur ergo arma sc3 penitentie ad militandum contra hostes spũales: vt sic perfecte conuertamur ad dñm: et de vitijs in virtutes immutemur dũ contra vitia preliamur. Job xiiij. Cunctis diebus quibus nunc milito: expecto donec veniat immutatio mea. Induamur inquit. s. ciliciũ et ieiunia. Unde Jone. iij. dicitur. q postq̃ Jonas predicasset dicens. Adhuc quadraginta dies et niniue subuertetur. Audiens rex niniue descẽdit de solio suo: et indutus sacco sedit in cinere. Saccus enim et cinis sunt arma penitentium. Unde Esa. xxij. dicitur. q in die illa vocauit dominus ad fletu3: et planctum et caluicium et singulum sacci ic. Item dico sexto q dies penitentie strẽnuitatis renouat vigorem. Lucis inquit. Sicut enim lux diei renouat vires corporũ per noctis frigus et tenebras depressoru3: quod maxime apparet in infirmis: qui leuius habent adueniẽte die. Sic die penitentie adueniente: et luce gratie influente: vigor anime reparatur: et infirmitas peccati minuit: et anime debilitas reuelatur: et sic anima ad statu3 pristinũ

prius per peccatum perditum restauratur. Quod etiam notatur in verbo lucis. Uirtus enim lucis arbores siccatas omni anno renouat: ⁊ omniũ rerum vires vigorat ⁊ sustentat. Exemplum de Paulo Actuũ. ix. Quẽ circũfulsit de celo lux copiosa: qui cum fuisset tribus noctibus non manducans neq; bibens: tandem baptizatus cõuersus ⁊ renouatus est. Quia reuera quando lux gratie interius fulget: ⁊ triplex dies. i. triplex penitentie actus: scꝫ contritio: confessio: ⁊ satisfactio per ieiunium cordis arcet: tunc homo ad deum conuertitur ⁊ in moribus penitus renouatur: ⁊ spiritualiter reparatur Gene. xl. Tres adhuc dies sunt post quos recordabit pharao ministerij tui: ⁊ restituet te in gradum pristinuꝫ. Tres inquit dies. i. tres penitentie partes. De quo. Exodi. iij. Uiam trium dierum ibimꝰ in solitudine vt imolemus domino. Et illud. Johannis. vj. Jam triduo sustinent me nec habent quod manducent. Est ergo penitentia: dies strennuitatis renouãs vigorem. Item dico ꝙ dies penitentie venustatis seu amenitatis reparat decorem. In die inq̃t honeste ambulemus. Constat enim ꝙ se magis tenet homo honeste de die q̃ de nocte. De nocte em̄ ⁊ in obscuro fiũt multa inhonesta: q̃ nullo modo fierẽt in aperto. Sic vere dico: ꝙ dies penitẽtie multa honeste faciẽda suggerit. Nox vero culpe ĩhonesta plurima fieri facit. Uñ primo mach. x. Induit se ionathas stola sancta in die solenni. Stola enim sancta honesta est conuersatio. quam super omnia penitentes debẽt habere. j. Cor. xiiij. Omnia honeste ⁊ sꝫm ordinem fiant in vobis. Patet ergo quomodo dies gratie refertur ad penitẽtiam mundum reformantem. Ad istum clare se formantẽ. Ad virtutem mentem illustrantem. Ad gratiam intꝰ influentem. Ad xp̄m carnem assumentem. Et sic dico ꝙ inuenitur dies gratie: qua splendor oritur ⁊ ista est quarta dies. ¶ Quinto vero dico: ꝙ inueniẗ dies glorie
I que lete ducitur. Constat enim ꝙ dies naturaliter est letior q̃ nox. Solis enim presentia letificat omnẽ carnem. Uñ dicit Plinius libro. xij. Quod in insula tylis que est in india: arbor est flore roseo que de solis presentia gaudere videtur. Fertur em̄ ibi ab incolis: vt ait: ꝙ ista arbor dormit ⁊ vigilat. Nam de nocte claudiẗ ac si dormiret: de die ac si vigilaret: in solis presentia aperitur: ita ꝙ in meridie penitus dilatatur. Sic vere qui in nocte vite presentis somnolenti: clausi ⁊ quasi mortui videntur esse: finaliter quando dies eterne claritatis eis aduenerit: euigilabũt: ⁊ corda sua in dei laudibus dilatabunt: ⁊ in solis xp̄i presentia perpetuo iubilabũt. Esai. lx. Surge illuminare hierusalem: quia venit lumen tuum. ⁊ gloria domini super te orta est. Sequitur. Tunc videbis ⁊ afflues: ⁊ mirabitur ⁊ dilatabitur cor tuum. Sequitur. Non erit tibi ampliꝰ sol ad lucẽdum per diem: nec splendor lune illuminabit te: sed erit tibi dominus in lucem sempiternaꝫ: ⁊ deus tuus in gloriam tuaꝫ. Et breuiter nota ꝙ ista est dies

Gaudiosa insistens laudibus.
Copiosa non carens dapibus.
Radiosa infundens sensibus.
Gloriosa pollens honoribus.

Quod ista sit dies gaudiosa pꝫ Esa. xxvj. In die illa cantabitur canticum in terra iuda vrbs fortitudinis nostre syon: saluator ponetur in ea murus. Item ꝙ ista sit dies copiosa: patet Johan. ij. vbi dicitur ꝙ die tertia nuptie facte sunt in chana galilee: Et esaie. iiij. dicitur ꝙ in illa die erit germen domini in magnificẽtia Item ꝙ sit dies radiosa ⁊ luminosa: vbi scꝫ nihil occultatur beatis: patet Esaie. lx. vbi dicitur. Non occidet vltra sol tuus: ⁊ luna tua non minuetur: quia dominus erit tibi in lucem sempiternam: ⁊ complebuntur dies luctus tui. Item ꝙ sit dies gloriosa: patet Esaie. xxviij. vbi dicitur. In illa die erit dominus exercituuꝫ corona glorie: ⁊ sertũ exultatiõis residuo populi mei.
K Ista est ergo dies glorie q̃ lete viuimꝰ. ¶ Sexto dico ꝙ inuenitur dies culpe: qua malus graditur seu q̃ nocte clauditur. Dies enim ad literam semper terminatur ad noctem. Sic vere status culpe semper terminatur ad penam eternam. Ipse enim status peccatorum ⁊ etiam ipse peccator dicitur dies

Propter instabilem conditionem.
Propter laborem ⁊ afflictionem.
Propter facilem obnubilationem.
Et propter finalem noctis conclusionem.

Sic vere status culpe vel etiam ipse impius diciẗ dies quia instabilis in affectibus variatur. Laboribus et tribulationibus vexatur. Faciliter vitijs obnubilatur Et nocte mortis eterne: vt dictum est terminaẗ Prouerbio. xvj. Dies impij ad malum. Et nota ꝙ dies culpe est dies

Laboris ⁊ penalitatis.
Fetoris ⁊ calamitatis.
Furoris ⁊ pompositatis.
Cruoris ⁊ crudelitatis.
Palloris ⁊ fallacitatis.

Quod sit dies laboris ⁊ miserie patet Eccli. xl. vbi dicitur Occupatio magna creata est oĩbus hominibꝰ onus graue super filios adam: a die exitus de ventre matris eorum vsq; in diem sepulture. Item q̃ sit dies fetoris ⁊ luxurie patet Ezechie. xvj. vbi loquens dominus illi peccatrici ciuitati: in similitudinem meretricis dicit sic. In die ortus tui non est precisus vmbilicus tuus: ⁊ aqua non est lota in salutem: nec sale salita: nec inuoluta pannis: que potissime possunt referri ad peccatuꝫ originale. Item ꝙ sit dies furoris ⁊ superbie: patet Job. xv. Cunctis diebus suis impius superbit. Itẽ ꝙ sit dies cruoris ⁊ seuitie: patet Esaie. xxij. vbi dicitur. Dies conculcationis ⁊ interfectionis est. ⁊ Malach. iiij. Dies veniet succensa quasi caminus. Itẽ ꝙ sit dies palloris ⁊ fallacie: potissime quantum ad hypocritas qui semp fallaciter agũt ⁊ aliud videntur q̃ sunt potest dici illud Job. xvij. Noctem verterũt in diem: quia scꝫ vitam suam que peccatrix est ⁊ nocturna: apparere faciunt diurnam. Isti enim aliud de die pretendũt: ⁊ aliud de nocte faciũt: similes calistone puelle q̃ amorem suum omnibus promittebat: quando telam suaꝫ quã texebat complesset. Sic tamen procos ⁊ adolescẽtes deludebat: quia quicquid de die ordiebatur ⁊ faciebat de nocte rumpebat ⁊ deordiebatur. Sicut ponit Ouidius Sic vere hypocrite hoĩes deludunt: quia quod de die in apparentia dominũ faciunt de nocte. i. in occulto destruunt. Nam in aperto faciunt multa bona sed plura mala in occulto. Hypocrita ergo est falsus amicus: de quo dicitur Eccli. vj. Est amicus sociꝰ mẽse: ⁊ non permanet in die necessitatis. Ista est igiẗ dies culpe que nocte clauditur ¶ Septimo dico ꝙ inuenitur dies iudicij qua malus sternitur. De ista ergo die L
q̃ terribilis: q̃ horribilis: q̃ mirabilis. q̃ ĩfugibilis seu ineuitabilis sit: patet in plerisq; scripturarum locis: sicut enim possum perpendere. Ista erit dies

Clara qua cuncta videbuntur.
Equa qua mali cuncti iudicabuntur.
Magna qua cuncti cõgregabuntur.
Aspera qua leta contristabuntur.
Austera qua alta conculcabuntur.
Amara qua fortia tribulabuntur.

Ista est ergo dies clarissime veritatis ad omnia cognoscendum. vnde ista dies dicitur reuelationis: qr. s. corda singulorum singulis erunt clara. Unde Roma. ij. In die ire ⁊ reuelationis iusti iudicij dei: qui reddet vnicuiq; iuxta opera sua ⁊c. Et. j. Corinthio. iij. Uniuscuiusq; opus manifestũ erit: dies enim domini declarabit. Item ista est dies equissime seueritatis ad pessimos puniendos Judith. xvj. Ue genti insurgenti sup genus meũ: dñs enim omnipotens vindicabit in eis: in die iudicij visitabit illos. Ista est dies latissime capacitatis ad oĩa continendũ: ibi em̄ cõgregabunẗ omẽs

homines qui ab adam vsq; ad finem mundi fuerunt Joel.iij. Ecce in diebus illis ⁊ in tempore illo congregabo omnes gentes ⁊ deducam illos in vallem Josaphat ⁊ disceptabo cum eis. Item ista est dies excellentissime potestatis ad cuncta sublimia deprimendum ps. Confregit sc; dominus in die ire sue reges cōquassabit capita in terra multorū. Item ista est dies amarissime seruitutis ad cuncta fortia tribulandum. Sopho .j. Dies domini amara: tribulabitur ibi fortis. Ista est ergo dies iudicij qua malus sternit. ¶ Octa-
M uo dico ꝙ inuenitur dies inferni: qua miser vritur. Tēpus enim illud quo damnati viuunt in inferno potest dici

Dies indignationis.
Dies separationis.
Dies tribulationis.
Dies desperationis.
Dies perditionis.
Dies percussionis.
Dies combustionis.
Dies obliuionis.

Est dico dies indignationis: quia sc; de⁹ perpetuo indignatur damnatis. Hierem.xviij. Dorsum et non faciem ostendā eis in die perditionis eorum. Item est dies separatiōis. Separantur enim mali de medio iustorum vt mittantur in caminum ignis: sicut dicitur Mat.xiij. Vn̄ Amos.vj. Separati estis in diem malum: ⁊ appropinquatis solio iniquitatis. Item est dies tribulationis Soph.ij. Dies ire dies illa dies tribulatiōis ⁊ angustie: dies calamitatis ⁊ miserie; dies tenebrarum ⁊ caliginis: dies nebule ⁊ turbinis; dies tube ⁊ clangoris. Sequitur. Et tribulabo homines: ⁊ ambulabunt vt ceci: quia domino peccauerunt. Item est dies desperationis Prouerbio.xxiiij. Si desperaueris in die angustie ⁊c. Item est dies ꝑcussionis ps. In die illa percutiam omnem equū in stuporem. Item est dies obliuionis Esa.xxiij. Vlulate naues maris: quia vastata est fortitudo vestra. Et erit in die illa obliuioni eris o tyre. Item est dies combustionis Judith.xvj. De⁹ in die iudicij visitabit illos. Dabit enim ignem ⁊ vermes in carnes eorum: vt vrantur ⁊ sentiant vsq; in sempiternu;: quia sicut dicitur Esa. lxvj. Ignis eorum non extinguetur: ⁊ vermis eorum non morietur. Hec igitur sufficiāt de die ⁊c.

A **Diffamare.** Nota ꝙ diffamare quādoq; sumitur pro fama diuulgare. s. sicut de illis demoniacis a xp̄o curatis dicit Mat ix. ꝙ ipsi diffamauerunt eū per totam illam terram. Et illud .ij. Esdre.iiij. Quomodo non precellet rex qui ita diffamatur. Quandoq; vero sumitur ⁊ cōmuniter ꝓ famā auferre ⁊ attenuare: sicut de villico iniquitatis dicitur Luce.xvj. ꝙ quidam habebat villicum et hic diffamatus est apud eum ꝙ dissipasset bona ipsius. Sed de hoc vide in diuersis titulis: sc; vbi detractio: lingua: dentes ⁊c.

A **Differre.** Nota ꝙ differre quandoq; sumitur pro quadam inequalitate rerū. Res enim create sunt in quadam differentia. Vna em̄ precellit aliam in virtute: sicut cum dicitur .j. Corint.xv. Stella differt a stella in claritate. Omnia enim habēt suas proprias differentias per quas ab inuicē distinguūtur. Ideo vide de diuidere ⁊ distinguere ⁊ similib⁹. Quandoq; vero differre accipitur pro tardatione seu dilatione. Et istud quandoq; pertinet ad occulta; dei sapientiā: sicut cum dicitur Deutero.xxxij. Propter iram inimicorum distuli: ne forte superbirent hostes eorum. Secundū enim suā occultā sapientiā ipse differt gloriā paradisi vt ardentius appetatur. Vn̄ Prouerbio.xiij. Spes que differtur affligit animā: lignū vite: desiderium veniens. Quandoq; ad deliberatiuā prudentiam pertinet: sicut illud cathonis. Vindictā differ donec pertranseat ira. Vnde Prouerbio.xxix. Totū spiritū suu; ꝓfert stultus: sapiēs differt ⁊ reseruat in posterum. Quandoq; pertinet ad torporem et desidiam: q2 sc; mali semper procrastinant ⁊ differūt benefacere: contra illud Eccli.v. Fili ne tardes cōuerti ad dn̄m: neq; differas de die in diem. Sed de istis vide supra de cras: ⁊ in tabula vbicunq; fit mentio de liberatione: ⁊ ita de tarditate ⁊c.

Difficultas. Nota ꝙ difficultas est illud ⁊ difficile dicitur illud quod ad faciendū est graue: fieri tamē est impossibile. Est igitur difficultas. A

Nobilis: virtutis excitatiua.
Debilis: vigoris suffocatiua
Meriti: maioris augmētatiua.

Dico ergo ꝙ difficultas in quocunq; suo genere est virtutis excitatiua. Virt⁹ est em̄ de bono ⁊ difficili. Circa enim facilia non est virt⁹: s; circa difficilia. Non enim est virtuosum facere: qd̄ est facile: sed potius qd̄ est graue ⁊ difficile. Virtus etiā excitatur: augmentat: ⁊ irritatur: quādo sibi obiectū difficile presentat. Ignis enim tunc fortius ardet: quādo alicuius aque aspergimine lignū madet. Tūc etiā fortius intellectus acuitur: quando ad imaginandū difficilia occupatur. Etiā virtus animi magis crescit quādo cōtra ipsum aliqd̄ arduū ⁊ terribile inualescit. Et inde est ꝙ viri strenui quādo ad ardua ⁊ difficilia facta mittebantur gaudebant: ⁊ ipsa irritatione virtutis difficilia superabāt: patet de iasone misso ad vellus aureū rapiendū. De hercule misso ad chimeram occidendum. De perseo misso ad caput gorgonicum succidendum. Isti enim viri fortes talia difficilia aggrediebantur: in talibus que videbantur impossibilia exercitabantur: ⁊ sic famam ⁊ gloriam perpetuam merebantur. De nostris etiam martyribus quid dicā qui sc; ipsam difficultatem mortis pro xp̄o vilipendebant ⁊ multiplicata virtute: occasione difficiliu gaudentes ad supplicia properabant. Apud homines virtuosos igitur virtus difficultate acuitur: ⁊ ad ardua fortius animatur. Vnde Grego. in morali. dicit: ꝙ sicut ignis flatu ꝓmitur vt crescat. Sic iustus aduersitatibus cōprimitur: vt virtus eius plus vigeat. Pa- B
tet ergo ꝙ difficultas est virtus nobilis excitatiua.
¶ Secūdo dico ꝙ ista est virtutis debilis suffocatiua Constat enim ꝙ modica virtus difficultate deperit: vbi magna irritatur ⁊ crescit. Nam forti flatu candela extinguitur: vbi ignis magnus forti⁹ inflāmatur. Reprehendi ergo debent quidā presumptuosi ⁊ fatui qui vires suas non metientes ardua ⁊ difficilia aggrediunt: in quibus multotiens destruūtur. Vnde de raguele dicit Gene.xxxv. ꝙ ipsa difficultate partus periclitabatur. Ista est ergo ꝟtutis debilis suffocatiua.
¶ Tertio dico ꝙ difficultas est meriti sublimis occupatiua. Constat enim ꝙ quāto actus virtutis est difficilior: tanto debet esse merces maior ⁊ melior. Vnde Grego. in morali. Afflicti terrena perdimus: s; afflictionem patienter sustinentes celestia promerem⁹. Et ideo bene docet Bernar. in quodā sermone dicēs sic Cū sim⁹ velut in cāpo certaminis in hoc mūdo: q̇ hic dolores: miserias ⁊ plagas nō acceperit: in futuro gl'a nō apparebit. Breuiter cōcludā sicut cōcludit sapiēs Eccli j. dicens. Cūcte res difficiles nō pōt eas hō explicare ꝯmone. Inuenit em̄ difficultas in addiscēdo in intelligēdo: in laborādo: i operādo: in sustinēdo: in viuēdo ⁊ moriēdo. ⁊ tn̄ nisi hō ꝑ difficultates trāsierit eternū premiū nō habebit. Nō coronabit enim vt ait apl's: nisi q̇ legitie certauerit. ¶ De ill' aūt q̄ i scriptu- C
ra reputant difficilia possu; notare ꝙ difficil' reputat

Cognitio secretorū.
Correctio ꝑuersoꝝ.
Subuersio ꝑfectoꝝ.
Saluatio supboꝝ.

De cognitiōe secretorū ꝙ sit difficilis p; Prouer.xxx vbi dr̄. Tria sunt mihi difficilia ⁊ q̄rtū penit⁹ ignoro. s. viā aquile in celo: viā colubri sup petrā: viā nauis in medio mari: ⁊ viā viri in adolescētia sua. De correctiōe peruersoꝝ ⁊ obstinatoꝝ ꝙ sit difficilis pt; Eccl'i. j. vbi dr̄ Peruersi difficile corriguntur: ⁊ stultorū infinitus est numerus. De subuersione etiā perfectorum atq; iustoꝝ ꝙ sit difficilis p; Eccl's. iiij. vbi dicit. Funi-

culus

culus triplex difficile rumpitur. Funiculus inquit triplex: idest iustus in fide trinitatis fundatus: tribus theologicis virtutibus firmatus vel tribus nodis religionis ligatus. De saluatione vero superborum et opulentorum ꝙ sit difficilis. patet Math. xix. vbi dr̄ Diues difficile intrabit in regnum celorum: quia sicut dicit Math. x. Facilius est transire camelum per foramen acus ꝙ diuitem intrare in regnum celorum. Diuitem dico idest diuitias amantem: diuitijs male vtentem et diuitijs subiacentem ꝛc. Vide infra vbi facis.

A **Digitus.** Cum digiti sint illa membra quib⁹ immediatius operamur. Videtur ꝙ per digitos potest intelligi virtus operatiua. Et ideo quia deus est iustus diuersimode operatur. Notare possumus: ꝙ in scriptura reperiuntur diuersa genera digitorum. Inuenitur enim.

Digitus dei: qui operatur mirabiliter.
Digitus impij: qui operatur dānabiliter.
Digitus iusti: qui operatur laudabiliter.

Est enim digitus dei qui operatur mirabiliter: idest: faciens mirabilia. Et iste nihil aliud est quam virtus et potentia bonitas ꝛ clementia: splendor ꝛ sapientia dei patris: hoc est dictu. Ipse spiritussanctus vel ipse dei filius benedictus. Digitus enim est idem cuȝ manu. Digitus ex tribus constat iuncturis. Digitus facile plicatur et erigitur. In digito vis tactiua summe viget: quia dispositione rerum tangibilium sentitur: et in extremitate sui vngue vestitur. Talis proculdubio est filius dei: in tribus enim constat substantijs scilicet deitate: anima et corpore: idem est cuȝ manu: idest cum essentia deitatis. Per pietatem fuit sui plicatiuus: per iusticiam sui porrectiuus: per summā sapientiam dispositionis omnium cognitiuus: et vngue idest corporea carne sui in extremitate temporuȝ vestitus: vt de ipso proprie dicatur illud. Exo. viij. Digitus dei est hic. In manu em̄ sunt digiti quinqȝ scȝ. Pollex qui dicitur sic eo ꝙ preceteris in virtute ppolleat. Index qui sic dicitur eo: ꝙ homo cū illo oīa indicet ꝛ ostendat. Medius qui sic dr̄ eo: ꝙ in manu medium locum teneat. Anularis sic dicit̄ eo ꝙ homo anulum in eo deferat. Auricularis qui sic dr̄ eo: ꝙ hō cuȝ illo libentius aures scalpat. Sic vere xp̄s dei digitus dr̄: ꝛ omni digito merito ꝯparatur. Dicitur enim pollex quia virtute ꝛ potentia summe polluit ꝛ viguit. Dicitur index: q: inspirando: predicādo: omnia indicauit atqȝ docuit. Dicitur medius: q: mediator dei ꝛ hominum apparuit. Dicitur anularis: q: anulo fidei nos subarauit. Dicitur auricularis: q: doctrinā sanctam humanis auribus instillauit. Igitur bene figuratum fuit. Marci. vij. vbi dicitur. Quod xp̄s misit digitos suos in auriculā muti ꝛ surdi: ꝛ expuens tetigit linguam eius: ꝛ sic aperte sunt aures eius: ꝛ solutum est vinculū lingue eius. Quia reuera humanum genus qd̄ per peccatū ade surdum ꝛ mutuȝ fuerat factuȝ: ita ꝙ bonū non poterat dicere vel audire: mediāte digito dei viui. s. dei filio bn̄dicto: ꝛ etiam mediante sputo gratie sanatum est ꝛ saluatum ꝛ ad loquenduȝ ꝛ vtilia audiendum reparatuȝ. ¶ Et notabis ꝙ sicut ad sensum patet: digitis.

Agimus.	Sic vere dico ꝙ deus pr̄ medi
Pungimus.	ante digito: idest suo filio bn̄
Ungimus.	dicto Cuncta ꝓducendo agit
Tangimus.	ꝛ generat. Malos puniendo
Pingimus	pungit ꝛ vlcerat. Bonos le-

niendo: vngit ꝛ tēpat. Vera discernendo: tangit ꝛ ponderat. Mentes instruendo: pingit ꝛ alterat.

¶ Dicam ergo ꝙ xp̄s primo mō dicit̄ digitus potentie: qua cūcta generāt̄. ps. Videbo celos tuos opa digitoꝝ tuoꝝ. ¶ Scd̄o mō xp̄s dicit̄ digit⁹ iusticie: quo mali vulnerāt qd̄. s. fiet in iudicio. Luce. xj. In digito dei deycio demonia. Vn̄ deus pōt dicere illud. Cant. v. Digiti mei pleni sunt mirra ꝓbatissima. Mirra enim est amara gustui: sed odorifera olfactui. Amaritudinem ꝛ asperitatem signat iusticie: que. s. virt⁹ est valde redolēs ꝛ famosa ꝙuis sit ad sustinendū et ad gustandū difficilis ꝛ rigorosa. ¶ Tertio modo xp̄s dicitur digitus misericordie ꝛ clementie. quo miser vngitur ꝛ temperat̄: vnde in mūdificatione precipit̄ sic Leui. xvj. de olei sextario. Tinget digitū dextrū: ꝛ asperget oleum contra dominū septies. Deus enim intinxit digitum suū dextrum. i. filium in oleo misericordie quo septies. i. per septē misericordie opera vel spiritussancti dona aspergit ꝛ linit dolores humane miserie. ¶ Quarto modo xp̄s dicitur digitus scientie ꝛ prudētie: qua cuncta tanguntur ꝛ cognoscunt̄: regunt̄ etiaȝ ꝛ ponderantur. Unde illud Esaie. xl. Appendit tribus digitis molem terre. Xp̄s enim dicitur tres digiti propter naturā triplicem quam habet vt dictum est. Unde de eius virtute actiua ꝛ discretiua dicitur Leui. viij. Tincto digito tanget cornua altaris. ¶ Quinto autē modo xp̄s dicitur digitus: quo cuncta pingunt̄ ꝛ exarantur: seu quo bona scribuntur ꝛ reuelantur. Unde iste est digitus quo legis tabule fuerunt scripte. Deuterono. ix. Iste etiā est digitus quo sententia condēnatoria contra balthasar fuit scripta: quando digiti dei apparuerunt scribentes in pariete Mane tethel phares Daniel. v. Quo etiam sententia absolutaria scripta fuit: quando xp̄s inclinans se digito scribebat in terram: vbi deprehensam in adulterio liberauit Iohānis. viij. Patet igitur ꝙ inuenitur digitus dei faciēs mirabilia. ¶ Secundo dico ꝙ inuenitur digitus impij qui operatur damnabilia. C Digiti enim luporum ꝛ leonum curui sunt per fallacitatem. Acuti vero per rapacitatem. Sunt acuti ꝛ ad faciendum crudelia ꝙ ad faciendum vtilia magis apti. Sic vere digiti maloruȝ sunt curui per fallacitatem. Apti ꝛ docti ad operādū omnem iniquitatem Esaie. lix. Digiti eorū pleni sunt iniquitate. Et si vis notare de digitis ꝛ de operatione malorum: dic ꝙ isti sunt

Digiti extenti: ad alios irridendum.
Digiti distorti: ad modicum faciendum.
Digiti multiplicati seu superflui: ad vilia peragendū
Digiti debiles seu defluxi: ad lassitudinem faciliter incurrendum. Digiti mobiles seu superflui: ad inconstanter in eisdem perseuerādum. ¶ Dico ergo ꝙ mali habent digitos extētos ad alios deridendū procaciter. Ideo dicitur Esa. lviij. Si abstuleris de medio tui cathenam: et desieris digitum extendere: orietur in tenebris lux tua. Item mali habēt digitos distortos ad opera faciendum ignauiter. Unde de pigris ꝛ hypocritis dicitur Matthei. xxiij. ꝙ ipsi imponunt onera grauia ꝛ importabilia in humeris hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. Item mali habent digitos multiplicatos ad superflua peragendum. Unde ij. Regū. xxj. Fit mentio de quodā viro excelso qui habebat senos digitos in manibus ꝛ pedibus qui a Ionatha milite Dauid fuit occisus. Superfluitas em̄ digitorum superfluitatem denotat affectionum et operationum. Item mali habent ditos debiles seu fragiles ad faciliter in bono desistendum. Unde de statua Nabuchodonosor dicitur Danielis. ij. Vidisti digitorum pedum partem testeam. Item habent mali digitos mobiles ad inconstanter in omnibus se habēdum. Unde de malo dicitur Prouerbiorum. vj. ꝙ ipse annuit oculis: terit pede: digito loquitur: ꝛ corde peruerso machinatur malum. Patet ergo ꝙ inuenitur digitus impij qui operatur damnabilia. ¶ Tertio dico: ꝙ inuenitur digitus iusti qui operatur laudabilia. D Digitus enim: id est operatio iusti: digito comparatur: quia scilicet ex tribus iuncturis constat inquātum scilicet omnis operatio iusti ad triplex tēpus scilicet preteritum presens ꝛ futurum debite debet ordinari: vel inquantum in debitis numero: pōdere ꝛ mēsura debet consistere et fundari. Unde illud Esaie. xl. Quis appendit molem terre tribus digitis.

Et notabis plures digitos spūales vicꝫ
Digitum scientie ⁊ vere cognitionis.
Digitum prudentie ⁊ sane discretionis.
Digitum clementie ⁊ pie compassionis.
Digitum potentie ⁊ bone operationis.
Digitum iusticie ⁊ aspere castigationis.

Habeat ergo digitum vere cognitionis ⁊ scientie. Et iste proprie est digitus fidei: quia scilicet sicut in digito latet vis cognitiua: ⁊ pulsus dispositionisq; corporis apprehensiua. Sic fides est ille digitus quo mediante veritates rerū cognoscimus: ⁊ sine cuius tactu ⁊ actu omnia salutaria ignoramus. Unde Ioh. xx. dicit thomas. Nisi inquit mittam manum meam in latus eius: ⁊ digitum meum in locum clauorum nō credam. Sequitur. Infer digitum tuum huc ⁊ noli esse incredulus sed fidelis. Qui stati perfecte credidit: dicens. Dominus meus ⁊ deus meus. ¶ Item habet digitum sane discretionis et prudentie. Discretio enim est digitus

Quo legem tenemus.
Quo bonum docemus.
Quo superflua cohibemus

Digito enim ad litteram possumus aliquid tenere: aliquid ostendere vel docere: aliquid claudere vl' arcere. Digitus ergo discretionis leges dei tenet ⁊ possidet. Prouerbio. vij. Liga legē in digitis tuis: ⁊ scribe eam in tabulis cordis tui. Utilia monstrat ⁊ edocet. vnde de Iohanne baptista supponit: ꝙ ipse ostēdit digito saluatorem dicens. Ecce agnus dei. Iohā. j. Et Iohā. viij. Inclinans se digito scribebat in terra. Superflua arcet ⁊ cohibet. Iob. xxix. Principes cessabant loqui: ⁊ digitum superponebant ori suo. Iste est

D ergo digitus sane discretionis ⁊ scientie. ¶ Item habet iustus digitum pie compassionis ⁊ clementie. Digitꝰ enim aptus est ad vnguendum ⁊ suauiter scalpendū Sic clementia benigniter vngit ⁊ lenit. Unde de diuite in tormentis iacente legitur. Luce. xvj. Quod ipse petijt vt lazarus intingeret extremū digiti sui in aquā ⁊ refrigeraret linguam eius. Potissime autem digitꝰ compassionis debet sanguine christi inūgi: vt scilicet de passione eius clementer compatiamur. vnde Leui. iiij. Tollet sacerdos de sanguine hostie ⁊ tanget digito cornu altaris. Altaris enim cornu in quo christus fuit imolatus est crux: que scilicet a digito nostre cōpassionis continue debet tangi. ¶ Item habet iustꝰ digitum bone operationis ⁊ potentie scilicet virtutes bene operandi: ⁊ spiritualibus hostibus resistendi. Psal. Benedictus dominus deus meꝰ qui docet manus meas ad prelium ⁊ digitos meos ad bellum. Unde etiam de illa bona muliere dicitur. Prouerbio. xxxj. Quod manum suam misit ad fortia: ⁊ digiti eius apprehenderunt fusum. Item habet iustus digitū correctionis ⁊ iusticie. Digitus enim vngue armat: quo scilicet quis pungitur ⁊ aliquotiēs laceratur. Sic mediante iusticia malos pungimus: ⁊ eos si necesse est vulneramus vt sic dicat. Iustus illud. iij. Regum. xij. Digitus meus minimꝰ grossior est dorso patris mei. Pater meus cecidit vos flagellis ego autem cedam vos scorpionibus. Isti sunt ergo quandoq; digiti viri iusti. Uel si vis etiam dic: ꝙ ipse iustus dicitur digitꝰ triplici iunctura. i. fide trinitatis compositus ad operandum: tangendum: vnguendum ⁊c. sicut supra: deinde est aptus ⁊ dispositus ⁊c. Et nota vnū valde de digito: quia digitus ante prandiū grossior est ꝙ post prandium. Anulus enim qui ante prandium cum difficultate mittitur: post prandium sine difficultate in digito ponitur: quod eo contingere potest: quia sumpto cibo sanguis ad stomachum pro digestione trahitur: ⁊ sic membrum exterius propter absentiam istius sanguinis gracilius reperitur. Talis est proculdubio vir perfectus: quia reuera cum cibis diuitiarum ⁊ bonorum temporalium vel etiam spiritualiū est repletus: tunc magis humilis ⁊ gracilis reperitur. Boni enim ex aquisitis diuitijs per superbiam nō inflantur: sed per humilitatem potius attenuantur. Unde in talibus completur illud. Eccli. iij. Quanto maior es humilia te. De quolibet ergo tali potest dici illud. Exod. viij. Digitus dei est hic. Ubi nota: ꝙ virꝰ perfectus operatur cū sedulitate: ideo dicitur digitus. Copulatur cum diuinitate: ideo dicitur digitus dei. Presentatur in necessitate: ideo dicitur est hic ⁊c. Sic ergo patet: ꝙ est digitus dei: impij ⁊ iusti.

Dignus. dignitas.

A Nota ꝙ dignus dicitur ille qui ē aptus vel congruus ad aliquid habendum vel faciēdum: siue bonum fuerit siue malum. Cum enim culpa ⁊ pena sibi correspondeant: potest dici ꝙ mali digni sunt pena ⁊ indigni gloria. Boni vero sunt digni gloria: ⁊ indigni pena. Dicamus ergo ꝙ dignum potest referri ad bonos ⁊ ad malos. Boni enim qꝛ omnia digne. i. congrue debite ⁊ honeste faciunt: iuxta illud. Col. j. Ambuletis digne deo per omnia placentes ideo digni sunt omni bono. Constat enim ꝙ ſm nobilitatem ⁊ dignitatem materie: debet forma nobilior ⁊ dignior in eam introduci. ¶ Sic dicam: ꝙ quia viri iusti digne ⁊ laudabilit' se disponūt: ideo formas virtutum dignas ⁊ nobiles accipiunt ⁊ accipere digni sunt. ¶ Notabis ergo ꝙ iusti digni sunt. B

Scripturas aperire.
Pro christo interire.
Gratiam inuenire.
Ardua diffinire.
Noxia superare.
Premia reportare.
Dulcia degustare.
Cum xpo regnare.
Honores vendicare.

Dico ergo ꝙ iusti digni sūt scripturas aperire. Plus. n. pficit ad scripturas intelligendum humilitas quā subtilitas plꝰ sanctitas quam autoritas. Deus enim ipsas abscondit a sapientibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelat eas paruulis. Math. xxiij. Ideo cuilibet iusto scientifico potest dici illud. Apoca. v. Dignus es domine aperire librū ⁊ soluere signacula eius. Item iusti digni sunt tormētis interire scilicet pro christo. Magna enim dignitas est: ꝙ homo a deo eligatur: vt tormentū pro eo patiatur. Unde Actuū. v. dicitur. Quod apostoli ibāt gaudentes a conspectu consilij: qm̄ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. Item dico ꝙ iusti digni sunt gratiam inuenire scilicet apud deū vnde Sapientie. iij. dicitur. Quod deus temptauit illos: et inuenit illos dignos se. Nam sicut dicitur. Sapientie. vj. Ipsa sapientia increata dignos se circuit querens. Itē dico ꝙ iusti sunt digni ardua diffinire. vnde Sapientie. vij. dicitur sic. Mihi autē dedit deus dicere ex sententia: et presumere digna horum que mihi dantur. Item dico ꝙ iusti digni sunt noxia superare. vnde. ij. Machabeo. xv. de deo dicitur: ꝙ ipse dat dignis victoriam. Item dico ꝙ iusti sunt digni premia reportare. Luc. x. Dignus est operarius mercede sua. Item dico: ꝙ iusti sunt digni dulcia degustare scilicet comedere corpus christi. De quo Matth. x. Dignus est operarius cibo suo. Dignus enim debet esse: idest iustus et mundus qui comedit istū cibū: qꝛ sicut dicitur: primo. Corinthiorum. xj. Quicunq; manducauerit panem hunc: aut biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Item dico: ꝙ iusti digni sunt honores vendicare. j. Thimote. v. Qui bn̄ presunt presbyteri duplici honore digni sunt cū christo conregnare: quia sicut dicitur. Roma. viij. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futurā gloriā que reuelabitur in nobis. Ueruntamē. Col. j. dicitur. Quod deus nos fecit dignos in partem sortis sanctorum in lumine. Et. ij. Thess. j. Digne habeamini in regno dei pro quo et patimur. Patet ergo ꝙ iusti digni sunt omni bono. ¶ Sed adhuc dico: ꝙ C mali digni sunt omni malo. Nam Sapien. xvj. dicitur propter hec et similia passi sunt digne tormenta: quasi dicat quia commiserūt multitudinē peccatorū

digne

digne et iuste passi sunt multitudinem tormentorum. Unde nota φ mali. Digni sunt.

Carcere ligari.
Bestijs lacerari.
Gladijs detruncari.
Sanguine satiari.
Morte dura necari.

Digni sunt ergo vt includātur carcere corporis et desidie. Sap. xvij. Digni quidem illi carere luce et pati carcerem tenebrarum. Item digni sunt vt lacerentur bestijs carnalitatis: et luxurie. Sapiē. xv. Illos enim locustarum et muscarum occiderunt morsus: et non est inuēta sanitas anime illorum: quia digni erāt ab huiusmodi exterminari. Musce eni et locuste signāt carnis motus. Item digni sunt vt detruncentur: gladio detractionis et infamie. Judith. vj. Cum dignas gladij mei penas exceperint ipse simul vltioni subiaceas. Item digni sunt vt satientur sanguine crudelitatis et seuicie. Apoca. xvj. Justus es domine: quia sanguinem prophetarum tuorum fuderunt: sanguinem dedisti eis bibere vt digni sint. Item digni sunt vt occidantur morte penarum et miserie scilicet in inferno Roma. j. Qui talia agunt digni sunt morte: non solū qui talia agunt sed qui eis consentiunt. Talibus ergo malis et similibus mali digni sunt: et se indignos omnibus bonis reddūt. Et si vis dic negatiue: φ mali non sunt digni. Scripturas soluere christum recipere. Bonis se iungere. Christum diligere. Celo comedere. Cum christo viuere. Dico ergo φ mali indigni sunt scripturas intelligere. Joh. j. Non sum dignus vt soluam corrigiam calciamenti eius. Soluere enim calciamenta christi nihil aliud est: φ intelligere mysteria scripturarum sanctarum. Item non sunt digni christum in sacramento altaris recipere. Unde Mathe. viij. Domine non sum dignus vt intres sub tectū meum. Item non sunt digni bonos secum habere seu colere. Unde Hebr. xj. Enumeratis sanctis hominibus dicit: φ istis dignus non erat mundus. Item nō sunt digni christo adherere: vel eum accedere: seu ipsum diligere. Math. x. Qui amat patrem aut matrem plus quā me: non est me dignus. Item non sunt ad nuptias parati intrare vel comedere. Math. xxij. Nuptie quidem parate sunt sed qui inuitati erant nō fuerūt digni. Item non sunt digni sempiterne viuere. iob. xxx. Uita ipsa putabatur indigni. Et breuiter mali: indigni infames et vilissimi reputabuntur. Et ideo dignitatibus ecclesie carere iubentur: iuxta illud. Infamibus porte dignitatum non patebunt. Et a dignitate celestis glorie expellent. Dan. xj. Stabit in loco suo vilissimus et indignus decore regio etc.

A **Dignitas.** Nota φ dignitas sumitur pro statu eminentie et honoris: et pro officio prelature et officij magistratu: vel etiam quandoqꝫ pro ipsa bonitate sufficientia et autoritate persone. Et sic dico φ inuenitur.

Dignitas virtualis.
Dignitas secularis.
Dignitas regularis.
Dignitas singularis.

Dignitas virtualis est idē: φ bonitas et sanctitas prudentia et honestas: sicut dr. Prouerbio. xx. Dignitas senum canicies. Canicies dico idest: prudentia. Dignitas secularis nihil aliud est quā dominatio in temporalibus. De qua Prouerbio. xiiij. In multitudine populi dignitas regis: que etiam plerunqꝫ malis hominibus consueuit cōferri: et faciliter solet auferri. Hec enim sepe impijs confertur. Unde Ecclesiasti. x. dicit Uidi sub sole quasi per errorem egrediens a facie principis: positum stultum in dignitate sublimi et diuites sedere deorsum. Hec etiam cito perditur et aufertur. Ezechie. xxiij. Tollam ab eis fortitudinem et gaudium dignitatis. Dignitas regularis est dignitas ecclesiastica: que scilicet bonis hominibus dignis scientificis atqꝫ sanctis semper debet conferri. Unde de bono prelato dicitur. Ecclesiasti. xlv. Statuit illi testamentum pacis: et principem fecit eum vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. Dignitas singularis seu eternalis est excellentia glorie paradisi: quā: scꝫ principaliter deus possidet Hester. x. Rex assuerus omnem terram: et cūctas insulas maris fecit sibi tributarias: cuius est imperium et fortitudo: et dignitas et sublimitas. De dignitate igitur officio et prelatura: quomodo solis dignis debeant concedi: et quomodo malis multotiens concedantur: possent infinita dici: sed deficiunt autoritates vocales: et in infinitis locis mentio fit de illis. Uide ergo de rege: prelato: altitudine: celū et alijs titulis similibus sicut in tabula.

Diligere. Dilectio. Nota φ dilectio quandoqꝫ accipitur pro omni amore siue bono siue malo. Accipitur enim quandoqꝫ pro amore virtuoso. Aliquando pro amore vitioso. Aliquādo pro amore naturali. Aliquādo pro amore supernali. Uirtuosus est amor caritatis: de quo dicitur Matthei. xxij. Diliges proximum tuum sicut teipsum etc. Amor vitiosus est amor cupiditatis: de quo Esaie. j. Omnes diligūt munera: sequuntur retributiones. Et in ps. Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Item amor naturalis est amor necessitatis: quo scꝫ homo compellitur naturaliter diligere genitorem: fratrem: amicum et benefactorem: de quo Ecclesiasti. xiij. Omne animal diligit sibi simile. Amor vero supernaturalis est amor diuinitatis: quo. s. nos diligimus deum vt creatorem et conseruatorem: de quo Matthei. xxij. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo etc. A

B ¶ De dilectione igitur qua tenemur deū diligere: et qua deus diligit nos aliquid breuiter disseramus. Deus diligit oia que sunt: quoniam sua sunt. Diligit enim iustos et peccatores. Et sic dicitur Matthei. v. Solem suum facit oriri super bonos et malos. Caniculus enim filios et catulos suos φφ cecos valde diligit: ipsosqꝫ latratu et morsu defendit: et ita cecos sicut videntes fouet cum diligentia atqꝫ nutrit. Sic pro certo deus catulos suos. i. homines et cecos et vidētes bonos et malos valde diligit: ipsosqꝫ per suā occultam prouidentiam recreat: fouet et alit. Sapien. xj. Diliges enim que sunt: et nihil odisti eorum que fecisti. Deum etiam debent omnia diligere. et cum secundum Aristotelē nihil sit diligibile nisi sub ratione boni. Sequitur. φ cū deus bonitatem habeat infinitam: in infinitum diligi debet et in immensum Josue. xxiij. Diligētissime precauete: vt diligatis dominum deum vestrum. Boni enim tenētur deum diligere et amare. Res enim recta cum alia re bene recta faciliter et immediate potest cōiungi: sicut patet de duabus tegulis simul coniunctis que immediatissime se coniungunt. Et quia igitur rectus est dominus deus noster: et non est iniquitas in eo: recti et iusti debent cum eo per dilectionem coniungi Cantico. primo. Recti diligunt te. Mali etiam tenentur diligere. Nā catuli ceci matrem suam diligūt: ipsam naturaliter cognoscunt: et ad eius vbera recurrunt. Sic vere homo φφ sit cecus et peccator: deum tamen tenetur diligere: et vt creatorē recognoscere. et ad vbera sue misericordie reuenire: quia enim deus vt dictum est non dedignatur diligere peccatores: inquātū sunt ipsius creature: ideo ab ipsis est merito diligendus: quia sicut dicitur Luce. vj. Peccatores diligentes se diligunt. Diligamus igitur charissimi deum: quia ipse prior dilexit nos. j. Johannis. iiij. Dicat igitur quilibet illud ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meus. Igitur ostenditur φ deus est diligendus. Quia sustentator robustissimus: quia fortitudo mea. Quia receptor secretissimus: quia refugium meum. Quia defensator clementissimus: liberator inquit meus. Deus enim est sustentator defluentium. Receptator fugientium. Defensator seu liberator pereuntium. ¶ Diligatur ergo deus vt defluentiū sustē- C tator. fortitudo inquit mea: et refugiū meū et firmamētū meum. Infirmus enim valde debet diligere baculum

fortē quo secure possit sustentari. Elephas enī q̄ vult dormire fortem arborem querit cui innititur quādo dormit. Cerui etiam quando volunt aliquē magnū fluuium pertransire: solent fortioribus inniti vt eiꝰ fortitudine sustentari possint ⁊ securius transfretare. Sic vere nos q̄ valde debiles sumus ⁊ infirmi summe debemus deum diligere: cuius fortitudo est sicut rhinocerōtis: sicut dicit balaam. Nume. xxiiij. Ipsi .n. possumus secure inniti per spem ⁊ confidentiā: vt sic tute possimus fluuium huius seculi pertransire. fortitudo inq̄t mea Unde in ps. fortitudo mea et laus mea dominus: et factus est mihi in salutem. Ista ergo est defluentium sustentator. Cantico. viij. fortis est vt mors dilectio. ❡ Secundo diligendus est vt fugientium receptator. Refugium inquit. Ceruus enim a canibus infestatus sentiens se non posse euadere naturali intuitu sciens hominem animal mansuetum natura ad ipsum vltro refugit vt saluetur: vt dicit Plinius. Sic vere cum sciamus deū esse clementissimum et benignum: si canibus: idest demonibus vel tribulationibus infestemur: ad ipsum debemus refugere per deuotionem: ⁊ ipsius clementiam piis orationibus implorare dicentes cum ps. Deus noster refugiū ⁊ virtus: adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Iste est ergo ad ipsum fugiētium receptator. ❡ Tertio diligendus est: quia ipse ē
D defensator pereuntium ⁊ saluator. Liberator inquit meus. Quando enim elephas in foueam cecidit vnde per se non potest exire: venatorem illum valde diligit: qui ipsum de fouea liberat ⁊ extrahit ipsumq̄ sequitur ⁊ ei obedit. Sic pro certo carissimi cum de fouea peccati exire vel surgere non possemus: ⁊ venator christus nos clementer eripuerit ⁊ extraxerit: propter hoc ipsū debemus diligere ⁊ sibi dulciter obedire. Liberator inquit meus. Unde in Ps. Laqueus contritus est ⁊ nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit celum ⁊ terram. Quia igit̄ carissimi deus est vt dictum est: liberator clementissimus. Receptator benignissimus. Sustentator robustissimus: dico q̄ hic est merito diligendus. Ps. Diligite dominum omnes sancti eius. Beatus ergo vir q̄ suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite quam repromisit deus diligentibus se. Jaco. j. Istud tamen est contra multos qui deum non videntur diligere vere: nec eidem per constantiā vel fiduciam adherere: sicut sunt mūdi peccatores qui deum non videntur diligere: eo q̄ per diuersa peccata noscuntur ipsum offendere: ⁊ dyabolo consentire. Nemo enī potest duobꝰ dominis seruire: aut enim vnum diliget ⁊ alterum odiet: aut vni adherebit ⁊ alterum contemnet. Non sic igitur carissimi: sed deum firmiter diligamus. Juxta mandatum August. lib. de spiritu ⁊ anima; qui dicit sic. O quantū debeo diligere dominum meum qui me fecit cum non eram redemit cum perieram: ⁊ eduxit de exilio; redemit de seruitio; vnxit me letitie oleo; vocauit me nomine suo vt ab vngento dicerer vnctus: et a christo dicerer christianus. Et vide supra de amore: amicicia ⁊ caritate. ❡ His ergo premissis notandum est q̄ deus est di-
E ligendus: quia ipsum diligentes.

Ab ipso diliguntur teneriter.
Per ipsum proteguntur securiter.
Cum ipso vniuntur concorditer.
Ab ipso respiciuntur benigniter.
Mandata exequūtur fideliter.
Peccata detestantur sagaciter.
Omnia eis cooperantur vtiliter.
Delicta eis remittuntur salubriter.
Gaudia eis ingeruntur mentaliter.
Animi ipsorum illuminantur sinceriter.
A deo exaudiuntur veraciter.
Gloriam consequuntur feliciter.

❡ Dico ergo q̄ diligentes deum ab ipso tenere diliguntur. Prouerbio. viij. Ego diligētes me diligo. Itē per ipsum secure proteguntur. Ps. Custodit dominꝰ omnes diligentes se. Item cum omnibus pacifice vniuntur. ps. Pax multa diligentibus legem tuam. Itē a deo benigne respiciuntur. Eccli. xxxiiij. Oculi domini in diligentes se. Item mandata fideliter exequūtur Joh. xiiij. Si diligitis me: mandata mea seruate. Itē peccata veraciter detestantur. ps. Qui diligitis dominum odite malū. Item omnia ipsis cooperantur vtiliter. Roma. viij. diligētibus deū oīa cooperantur in bonū. Item delicta eis salubriter remittuntur. Luc. vij. dimittuntur ei peccata multa: quoniā dilexit multum. Item in deo gaudent hylariter ⁊ gloriantur ps. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuū. Item p̄ gratiam illuminant̄ subtiliter. Eccli. ij. Qui timetis dominum odite malum ⁊ diligite dominum: ⁊ illuminabuntur corda vestra. Item isti a deo gaudenter exaudiuntur. ps Dilexi quoniam exaudiet dominus. Itē gloriam consequuntur finaliter. Jaco. j. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cū p̄batus fuerit: accipiet coronam vite quam repromisit deus diligentibus se. Ergo bonum est homini diligere deum: et non solum deū: sed etiam omnia q̄ pertinent ad deū. s. oīa virtuosa ⁊ honesta. Diligant ergo.

Justi misericordiam: pauperbꝰ compatientes
Justiciam: peccatores percutientes.
Disciplinam: semetipsos discutientes.
Sapientiam: in semetipsis aspicientes.
Legem: xp̄i mandatis obedientes.
Concordiam pacifice viuendo.
Propriam salutem: a periculis resilientes.
Celestem gloriam: nihil aliud concupiscentes.

Diligant ergo iusti misericordiam egenis succurrendo. Mich. vj. Indicabo tibi homo qd̄ sit bonū: vtiq̄ facere iudicium ⁊ diligere misericordiam. Itē diligāt iusticiam peruersis occurrendo. ps. Dilexisti iusticiā ⁊ odisti iniquitatem: ppterea vnxit te deus oleo iusticie. Item diligant disciplinā seipsos castigādo. prouer. xij. Qui diligit disciplinam diligit scientiā. Item diligant sapientiam: vtilia cognoscentes. Sapien. vj. Diligite lumen sapientie omnes q̄ preestis populis Itē diligant legē dei mandatis obediēdo. ps. Dilexi mādata super aurum ⁊ topazion. Et ibidem. Legem aūt tuam dilexi. Item diligant concordiam pacifice viuēdo. Zach. viij. Ueritatem ⁊ pacem diligite. Item diligant salutem ⁊ securitatem a periculis sapienter precauendo. Sap. vij. Super salutem ⁊ spēm dilexi sapiētiam. Item diligant celi gloriam ipsam appetēdo. ps. Domine dilexi decorem domus tue: ⁊ locum habitationis glorie tue. Sed pro certo mali non diligant talia: sed potiꝰ omnia mala ⁊ inutilia. Et tamē scriptū est. Quod qui diligit iniquitatem odit animam suā ps. De malis igitur possumus dicere q̄ ipsi diligunt

Uerba velocia plena falsitate.	Diligunt dico
Uerba mendacia plena vanitate.	verba velocia:
Opera noxia plena prauitate.	que loquūt̄ si-
Scelera grauia plena iniquitate.	ne discretione.
facta fallacia sine benignitate	psal. Dilexisti
Gesta mobilia sine stabilitate.	oīa verba preci

pitationis ligua dolosa. Item diligunt dicta mendacia cum vana locutione. ps. filij hominū vsquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatē ⁊ queritis mēdacium? Item diligunt opera noxia cum puerili affectione. Proue. j. Usquequo paruuli diligitis infantiam: et stulti ea que sunt sibi noxia cupiunt. Item diligunt scelera grauia cum terribili damnatione. psal. Dilexit maledictionem et veniet ei: et noluit benedictionem et elongabitur ab eo. Item diligūt facta fallacia cū malicio a pditione. ps. Dilexisti maliciā sup benignitatē: iniquitatē magis q̄ loqui equitatē. Itē diligūt gesta mobilia sine stabili directiōe. Hier. xiiij. Dilexit mouere pedē suū ⁊ dn̄o non placuit. ❡ Sed F
adhuc si vis scire que sunt ille persone: que diligunt deum

deum. Dico ꝙ iste que sunt
Puritate loti.
Pietate forti.
Veritate noti.
Sedulitate moti.
Integritate toti.

Dico ꝙ ad diligendum operatur puritas ⁊ inocētia. vnde de Jonatha qui interpretatur colūba dicitur .j.Reg.xviij. Dilexit dauid Jonathas quasi animam suam. Item pietas atq; clementia. Cant.j. Oleum effusum nomē tuum: ideo adolescentule dilexerunt te nimis. Item veritas ⁊ iusticia. Canticorum.j. Recte diligunt te. Itē sedulitas ⁊ diligentia. Canticorum.iij. Surgam ⁊ circuibo ciuitatem: queram quem diligit anima mea. Itē integritas ⁊ existentia. Deut.vj. Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua. Si aūt vis adhuc scire: que sunt illa: que diligit deus. Dico ꝙ ipse diligit.
Illos qui clarissime speculantur.
Illos qui dulcissime miserentur.
Illos qui certissime proloquuntur.
Illos qui simplicissime conuersantur.
Illos qui sapientissime meditantur.
Diligit enim deus clarissime speculantes. Unde de syon que interpretatur specula: dicitur in .ps. Diligit dominus portas syon. Et alibi. Montem syon quē dilexit. Item diligit dulcissime compatientem. ps. Misericordiam ⁊ iudicium diligit deus. Item diligit certissime loquentes. ps. Ecce enī veritatem dilexisti incerta ⁊c. Item diligit simplicissime conuersantes. Prouerb.xix. Scio deus meus quia simplicitatē diligas. Item diligit prudentissime meditantes seu sapientes. Sap.vij. Neminem diligit deus nisi eū qui cum sapientia inhabitat. De dilectione vero dei in genere: quomodo ipsa operatur in hominem fortitudinem: quia fortis est vt mors dilectio. Cant.viij. Sollicitudinem: quia cura discipline dilectio est. Sapiē. vj. Quietudinem .ij.Cor.xiij. Deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiscum. Perseuerantie longitudinē. Joh. xv. Manete in dilectione mea. Felicitatis certitudinē Sap.iij. Fideles in dilectione acquiescēt illi. Ueritatis rectitudinem .Rom.xij. Dilectio sine simulatione. Multa possent dici: sed transeo gra breuitatis. Uide ꝟ. de amore: ⁊ amicitia: ⁊ caritate ⁊c.

A

Dilectus ⁊ dilecta.

Quia pro sponso et sponsa: amico ⁊ amica supponunt: videtur ꝙ loquendo spiritualiter dilectus ⁊ dilecta idem sunt quod de⁹ et anima: xp̄s et ecclesia. Igitur dicam ꝙ christus potest dici dilectus respectu anime seu ecclesie: seu etiam prelatus vel quilibet vir perfectus respectu dei vel cuiuslibet persone. Dico ergo ꝙ deus seu christus dicitur dilectus: quia .s. iste diligitur.
A patre: qui eum amat eternaliter.
A matre qui eum amat naturaliter.
Ab ecclesia: que eum amat virtualiter.
Ab anima que eum amat cordialiter.
Iste enim fuit dilectus patris: quia hunc amat eternali amore. vnde Math.iij. dicitur. Quod cum christus baptizaretur: vox patris audita est. Hic est filius meus dilectus. Et luce.iij. dicitur. Tu es filius meus dilectus. Item iste fuit dilectus matris: quia hūc amauit naturali amore idest dulcore. vnde de ipso carnem assumpturo potest dici in persona matris sue illud. Cant.v. Pessulum hostij mei aperui dilecto meo Item iste est dilectus ecclesie quem adamat virtuali amore in vigore. Canti.ij. Dilectus meus mihi ⁊ ego illi. Item iste est dilectus anime quem adamat cordiali feruore: dicens illud. Cant.v. Anima mea liquefacta est: vt dilectus locutus est. Christus ergo dicitur dilectus ⁊ a deo: ⁊ a qualibet sancta aīa predilectus.

C

Sicut enim amica seu dilecta pro dilecto suo.
Solet suspirare profunde cogitās cū hūc nō habeat.
Solet aspirare parū hesitans: cū hūc nō videat.
Solet quiescere ardenter flagitās: cū ipm teneat.
Solet timescere secrete latitās vt tute gaudeat.
Solet nitescere ornate visitans: vt sposo placeat.
Sic vere dico: ꝙ anima pro filio suo dilecto xp̄o quem modo non habet: solet ⁊ debet cum desiderio suspirare dicens illud Cantico.v. Si inueneritis dilectū meū nūciate illi. q: amore langueo. Itē debet ad act⁹ copulā aspirare. Copulā dico. q hic in presentifit p grām in futuro fiet p gloriā. Unde talē copulam appetebat sposa Cantico.v. Ueniat dilectus meus in ortum suum. Ortus enim xp̄i est mens anime deuote. Item debet dilectū amplexans liquescere. Deuota enim anima quādo amoris sponsi succēsa est desiderio: ipsū se cogitat amplexari: ⁊ iam quasi ad osculum dignam amici: solet per amorem liquescere: ⁊ in seipsam resolui: ⁊ quasi in deum exalare: ⁊ quasi vnum cum ipso fieri: ⁊ cuū eo se miscere. Unde illud predictū Canti. v. Anima mea liquefacta est. Ut de anima sic liquefacta dicat illud. Cantico.viij. Que est ista delicijs affluens: innixa sup dilectum. Item debet videri metuens tremescere. Dilecta postq̄ habuit amplexus dilecti: summe nitit amorem cōmunem secrete seruare: et per humilitatem abscondi: non per iactantiam reuelari Cantico.v. Uenter meus intremuit ad tactum eius: surrexi vt aperirem dilecto meo. Unde etiam de anima deuota potest dici illud Cātico.ij. Adiuro vos ne euigilare faciatis dilectam. Anima enim tunc ab occulto mentis euigilat: quando amorem quem habet ad deum propalat exterius ⁊ publicat. Item debet vt sposo placeat nitescere. Ad sponsam enim: id est ad animam deuotā pertinet: ꝙ varijs virtutibus se poliat: vt dilecto suo xp̄o placeat Cantico.vj. Dilectus meus mihi qui pascitur inter lilia. Pulcra es amica mea: suauis ⁊ decora sicut hierusalem. Ecce ergo qualē se debet exhibere dilecta respectu xp̄i dilecti sui. Et merito. Tāte enim sunt perfectiones et virtutes istius dilecti ꝙ ipse est merito diligendus. Unde anima de dilecti virtuosa pulcritudine gloriante potest dici illud Cātico.v. Qualis est dilectus tuus o pulcerrima inter mulieres. Ipsa autem potest respondere illud quod sequitur ibidem. Dilectus meus candidus ⁊ rubicundus: electus ex milib⁹

B

¶ Unde nota ꝙ de isto hic cōmēdatur: et etiam tali modo describitur. Bonitas acceptabilis: quia omnibus placebat: quia dilectus. Castitas delectabilis: q: lucide splendebat: quia candidus. Caritas admirabilis: quia intime feruebat: quia rubicūdus. Dignitas honorabilis: quia alios excellebat: quia electus ex milibus. Et ista patent: quia.
Bonitas a cunctis diligitur.
Castitas candore pingitur.
Caritas rubore inflammatur.
Dignitas alijs antefertur.
Igitur siue ista referantur ad ipsum: siue ad quemlibet iustum. Dico ꝙ iste diligendus est propter bonitatem acceptabilem que oritur cum dicitur. Dilectus meus. Nichil enim est diligibile nisi sub ratiōe boni: ⁊ ideo quia dilectus dicitur: necesse est ꝙ per cōsequēs bonus intelligatur. Et si vis dicere que sunt ille bonitates que istum dilectum acceptabilem reddiderunt. Dico ꝙ iste fuerunt
Amara penitentia: qua fuit maceratus.
Famosa redolentia: qua fuit diuulgatus.
Honesta apparentia: qua fuit picturatus.
Doctrine redundantia: qua fuit ampliatus.
Operū abūdantia qua fuit ampliatus.
Puritatis innocentia: qua fuit quietatus.
Contemplantis sapientia: qua fuit illustratus.
Perorans eloquentia: qua fuit deo gratus.
¶ Iste enim per penitentiam seipsum amaricauit. vnde Canticorū primi. Fasciculus myrrhe dilectus me⁹ Myrrha enī species amara est: s; medicinalis ⁊ odorosa. Itē p fame redolētiā se diuulgauit. Uñ de fragrātia sue fame potest dñs dicere illud Cātico.vij. Mandragore dederunt odorem suum in portis nostris:

omnia poma noua et vetera dilecte mi seruaui tibi. Jtez per honestam apparentiam se decorauit. Canti. j. Ecce tu pulcer es dilecte mi: et decorus. Lectulus noster florid⁹. Jtē p doctrine influentiā se distillauit Unde iste comparatur botro a quo eliquatur vinum Canti. j. Botrus cipri dilectus meus. Item per operū abundantiam fructificauit: vnde sicut malus inter ligna siluarum: ita dilectus meus: supple est fructuosus. Jtem iste se per ipsius innocentiam purificauit. Math. xij. Ecce puer meus quem elegi: dilectus me⁹ in quo bene complacuit anime mee. Jtem per pacem τ concordiam se quietauit. Eccli. xlvij. Ad insulas lōge diuulgatum est nomē tuum τ dilectus es in pace tua Jtem contemplationis eminentia seu sapientia hūc illustrauit. Unde iste fuit israel videns deuz. Unde de sapientia dicitur Baruch. iij. Quod dedit deus illam iacob puero suo: τ israel dilecto suo. Jtem oratiōis eloquentia hunc gratificauit. Canti. ij. En dilectus me⁹ loquitur mihi. Sic ergo apparet qualiter iste habet: τ habuit multiplicem bonitatem propter quam fuit dilectus: τ deo τ hominibus acceptabilis atqꝫ gratus. Dilectus inquit meus. Eccli. xlv. Dilectus deo τ hominibus moyses. Et Sapiē. iiij. Placens deo: dilectus etenim inter peccatores viuens translatus est.
C Jste ergo dilectus dicitur propter bonitatem acceptabilem. Dilectus meus inquit. ¶ Secundo dico ꝙ dilectus est propter castitatem delectabilem: que ostenditur cum dicitur. Candidus. Res enim pure: mūde: τ candide amplius diliguntur. Sic illi qui per castitatem sunt candidi a deo amplius sunt dilecti. Jdeo de homine casto dicitur. Cant. vj. Dilectus meus pascitur inter lilia. Lilia enim que candida sunt castitatē designant. Cant. vj. Dilectus meus descendet in ortū suum ad areolam aromatis. vt pascatur in ortis: τ lilia colligat. Quia reuera in orto ecclesie aromata virtutum τ specialiter lilia castitatis a xpo vel a viro iusto deo dilecto debent queri: τ ibi per complacentiaz depasci. Candidus inquit. Apoc. xiiij. Uidi τ ecce nubem candidam. Compara iustum τ maxime prelatū nubi rorislue pietatis τ candoris propter pulcritudinem pietatis τ castitatis: que tamē sunt ꝓh dolor. cōtra multos qui scꝫ in orto ecclesie lilia castitatis non colligunt: sed ibi īmunde τ luxuriose viuunt. De quo consequitur dñs. Hier. xj. dicens. Quid est qḋ dilect⁹ meus in domo facit scelera multa? Non sic: sed sit hō propter castitatem delectabilis. Candidus inqt. Uide supra de candore τ albedine. ¶ Tertio dico: ꝙ dilectus est propter caritatem amicabilem seu admirabilem. Jlle enim qui magis diligit: magis vt cōiter est dilectus. Prouer. viij. Ego diligētes me diligo. Quia igitur iste dñm τ proximum per caritatem diligit: restat vt necessario dilectus sit. Caritas autez in ista denotatur: cum dicitur. Rubicundus: qꝛ. s. color rubicū dus: igneus τ sanguineus: caritatez τ feruorē signat Unde de caritate istius dilecti dicitur. Canti. j. Dilectus meus inter vbera mea cōmorabitur. De sanctis etiaz caritatiuis dicitur. Tren. iiij. Quod ipsi sunt rubicundiores ebore antiquo. Saphiro pulcriores.
E ¶ Quarto dico: ꝙ dilectus fuit iste propter dignitatem honorabilem. Electus ex milibus. Electio eñ dignitatem importat. Res enim que tanꝙ meliores et conuenientiores eliguntur: tanꝙ digniores pre alijs diligi promerent: quia ergo iste electus dicitur: per cōsequens dicitur dignior: τ diligibilior iudicatur. vnde illud predictum. Math. xij. Ecce puer meus quem elegi: dilectus meus. vide infra de electione. Tales enīz dicuntur qui dilecti sunt per caritatem τ dilectionem quia electi propter bonitatem τ perfectionem: τ hoc dico electi per eternam dei predestinationem. ij. Thessal. ij. Fratres dilecti a deo qui elegit vos. Patet ergo quomodo propter dignitatem: caritatem: castitatez. τ bonitatem quis a deo τ hominibus diligitur: τ dilectus proprie nominatur. Dilectus enim fuit quia recessit a malo. Cāti. viij Fuge dilecte mi: similis esto capree hynuloqꝫ ceruorum. Quia recedit in bono. Canticorum. vj. Descendit dilectus in ortum suum τc. Quia etiam per deuotionem requieuit in somno. ps. Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas domini. τc. Et breuiter de christo vel quolibet sancto vel prelato potest dicere illud. Eccli. xlvj. Dilectus a domino deo suo samuel. Pone si vis de interpretatione samuelis. Igitur ad illam questionem qua petitum est supra ab ecclesia vel anima. Qualis est dilectus tuus. Respondere potest ipsa illud quod. Sequitur ibidem. Cant. v. Talis est dilectus me⁹: τ ipse est amicus meus. Hec ergo de dilecto christo: prelato vł quolibet sancto sufficat.

Diligentia.

Diligentia nihil aliḋ est quāz feruor seu motus animi ad aliquid cito apte τ summe desiderio peragenduz. Et est diligentia quedam virtus que potissime requiritur ī prelatis. Communitas enim non bene regitur nisi rector vigilet τ diligens habeatur. Canis enim de custodia domini sui valde est diligens et attentus. Quando enim alij dormiunt: canis vigilat: τ de nocte magꝭ quam de die: circa domum valde circuit τ discurrit: fures etiam τ latrones latratu τ morsu impetit τ inuadit. Sic vere prelatus bonus circa gregez domini sui sibi commissuz tenetur sollicite vigilare: τ plus de nocte quam de die. i. magis in aduersitate ꝙ in prosperitate: debet per diligentiam circuire latrones. i. demones τ peccata habentes morsu correptionis τ latratu predicationis debet sollicite impugnare. Ametistus est quidam lapis: qui facit hominem vigilem τ solertem: aufert enim ebrietatem: τ somnum: τ malum cogitatum: τ bonum efficit ꝭm diascoridez. Sic vere virtus diligentie facit possessorem suum vigilem super fratrem suum. Apoca. iij. Esto vigilans τ confirma cetera que moritura erant. Ad litteram enim bona diligentia tollit ebrietatem: τ confert sagacitatem: τ aufert cogitatuuz prauitatem. Debet ergo prelatus esse diligens τ in suis actibus circumspectus. Jdeo de bono prelato potest dici illud. ij. Paralip. xj. Habitauit roboam in hierusalez τ edificauit ciuitates muratas τ firmauit eas summa diligentia. Jn quibus verbis ostenditur ꝙ prelatus debet esse diligens principaliter quo ad tria. Debet eñ: iniquos per iusticiam castigare. Roboam: qui interpretatur impetus vel dissipans populos. Discordes ad concordiam reuocare. Edificauit ciuitates idest ciuiuz vnitates. Debiles ꝑ potentiam roborare. Firmauit inquit eas: sit igitur diligens prelatus vt inquit castigentur: quod ostenditur cum dicitur. Roboam quod interpretatur impetus seu dissipans populos: quia vere cum rigore τ impetu iusticie debet peruersos populos. i. ꝓteruos subditos dissipare. Teste enim Hugone: genus misericordie est malos cito occidere. Multi enim sunt ita proterui τ obstinati: ꝙ per benignitatem seu clementiaz minime corriguntur. Ergo necesse est ꝙ per rigorem τ iusticiam puniantur. Elephas enim siluestris quādo capitur: per verba non domesticatur: sed per verbera. Quando enim percutitur: timet τ obedit: et maxime quando sentit ꝙ venator personaliter sedet super eum: vt dicit Plinius. Sic vere multi sunt ita siluestres τ proterui ꝙ nunꝙ possunt nisi per verbera castigari. Nihil enim in talibus mansuetudo facit: qꝛ misereamur impio et non discet facere iusticiaz. Esa. xxvj. Sed quando percutiuntur et corriguntur: τ maxime quando vident ꝙ venator: idest prelatus sedet per continuam diligentiam super eos: tunc dico: ꝙ necessario timent: et corriguntur: obediunt et castigantur. Bene ergo dicitur. Ecclesiastici. xxx. Qui diligit filium suum: assiduet ei flagella. Jste ergo debet esse Roboam: ita ꝙ de quolibet tali et de eius rigore et audacia potest dici illud. ij. Paral. xij. Confortat⁹ est roboā in hierusalem τ regnauit. Cōfortari eñ dꝫ prelatus

prelatus ad audaciam: et regnare in hierlm i. in ecclesia per iusticiam et rigorem. Debet ergo esse diligēs vt
C impij castigentur. ¶ Secundo debet esse diligens vt rebelles concordentur. Debet em̄ edificare ciuitates i. ciuium vnitates. Sicut enim dicit Macrobius in li. de expositione somnij scipionis in armonia planetarum sol tenet medium locū: quem tenet media corda in instrumento musico: quia. s. sonos aliorum planetarum qui sunt contrarij et diuersi: ad concordiam reuocat et reducit: et quatuor etiā elementa que sunt contrariarum et diuersarum qualitatum: nunq̄ possent in vno mixto perfecte coniungi vel vniri: nisi per virtutem essentie quinte. i. nisi per influentiam stellarum orbis ad concordantiam reducatur. Sic proculdubio cum in vno collegio ecclesia vel patria sint diuerse corde et persone contrarie nationis et conditionis nunq̄ perfecte vnanimes fierent et concordes: nisi solis et orbis. i. boni prelati: et superioris influentia et diligentia circa hec operetur. Per solem enim qui est rex planetarū: bonus prelatus intelligitur qui est rex et rector aliorum: quia procerto iste est qui inter planetas et subditos in ciuitate ecclesie concordiam procurat. Iuxta illud Job. xxv. Facit concordiam in sublimibus suis. vnde Esa. xix. dicitur. Ciuitas solis vocabitur vna Ciuitas enim solis. i. collegium vel etiam boni prelati diligentia vocabitur vna: quia scilicet per eius diligentiam ad vnitatem trahitur concordie et amoris. Quod vtiq̄ est contra multos prelatos: q̄ reuera inter subditos non seminant concordiam: sed discordiam Non amorem sed rancorem. Non pacem sed litē. Non caritatem: sed diuersitatem. Non sic carissimi: sed sit prelatus diligens vt rebelles concordent. Prelati em̄ sunt legati dei Iuxta illud apl'i. Eph. vj. Legatiōe pro xpo fungimur: ideo summe debent conari pacem inter homines facere: vt possint cum subditis pacifice habitare: vt de eis dicatur illud. ij. Mach. viij. Diligen-
D ter omnia composuerunt. ¶ Tertio debet esse diligēs vt debiles et infirmi roborentur. Firmauit inquit eas Agricola enim sapiens solet esse diligens circa debile fouendo: et solidum roborando. Medicus etiam diligens debet esse de infirmo quem habet in cura: q̄ fortificetur et q̄ ad sanitatem reducatur. Sic vere bonus prelatus debet esse valde diligens vt illi subditi, sm̄ q̄ in fide et moribus sunt debiles et infirmi: per virtutem constantie roborentur: et in fide et moribus confirmentur: dicentes illud. ij. Paral. xix. Confortamini et diligenter agite. Firmauit inquit eas. Eccli. iij. Benedictio patris firmat domos filiorū. Prelatus debet esse sicut mulier euangelica: que perditam dragmam diligenter querit donec inueniat. Sic igitur prelatus diligens erga subditos: quia inter elephantes maxima est cura alteri de altero parentibus de filijs: maioribus de paruulis: fortioribus de infirmis. Ideo dicitur Prouer. xxvij. Diligenter agnosce vultū pecoris tui. Agnosci enim et considerari debet vultus pecoris idē status subditi. s. vtrum sit bonus vel malus: vt. s. sm meritum promoueatur: vel vt sm demeritum puniatur Multi enim sunt qui bene considerant vultum pecoris: vtrum. s. sit pinguis vel macer: diues vel pauper et hoc vt excorietur et tondeatur. Non sic ergo: sed sit prelatus diligens.

Ad proteruos iuste corrigendum.
Ad rebelles pie concordandum.
Ad infirmos tute roborandum.

Bene ergo precipitur. Prouerbi. xxiiij. Diligenter exerce agrum tuū et: postea edificabis domū tuā. Unde dicit Job. xxix. Pater fui pau-
E perum: et consolator viduarum: et causam quā nesciebam diligenter inuestigabam etc. Hijs ergo premissis patet: q̄ tam ad prelatos q̄ quoslibet viros iustos ptinet omnia diligenter facere: et quicquid necesse fieri ē cum diligentia exercere. Iuxta illud. ij. Paral. xix. Sit timor domini vobiscum: et cum diligentia cuncta facite. Et sic nota q̄ nos debemus.

Diligenter excutere del obliuionem.
Diligenter inquirere: veri cognitionem.
Diligenter refugere: morum corruptionem.
Diligenter inspicere: rerum conditionem.
Diligenter attendere: celi possessionem.
Diligenter extendere: manus subuentionem.
Diligenter cognoscere: patrū perfectionem.
Diligenter perlegere: scripture rationem.
Diligenter intendere: ad verbi dictionem.
Diligenter differere: doctrine lectionem.

Dicam ergo q̄ diligenter est excutiendus torpor obliuionis dei Deutero. vj. Caue diligenter ne obliuiscaris dominum. Item diligenter est exquirendus splendor cognitionis: q. s. virtus negociorū et causarū debet diligenter inq̄ri: maxime vbi agitur de preiudicio alieno. De punitione em̄ falsi prophete absq̄ cūctatione sentētia est exequēda: sed de punitione vrbis ydololatre ydololatrare volentis dr̄ Deutero. xiij. Quere inq̄t diligenter re veritatis perspicta: si inueneris ista perpetrata: percuties habitatores eius in ore gladij et dele vrbem illam. Item diligēter est refugiendus horror corruptionis peccati. Deutero. xxiiij. Obserua diligēter, ne incurras plagam lepre Item diligenter est aspiciendus et explorādus actus terrene conditionis. Iudicū. xviij. Miserunt filij dan viros fortissimos vt explorarent terram et diligenter inspicerent. Item diligēter est contemplandus motus celestis ordinatiōis. vnde de herode dicitur Mat. ij. Clam vocatis magis diligēter didicit ab eis tempus stelle. Item diligenter est exequendus actus cōpassionis seu liberalis largitōis. ij. Esdre. viij. Quecūq̄ petierit Esdras diligenter detur ei. Item diligenter est attendendus valor antique parentum cōuersatiōis Job. viij. Interroga generationē pristinam: diligenter inuestiga patrum memoriā. Itē diligenter est legendus atq̄ studendus sensus scripture et diuine lectionis Esaie. xxxiiij. Requirite diligēter in libro domini. Item diligenter est audiendus et intelligendus sonus predicationis Esa. xxxij. Aures surdorum diligenter auscultabūt. Itē diligenter est docendus et diffundendus fructus doctrine et bone eruditionis Actuum. xviij. Docebat diligenter ea que sunt Iesu etc. Uide in alijs titulis: vbi scilicet sollicitudo: vigilia: labor.

Diluculum.

Nota q̄ diluculū est principiū diei: et signat multipliciter i scriptura. Et generaliter loquēdo per diluculum possunt intelligi tria: scz A

Status gratie spiritualis.
Status psperitatis tpalis.
Status iuuētutis corporalis.

Cōparatur em̄ diluculo status gratie et sanctitatis: eo scz q̄ in diluculo tenebre deficiant: et incipit lux oriri. In statu enim gratie tenebre erroris et peccati deficiūt: et lux vere fidei et cognitionis suboritur. Et sic p diluculū intelligitur fides: que est principium diei vere cognitionis. Penitētia q̄ est principiū sancte cōuersationis: diligētia q̄ est principiū bone operationis. De fide dr̄ Trenorū. iij. Noui diluculo multa est fides tua. De penitentia et conuersione dicitur in ps. Reuertebantur et diluculo veniebant ad eū. De diligenti vero cōpositione dr̄. iiij. Regū. vj. Cōsurgēs diluculo minister dei egressus est. Item dico q̄ per diluculū intelligitur status mūdane prosperitatis. Sicut em̄ diluculū est inceptio quedam temporis: que quasi penitus nihil durat: immo continuo trāsit et cessat Job. vij. Uisitas eū diluculo et subito probas illū. Homo em̄ quādoq̄ in diluculo prosperitatis visitatur per consolationes: sed tamē subito probatur per tribulationes. Et sicut videmus q̄ diluculo solent nebule abūdare: q̄ quādoq̄ in fructibus multas corruptionis inducūt. Sic vere in diluculo mundane prosperitatis nebula erroris et peccati abundat: q̄ corruptionē cogitationū et sensuū spūaliter operatur. De quo Soph. iij. Diluculo surgentes corruperūt oēs cogitatiōes suas. Et de hoc potest exponi illud Jone. iiij.

Preparauit dominus vermem ascēsu diluculi in crastinum: ⁊ percussit ederam ⁊ exaruit. In diluculo enim prosperitatis: vermis id est mors a domino aliquotiens preparatur per quem edera: id est viror iuuentutis ⁊ status etiam secularis amenitatis desicatur. Item per diluculum intelligitur status iuuentutis. Sicut enim diluculū est prior hora diei in qua incipiūt aues modulari: gentes operari: flores aperiri. Sic vere tēpus iuuentutis non est nisi initiū vite nostre: in quo procerto nos debemus incipere modulare per diuine laudis executionem. Operari per bonorum actuum inchoationem. Aperiri per bonorum desideriorum affectionem. Sicut eni viator nisi diluculo incipiet iter suum vix aut nunꝗ potest dietam suam adimplere. Sic vere homo nisi a iuuentute incipiat bene operari: vix poterit ad complementum virtutum attingere ⁊ venire. Ideo Marci primo dicitur de Johanne. Diluculo consurgens egressus ibat in desertum ibiꝗ orabat.

B ¶ In quibus verbis aduerte ꝙ tria pricipalit sunt in diluculo: idest: in iuuentutis tempore facienda. Debet enī in tali diluculo. Carnalitatis detestari. Cōsurgens inquit. Penalitas frequentari. Ibat inquit in desertum. Deitas contemplari. Ibiꝗ orabat inqt. A iuuentute igitur carnalitas detestatur. Consurgens inquit. i. de lecto prosperitatis ⁊ carnalitatis complete surgens: ⁊ exinde mentaliter recedens. Vnde Prouer. xi. Bene consurgit diluculo qui querit bona. Sicut enim aues diluculo d nido exeunt: ⁊ ad querendū pastum volitant ⁊ discurrunt. Sic homo a diluculo iuuentutis de nido carnalitatis debet surgere ⁊ exire vt pastum gratie ⁊ glorie sibi valeat procurare. Dicit enim in figura. j. Reg. v. Quod azotēses diluculo surgentes: inuenerunt dagon ydolum suum prostratum in terra. Quia vere illi qui in diluculo iuuentutis ad exercitium bonorum operum consurgunt: dagō qui interpretatur piscis inutilis. i. carnem propriam iugatam inuenerūt ⁊ prostratam: diluculo ergo cōsurgēs Istud tamen est contra multos similes fatuo viatori qui ꝗuis diluculo surgat: tarde tamen perficit dietam ⁊ hoc vel quia minus festinat in principio: ita ꝙ cito fatigatur: vel quia diuertit ad vmbracula ⁊ tabernas ⁊ ab itinere retardatur. Sic vere multi sunt qui diluculo videntur surgere: quia in iuuentute optime incipiunt sepe operari: sepe tamen accidit: ꝙ isti cito fatigantur ⁊ attediantur: ita ꝙ circa tabernas ⁊ vmbracula idest circa mundi delectabilia diuagantur: ⁊ sic a cepto bono itinere retardantur. Multi enī sunt qui incipiunt optime qui male finiūt dies suos: quod maxime accidit in religiōe: vbi vt cōmuniter nouicij sunt magis deuoti ꝙ antiqui. Acres enī in principio frangūt in finem sm Aresto. Arbor enī que inprincipio multū fructificat: cito desicatur. vt dicit Arest. li. de plantis quia quando arbor se euiscerat in fructificando: humor naturalis qui arborem nutrire debebat transit ī fructum. Sic vere carissimi illi qui inprincipio iuuentutis nimis se euiscerant fructificando. i. bona opera faciendo ⁊ producendo: cito vt cōmuniter desicantur quia. s. non continuant quod ceperant: immo sepe deficiunt per peccatum. Vnde Prouer. xx. Hereditas ad quam festinatur in principio: in fine benedictione carebit. Isti sunt similes crisolito: qui est lapis ī diluculo valde pulcer: sed quando dies magis crescit: tantoplus sua deficit pulcritudo: sic dicit Isido. li. ethimolig. ca. de gemmis aureis. Sic vere isti in diluculo iuuētutis valde pulcri sunt ⁊ honesti: sed quāto dies vite sue magis crescit: tanto moralis pulcritudo amplius deficit: ⁊ decrescit. vnde. j. Cor. xj. Non laudo ꝙ non in melius: sed in deterius conuenit: ⁊ sic fiunt nouissima hominis peiora prioribus ij. Pet. ij. Non sic carissimi: sed cum bono profectu ⁊ continuatione a diluculo iuuentutis carnalitas detestatur. Consurgēs inquit. Ps. Nunc exurgam dicit dominus consurgā diluculo. Exod. viij. Consurge diluculo ⁊ sta coram Pharaone.

C ¶ Secundo dico: ꝙ necesse est ꝙ ab isto diluculo penalitas frequentetur: quod ostenditur cum dicitur. Ibat in desertum. Aquila enim adhuc pullis suis iuuenibus cibos subtrahit: ipsosꝗ exire de nido compellit: vt ipsos ad volandum excitet ⁊ inducat Sic vere a iuuentute homo debet pullum suum idest corpus percutere ⁊ castigare per penitentiam: ⁊ cibum sibi subtrahere per abstinentiam: vt de nido mundani amoris per contemptum exire cogatur: ⁊ vt volare ad celestia per desiderium compellatur. Ibat igitur ī desertum. Desertus enim est locus penitentie. Apoc. xij. Date sunt mulieri ale due aquile vt volaret in desertum. Ale eni due mulieris: idest anime sunt timor ⁊ amor qui ipsam faciunt ad desertum penitētie trāsuolare. Laboribus enim penitentie ⁊ discipline debēt subijci iuniores: ne carnalitatibus assuescant ⁊ ne vltra debitum insolescant. Quod est contra multos: q a iuuentute non volant ad desertum sed ad delictum. Non ad laborem sed ad honorem. Non ad discipinā sed ad vitiorum semitam. vnde Soph. iij. Diluculo surgentes corruperunt cogitationes suas. Non sic ergo: sed a diluculo iuuentutis penalitas frequentetur. D

¶ Tertio dico: ꝙ necesse est ꝙ ab isto diluculo diuinitas contempletur. Et ibi inquit orabat. Sicut enim filij aquile a iuuentute dum adhuc sunt in nido paulatiue assuescunt aspicere solem: ⁊ ad ipsum oculos aperire. Sic proculdubio homo dum adhuc est iuuenis: ipse debet assuescere respicere solē iusticie per deuotionem: orationem ⁊ contemplationem. Quia sicut dicit Eccli. xxxix. Justus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum: ⁊ in conspectu altissimi deprecabitur. Sic ergo patet: ꝙ a diluculo iuuentutis debet detestari carnalitas. Debet frequentari penalitas. Debet contemplari diuinitas Siue ergo diluculo sumatur pro diligētia: pro penitētia: pro gratia: vel pro fide vel etiam pro prosperitate vel iuuētute notare possum: ꝙ in tali mane seu diluculo: nos debemus facere seu etiam perseuerare: vic3 diluculo.
Volare pro celestibus contemplandis.
Rogare pro criminibus dimittendis.
Immolare pro muneribus seruiendis.
Predicare pro simplicibus instruendis.
Igitur volare sursum diluculo contemplando. Ps. Si sumpsero penas meas diluculo. ⁊ cetera. Et ibidem Si ascendero in celum tu illic es ⁊c. Item ora deum diluculo deprecādo. Ps. Oculi mei ad te diluculo. Item immola deo diluculo per bona opera faciēdo. Job. j. Surgensꝗ diluculo offerebat holocaustum. Item pdica populo diluculo simplices instruēdo. Hieremie xxxij. Verterunt ad me dorsum ⁊ non faciem cum docerem eos diluculo. Vnde de apostolis dicitur. Actu. v. Quod ipsi intrauerunt diluculo in templum ⁊ docebant. Hec ergo sufficiant de diluculo. Vide infra de Mane.

Dilatare. Eleuatio ⁊ exten A

sio idem videntur significare. Et sic dilatatio naturaliter dicitur a calido. Calor enim habet naturaliter dilatare materiam in quam agit de centro ad circumferentiam eleuare. Et ideo quia duplex est calor spiritalis in scriptura scilicet bonus qui est caritas: ⁊ malus qui est cupiditas: ideo duplicem dilationem possum9 notare. Virtuosam vnam ⁊ aliam vitiosam. ¶ Dilatio virtuosa est quando cor dilatatur ⁊ extenditur in altum per amorem siue in deum siue in proximum. In deum dico: per caritatem: in proximum per elemosynam et largitatem. Ad deum enim debemus dilatari: extendi et eleuari: per contemplationem: deuotionem et dilectionem. Vnde Esaie. lx. Tunc videbis ⁊ afflues: ⁊ mirabitur et dilatabitur cor tuum. Ubi nota ꝙ homo debet dilatari in deum scilicet. Ad contemplandū dei maiestatem. Tunc videbis inquit. Ad meditandum supernam dignitatem. Mirabitur inqt. Ad affectandum

Ad affectandū summā bonitatē. Dilatabitur inquit co2 tuū. Sicut enim aqua quando feruet et bullit dilatatur et extenditur et sursum leuatur sic mens quādo per diuinū amorē est feruida: sursum ad deum per contēplationem et affectionem erigitur: et ad proximum per beneficia extenditur. Unde .ij. Corin. vj. Os nostrū patet ad vos o corinthij: et cor nostrū dilatatū est. Sicut enim sutor cum lignis et formis per violentiā dilatat calciamenta: vt ibi melius intretur: sic deus cor humanum. Unde in ps. In tribulatione dilatasti mihi.

B ❡ Sed adhuc dico q̄ est quedā dilatatio vitiosa: et ista est cupiditas. Cor enim auari nunq̄ est contentum diuitijs suis. semper enim ad alia desideranda et inquirenda extenditur. et ad ampliora habenda continue dilatatur. Unde Abacuc. ij. Dilatauit quasi infernus animā suā et ipse quasi mors et nō adimplebitur. Unde nota q̄ dilatatio auarorum habet crudelitatem immitigabilem quia dicitur infernus in quo anime affligūtur: quia scilicet auari omnes alios affligunt. Item habet auiditatem ineuitabilem: quia dicitur mors: que. s. nulli parcit sed ineuitabiliter omnes rapit: Item hȝ cupiditatē insatiabilē. quia. s. non adimpletur Nota etiā q̄ quidā dilatātur per superbiā vel iactātiā. Quidam per seuiciam et iracundiā. Quidā per potestatē et violentiā. Quidā etiā dilatantur per gulā et luxuriā. Quidā dico dilatātur per superbiā. Isti sunt magniloqui iactātes. qui ad modū vesice extendūtur: quādo vento vanitatis inflant: Isti enim sunt qui dilatant filateria sua et magnificant fimbrias. Math. xxiij. Et prouer. xxviij Qui se iactat et dilatat iurgia concitat. Item quidam dilatantur per iracundia. Isti enim sunt similes castanee que si sine apertura pellis in igne ponitur. eius substantia dilatatur q̄ necesse est pellem rumpi: et sonum et strepitum exaudiri. Sic vere quando iracundi et inuidi igne ire et inuidie interius incalescunt: tunc ad facienda et dicenda mala multa dilatantur. Rumpunt enim et aperiuntur per stultiloquium: ita q̄ sonus et tonitruum. i. lites et iurgia ab ipsis sepius generantur vnde in ps. Dilatauerunt super me os suum sicut leo rapiens et rugiens: dixerunt euge euge viderunt oculi nostri. ❡ Item quidam dilatantur per potentiā et violentiam sicut sunt raptores et vsurarij qui ad modū fluminis dilatant terminos suos paulatim: et corrodūt et diripiunt decipiunt et corrumpūt alienos. De quibus Esaie. liiij. Dilata locum tentorij et funiculos suos extende. Auari enim et raptores dilatant se: et suos pmouent. j. Machabeo2. xiiij. Dilatauit fines gentis sue. ❡ Quidam etiam dilatantur per gulam et luxuriam. Constat enim q̄ pellis vncta et madefacta facilius dilatatur. Sic persona delicijs et luxurijs delibuta. ad vitia et mala desideria faciliter eleuatur. De gula etiam dicitur Deut. xxxij. Impinguatus est dilectus et recalcitrauit. impinguatus: incrassatus. dilatatus. De luxuria autem dicitur esaie. lvij. Discooperuisti te. suscepisti adulterum. dilatasti cubile tuum. De illa aūt dilatatione qua dilatātur beati in patria scȝ qui stricte vixerant in hoc mundo pōt dici illud Gen. xxvj. Nūc dilatauit nos Et Gene. ix. Dilatet dn̄s Japhet. Et sic

A patet q̄ est dilatatio virtuosa vitiosa et gloriosa.

Diluuium. Cum diluuium nihil aliud sit q̄ abundantia et inundatio ymbrium et aquarum et maxime talis q̄ per eam submergi homines et necari videntur. Uidetur moraliter loquendo q̄ fm naturam aquarum potest inueniri diuersas diluuiorum. Dicam ergo q̄ inuenitur.

Diluuium et abundantia gratiarum.
Diluuium et redundātia nequiciarum.
Diluuium et inundantia miseriarum.

❡ Diluuium gratie submersit omnē iniquitatem. Istud est enim illud de quo dicitur in ps. Dn̄s diluuiū inhabitare facit. Unde Gene. vij. Factum est diluuium quadraginta diebus. Sequitur. Consumptaq; est omnis caro. Quadraginta enim dies: penitentie tempus significant. in quo diluuium gratiarum inundat: quod omnem carnem idest omnē carnalitatem consumit et suffocat. Diluuium culpe submergit omnē virtutem et honestatem. Et ideo pre timore istius diluuij quilibet debet in archa ecclesie et gratie se saluare. vnde Genesis. vij. Ingressus est Noe in archam propter aquas diluuij. Diluuium pene seu miserie consumit om̄e gaudium et prosperitatem. Et etiam diluuiū inferni finaliter consumit omne malorū cōmunitatē: ita q̄ dici poterit illud Luc. xvij. Uenit diluuiū et perdidit oēs. rc. Uide de aqua et vbi inundare et similia.

A **Dimicare.** Uide de bello: pugna et prelio rc.

Dimittere. Cum dimittere sumitur pro remittere sicut ibi. Dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Mathei. vj. Pro sustinere: sicut cum dicitur. Dimitte me vt plangam paululū dolorem meum Job. x. Pro liberare esaie. lviij. Dimitte eos qui cōfracti sunt liberos. Pro derelinquere abijcere seu a se separare et diuidere sicut ibi. Dimittūt nudos homines vestimēta tollentes Job. xxiiij. dicere possum quod inuenitur: Unum dimittere dei. Unum iusti. Unum impij. Primo ergo q̄tum ad deum dicam q̄ est:

Dimissio remissionis.	Dimittit ergo
Dimissio dilationis.	deus peccata re
Dimissio obliuionis	mittendo et in-
Dimissio durationis.	dulgendo. Deus

enim misericors et benignus remittit liberaliter penitenti: et veniam et gratiam postulanti et imploranti. Est enim sicut arbor onusta fructibus maturis: que si aliquantulum impellatur: statim dimittat cadere fructus suos: quia scȝ si pijs orationibus impulerimus ipm statim dimittet et emittit liberaliter quod petemus. Sua enim dimittit scȝ suam gratiam quam infert suā iniuriam et nostrā iniquitatem quam aufert penā nobis debitam quam in parte vel penitus tollit et aufert. Quando enim peccamus eidē nosipsos ad penā eternam obligamus et eius rei captiui efficimur atq; sumus quando autem penitemus ista obligatio nobis remittitur. et debitum hmōi relaxatur Marci. ij. Fili remittuntur tibi peccata tua. Ista autem dimissio fit a deo non ab homine. Propiciatoriū enim erat infra velum et non extra: sicut dicitur exodi. xxvj. Ad denotādum q̄ propiciatio peccatorū ab interiori voluntate diuina nō ab homine exterius prouenit: et ab eo inspirante deriuat originaliter et succedit psalmista. Apud te propiciatio est. vnde etiam illud Marci. ij. Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? q. d. nullus Uirtus autem sue passionis: est satisfactio istius remissionis Legitur enim Leuiti. xiiij. In purificatione leprosi duo passeres accipiebantur: quorum vnus occidebat alter vero aspersus occisi sanguine liber abire dimittebatur. Sic vere dico q̄ ad hoc q̄ lepra. idest peccatum tolleretur et purgaretur duo passeres scilicet christus et genus humanum conueniunt: quorū vnus scilicet christus occisus est Roma. v. Xp̄us cum adhuc infirmi essemus fm tempus pro impijs mortuus est. Alter vero scilicet homo dimissus. relaxatus et liberatus est. Gal. iij. Christus nos redemit. Sed aduerte quod talis dimissio consueuit personaliter fieri cunctis generibus personarum. scilicet.

Amorose diligentibus.
Uiscerose indulgentibus.
Affectuose deprecantibus.

De dilectione patet Luce. vij. Dimissa sunt ei peccata multa. scilicet marie magdalene quoniam dilexit multum. De indulsione seu remissione dicitur Luce. vj. Dimittite et dimittemini quia sicut dicitur. Mat. vj. Si non dimiseritis hominibus nec pater vester dimittet vobis. De oratione vero dicitur Mathe. xviij. Omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Et ideo in oratione dominica ponitur vna petitio de di-

missione peccatorum. Dimitte nobis inquit debita nostra Luce. xj. Ad denotandū q̄ deus vult de dimissiōe rogari. Patet ergo quod est vna dimissio remissionis.

B ¶ Secundo dico q̄ est dimissio diuine tolerationis et dilationis. Deus enim quādoq̄ dimittit electos in hac vita. et hoc vt tempus habeant ad se reuertendi: et peccata emendandi: vel diutius bene operandi: et amplius promerendi. vnde Job talem petitionem sed dilationē petebat. Job. x. dicens domino. Dimitte me vt plangā paululū dolorem meū anteq̄ vadam et non reuertar ad terram tenebrosam ꝛc. Si enim deus statim puniret vel let nec hominē penitere permitteret. quasi nullus esset qui euaderet. Et ideo de acceleratione huius cōquerendo dicebat Job. vij. Usq̄ quo non parcis mihi. nec dimittis me vt glu. sali. meam. ¶ Sed tertio dico qđ apud deum est remissio idest dimissio obliuionis seu repulsionis. Illud enim dimittitur de quo habēdo parum aut nihil curatur. Sic vere deus malos videtur dimittere et de illis penitus non curare: illorū obliuisci et a iugo discipline absoluere: De quo admirans Job dicebat Job. xxxix. Quis dimisit onagrum liberum et vincula eius quis soluit? Cui dedi in solitudine domus et tabernacula eius in terra salsuginis. Ad literā enim deus in isto mundo videtur multos malos liberos dimisisse: quia sed nullo vinculo discipline tenentur: nec laqueis mādatorum ligantur nec timore mortis a malis arcentur: sed in terra salsuginis huius mundi domos et habitacula facere et habere et diuitijs abundare noscuntur: De quibus etiam dicit dominus in ps. Dimisi eos sm̄ desideria cordis eorum. ibunt in adinuentionibus suis Esaie. l. In sceleribus vestris dimisi matrem vestram. Et illud Luce. j. Diuites dimisit inanes. Isti enim tanq̄ reprobi et indigni correptione iudicantur. Et ideo vti mundi prosperis pro libito voluntatis et de malo in malum currere dimittuntur. Deus autē bonos totaliter non dimittit: nec eos sine correptione deserit: nec dyabolo nec peccatis exponit sed sicut pius pater de eis curam gerit. et eos castigat. liberat. adiuuat et custodit. Josue. j. Sicut fui cum Moyse ita ero tecum: non dimittā te neq̄ derelinquam. Ista est ergo dimissio diuine obliuionis et repulsionis.

C ¶ Quarto dico quod est dimissio diuine ordinationis et positionis seu durationis et institutionis. Et ista est illa qua deus bonos ad bonum conuertit: et finaliter in paradisum reponit: ipsosq̄ ibi perpetuo gaudere dimittit. De quo potest intelligi illud Ezechi. xl. Et facta est super me manus domini et adduxit me in terram israel et dimisit me ibi super montem excelsum nimis. Sic ergo patet q̄ est quedam dimissio que refer-

D tur ad deum. ¶ Adhuc dico q̄ est quedam dimissio que refertur ad iustum. Constat enim q̄ iustus dimittit et derelinquit illa que saluti sue sunt contraria: et que saluti sue sunt necessaria et vtilia retinet et custodit Et sic notabis quod iustus.

Dimittit rancores et iniurias.
Dimittit fetores et luxurias.
Dimittit honores et diuitias.

De dimissiōe iniuriarū dr. Mat. xviij. Si peccauerit in me frater meus dimittā ei vsq̄ septies? Respondit Jesus nō dico tibi vsq̄ septies. sed vsq̄ ad septuagies. septies. et illđ predictū. Esa. lviij Dimitte eos qui cōfracti sunt liberos et omne onus dirumpe ꝛc. De dimissione autem carnalium deliciarum potest intelligi illud ij. Esdre. ix. Coniunxerunt sibi scilicet filij israel vxores alienigenas et dimiserunt eas. De dimissione vero honorum et diuitiarum dicitur Luc. xviij. Ecce nos dimisimus omnia: et secuti sumus te. Sed econuerso notabo q̄ iustus non libenter dimittit.

Pauperem: quin per eum dulciter recreetur.
Statū suum. quin in eo iugiter cōmoretur.
Legem dei: quin in ipsa firmiter meditetur.
Disciplinā: quin per ipsam pariter reformetur.
Amiciciam: quin in ipsa fideliter confirmetur.

¶ Igitur dico q̄ iustus nunq̄ dimittit pauperem scilicet per illiberalitatem. Unde ipse dicit illud. Mathe. xv. Non habent inquit. quod mādu cent: et dimittere eos ieiunos nolo ne deficiant in via. Item nunq̄ dimittit locum seu statum suū per instabilitatem vel per cuiuscunq̄ aduersitatem iniurie Eccles. x. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te. locum tuū ne dimiseris: Item nunq̄ dimittit legem dei per transgressionem aut iniquitatem. prouer. j. Audi fili mi precepta patris tui et ne dimittas legem matris tue. Patris inquit et matris. i. xpi et ecclesie. Item nunq̄ dimittit disciplinam per obstinatam voluntatē Prouerbi. iiij. Tene disciplinam. ne dimittas eam. Item nunq̄ dimittit amiciciam per inconstantiam vel infidelitatem. Prouerbi. xxvij. Amicum tuum et amicū patris tui ne dimiseris. Ista est ergo dimissio pertinens ad iustum.

¶ Ultimo dico. q̄ est vna dimissio ptinēs ad impiū. E
Et ista est illa qua impius dimittit.

Deum de ipso non curando.
Pauperem eundem spoliando.
Justum sibi non succurrendo.
Impium ipsum non corrigendo.

De dimissione dei dicitur Judicum. x. Reliquistis me et coluistis deos alienos. De dimissione pauperū dr. Job. xxiiij. Nudos dimittunt homines vestimenta tollentes. De dimissione iusti dr Job. xxij. Nudos inquit spoliasti vestibus: aquam lasso non dedisti: et esurienti subtraxisti panem. Sequitur. Uiduas dimisisti vacuas. De dimissione vero impij non correpti dicitur. Mathei. viij. Dimitte mortuos sepelire mortuos ꝛc. Uide supra de derelinquere. Et infra vbi relinquere et dimittere et permittere.

Dimidium.

A Dimidiū et mediū in hoc differunt: quia mediū signat quicquid continetur inter extrema. Dimidium vero signat illū centricum punctum qui est in medio extremorum et se habet equaliter ad extrema. Dicam ergo quod dimidium significat.

Morum imperfectionem.
Largam distributionem.
Uite breuiationem.

Dico ergo q̄ dimidiū signat quicq̄ imperfectionē. Istđ enim quod est dimidiū: non est integrū nec completū Et hoc bene figuratur Exod. xxv. vbi in compositione arche semper additur dimidiū in mensuris. Habebat enim in longitudine duos cubitos et semis. In latū cubitum cum dimidio: in altum totidem. Ad denotandum q̄ arche idest anime vel dimensiones trium virtutum theologicarum: scilicet longitudo fidei. altitudo spei. latitudo caritatis prout sunt pro tempore huius vite. aliqualiter sunt imperfecte. Semper enim habent aliquid quod est dimidium idest aliquid quod est imperfectum et incompletum. Ex parte enim cognoscimus et ex parte prophetamus. j. Corin. xiij. Ista enim imperfectio denotatur in christo. qui solum tribus annis cū dimidio predicauit populo scilicet per tempus et tempora: et dimidium temporis Apocal. xij. Ad denotandum q̄ nihil est in hac vita quin sit in pluribus diminutum: etiam in ipsis viris spiritualibus et perfectis. Sicut etiam bene figuratum ē in seruis dauid: quibus rex amon dimidiam rasit barbam sicut dicitur. ij. Regum. x. Quia vere nullus est ita sufficiens seruus xpi: quin rex amon diabolus pro viribus nitatur dimidiare et radere barbam suam idest virtutes ipsius atq̄ mores Apoca. viij. Factum est silentiū in celo quasi media hora. Signat ergo dimidium morum imperfectionem Uide infra de semis. ¶ Item signat largam distribu- B
tionem Satis enim liberaliter tribuit qui bonorū suorum dimidium alijs dedit. Sicut enim assuerus tunc liberaliter est locutus: quādo visa fuit hester regni sui dimidium dare promisit Hester. v. Quid petis vt detur tibi? etiam si dimidium regni mei petieris. impetrabens. Etiam zacheus liberaliter erogauit. quando bonorum

bonorū suorū dimidium dedit dicens Luce.xix. Ecce ecce dimidiū bonorū meorū do pauperib⁹. ¶ Itē signat vite breuiationem. Ultra enim tūc potissime breuis dr̄ qsi vltra dimidiū non pretendit. Ideo timens Ezechias rex dicebat Esaie.xxxviij. Ego dixi in dimidio dierū meorū vadam ad portas inferi ꝛ in ps. Ne reuoces me in dimidio dierū meorū ꝛc. Uide infra de medio.

A **Dirigere Directio.** Dirigere sumit ꝑ recte agere seu recte ducere. Tunc enim res dirigitur quando de via ad viam congruam reuocatur. Est igitur dirigere.

Officiū sapiētis. Officiū presidentis. Officiū instruētis. Officiū penitētis. Et sic notabo ꝙ sicut equ⁹ per sessionē ipsum regentē et per seipsuꝫ sessori suo obediente in via sua dirigitur. Sic homo qui in via morū vult bene dirigi necesse est qd̄ deum pro ductore habeat: et ꝙ eius directionē obediat atqꝫ pareat. quia scꝫ deus est sicut ductor qui hominem dirigit inspirando vel instruendo prouerb.xx. A domino diriguntur gressus viri. Homo etiam dirigit seipsum deo et prelato obediendo. penitēdo ꝛ a mala via diuertendo. Prouerbio.xv. Uir prudens dirigit gressus suos. Et ideo prouerbi.xvj. Dicitur de vtroqꝫ. Cor hominis disponit viam suam: sed domini est dirigere gressus eius. Igitur qui ad viam vite ꝛ in via morum vult bene dirigi. debꝫ dicere illud ps. Dirige me in veritate tua: quia tu es deus saluator meus. In quibus verbis ostenditur ꝙ qui bene in moribus vult dirigi quatuor sunt sibi necessaria. Iste enim est sicut nauigans: et ad hocꝙ dirigatur indiget gubernatore. sicut causa regente efficiente. Indiget lumine. ductore ꝛ vie ostensore. Indiget vento ꝛ remigibus tanꝙ auxilio cooperante atqꝫ mouente. Indiget termino ad quē vadit tanꝙ loco trahente et alliciente. Sic vere dico. qd̄ homo qui nauigat in fluctuoso mari hui⁹ vite. ad hoc ꝙ debite possit dirigi in via iusticie ꝛ ad portū salutis ipse indiget summo rege vt persona remige. Ideo dicit deo. Dirige me. scꝫ o tu deus. Indiget certa lege tanꝙ ductrice. Ideo dicit. In veritate tua. que scꝫ est lex certa Indiget sancto grege sicut causa motrice. doces me inquit. scꝫ mediante flatu spiritussancti ꝛ hominib⁹ bonis et sanctis. Indiget alto auge. vt anchora tractrice. Saluator inquit. Aux dicitur locus altior ad quē pōt ascendere planeta aduersus polum: significans altitudinem paradisi que debet nos trahere et allicere: ꝛ per consequens ad bene operandum dirigere: quod ostenditur in verbo. Saluator. qꝛ scilicet salus eterna est ille portus et ille fructus ad quē nauigatur et itur. Dicam igitur ꝙ directio nostra debet habere.

B Deum pro rectore. Legem pro splēdore. Iustum pro motore. Celum seu paradisuꝫ pro tractore. Deū dico pro rectore Dirige me inquit o deus. Supponūt em̄ phi ꝛ theologi ꝙ corpora celestia intelligentias habent motrices et suorū motuum directrices. Nunꝙ eniꝫ ita ordinatos motus haberent. nec ita infallibiliter currerent nisi cause infallibiles hoc est spiritus intelligibiles ipsa dirigerent et mouerēt. Sic vere dico ꝙ homo nunꝙ ad bonum mouetur aut ducitur. nisi a re intellectuali. scꝫ ipso deo spiritualiter dirigatur. Deus eniꝫ ipse in nostris actibus est director: ꝛ nostrorum actuū infallibilis ordinator Et ideo dicit. Dirige me. s. o de⁹ quasi di. ad te pertinet ista directio non ad aliū. Hieremias enim. Hieremie.x. dicit. Scio domine ꝙ non est hominis via eius. nec viri vt ambulet ꝛ dirigat gressus suos. Dauid vero dicit in psal. Quod apud dominum gressus hominis diriguntur. Ex quibus duobus concluditur ꝙ homo se a seipso non potest dirigere: immo necesse est ꝙ a domino dirigatur. Dirige inquit me. Dirige dico me in tua presentia: vt viuam honeste ps. Dirige in ꝯspectu tuo viā meā Itē dirige me in semita recta: vt viuā discrete ps. Dirige me i semita recta ꝑpt inimicos meos. Itē dirige me i tua grā vt agā modeste ps. Sit splēdor dn̄i nr̄i sup nos: ꝛ opa manuū nostrarum dirige: super nos. et opus manuum nostrarum dirige ad deuꝫ ergo pertinet principaliter talis scilicet retrogradatio: stationatio et directio. Dicunt astrologi qd̄ ista diuersitas motuum ab ipso sole procedit. cuius radij qui sunt fortissimi aliquos planetas attrahunt et faciunt stare: aliquos repellunt et faciunt retrocedere aliquos ante se pellunt et faciunt directe currere. Sic vere dico ꝙ cum inter planetas. i. inter homines sint diuersi diuersimode in moribus incedentes: qꝛ scilicet aliqui sunt retrogradi male operando Hiere.vij. facti sunt retrorsuꝫ et non in ante. alij sunt stationarij in bono perseuerantes. ij. Corinthi.x. Qui stat. videat ne cadat. Alij directi semper in melius proficiendo. Esaie. xlviij. Adduxi eum et directa est via eius: Istud tamen est certuꝫ ꝙ omnia ista a sole iusticie christo fiunt: qui scilicet quosdam repellit et reprobat: quosdam stabiles facit et continuat. quosdam vero dirigit et ad melius operandum informat Dirige inquit Ecclesiasti. xxxvj. Dirige nos in viam iusticie. Et nota ꝙ deus dirigit tria genera personarum. s.

Iusticie viribus adequatos.
Modestie moribus antiquatos.
Constantie viribus roboratos.

Dirigit dico iusticie subiectos viribus ps. Dirigēs iustum: scrutans corda et renes deus. Item dirigit modestie formatos moribus ps. Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Item dirigit constantie roboratos viribus. Prouerb.xx. Diriguntur a domino gressus viri i. dest hominis constantis et virtuosi. C

Dirige ergo me. Et nota ꝙ iste loquitur supplicando cum dicit. Dirige: qꝛ procerto sicut cecus qui est in via periculo confusus. nauigans qui est in aqua fluctuosa: ꝛ in naui putrida et ruinosa debilis miles qui est in pugna furiosa: ductorem suum solet rogare vt debite eum regat et secure et prudenter dirigat. Sic nos qui in hac vita sumus sicut ceci in magno deuio: sicut nauigantes in fluctu vario et dormientes in putrido nauigio. sicut pugnantes in forti prelio multipliciter indigem⁹ ꝙ discrete regamur. Et ideo humiliter deo. supplicare debemus vt tute ab eo dirigamur. Dirige me inquit. Ad quam quidē humilem supplicationem faciendam instruimur. Thob.iiij. vbi dicitur Omni tēpore benedic deum: et pete ab eo vt vias tuas dirigat: et consilia tua in ipso permaneant. Et ideo ille sanct⁹ Iosaphat vidēs filios amon: moab ꝛ idumeorū cōtra se cōgregatos orādo deū deuote dicebat. ij. Parali.xx. Hoc solū habemus residui vt oculos nostros dirigamus ad te. Igitur dico ꝙ nos indigemus ꝙ deus

Dirigat corda ad bene cogitandum.
Consilia ad caute ordinandum.
Uias ad recte ambulandum.
Uoces ad deum adorandum.
Pedes ad nunꝙ declinandum.
Oculos ad vere contemplandum.
Manus ad bene operandum.
Linguam ad digne perorandum.
Corpus ad penas tolerandum.

Igitur dico ꝙ necesse est quod dirigantur corda vt sancte meditemur. Sap.ix. In directione cordis iudicium indicat. Et Hieremi.xxxj. Dirige cor tuum in viaꝫ rectam. Cuius tamen contrariuꝫ faciūt mali de quibus dicitur in ps. Quod ipsi sunt generatio que non direxit cor suum. neqꝫ est creditus cum deo spiritus eius. Et tamen Job.xxiiij. promittitur: ꝙ si homo direxit ad deum cor suum: spiritum eius et flatum ad se trahet. Item necesse est ꝙ dirigantur consilia vt caute regulemur et ordinemur. Unde de iusto dicitur. Eccli.xxxix. Quod in oratione confitebitur domino: ꝛ ipse diriget consilium eius et disciplinam. Item ꝙ dirigantur vie nostre. vt tute gradiamur ps. Dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Item ꝙ dirigantur voces vt deuote loquamur scilicet per orationē ps

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo Item ꝙ dirigantur pedes vt non in culpam labant ps Pes meus stetit in directo in ecclesijs benedicam te do mine Unde etiam de vaccis que portabant archam dr. j. Regum .vj. Quod ibant in directum pergentes: et nõ declinabant neqꝫ ad dexteram, neqꝫ ad sinistram: et ta men iste erant vacce fete: que nunꝗ alias iugum tule rant: et que vitulos domi inclusos habebant. Ad deno tandum ꝙ nullus est ita solens, et sine iugo: etiam si vi tuli sui idest carnales et amici ipsum ad contrariũ in citent. cum tamen sit ꝙ ipse ad portandum archam ec clesie vel scripture per prelaturam vel regularem disci plinam submittitur et ordinatur: quin debeat directe in via morum incedere: et nequaꝗ per vitia declinare Esaie. xxxv. Hec erit vobis directa via. Item ꝙ diriga tur visus vt vera contemplemur. Hiere. iij. Leua ocu los tuos in directum, et vide vbi prostrata sis. Item qđ dirigantur manus vt bonum operemur ps. Opus ma nuum nostrarum dirige. et. j. Macha. iij. Directa est salus in manu eius. Item ꝙ dirigatur lingua vt digne fabulemur: quia vt dicitur in ps. Qui loquitur iniqua: non direxit in conspectu oculorum meorũ. Item ꝙ diri gatur corpus vt patienter sustentemur. ij. Thes. iij. Dominus autem dirigat corda et corpora nostra in cari tate dei et patientia christi. Talibus ergo modis diri gitur homo. Dicat ergo illud ps. Direxit gressus me os subtus me: et non sunt infirmata vestigia mea. Pa tet igitur ꝙ directio nostra debet habere deum pro re ctore. Dirige me inquit. ¶ Secundo dico ꝙ ista debet habere legem pro splendore seu pro ductore. In verita te inquit. Nihil enim potest bene dirigi sine lumine. Lux enim solet viam rectam ostendere: et sic potest diri gi quo debeat declinare. Sic vere quia mandatũ lucer na est et lex lux: et via vite: et increpatio discipline. sicut dicitur Prouerbio. vj. Ideo dico ꝙ legis lumen neces sarium est viatori: si scilicet in via morũ recte vult dirigi et deduci. Ista autem lex ostenditur cum dicitur. In verita te quia scilicet sicut in ps. dicitur. Mandata tua veritas: et lex tua veritas. Pone si vis quomodo ad aspectum stelle maris: seu poli: vel etiam orionis: vel arturi nau te dirigunt gressus meos. Sic vere super omnia dirigit veritas idest lumen fidei et legis diuine. Unde Eccl. xxxvij. Deprecare altissimum vt dirigat in veritate viã tuam. Ista autem veritas directiua summe necessa ria est in confessione. Quia sicut dicitur Prouer. xxviij. Qui abscondit scelera sua non dirigetur: qui autem con fessus fuerit et reliquerit ea: misericordiam consequetur Patet ergo quomodo directio nostra debet habere le gem pro splendore. In veritate inquit. ¶ Tertio dico ꝙ ipsa debet habere iustum pro motore. Remiges enim sunt necessarij ad directionem nauis. Sic viri boni: pre lati: predicatores et consiliarij necessarij sunt ad nostrã directionem: et ad doctrinam et exemplarem informa tionem quod scilicet ostenditur cum dicitur doce me: supple per prelatos: predicatores et iustos: quia scilicet deus non docet hominẽ immediate per seipsum. sed mediantibus supradictis. Teste enim solino in ca panea insula nunꝗ apparet stella maris: et ideo nau te per stellas ibidem nunꝗ diriguntur: immo secum in nauibus portant aues que terram naturaliter sen tientes. semper se vertunt et volitant versus illam par tem vbi propius sentiunt terram esse: et sic medianti bus auibus diriguntur vt ait. Sic vere dico ꝙ insula huius mundi: stella fixa deus visibiliter non apparet nec nos apparenter dirigit sive docet. ergo necesse est ꝙ aues idest viros iustos: doctores scilicet et prelatos habeamus: ad quorum motus et gestus: et documen ta pariter: et exempla vias nostras in domino diriga mus. Quia enim in odoratu deuotionis terram para disi sentiunt. ideo nos bene docent et dirigũt Iob. xxxv Docet nos super iumenta terre: et in auib9 erudit nos. Unde de tali directione facta per iustos potest dici il lud Sap. x. Direxit opera eorum in manibus prophete

sancti habeat ergo nostra directio iustũ pro motore. ¶ Quar to dico ꝙ ista debet habere celum pro tractore seu allec tore: quod ostenditur cum dicitur. Saluator: quia tu inquit es deus saluator meus. Salus enim eterna que alibi non habetur ꝗ in celo est obiectum alliciens et attractiuum nos ad portum debitum dirigat. vnde. j. Machabe. iij. Directa est salus in manu eius. Et talẽ directionem videtur dominus iniungere Genes. xiij. Leua oculos meos in directum et vide. Sequitur. Om nem terram quam circumspicis tibi dabo. Ista est enim terra promissionis scilicet paradisus: cuius tractus debet dirigere gressus nostros. Sicut enim adamantine ru pes in mari naues ita fortiter attrahunt: ꝙ ita impe tuose ibi currunt. vt se quandoqꝫ destruunt et confrin gunt Sic procerto gloria eterna sanctos taliter allexit et attraxit: ꝙ tanto impetu et feruore versus eam cucur rerunt: et iter suum ad eam direxerunt ꝙ multi se per martyrium confregerunt. cõfringi et conteri dimiserũt Exodi. xv. In fortitudine sua directus est cum angelo. Patet ergo quomodo homo in bonis actib9 potest dirigi. f

Per glorie visa solatia.
Per iustorum sana auxilia.
Per diuine legis clara consilia.
Per ipsius dei pia suffragia.

Bene ergo dicit. Dirige me in veritate. ec. Sufficit. Uide infra de via. et de recto.

Diripere.

Potest notari de diripere. sicut de rapere scilicet ꝙ aliqui diripiũtur spiritualiter gratiã amittentes ps. Qui oderunt nos diripiebant sibi. Alij diripiuntur temporaliter terre na dimittentes ps. Diripiant alieni labores eius. Alij diripiuntur eternaliter tormenta patientes. vnde de demonibus animas diripientibus potest dici illud. j. Regum xxiij. Philistijm oppugnant ceylam et diripi unt areas. Tria enim sunt bona scilicet Gratie. Fortu ne. Glorie. Prima diripiuntur per tentatores. Secũda per tyrãnos. Tertia per tortores ec. Uide infra de rapere ec. A

Diruere. Dirutus.

Uide Destruere.

Dirumpere.

Uide vbi Rumpere.

Discedere.

Cum discedere denotet mihi quã dam separationem et diuisionem et a loco vel a persona elongationẽ vel disiunctionem possum notare ꝙ in scriptura reperio. A

Unum discedere dei: quod est metuendũ.
Unum discedere diaboli: qđ est diligendũ.
Unum discedere iusti: quod est eligendum.
Unum discedere impij: quod est negligendum.

¶ Discedit enim ab homine deus dum per culpas contaminatur. Discedit ab eo dyabolus dum culpas abhominatur. Discedit a malo iustus dum virtuti bus illuminatur. Discedit a bono impius dum vitijs coinquinatur. De discessione ergo dei que est metuen da qua scilicet deus discedit a peccatore: ipsum in peccãdo peccato dimittẽdo ipsum nõ corrigendo et eum propter vitia abhorrẽdo dicit dauid in. ps. sic Ne discesseris a me: quoniam tribulatio proxima est et non est qui ad iuuet. et alio ps. dixit. Domine ne discedas a me: exur ge et intende iudicio meo ec. De discessione autem dia boli que est appetenda dicitur. ij. Corinth. xij. Datus est mihi angelus sathane: colaphisat: propter quod ter dominũ rogaui vt discederet a me. De discessione vero viri iusti que est commendanda: quia scilicet bo nus nõ discedit nisi a malo: potest dici illđ. ij. Thimo. ij. Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomẽ do mini. De discessione vero impij que est abhorrenda et cõ temnenda. quia scilicet semper discedit a bono dicit. j. Corinth. vij. Infidelis si discedit discedat. ¶ His er go premissis dicamus solum de discessu iusti qui est vir tuosus. Et de discessu impij qui est vitiosus. Est igitur discessus iusti qui est virtuosus. Elementa enim nobilia naturaliter separantur et discedunt ab ignobilibus si cut patet B

cut ptz:qr ignis hic in aliqua materia grossa detentus non cessat sursum ascendere ac si velit discedere ⁊ abire. Sic vere nobiles et iusti semper ab omni ignobilitate discedunt:et ab omni malo separant et seiungũt j. Regum.xv. Abite:recedite atq; discedite. Unde nota ꝙ iustus discedit

Ab iniqua societate ne per eam decipiatur.

A vitiorum iniquitate ne per eam inficiatur.

A seculari autoritate ne ꝓpter eam eijciatur.

Discedat ergo a mala societate ne per eam decipiat. Eccli.vij. Discede ab iniquo et deficiẽt mala a te. Malos etiã debet iustus a se reijcere ⁊ discedere: compellere dicẽs illud ps. Discedite a me oẽs qui operamini iniquitatẽ. Itẽ discedat ab iniquitate Eccli.xxxv. Salutare sacrificium attendere mandatis ⁊ discedere ab iniquitate. Item discedat a seculi pompositate. Eccli. xiij. Aduocatus a potentiore discede. Hic est ergo dis-

C cessus iusti qui est virtuosus. ¶ Secundo dico ꝙ est discessus impij qui est vitiosus. Et sic nota ꝙ mali.

Discedunt a deo per peccatum et maliciam.

Discedunt a seipsis per dissensionẽ et discordiã.

Discedunt a fide per infidelitatẽ ⁊ idololatriã.

Discedunt vero a xpo per finalem condemnationez et miseriã scz in iudicio. ¶ Dicaz ergo ꝙ est quidã discessus malorũ qui est nequicie: ⁊ iste est ille quo peccator discedit et separatur a deo per peccatuz ps. Spreuisti omnes discedentes a te. Item est quidã discessus superborũ et iracundorũ qui est discordie. Actuũ.xxviij. Cumq; inuicem non essent consentientes discedebãt. Item ꝙ est quidam discessus malorum infideliuz ⁊ peruersorum qui est ydololatrie. j. Thimo.iiij. In nouissimis diebus quidam discedent a fide ⁊ adherebunt spiritibus erroris. Item est quidam discessus miserorum et damnatorũ. qui erit desolationis et tristitie. Ille scz quo damnati compelluntur a societate dei angeloruz et sanctorum discedere:et in ignem eternũ cum demonibus recedere et abire. Math. xxv. Tunc dicet. s. xps his qui in sinistris sunt. Discedite a me maledicti in

A ignẽ eternũ qui paratus est dyabolo et angelis ei⁹ ⁊c. Vide infra de Recedere.

Discere. Discere idem est qd scire incipere. Discere enim est in fieri: scire in facto esse. Debent autem discere nouicij:et ignorantes et discipuli. Et ideo a discere dicitur disciplina. ⁊ ab vtroq; discipulus nominatur. Et vere discere valde est necessarium:quia omnis ars et scientia ignoratur nisi primitus addiscatur. Ideo dicit Orige. super Exod. Punge oculum et dabit lacrymam: stringe mentem et dabit intellectum. Nihil enim est tam incredibile quin discendo fiat probabile. Isido. ethy. lib. no. de sinonimis dixit. Disce qd nescis ne doctor inutilis inueniaris. Ista enim duo valde proficiunt studentibus. scilicet inquirere quod nesciunt: ⁊ docere quod sciunt. Bene ibidem. Bonum quod audieris dic:bonum quod didicisti doce:discendi atq; docendi non contemnas studiũ. Dando enim sapientiam largior fit:et dum plus largitur plus abundat. Possum⁹ ergo notare ꝙ duo pricipaliter sunt discenda scilicet bonum sapere: ⁊ bonuz facere. Bonum sapere pertinet ad sapientiam: bonuz facere pertinet ad vitam. Discere ergo debemus sapiẽ-

B tiam dum temporis oportunitatem habemus. Sz pro certo ad hoc ꝙ quis bene studeat vel addiscat plura sunt necessaria:videlicet.

Congruitas doctoris.

Sedulitas laboris.

Tenuitas prosperitatis.

Habilitas societatis.

Longinquitas natiuitatis.

¶ Necessariũ est ergo habere doctoris congruitatem: Pueri enim a lacte nutricis si fuerit corruptum corrumpuntur. Si vero purum fuerit impinguantur. Et ideo dicit. Plinius ꝙ cerua quando parturit: solet herbas medicinales comedere vt suis filijs possit lac salubrius ministrare. Tandem quando crescunt docet eos currere:et fugere:et pericula declinare: et ducens eos per prerupta docet eos saltare. Sic proculdubio dico ꝙ puer qui bene vult addiscere: necesse est ꝙ bonam nutricem et bonum doctorem per predicationem sibi procuret qui herbas sane scientie comedere:et sibi incorporare studeat: vt tandem suis possit discipulis lac salubris doctrine ministrare. Qui etiazt eos doceat per bona opera currere: vitia et scelera fugere:et prerupta inferni et alia pericula euitare. Ideo christus bonus doctor predicabat Math.xj. Discite a me:quia mitis sum et humilis corde:et inuenietis requiem animabus vestris. Ubi nota ꝙ a tali doctore est discendum propter eius sublimitatem seu autoritatem. A me inquit:qui scilicet sum talis et tantus. Itez propter eius benignitatem:quia mitis et humilis: propter nostram vtilitatem:quia inuenietis requiez animabus vestris. vnde Hiere:ix. Didiscerunt a patrib⁹ suis. Et breuiter ꝙ homo debeat discere et a personis: et in loco vbi possit scientiam inuenire. patet Baruc. iij. vbi dicitur. Disce vbi sit sapientia. vbi sit virtus vbi sit scientia: vbi sit lumen oculorum et pax ⁊c. Expone quis loc⁹ studij est eligendus: vbi sit scientia et pax ⁊c.

A me ergo discite Math.ij. Herodes didicit ab eis. s. C

a magis tempus stelle. Est ergo necessaria doctoris cõgruitas. ¶ Secundo est necessaria laboris sedulitas. Sedule enim et stabiliter debet homo laborare. audire scilicet et studere: si ad scientiam cupiat peruenire. Sicut enim oues quãdo sunt in bonis pascuis: sistũt et auide comedunt herbas quousq; ad radicem vadũt et continue ibi sistunt. et inde non recedunt quousq; fuerint satiati idest scientia pleni fuerint exinde non recedere vel abire non solent. vnde. ij. Thimo. iij. Permane in his que didicisti. Quod est contra multos similes capreis. Capree enim vt dicit. Plinius nunq̃ in eisdem pascuis perseuerant: immo de loco ad locuz sepissime se conuertunt. Herbas etiam vsq; ad radicem non comedunt: immo solum extremitates frondium et herbarum rodunt. Sic vere multi sunt qui in vnã pascua. i. in vno studio vel scientia nõ perseuerant. Discurrunt enim de pascua ad pascuam: de studio ad studium: de facultate ad facultatem: ⁊ tales proculdubio non rodunt herbas vsq; ad radicem. idest non acquirunt scientiam vsq; ad fundamentum et profunditatatem: immo solummodo ad extremitatem et superficiem acquirunt De istis dicitur. j. Thimo. v. Discunt circuire domos: non solum ociose. sed et verbose et curiose loquentes que non oportet. De istis etiam potest intelligi illd. ij. Thimo. iij. ca. Semp discentes et nũq̃ ad scientiam veritatis peruenientes. Cõtra tales loquitur. Seneca epistola. ii. Nihil ita sanitatem impedit vt remediorum crebra mutatio. Non conualescit plãta que sepe transfertur. nihil tam vtile est quod in trãsitu prosit. Sic ergo stulti sunt qui libros statim fastidiunt quos viderint. Cuz ergo multa percurreris vnũ excipe qd illa die coquas. Necessaria ẽ ergo laboris sedulitas seu ꝯtinuitas. Quod bene fecit Thomas phs qui post. cvij. annos moriebatur quando discere inci-

piebat. ¶ Tertio necessaria est virtus seu rerum tenuitas et paupertas. Pergamenum enim pingue male retinet scripturam impressaz. Sic vere homo pinguis in delitijs atq; diuitijs enutritus vt communiter non bene retinet nec addiscit Ideo dicit Seneca. in xvij. epistola. Studijs et diuitijs pariter vacare non potest. Si vero vacare vis: pauper sis aut pauperi similis. Multis enim ad philosophandu; obstitere diuitie: paupertas vero expedita est et secura. Necessaria est ergo rerũ tenuitas. ¶ Quarto dico ꝙ necessaria est bona societas. Facile enim addiscitur quod a socijs frequentatur Et ideo qui bene addiscere vult: debz bonos socios frequentare. Unde Seneca. Illos tecum admitte: qui te possunt facere meliorem. Ideo de malis dicitur in ps. Quod commixti sunt inter gentes: et didicerunt ope D

ra eorum: et seruierunt sculptilibus eorum. ¶ Quinto
dico quod necessaria est terre longinquitas .i. patrie
extraneitatis. Olus enim et pomū non proficiunt in
terra vbi seminantur. Ideo ad hoc ꝙ crescant et profi-
ciant necesse est vt alibi transplantentur. Apes etiā in
aluearī suo non acquirunt mel: immo necesse est ꝙ ex
tra aluearia sua lōge exeant. vbi odoriferos flores que
rant in quibus mel inueniunt de quo cuꝫ onerate fue
rint ad aluearia redeunt vt dicit Plinius. Sic procul
dubio in loco vbi seminatur idest vbi quis nascitur: in
ter amicos et notos parum potest proficere: nec aliqd
addiscere vel valere. Nemo enim acceptus est prop he
ta in patria sua. Familiaritas enim et noticia persona
rum valde impedit ad bene discendum. Necesse est er
go ꝙ homo alibi scꝫ ad terram extraneā transplanteē
et ꝙ extra aluearia domus proprie longe ad studium
accedat. vbi melle scientie se repleat: vt inde plenꝰ et
oneratus ad patriam reueniat et accedat. Sicut enīꝫ
dicit Hugo Ista sunt necessaria homini qui vult di-
scere: scilicet victus tenuis et terra ignota. Ideo bene
consulitur. Gen. xij. Egredere de terra tua et de cogna
tione tua. Sic ergo patet ꝙ discere debemus scientia-
E lia. ¶ Sed adhuc dico ꝙ discere debemꝰ operabilia.
Melius est enim discere facienda et dicenda ꝙ scien
da. Ideo Esaie. j. dicitur. Quiescite agere peruerse di-
scite bene facere. Et aduertamꝰ ꝙ sicut animalia bru
ta humanos actus nesciunt facere: adhuc tamē cogū
tur addiscere: et ad hoc quādoqꝫ verbis: quandoqꝫ ver
beribus edocentur. Sicut patet de symia que discit lu
dere et saltare. De elephante qui scꝫ fm Pliniū discit
et docetur et regem cognoscere et adorare. De vitulo
marino qui fm eundem discit et docetur mugitu ꝛ vul
tu homines salutare. Sic vere charissimi: licꝫ nos alij
brutales et animales: actus humanos idest actus re-
ctos virtuosos ꝛ rationabiles facere naturaliter nescia
mus adhuc tamen debemus discere et nos totis affe-
ctibus applicare. quia sicut dicitur Prouer. xvij. Qui
euitat discere incidit in mala. ¶ Nota ergo ꝙ quidā
discunt benefacere diuinis inspirationibus: sicut sunt
multi qui per seipsos docentur et instruuntur Gal. j.
Neqꝫ enim illud ab homine didici sed per reuelationē
Quidam etiam exemplis et inductionibus Ideo dicit
Prouerbio. vj. Uade ad formicam o piger et cōsidera
vias eius et disce sapientiam. et prouerbi. xxiiij. Exem
plo didicisti disciplinam. Quidam etiam penis et cor
rectionibus sicut elephas qui verberibus domesticaē
et obedire docetur. Unde Hebre. v. Didicit ex his que
passus est obedientiam: Discere ergo debemus res vti
les et necessarias ad salutem. Iuxta consiliuꝫ Baruc.
iij. Disce vbi sit prudentia vbi sit virtus: vbi sit intelle
ctus: vt scias simul vbi sit longiturnitas vite et victꝰ
vbi sit lumen oculorum et pax. Ubi ostenditur ꝙ nos
debemus discere mentalis prouidentie sedulitatē. Di
sce inquit vbi sit prudentia. Uirtutis patientie stabili
tatem: longiturnitas inquit. Celestis affluentie felici
tatem quia scilicet debemus discere vbi sit vita. victus
lumen ꝛ pax. Debemus ergo discere exteriora prouide
gubernare: prudentia. Asperiora solide tolerare: longi
turnitas. Superiora feruide affectare. Uita inquit: lu
men et pax. Discamus ergo gubernare exteriora pru-
dentia: que scilicet pertinet ad regimen exteriorum. j.
Thimo. v. Discat primū domū suam regere. Itē disca
mus asperiora idest mundi tribulationes tolerare.
Unde Isido. de no. sinonimis. Disce mala magis tole
rare ꝙ facere. Item discamus affectare superiora. scilꝫ
bona eterna que ponūtur in istis tribus: via: victus: lu
men et pax. Und: Sapie. vij. Absconditā et improuisa
didici ꝛc. Et ista de Addiscere sufficiant.

A **Disciplina.** Nota ꝙ licet disciplina aliquo-
tiens sumatur pro morum com-
positione: sicut Eccli. x. Uir prudens et disciplinatus
non murmurabit correctus: communiter tamen sumi
tur pro correctione: sicut dicitur. Prouer. xxij. Stulti-
cia colligata est in corpore pueri: virga discipline fuga
bit eam. Possumus ergo dicere ꝙ disciplina quādoqꝫ
accipitur pro morali perfectione. Item pro penali cor-
rectione. Accipitur dico pro perfectione seu conditiōe
morali: sicut homo dicitur bene disciplinatus: qui ꝙ-
tum ad gestum: vestitum: motum: affatum: ꝛ bene dis
positus et maturus. Et sic loquit Hugo epistola. xiij.
Disciplina inquit ceruicem disponit: vultum compo
nit: oculos ligat: cachinos cohibet: moderaē linguaꝫ:
gulam cedit: iram fugat. Item accipitur pro correctio
ne penali. Et sic accipitur in ps. Disciplina tua corre-
xit me in finem: disciplina tua ipsa me docebit. Quo-
cunqꝫ ergo modo accipiatur disciplina est tenenda. ser
uanda sustinenda. Disciplinam enim ꝛ sapientiā qui
abijcit infelix est Sapientie. iij. Disciplina enim: corre
ctio seu tribulatio: siue inferatur a deo: siue a prelato:
siue etiam a mundo semper est proficua sustinenti. Si
cut enim videmus ꝙ equi indomiti multis punctio-
nibus et vexationibus: disciplinis et correctionibꝰ do
mantur et humanis vsibus deputantur. Ursi elephā
tes et symie per correctiones et afflictiones disciplina
ti et docti efficiuntur: ita ꝙ postmodum inter homi-
nes digni sunt habitare: qui prius siluestres erant ꝛ in
ter feras solummodo habitabant: Sic vere charissimi
sine disciplina et correctione efficitur homo totus ru
dis: siluestris et indoctus ꝛ bestialibus moribus infor
matus: Si tamen disciplinatus fuerit et correctus: et
penis et laboribus subiugatus: ita quandoqꝫ doctus
et perfectus efficitur. ꝙ inter homines idest inter sa-
pientes et bonos habitare dignus habetur. Discipli-
nam ergo domini sustinere debemus quia sicut dicit.
Eccli. xxxiij. Cibaria et virga et onus asino: panis ꝛ di-
sciplina et opus seruo. Et aduerte ꝙ disciplina et corre
ctio tria specialiter operantur.

Ista enim infert corpori dolorem qꝫ dicitur Uirga.
Aufert ocij torporem. quia dicitur. Onus et Opus.
Confert glorie dulcorem. Cibaria inquit et panis. B

¶ Dico enim ꝙ per disciplinam corpori dolor infer-
tur: et hoc ostenditur cum dicitur. Disciplina. Disci-
plina enim comparatur virge. Uirga enim sicut dicit
Isido. dicitur quasi vi regēs: ad denotanduꝫ ꝙ per vir
gam correctionis et discipline homo violenter regitur
et ad bonum inclinatur. vnde Prouer. xxiij. Si percus
seris eum virga non morietur: tu virga percuties eum
et animam de inferno liberabis. Et nota virga vtūtur
Magistri ad pueros verberandum.
Reges ad populis imperandum.
Pastores ad gregem dirigendum.
Pauperes ad canes repellendum.
Sic vere virga correctiōis ꝛ discipline valde ē necessa
ria omnibus personis iurisdictionē habentibus scilicꝫ
Prelatis. Pastoribus. Magistris et Judicibus. domi
nis atqꝫ regibus. Cum tali enim virga idest cum aspe
ra correctiōe et disciplina: pueri idest simplices instru
untur greges et inferiores gubernāē: canes et peruer-
siores reprimuntur. De ista ergo virga dicitur in ps.
Reges eos in virga ferrea ꝛc. Uisitabo in virga iniqui
tates eorum: et in verberibus peccata eorum. Ista ta-
men sunt contra multos qui reuera ita sunt peruersi ꝙ
per virgam non emendantur: immo quanto plus per
virgam correctionis verberātur: tanto amplius indi-
sciplinatiores efficiuntur. similes leoni qui est animal
quod nunꝙ virga domatur: immo quanto plus per-
cutitur tanto plus irascitur et crudelis efficitur Rino
ceron etiaꝫ animal est indomabile: immo si aliquo ca
su a venatore capitur: ante triduum pre desperatione
et dolore moritur. Sic vere multi sunt quos virga disci
pline non corrigit nec emendat: sed ipsos potius ad de
sperationem et in obstinationem incitat et inflāmat.
Siue enim percutiantur ab homine per correctioneꝫ
siue a deo per tribulationem ipsi tamē non emendanē
sed potius in malo indurantur. Hiere. v. Percussisti
eos et non doluerunt: attriuisti eos et renuerunt ac-

cipere

cipere disciplinam. Patet ergo quod per disciplinam corpori dolor infertur: quia sicut dicitur Hebre.xij. Omnis disciplina in presenti nō videtur esse gaudij sed meroris. Virga ergo ista ē virga discipline que fugat stultitiam de corpore pueri: sicut dicitur. Prouerbio.xxij. Per hanc ergo corpori dolor infertur. ¶ Secundo dico quod per istam ocij torpor aufertur: quod ostendit cum dicitur onus et opus. Onus enim et quies opus et ociū sunt contraria: et ideo quasi supponitur onus et opus bene sequitur quod per disciplinam torpor et ociū euitatur. Homo enim qui disciplinis et correctionibus subijcitur: a torpore et ocio segregatur. Ideo bene consulitur Hebreo.xij. In disciplina perseuerate sicut filij. Ocium enim est vituperabile in scriptura: omnes enim creature ocium detestantur. Celum enim optime seruat disciplinam et regulam motus sui. formice etiam que sunt minime creature nunquam cessant ab opere et a motu. Continue enim laborant pro granis aggregādis. Apes etiam vt dicit Ambrosius et Plinius. Maximam disciplinam seruant inter se: nulla enim inter ipsas est ociosa: immo ociosas a se eijciūt. ipsasque pungunt et expellunt. Sic vere charissimi inter nos debet esse maxima disciplina quantum ad ocium vitandū quia scilicet nunquam debemus a motu bonorum operum cessare nec ocio vel torpori vacare: immo semper nos debem⁹ in bonis operibus exercere. Opus inquit. vnde Eccli.xxxiij Operatur in disciplina et queritur requiescere. Multi tamen sunt qui disciplinam correctionis non accipiunt: immo in torpore et ocio se inuoluunt. Amant enim delicias non laborem et ocium non sudorem. Unde in ps. Tu vero odisti disciplinam et proiecisti sermones meos retrorsum. Non ergo sic sed per disciplinam ocij torpor auferatur. ¶ Tertio dico quod disciplina est tenenda: quia per hanc glorie dulcor confertur: et hoc ostenditur cum dicitur. Cibaria et panis. Sicut enim per diligentiam et disciplinam acquiritur panis et cibus. Juxta illud Math.x. Dign⁹ est operarius cibo suo. Sic proculdubio illi qui in correctione et disciplina volunt viuere in hoc mundo: digni sunt in celesti conuiuio manducare Esa.xxix. Panis ei datus est: aque eius fideles sunt. Ideo bene dicitur Prouerbio.xiij. Egestas et ignominia ei qui deserit disciplinam Sapientie.iij. Disciplinam qui abijcit infelix est. quasi diceret quod per disciplinam acquiritur felicitas paradisi: sicut per oneris dimissionem infelicitas inferni. Et sic dico quod per disciplinam felicitas acquiritur: tepiditas excutitur: penalitas imprimitur rc. Et breuiter si vis adhuc dicere disciplina et compositio morum tenenda est videlicet.

Ne dominus peccantibus irascatur.
Ut a culpis quis grauibus corrigatur.
Ut quis docte in sensibus instruatur.
Ut deuote parentibus pareatur.
Nec peccati mors impia incurratur.
Ne de via per inuia discurratur.
Ut diuina scientia acquiratur:
Ut eterna felicitas non perdatur.
Ut fraterna benignitas habeatur.
Ut inanis loquacitas caueatur.
Ut in pace tranquillitas teneatur.
Ut cordium peruersitas molliatur.
Ut regalis sublimitas adeatur.

Disciplina enim facit ne deus irascatur ps. Apprehendite disciplinam ne quando irascatur dominus et pereatis de via iusta. Item facit vt culpa corrigatur ps. Disciplina tua ipsa me correxit in finem. Item facit vt homo doceatur ps. Disciplina tua ipsa me docebit. et Job.xxxiij. dicitur de deo: quod deus aperit aures virorum et erudiēs eos instruit disciplina. Item facit vt patri pareatur: patri dico corporali et spirituali. Prouerbio.j. Audi fili mi disciplinam patris tui rc. Item facit ne iustus moriatur. Unde de iniusto dicitur econuerso. Prouerbiorum.v. Quod ipse morietur: quia non habuit disciplinam. Item facit vt rite gradiatur quia scilicet sicut dicitur Prouerbio.vj. Mandatum lucerna est et lex et lux: et via vite: increpatio discipline. Item facit vt sapiens dicatur Illud Prouerbio.xij. Qui diligit disciplinam diligit scientiam: Et ibidem.xix. Suscipe disciplinam vt sis sapiens Item facit vt felix habeatur: quia sicut econuerso dicitur Sapientie.iij. Disciplinam qui abijcit infelix est. Item facit vt fratri iuncturatur. Unde de filijs israel dicitur quod cum misericordia disciplinam acceperunt. Item facit ne vane quis loquatur.ij. Thimo.ij. Stultas autem et sine disciplina questiones deuita: sciens quoniam generant lites. Item facit vt in pace viuatur Ecclesiastici.xlj. Disciplina pacis nostre super eum. Item facit vt corre remolliatur: vnde econuerso de induratis dicitur Hieremie.v. Renuerunt accipere disciplinam indurauerunt faciem suam supra petram. Item vt christo assistatur. vnde Daniel.j. precipitur. Quod pueri de semine regio in quibus nulla esset macula. docti disciplina: et eruditi omni sapientia quererētur vt possent stare in palatio corā rege. Et breuiter sine disciplina morali nullus est dignus stare coram rege christo sed pro certo qui taliter disciplinat⁹ fuerit: omnia nocua precauebit: vtilia procurabit: et eternam gloriam finaliter possidebit rc.

Discipulus et famulus. quādoque signant

A idem preter hoc quod famulus deputatus est ad seruiendum: discipulus ad discendum. Et ideo discipulus est
Nomen obedientie et humilitatis.
Nomen seruitij et sedulitatis.
Nomen timoris et simplicitatis.
Nomen insuper industrie et docilitatis.
Nomen etiam amicicie et familiaritatis.

¶ Simus ergo serui et discipuli dei et sanctorum bonorum doctorum nostrorum preclarorum. Aduerte eīm quod christus dicit Luce.xiiij. Qui non baiulat crucem suam et sequitur me: non potest esse meus discipulus. ¶ Ubi nota quod ad hoc qd simus discipuli dei, idest obedientes et subditi. requiritur labor et asperitas qua sustineatur: quia debemus baiulare crucem idest sustinere cruciamentum laborum. Dulcor et humilitas quo exerceatur quia debemus sequi idest subijci et obedire. Honor et sublimitas cui obediatur: quia dicitur: me. per quod notatur autoritas diuina. Illi ergo qui christi et sanctorum volunt esse imitatores. et discipuli: debent sustinere asperitatem laboris quod ostenditur cum dicitur. quod christi debent baiulare idest portare crucem: per quam designatur afflictio corporis: quia scilicet boni serui secundum apostolum tenētur crucifigere carnem suam cum vitijs et cum concupiscentijs. Crux enim secundum Augustinum a cruciatu dicitur. Debet eīm bon⁹ christi discipulus cruciari per mētis sedulitatē. Per mot⁹ agilitatē. Per vict⁹ tenuitatē. vnde Math.xij.c. Discipuli esurientes ceperūt euellere spicas. Et Mat.ix. dixerunt discipuli Johannis: Quare nos et pharisei ieiunamus frequenter? Scholares eīm et discipuli dum instruunt in primitiuis solent verberari et castigari: vt finaliter possint ad magistratum et cathedram sublimari. Sic vere nos qui sumus in vita ista sicut in scholis primitiuorum: debemus sustinere cruciatus laboris. vt finaliter in paradiso attingamus ad cathedram excellentie et honoris. Baiulat inquit crucem. Unde Mathei.xvj. Omnis qui venit ad me, abneget semetipsum: et tollat crucem suam et sequatur me. Sustineamus ergo asperitatem et laborem. ¶ Secundo exerceant humilitatis dulcorem. Sequitur inquit. Sequi enim humilitatem et amorem designat. Bos enim ligatus. et equus bene infrenatus. bene sequuntur ductores suos Quia vere illi qui per obedientiam sunt ligati: et qui per disciplinam sunt infrenati sequi debent ductores suos et doctores: et christum et alios superiores. Sequi dico B

eos per amorem adherendo Luce.viij. Ibant cũ illo discipuli eius. Johan.xiiij. Discipuli mei estis si dilectionē habueritis. Sequi etiã ipsos imitando Math.vj. Accesserunt ad euz discipuli eius. Sequi insuper ei obsequendo. Johãnis.xix. Vidit discipulum stantē quez diligebat. Jesus Stantem dicovt paratũ ad obediēdũ et obsequendũ. De tali ergo sequela dicitur Mat.viij. Magister sequar te quocũqȝ ieris. Colũbas eñ que melle fuerint paste alie colũbe sequũtur ⁊ vsqȝ ad ipsarum colũbariũ dulcedine mellis quod gestant in ore trahuntur et producuntur: Sic vere charissimi xp̄m et sanctos qui mel dulcis predicationis et doctrine in ore gerebant: debemus sequi per humilitatē et imitationem: et vsqȝ ad columbariũ paradisi eos prosequi ꝑ bonam operationem. Ezech.j. Quocũqȝ declinabant. scilicet animalia: spiritus rote que prima erant sequebantur ⁊c. Ista sunt contra multos discipulos dei scilicet contra malos ecclesiasticos et religiosos: et etiã xp̄ianos: qui vere non sequũtur xp̄m vel prelatum per obedientiam et humilitatem. ⁊ quãdoqȝ quod peius est ꝑ apostasiam ab ipso fugiũt et obstinationē vnde Job.
C vj. Multi discipulorum abierunt retro: et iam cum eo non ambulabant. Non sic ergo sed qui volũt esse christi discipuli. exerceant humilitatis dulcorem. ¶ Tertio necessarium est ꝙ obtineant dignitatis honorem. quod ostenditur cum dicitur in persona xp̄i. Me. Discipulus enim debet timere magistrum: quia sicut dicitur. Luce.vj. Non est discipulus super magistrũ. Discipulus enim qui magistrum non timet: non bene potest proficere. Omnia enim naturaliter timent suum superiorem Sicut animalia leonem. aues aquilam et quanto superior est potentior. honorabilior ⁊ melior tãto plus a discipulis est timendus et amplius honorãdus. Quia igitur deus est rex et superior oĩbus creaturis: ideo merito debet timeri: et a cunctis viuentibus adorari. Me inquit. Unde Hiere.x. Quis nõ timebit te o rex gentium Apoca.xiiij. Timete dominum ⁊ date illi honorem. et aduerte ꝙ sicut boni discipuli gaudēt in aduentu boni magistri gregatim etiaȝ in scholis solent morari. irato magistro solent timere et precipiēti solent obedire. Sic vere boni christiani ecclesiastici vel subditi. de bono magistro vel superiore debent gaudere per bonam affectionem Joh.xx. Gauisi sunt discipuli viso domino. Gregatim etiam debent viuere per amorem et concordiam et dilectionem Act.ij. Erant omnes discipuli pariter. Ipsum etiam debent timere et venerari per obedientiam ⁊ subiectionem. Johis.ij. Crediderunt in eum omnes discipuli eius. Sic igitur ptȝ ꝙ necessariũ est homini ad hoc ꝙ sit discipul⁹ dn̄i ꝙ timeat sublimitatē ꝙ habeat hũilitatē: ꝙ sustineat penalitatē ⁊c. Nota adhuc ꝙ discipulus debet esse.

Diligens et studiosus.
Patiens et timorosus.
Fidelis et amorosus.
Humilis et obsequiosus.
Agilis et industriosus.
Subtilis e ingeniosus.
Pacificus non seditiosus.
Credulus non suspitiosus.
Jocundus et gaudiosus.
Fecundus et copiosus.

D Videtur ꝙ per discipulũ intelligit quilibet homo iustus et maxime religiosus ⁊ perfectus: quia reuera talis debet esse perfectus: ⁊ diligens ⁊ studiosus: per obedientiam ⁊ sedulitatem. Unde de quolibet diligēte potest intelligi illud Joh.xix. Vidit illum discipuluȝ stãtem quem diligebat Jesus: ⁊ dixit ei. Ecce mater tua. Maria enim que cum festinatione abijt in montana sicut dicitur Luce.j. signat virtutē diligentie que reuera mater est. et matrona illorum discipulorũ qui inueniuntur stantes semper. scilicet parati ad aliquid faciendum. Item talis debet esse patiens et timorosus ꝑ reuerentiam et dubietatem. Semper enim debet timere ne offendat magistrum deum scilicet vel prelatum. Unde de Joseph. dicitur Math.xxvij. Quod ipse discipulus erat Jesu occultus tamen propter metum. Item talis debet esse fidelis et amorosus. Discipulus enim tenetur diligere deum: magistrum se et sociũ Ideo xp̄s Johis.xiiij. dicit sic. Tũc discipuli mei eritis si dilectionem habueritis: Et Joh.xv. Efficiamini mei discipuli Sequitur. Manete in dilectione mea. Iteȝ talis debet esse humilis et obsequiosus: debet enim magistruȝ sequi: et ei seruire: et ministrare et obsequi. Mathe.viij. Secuti sunt eum discipuli eius. Item talis debet esse agilis et industriosus. Debet enim cito et velociter discurrere et in omnibus agiliter se habere Johã.xx. Ille alius discipulus precucurrit citius petro ⁊ venit prior ad monumentum. Item talis debet esse subtilis et ingeniosus: quia scilicet ad bonum discipulum pertinet interrogare et addiscere. vnde Marci.ix. Discipuli secreto interrogabant. Et Luce.xj. dicit vnus ex discipulis eius. Domine doce nos orare. Item debet esse talis pacificus nõ seditiosus: quia scȝ boni discipuli debent concorditer viuere: et cum magistris: ⁊ cum socijs. Cũ magistris dico Math.ij. Discumbebant cum Jesu discipuli eius. quasi diceret ad discipulum pertinet associari magistro Luce.viij. Ibant cum Jesu discipuli ei⁹ Cum socijs vero Actuũ.ij. Erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Item talis debet esse credulus non suspiciosus: Discipulus eniȝ firmiter debet magistro credere: alias vix aut nunq̄ poterit doctus esse. Xp̄o ergo idest prelato: magistris ⁊ doctoribus nostris credamus: et eis assentiamus et obediamus Joh.ij. Crediderunt in eum discipuli eius: Item talis debet esse iocundus et gaudiosus iohã.xx. Gauisi sunt discipuli viso domino. Item debet esse talis fecundus et copiosus scilicet alijs dando Non enim debet esse auarus discipulus qui liberalem habet magistrũ scilicȝ xp̄m. vnde Actuũ.xj. dicitur. Quod discipuli prout quisqȝ habebat miserunt sanctis qui erant in hierusalē. Ista ergo de bonis dicta sunt discipulis .i. de quibusuis sanctis hominibus. religiosis et iustis: et etiam de bonis scolaribus et honestis. Sed procerto de malis discipulis scolaribus et religiosis: et quibuslibet christianis põt dici econuerso ꝙ ipsi sunt.

Litigiosi non concordes.
Meticulosi sunt et vecordes.
Presumptuosi sunt et discordes.

Sunt dico mali discipuli non concordes sed litigiosi. Exemplum Luce.xxij. vbi de discipulis dicitur. Quod orta est contentio inter eos quis eorum videretur esse maior. Item isti sunt vecordes et meticulosi. vnde Mathei.xxvj. Discipuli relicto Jesu fugierunt. Item sunt discordes et defectuosi: quia scilicet isti non perseuerãt in societate dei. iohan.vj. Multi discipuloruȝ abierũt retro: et iam cum christo non ambulabãt. Tales ergo potius sunt discipuli dyaboli q̄ dei: et magis carnis ⁊ mundi q̄ christi vel boni prelati seu magistri. Similes enim symie que magistro suo obedit ad ludos et ad vana faciendum: nunq̄ autem ad aliquid vtile exercendum. Sic illi discipuli sunt dyaboli et non dei. Et ideo in vanis et in inutilibus sibi obediunt et non in vtilib⁹ christo credunt. Isti ergo christi discipulatum contemnentes videntur dicere cum iudeis illud iohan.ix. Tu discipulus eius sis. nos autem moysi erimus ⁊c. Uide de Obedientia. Seruire. Subiectio ⁊c.

Discordia. Uide infra vbi dissensio.

Discretio. nulle sunt autoritates vocales. Ui in titulis sinonimis. scȝ de Sapientia. Prudentia et similia.

Discumbere. Nota ꝙ discumbere sumitur pro in conuiuio sedere. Unde proprie illi discumbunt qui in conuiuio sedent: resident aut quiescunt Secunduȝ autē naturã ⁊ diuersitatē cõuiuiorũ: distingue diuersitatē discumbentiũ. Dic ergo A

ꝙ est

ꝙ est discubitus: gratie: culpe: ecclesie ⁊ glorie.
In primo discumbunt iusti viatores.
In secundo discumbunt vani peccatores.
In tertio discumbunt xpi seruitores.
In quarto discumbunt celi possessores.
Est igitur primo discubitus gratie qui est perfectorū Iste est discubitus quo xps discumbit cum hominib⁹ ipsos spiritualiter visitando: sicut dicitur Luce. vij. Ingressus Jesus domū pharisei discubuit: quod procerto cum senserit mulier. i. anima vel voluntas statiz debet vnguentum deuotionis accipere et effundere super caput ipsius recumbentis. sicut dicitur de maria magdalena. Math. xxvj. Et quo etiam homines discumbunt cum deo eius gratiam: scientiam et eucharistiam degustando. Discumbunt enim cum christo in viridario gratie per charitatem et humilitatem Mathei. xv. Precepit Jesus turbe discumbere super terraz Discumbunt etiam cum eo in prato sacre scripture p scientiam et sagacitatem. Unde predicatoribus videtur dominus loqui ioh. vj. vbi volens turbas de quinq panibus idest de quinq libris Moysi: et duobus piscibus idest prophetis et euangelijs satiare: dixit. Facite homines discumbere: erat enim fenum multum in loco. discubuerunt ergo viri quasi quinq milia: ⁊ accepit panes: et cum gratias egisset: distribuit discūbentibus. Et dicitur ibidem ꝙ plus remansit de cibis ꝙ̄ primo fuerunt distributi. Ad denotandū ꝙ cibus scripture: quanto plus auditoribus distribuitur: tāto doctrina eius amplius augmentatur. Discumbūt insuper iusti cuz christo in conuiuio eucharistie per sui corporis assumptam humanitatem. Luce. xxiiij. Discumbens cum illis accepit panem et fregit: et porrigebat illis. Talibus ergo sic cum christo discumbentibus apparet christus et eos instruit in credendis Marci. xvj. Recūbentibus vndecim discipulis apparuit illis Jesus et exprobrauit incredulitatē illorū ⁊c. Iste est ergo
B discubit⁹ gratie qui est perfectorū. ¶ Secūdo dico qꝺ est discubitus culpe qui est peccatorū. Diabolus eniz fecit conuiuiū oībus malis in quo: scz discumbunt.

Carnales et luxuriosi.
Auari et ambitiosi.
Crudeles et incestuosi.
Superbi et presumptuosi.

De carnalib⁹ pōt dici illud Joh. xij. Lazarus vnus erat de discūbentibus. Lazarus eīm qui leprosus fuerat: ꝺm aliquos: corruptos et luxuriosos potest significare. De auaris vero potest dici illud qꝺ de socru symonis febricitante dicitur Marci. j. Recūbebat autē socrus symonis febricitans. Febris enim que calorem habet et sitim prouocat: signat auariciā que ardere et sitire facit auarum. De crudelibus vero dicitur Marci. vj. Quod cum herodiadis filia saltās placuisset herodi: simulq discumbentibus: fecit occidi Johannē baptistam: et caput eius in conuiuio apportari. De superbis vero dicitur Math. xxiij. Quod ipsi amant primos recubitus in cenis. primas cathedras in synagogis: salutatiōes in foro et vocari ab hominib⁹ rabi. Iste ergo est discubitus culpe qui est peccatorum. ¶ Tertio dico ꝙ est discubitus ecclesie qui
C est clericorum. Deus enim fecit magnuz conuiuium omnibus seruitoribus suis: et posuit eis mensam fertilem atq pinguē: scilicet mensam status ecclesiastici vbi diuersa sunt fercula diuersorum beneficiorum: et dignitatum et officiorum. Ad istud conuiuium discūbentes cum christo diuersimode sedent: sed sicut supponitur: omnes vltimum locum eligere et ornati virtutibus debent. In talibus enim discumbentibus idest in viris ecclesiasticis requiritur humilitas et honestas: vt nec sint ambitiosi magna querendo nec sint inhonesti male agendo: et sic de humilitate dicitur Luce. xiiij. Cum inuitatus fueris ad nuptias: non discumbas in primo loco: sed recumbe in nouissimo vt veniēs qui te inuitauit dicat tibi. Amice ascende superius et erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Omnis enim qui se humiliat exaltabitur ⁊c. q. d. In conuiuio illi qui humilibus locis et statibus contenti sunt: ad ardua sunt sublimandi. Econuerso: illi qui prima et sublimia querunt. et qui ad dignitates ambiunt: ad bassa et humilia sunt cogendi. Sic etiam de honestate vite que in istis discumbentibus requiritur: exponitur parabola. Math. xxij. vbi dicitur. Quod nuptie implete sunt discumbentibus: sed rex tandem intrans videns hominem non vestitum veste nuptiali: dixit. Amice: quomodo intrasti huc non habens vestem nuptialem? Et sequitur. Quod ipsum in tenebras exteriores vbi fletus et stridor dentium continebantur: fecit recludi: quia reuera in nuptijs ecclesie militantis: necesse est quod omnes discumbentes idest omnes beneficiati: veste nuptiali idest virtute: gratia et honestate accedant: alias accedentes ad hunc discubitum: a rege christo ad iudicandum veniente: in tenebras exteriores et infernales mittentur: et eternis fletibus et stridoribus affigentur. Et tamen prohdolor de multis pertimescendum est quod ad istas tenebras expellentur: quia procerto in ecclesia discumbunt: et tamen virtutum nuptialibus vestibus nullatenus induuntur. Unde iam videtur impletum illud Marci. ij. Multi publicani et peccatores discumbebant cum Jesu Iste est ergo discubitus ecclesie qui est clericorum. ¶ Quarto vero dico ꝙ est discubitus glorie seu patrie qui est beatorum. Et de hoc dicitur Math. viij. Multi venient ab oriente et occidente. et recumbent cum abraam: ysaac et iacob in regno dei. Et Luce. duodecimo. De christo dicitur. Amen dico vobis quod precinget se: et faciet illos idest bonos seruos discumbere: et transiens ministrabit illis. Felix illa mensa vbi deus et angeli ministrant ⁊c. Sufficit. vide supra de accumbere.

Discurrere.

Nota ꝙ discursus idez est quod continuus et frequentatus cur- A
sus: et signat profectum seu motuz boni operis, seu mali. Et ideo breuiter nos possumus distinguere quod duplex est discursus scilicet commendabilis et detestabilis. Commendabilis discursus est perfectio operis virtuosi. Sicut enim orbis et planete non cessant discurrere et sine dilatione officium suum exercere. Sic procerto boni et sancti non debent cessare a bonorum operum circuitu ⁊ discursu. Non enim debent per negligentiam retardari: sed per bonorum operum exercitium in bono iugiter occupari. Scintilla ꝙ̄ diu est ignita solet sursum discurrere et ascendere. statim vero quod mortua fuerit et extincta. solet inferius descendere: et a motu et discursu quiescere et cessare. Sic proculdubio viri sancti igne charitatis accensi. sursuz ad bona eterna solent per profectum bonorum operū discurrere et volare. Si vero extincti fuerint a peccato mortali tunc a bono profectu cessant: et ad terram. idest ad terrenum amorem per auariciam descendūt. Ideo de bonis dicitur illud. Sapientie. iij. Fulgebunt iusti et tanꝙ̄ scintille in arundineto discurrent. In quibus verbis ostenduntur tria que valde sunt necessaria ad spiritualem profectum seu discursursum. videlicet.

Uie rectitudo iusti inquit.
Motus fortitudo. Scintille.
Rerum paucitudo. In arūdineto.
¶ Primū facit actus veritatis. Iusti.
Sed secundū virtus caritatis. Scintille.
Sed tertius status paupertatis. In arundineto.
¶ In arundineto qui est locus sterilissimus. Homo enim qui vult bene discurrere: necesse est ꝙ vadat per rectam viam quā facit veritas. Item necesse est quod interius sit fortis et voluntarius ad discurendum: qꝺ facit charitas. Item necesse est. quod non sit oneratus pōdere terrenorū: qꝺ facit paupertas. De tali ergo discursu pōt dici illꝺ Ezech. j. Hec erat visio discurrēs ⁊ in medio animaliū splēdor ignis ⁊c. Iste ē discursus virtuosus. ¶ Sed secūdo dico ꝙ est alius discursus vi

tiosus Et iste est labor et profectus in malis operibus
et peruersis. Quod potissime pertinet ad auaros
qui ad modum formice non cessant discurrere pro gra
nis idest prodiuitijs congregandis Exod. ix. Domi-
nus dedit tonitrua et grandinem: et discurrentia ful-
gura super terram &c. Uide supra de Currere.

Dissensio Discordia.

A Quāuis de dissensione et discordia paucę sint autoritates vtpote de Bello Pu-
gna. Aduersus. Contrarietas et similia. Et etiam in ti
tulis oppositis. sicut est pax. Cōiunctio. Congregatio.
Societas &c. Ne tamen istam materiā obmittere vi-
dear: aliquid hic notabo. et aliqua originalia cum scri
pture autoritates deficiant allegabo. Dicam ergo ꝙ
multi sunt qui plus delectantur in discordia ꝗ in pa
ce: Cū enim causa partiū cōglutinatiua et immixtiua
sit humiditas: restat econtrario ꝙ causa disiunctiua
et dissolutiua erit siccitas. Partes enim ab inuicem
dissoluuntur. quando ipsū mixtū consumpto radica-
li humido desiccatur: sicut patet in luto incinerato et
cōbusto. Sic vere dico ꝙ in omni corpore mixto. i. in
omni cōgregatione vnitas societatis deficit et diuisio
idest discordia partiū conualescit quādo siccitas inde
uotionis excrescit: qua humidū radicale gratie et dile-
ctionis arescit. Tanta est enim hodie in partibus mix
tio: et in personis cōtrarietas: ꝙ modica occasione ibi
deficit vnitas et societas Act. xv. facta est dissensio vt
discederent ab inuicem. Unde breuiter notare possu-
mus ꝙ discordia generatur.
Ex detractorum peruersitate loquaci.
Ex auarorum cupiditate voraci.
Ex animorum diuersitate procaci.
Ex superborum crudelitate rapaci.
Ex tentatorū iniquitate fallaci
Dicam ergo ꝙ dissensionē seu discordiā cōsueuit ge-
B nerare detractorū loquax peruersitas. Constat enī ꝙ
vox rauca et dissona discordiā solet armonie generare
Unus enim male et rauce cantans: multis bene et con
sone cantātibus discordiā generabit. Sic vere dico ꝙ
in societate et congregatione multorū bene concordā
tium: vnus homo discors: litigiosus et dissonus: detra
ctor, inuidiosus et loquax: lites dissensionē et discordiā
generat: et multorū pacifice viuentium pacē turbat.
Ideo bene dicit Eccli. xxviij. Susurro et bilinguis ma
ledictus: multos enim turbauit pacem habētes. Ideo
Grego. iiij. moral. dicit. Quod per lingue incontinen-
tiam discordia propinatur. Uide infra de lingua: et su-
pra de detractore. Patet ergo ꝙ discordiā generat de
tractorum loquax peruersitas. ¶ Secundo dico ꝙ ip
sam generat auarorū vorax cupiditas. Cupiditas enī
habēdi fuit discordie prima causa. Ista enim duo pro-
nomina meū et tuū discordiā genuerunt Et ideo dicit
Seneca. Quod quietissime viuerent homines si ista duo
pronomina tollerentur. s. meum et tuū. Illa enim infir
mitas que ruptura dicit̄ s̄m medicos quandoq; venit
ex calore: quia scꝫ quādo calore pellis illa que tenet in
testina dissoluitur: tunc ruptura sequitur et causatur
Sic vere ruptura et diuisio dissensionis et discordie ex
calore auaricie; quandoq; prouenit que societatē dissi
pat et disrumpit. Exemplū de abraam et loth: de qui-
bus dicitur Gen. xiij. Quod nequibant habitare pari
ter: quia possessio eorum erat nimia. Ideo de auaris lo
quens Ambro. lib. de patriarchis dicit sic. Nulla inq̄t
spacia satis sunt discordibus. quietis autē et pacificis
etiam angusta abundant. Et Seneca in prouer. dicit.
Quod principium discordie est aliquid ex cōmuni suū
facere. De duobus enim heremitis legi ꝙ admirātes
quare homines poterant litigare et inuicem discorda
re. Dixit vnus. faciamus litem: et posuerunt vnam te-
gulā in medio Et dixit vnus. Ista tegula mea est. Cre
diderat enim ꝙ alius diceret non: quasi contestando
litem. Alius autem respondit. Si tua est tolle eam. Si
sic hodie procederetur: parum in iudicijs contenderet
Patet ergo quomodo discordiam generat auarorum
vorax cupiditas. ¶ Tertio dico ꝙ auariciā introduxit
animorū magna diuersitas. Qui enim hoīes vnius cō C
gregationis sunt diuersarum conditionū: faciliter so
lent inuicem discordare. Et ideo necesse est alterū alte
ri conformari: si concordiā inter se cupiunt enutriri.
In historia enim Alexandri legitur. ꝙ paruū ante mor
tem suam in exercitu suo mulier peperit vnū monstrū
quod superius erat homo. inferius vero terminabat
in bestiam: circa renes diuersorū animaliū capitibus
circūcinctum. Ibi enim erant capita leonis. Apri. Leo
pardi &c. Augures vero responderunt monstrum illud
significare regem in breui moriturum et hoc: q2 homo
in bestiam terminabatur successores vero eius graues
inter se discordias habituros eo scilicet ꝙ monstrum
diuersitate capitum cingebatur. Istud autem pro tan
to allego: quia diuersitas personarum et animorū va-
rietas: controuersias et dissensiones parit: et inuidias
et odia seu discordias introducit. Quādo enim vnus
est leo per superbiā: alius vrsus dulcia diligens per lu
xuriam: alius canis semper famelicus per auariciam:
alius leopardus semper versipellis per fallaciā et ma
liciam: necesse est ꝙ pax et vnitas confundatur: et lis et
discordia generetur. De tali ergo conditionū mentiū
et animorū discordi diuersitate. dicitur actuū. xxiij. fa
cta est dissensio inter phariseos et saduceos. Patet er-
go ꝙ discordiam generat animorū grauis diuersitas.
¶ Quarto dico ꝙ ipsam generat tyrannorū seu super
borum rapax crudelitas. Superbus enim semper ha-
bet cum alijs discordiam. Nullum enim reputat sua
amicicia aut societate dignum. et inde est ꝙ ex super-
bia cordium lites et discordie generantur. Fumus enī
et vapor de terra et mari ascendens: causa est s̄m natu
rales nubium: turbinum fulminū: tonitruorum: plu-
uiarum &c. que inferiora patiuntur Sic procerto cor su
perbia inflāmatum exalat nubes et turbines tribula-
tionum: fulmina rapinarū: tonitrua discordiarum: et
pluuias lacrymarum. Guerre enim et discordie: de qui
bus veniunt subditorum lacryme et miserie: ex super-
bijs principum vel superbie principijs solēt procedere
et hoc quia alter se credit altero preualere. Itē bene di-
cit Sap. Prouer. xiij. Inter superbos semper sunt iur-
gia: Isti comparari possunt gallo qui est auis cristata
erecte incedens: cauda leuata: libenter cantans: et cal-
caribus ornata: faciliter tamen pugnans cum gallis.
Sic vere dicam ꝙ nostri nobiles et milites qui hodie
pre ceteris erecti sunt et superbi videntur alios contem
nere: inaniter cantare: letari atq; psallere. Calcaribus
et ensibus armati esse: caudam vestium suarum detrū
care: et succidere nec ad aliud videntur nati nisi ꝙ bel-
la et pugnas inter se possint facere: et lites et discordi-
as enutrire. De talibus verbis videtur loqui scriptu-
ra. prouerbio. xxx. vbi dicitur. Gallus succinctus lum
bos suos et aries nec est rex qui resistat ei. Patet ergo
quomodo discordiam generat tyrannorum seu super-
borum ferox crudelitas. ¶ Quinto dico quod discor-
diam generat tentatorum seu deceptorum fallax ini- D
quitas idest tentatio et deceptio demonum. Sciens
enim dyabolus quod sicut dicit glos. super illud Eccle
siastici. xxj. Obiurgatio et iniuria adnullabunt sub-
stantiam: concordia nimie res crescunt: discordia ma
xime dilabuntur. summe nititur inter bonos discordi-
as generare et eas inter pacificos suis tentationibus
excitare. Scit enim quod ista vita et ciuitates: et regna
scilicet per dissensiones ciuium faciliter destruuntur:
et homines ad iniquitates varias deducuntur. Ex dis
cordijs enim nascuntur. Odia. Inuidie. Rapine. Pro
ditiones et alia multa mala. Uegetius enim dicit.
Quod inter hostes discordias seminare sapientis est
ducis. Et merito: q2 facilius vincunt̄ disiuncti et separati
ꝗ simul ꝯcordes et vniti Cū igit̄ princeps dyabolus mili
tet contra nos. nosq; reputet hostes suos: summe niti-
tur seminare discordias inter nos vt facilius obtineat:
et faciat

et faciat esse suos: Iste est enim ille de quo dicitur prouerbio.vj. Qui habet mendacez linguã cor machinãs cogitationes pessimas: et seminat inter fratres discordias. Compara illum si vis illi lapidi sydérice: de quo dicit Solinus. Quod maleficus est lapis ille: qr vbicunq; sit discordias excitat. Patet ergo quõ discordiã generat tẽtatorũ fallax iniquitas. Qđ etiã põt dici de proditoribus quia in preiudicium illorũ quos prodere volunt: solent eis per cautelas suas discordias generare: et inter ipsos et subditos vel amicos controuersias excitare. Discordia enĩ maximũ est malũ. Et ideo ista docet scriptura fugere: ꝛ pacẽ et cõcordiã custodire vñ Cassiodor⁹ sup ps. Sũmopere inquit. iurgia fuge: nã cũ pari cõtendere inhonestũ est: cũ inferiore sordidum: cũ superiore furiosum: absentẽ ledit qui cũ ebrioso litigat. Hec ergo de. Discordia sufficiunt.

Dissimilis. Uide infra vbi similis: et vbicunq; fit mentio de finitatione et similibus ꝛc.

A **Dissipare.** Cuz dissipare nihil aliud sit ꝙ aliquid constructum et edificatuz destruere: potest dici ꝙ ꝭm naturam et conditionem rerum dissipatarum inuenitur diuersitas dissipationũ. Quia igitur de homine quandoq; reperitur.
Edificium culparum et vitiorum.
Edificium virtutum et meritorum.
Edificium diuitiarum et terrenorum.
Edificium corporum et animarum.
Dico ꝙ in scriptura inuenitur dissipatio. Criminum que est bona et virtuosa. Uirtutum que est vitiosa. Fortune que est dolorosa. Anime que est luctuosa. Et sic dico charissimi. Dissipatur culparũ beneficiuz gratie lumine. Dissipatur virtutum edificiũ culpa vel crimine Dissipatur fortune beneficiũ aduerso turbine. Dissipatur anime fortalicium inferni fulmine. ¶ Dico er-
B go ꝙ culpe beneficiuz dissipatur gratie splendore. Sicut enĩ lux subintrãs dissipat tenebras sic gratia a deo veniens dissipat culparuz latebras Eccl's.xij. Florebit amigdalus: impinguabitur locusta: dissipabitur cap paris. Quandoq; enĩ amigdalus idest homo per gratiam floret: tũc locusta idest anima virtutibus impinguatur: et capparis.i. peccatũ dissipatur. Peccata enĩ sunt edificia dyabolica in anima fabricata: que procerto iusti debent destruere: et per gratiã et penitentiã dissipare. Exemplo regis Ezechie. de quo dicit .iiij. Regũ xviij. Quod ipse dissipauit excelsa.i. altaria prohibita in montibus constituta. Secundo dicitur ꝙ virtutis edificium dissipatur culparum horrore: Peccata eniz sunt dyabolice machine: quib⁹ dyabol⁹ dissipat in anima edificium virtutis. vnde Mee.j. Murus hierusalẽ dissipatus est. Murus enĩ anime cõgeries est virtutuz quibus. scz contra hostes anima clauditur ꝛ vallatur Et tamen Eccl's x. scribitur. Quod qui dissipat sepem mordebit eum coluber. ¶ Tertio dico ꝙ fortune beneficium dissipatur penarũ terrore idest mundi tribulatione et ardore: Unde de dissipatione status diuitum qui scz quotidie per infortuniũ dissipatur. potest exponi illud Esaie.xxiiij. Dissipatione dissipabitur terra: et direptione predabitur. Sequitur. Luxit et defluxit terra et infirmata est. ¶ Quarto vero dico: ꝙ anime
C fortalicium dissipatur gehenne dolore ps. Dissipata sunt ossa mea secus infernũ. Ista aut ẽ est proprie dissipatio que scz fit a deo puniente et malorũ potentiã destruente. vnde Esa ie.xlij. ipse dicit: Tacui: patiens fui: semper silui: quasi parturiens loquar: dissi pabo et absorbebo si mẽ. Qr reuera de⁹ post ꝙ̃ satis expectauerit: dissimulauerit: et patiens fuerit: solet indignationem suam ostendere: et malos tẽporaliter et eternaliter dissipare diuersa genera peccatorum nostrorũ. videlicet.
Fallaces machinatores qui praua cogitant.
Nugaces adulatores qui cunctis placitant.
Audaces propugnatores qui male militant.
Sublimes imperatores qui vane volitant.
Crudeles deuoratores qui bonos agitant.
Rebelles et peccatores qui mala suscitant.
Igit dico ꝙ a deo principaliter finaliter dissipabũtur fallaces machinatores. vnde Job.v. dicitur. Quod ipse apprehendit sapientes in astutia eorum. ꝛ consiliũ prauorum dissipat. Unde etiam.ij. Regũ.xvij. dicitur. Qđ dissipatum est consilium architofel. ipe vero postea se suspendit Item dissipabunt nugaces adulatores illi.s. qui non querũt nisi adulãdo placere ps. Deus dissipabit ossa eorũ qui hoĩbus placẽt. Itẽ dissipabũtur bellorum procuratores seu dilectores. illi. scilicz qui non amant nisi discordias atq; bella volunt. Itẽ dissipabũtur superbi imperatores seu superiores figurati in illa arbore altissima: opulentissima et pulcerrima Danie. iiij. de qua dicitur ibidem. Succidite arborez et dissipate illaz. Item dissipabuntur crudeles atq; raptores Job.iiij. Tigris perijt eo ꝙ non haberet predaz: ꝛ catuli leonum dissipati sunt. Item dissipabũtur iniqui peccatores seu malefactores Hierem xlvij. Uastabuntur omnes philistijm et dissipabũtur tyrus et sydon. Philistijm enĩ interpretati poculo ruẽtes: significãt ebrios et gulosos. Tyrus idest angustia: signat tristes et inuidiosos. Sydon idest venatio signat auaros et prede seu rapine quoslibet querulosos: quia reuera omnes isti finaliter a deo dissipabuntur et in eterna miseria damnabuntur ps. Fulgura choruscationez ꝛ dissipabis eos et emitte sagittas tuas ꝛ conturbabis eos. Ista ergo de dissipatione sufficiant. Uide de destruere. Et si velles dilatare exempla posses ponere et dicere: ꝙ quidaz dissipantur spiritaliter sicut alta edificia per ruinam superbie: sicut lignum per putrefactionem luxurie: sicut domus per combustionez auaricie. sicut homo per venationem inuidie.

Dissolutio. Dissoluere. Cuz dissolutio ni- A
hil aliud sit ꝙ̃ rei ligate vel incathenate expeditio seu elargitio seu rei compacte ꝛ indurate liquefactio vel remollitio: possumus moraliter dicere ꝙ in bono signat et in malo. Et primo quidem in bono. Sicut enim metalla ab artifice dissoluntur et in figuras varias transformantur. Artifex etiam nõ semel immo pluries metalluz dissoluit aut fundit et sic illud purificat: et etiã munduz reddit. Sic dico ꝙ nullus a vitijs purificatur. nec in formas virtutum transfiguratur: nisi primo per artificem deum a compactione obstinationis et duricie dissoluatur. Spiritus enim sanctus ignis est qui corda diuersimode solet dissoluere: et in bonos mores conuertere: ꝛ mutare. Dicã ergo qđ quidã dissoluunt.
A duricia iniquitatis per contritionis dolorẽ.
A duricia crudelitatis per compassionis feruorem.
A duricia cupiditatis per largitionis dulcorem.
A duricia temeritatis per considerationis timorẽ.
A duricia captiuitatis per liberationis valorem.
¶ Et vt breuius concludam dicam quod est. Dissolu- B
tio doloris. Dissolutio timoris. Dissolutio valoris. Dissoluuntur ergo iusti per dolorem contritionis. Calor enim solis dissoluit nubes et in pluuiam conuertit. Sic gratia dei corda per iniquitatem gelata: per contritionem soluit. ita quod inde facit pluuiam lacrymarum stillare. Unde potest dici illud. Naum. j. Contremuit terra a facie eius. Sequitur. Et petre dissolute sunt ab eo. Itẽ dissoluunt quando per dilectionem dei et compassionem proximi inflammantur Ignis enim candelam dissoluit: et sic in vsus hominum eam conuertit. Sic vere dicam quod homo alijs nunq̃ vtilis efficitur. nisi prius per dilectionem et cõpassionem fortiter dissoluatur. Et sicut candela igne et lumine dissoluta vt alijs proficiat seipsam solet consumere. Sic homo per dilectionem et compassionem feruide dissolutus: se et sua solet alijs erogare: et docendo: obsequendo et largiendo solet cunctis proficere: et valere et etiam vt alios repleat se solet temporaliter vacuare: quos tamen deus solet finaliter in melius

reparare Marci.xiiij. Dissoluam templum hoc et in triduo recuperabo illud. Isti ergo dissoluuntur per feruorem dilectionis. Item aliqui dissoluuntur per timorem cõsiderationis. Sicut enim visus ex aspectu solis dissoluitur. disgregatur et obtunditur. Sic vere ex cõditione maiestatis diuine. videlicet quomodo.

In iudicijs est profundissima.
In sententijs est iustissima.
In discernendo est certissima.
In premiando est largissima.
In puniendo est durissima.
In ordinando est sagacissima.

Homo stupens: timens ⁊ admirans in seipso dissoluitur. et factus sine viribus ad humilitatem reducit: et ab omni presumptione mutatur. Sic fuit dissolutus daniel viso filio hominis in sua maiestate: sicut dicit. Daniel.x. vbi primo pre timore ad terram prostratus tandem confortatus dixit. Domine in visione tua dissolute sunt compages mee: et nihil remansit in me virium. Item aliqui dissoluuntur per valorem liberationis: sicut incarcerati: captiuati et incathenati: quos pij homines liberant misericorditer et dissoluũt. Esa. lviij. Solue fasciculos deprimẽtes dissolue colligationes impietatis: et omne onus dirumpe. Sicut etiam sunt in purgatorio detenti et alligati quos scilicet dei pietas sanctorum orationibus et elemosinis solet dissoluere: et a suis miserijs liberare Gene.xlix. Dissoluta sunt vincula manuum Joseph per manus potẽtis Jaco. Sicut etiam sunt sancti qui per mortem dissoluto corpore liberantur: et ad libertatem glorie deducuntur Phil.j. Desiderium habens dissolui et esse cũ xpo Et.ij. Thimo.iiij. Ego enim iam delibor et tẽpus mee resolutionis instat. Patet ergo quomodo solutio sumi potest vt communiter sumitur in malo. Ponit enim Isido. ꝙ ille serpens qui dicitur seps habet venenũ ita dissolutiuum ꝙ non solum carnem: immo etiam ossa dissoluit. Unde Lucanus dicit. Ossaq dissoluens tabificus seps. Unde audiui non est diu. ꝙ quidam miles peregrinus in syria quendam vermem cum lancea tetigit et occidit: ꝙ ex hoc inuenenatus totum corpus eius in massam carneam horrendam dissolutum est: omni distinctione membrorum submota. Talis serpẽs igitur est dyabolus. quia reuera illos quos per tentationes inuenenat ita dissoluit a virtutibus et eneruat ꝙ viles et horribiles eos faciens: distinctione ⁊ ordine virtuteq et fortitudine eos priuat Abacuc.iij. Asperit et dissoluit gentes: et contriti sunt montes seculi. Dissoluit inquit. Dissolutio enim de sui natura signat.

C Dissipationem virium.
Separationem partium
Remollitionem fortium.
Perturbationem mentium
Tremulationem genuum.
Eneruationem manuum.
Debilitationem motuum
Adnihilationem actuum.
Omnẽ destructionem rerum.
Omnẽ diffamationem morũ.

Sic ergo dicam ꝙ mali per diuersa peccata diuersimode dissoluunt ⁊ euanescunt: et a fortitudine constãtie deficiunt ⁊ tepescunt. et ideo notare possum ꝙ malo modo soluuntur Luxuriosi quos dissoluit calor feruidus. Deliciosi quos dissoluit humor fluidus. Presumptuosi quos dissoluit vapor fumidus. Desidiosi quos dissoluit languor marcidus. Formidolosi quos dissoluit timor gelidus. Litigiosi quos dissoluit furor rabidus. Diuites gloriosi quos dissoluit dolor rapidus. Dic ergo ꝙ est dissolutio luxuriosorum. Unde de Judith ⁊ holoferne luxurioso dicitur. Judith xvj. Judith filia merari in specie faciei sue dissoluit eũ. Sequitur. Sandalia eius rapuerunt oculos eius: pulcritudo eius captiuam fecit animam eius. Luxuriosi dissoluuntur interius in affectione per concupiscentiam: et exterius in conuersatione per morum inhonestam insolentiam: vnde dyabolo qui ipsos dissoluit in persona pharaonis dicitur Ezech. xxix. Lacerasti omnem humerum eorum: et dissoluisti renes eorum: A renibus enim procedit luxuria. Item est dissolutio deliciosorum. scilicet illorum qui cibis et potibus: diuitijs et prosperitatibus delibuti. ab omni fortitudine dissoluuntur: et ad omne bonum opus enerues et inabiles inueniuntur. Mundi enim prosperitas similis est vni fonti germanie: de quo dicit Plinius libro.xxv capi.iij. Quod dulcis quidem apparebat bibentibus sed ita erat dissolutiue et relaxatiue nature: quod bibẽtes infra triduum dentes perdebant. Sic facit mundi deliciosi prosperitas. Mentem enim et cor per tot inania dissoluit: quod dentes et ossa idest omnem fortitudinem tollit Josue.v. Dissolutum est cor eorum: et non remansit in eis spiritus. Bene ergo admonetur anima. Hiere xxxj. vbi dicit. Reuertere ad ciuitates tuas vsquequo delicijs dissolueris filia vaga. Item est dissolutio presumptuosorum seu etiam superborum. qui scilicet dissoluuntur et euanescunt in vanis cogitationibus et elatis Sapientie.ij. Uita nostra sicut vestigia nubis: et tanq̃ nebula dissoluetur. Item est dissolutio desidiosorum seu pigrorum quorum scilicet virtus ita est dissoluta et ignaua quod ad nullum bonum opus attendunt: et ideo miseriam et calamitatem eternam incurrunt. Sicut enim dicitur. Prouerbiorum.xix. Anima dissoluta esuriet. Et Hieremie.vj. Dissolute sunt manus nostre. tribulatio apprehendit nos. Item est dissolutio meticulosorum: illorum scilicet qui sine causa timent et turbantur. et pre timore dissoluuntur et sine fortitudine efficiuntur. Unde.ij. Para.iiij. et.ij. Regum.iiij. Audiuit ysboseth quod cecidisset abner: et dissolute sunt manus eius. Item est dissolutio litigiosorum: qui scilicet faciliter ab inuicem segregantur: ita quod pax et concordia inter eos dissoluuntur. De quo Ecclesiasti.xxij. Qui conuiciatur amico dissoluit amiciciam. Et Ezech.xvij. Qui dissoluit pactum nunq̃ effugiet. Ista autem dissolutio discordie potissime fit per maledicos ⁊ linguosos. qui seminant discordiam inter fratres. Unde Ecclesiast.xxviij. Lingua tertia multos commouit. Sequitur. Uirtutes populorũ concidit: et gentes fortes dissoluit. Item est dissolutio diuitum et gloriosorum: quorum scilicet status quandoq a deo per infortunia: corpora per mortem: anime per tormenta dissoluuntur. Unde Hieremie.xlix. Dissoluta est damascus versa est in fugam: angustia et dolores tenuerunt eam. Sic ergo patet quomodo sufflãte dyabolo peccatores diuersimode dissoluuntur.

Dispensator.

Fidei certitudo: veritate fundata.
Animi fortitudo: firmitate locata.
Timoris mestitudo caritate turbata.
Sapientie limpitudo subtiliter illustrata.
Patientie firmitudo stabiliter radicata.
Obedientie mititudo humiliter explicata.
Sufficientie plenitudo alacriter ampliata.

Iste sunt ergo virtutes q spualiter homine ditant. Fit em ho spualiter diues: p fidei certitudine. Jacob. ij. Pauperes in hoc mundo elegit dns: diuites in fide. Item p animi fortitudinem. puer. x. Substantia diuitijs vibs fortitudinis eius. Vn de Berzellai qui interpretatur fortitudo: dicit. ij. Regu. xix. Erat autem berzellai diues valde. Prouer. xj. Robusti habebunt diuitias. Item per diuini amoris mestitudine. Timor em dni diuitie sunt. Esaie. xxxiij. Diuitie salutis sapientia: et scientia: timor dni ipse est thesaurus eius. Item per sapientie limpitudinem. Sap. viij. Si diuitie appetuntur quid sapientia locupletius? Item per patientie firmitudinem. vn Heb. xj. dicitur: q maiores moyses diuitias reputauit improperiu xpi: thesauris egyptiorum. Improperium dico xpi .i. patientiam in improperio propter xpm. Item per obedientie multitudinem. Obedientia em et humilitas magne diuitie reputantur. Jacobi. j. Glorietur diues i humilitate sua. Item p sufficientie plenitudinem. Sufficientia enim diuitem facit. j. Regum. ij. Dns pauperem facit et ditat: et. ij. Cor. viij. Paupertas eor abundauit in diuitias: qr sicut dr. Prouer. xij. Melior est paup et sufficiens sibi q gloriosus indigens et c. Sed si adhuc contra malos diuites vis notare: dic q isti. K

Superbie flatibus inflantur.	Ista ergo sunt vitia comunia diuitum et reliq influetie diuitiaru. Igitur dico q diuites vt comunit superbie inflamantur flatibus. Et inde e q mal9 diues solet alios per superbiaz excecari et contemnere: et se soluz pre alijs reputare. Eccli. xiij Sicut abhominatio est superbo humilitatis: sic et execratio diuitis pauper.
Tristicie motibus turbant.	
Luxurie fecibus fedant.	
Inuidie facibus cremant.	
Discordie litibus rixant.	
Lasciuie vocibus iocantur.	
Nequicie nexibus ligantur.	
Justicie virib9 priuantur.	
Jactantie ausibus effant.	
Fallacie fraudibus locant.	
Angustie fluctibus vexant.	
Auaricie estibus inflamantur.	
Sufficientie fontibus non potant.	
Substantie vestibus spoliant.	
Ignorantie excecantur obscuris nubibus.	
A glorie foribus releganf.	
In immundicie domibus tumulantur.	

Ite tristicie turbant motibus. Diues enim vt comuniter nunq est letus: sicut de illo pricipe dicitur. Luc. xviij. Contristatus est: quia diues erat. Item luxurie fedantur fecibus vnde de Naaman dicitur. iiij. Regum. v. q ipse erat diues valde: sed leprosus. Lepra enim que inficit luxuriam signat. Inuidie torrent facibus. vn Prouerbiorum. xix. Diues torquens labia sua et insipiens. Item discordie rixant litibus. Vnde illud. Genesis. xiij. Erat enim diuites valde et nequibant habitare simul. Item lasciuie iocantur lusibus. Luce. vj. Ve vobis diuitibus qui hic habetis consolationez vestram: Item nequicie ligantur nexib9. Miche. vj. Diuites eius repleti sunt iniquitate. Item iusticie priuatur legibus. Eccli. xiij. Diues iniuste egit et fremebit. Item iactantie efferuntur vocibus. Prouerbio. xviij. Diues autem effabitur rigide: et illud. Prouerb. xiij. Est quasi diues: cum nihil habeat. Et Apoc. iij. Et dicis quia diues sum et locupletatus et nullius egeo. Item fallacie vtuntur actibus scz mėdacijs et insidijs fallacibus. ps. In insidijs cum diuitibus in occultis vt interficiat innocentem. Item angustie vexatur fluctibus scz laboribus et sollicitudinib9. Eccli. xxxj. Laborauit diues in congregatione substantie. Et Eccli. v. Saturitas diuitis non sinit dormire eum scilicet p timore et sollicitudine. Item inflamantur auaricie feruidis estibus. Vnde de diuite epulone: legitur. Luce. xvj. q eleuans oculos dum esset in tormentis: aquaz petens pro refrigerio dicebat. Crucior in hac flama. flama autem diuitis nihil aliud est: q desideriuz acquirendi qd est auaricia. Item sufficientie non potatur repletis fontibus: nihil em eis sufficit. Prouerb. xij. Est quasi paup cu multis diuitijs sit. Ideo bene dr. Luce. j. Diuites dimisit inanes. Et illd ps. Diuites eguerunt et esurierunt. Item substantie spoliant pristinis opibus: quia .s. latrones et raptores semper vacant ad diuites spoliandum: quod potissime patet in morte: quando mundus eas taliter spoliabit q nihil portabunt. Job. xx. Diuitias quas deuorauit euomet: et de ventre eius extrahet eas deus. Item ignorantie excecantur obscuris nubibus. Vnde Luce. xix. dr:

ꝙ zacheus erat princeps publicanorum ⁊ ipse diues: et non poterat videre Jesum. Tales enim non vident ea que pertinent ad salutem. Un̄ illud predictum. Apoc. iij. Dicit quia diues sum ⁊c. Cum sis miser ⁊ miserabilis ⁊ paup ⁊ cecus ⁊ nudus. Item isti a glorie relegantur foribus. Unde xps videtur illud precipere: sicut patʒ Luce. xiiij. Cum facis prandium aut cenā noli vocare diuites. q. d. Diuites non debēt intrare ad conuiuium paradisi. Math. xix. Diues difficile itrabit in regnū celorum. Item isti in miserie tumulantur inferni domibus. Luc. xvj. Mortuus est diues ⁊ sepultus est in inferno. vn̄ Apoc. xviij. dr̄. ꝙ diuites longe stabāt ab ea scʒ a babylone flentes ⁊ lugentes. quia .s. tales a babylonis .i. a mundi prosperitate longe in inferno positi sunt. Mors depascet eos. ps. xlviij. Bn̄ ergo dr̄. Eccl. v. ꝙ diuitie congregantur in malum dn̄i sui. Et Eccl. xlj. ꝙ mortis amara est memoria homini iniusto: ⁊ pacem habenti in diuitijs suis. Patet ergo: ꝙ de malis diuitibus quot incōmodis taʒ in tpalibus ꝙ̄ eternis de bonis vero diuitibus bene: iuste: discrete ⁊ modeste diuitias administrantibus possumus aliquid dicere. Constat em̄ ꝙ̄ multi boni diuites fuerūt: ⁊ hoc quia diuitias non dilexerūt: sicut de ioseph ab arimathia. Math. xxvij. dicitur. De ioachim viro susanne. Dan̄. xiij. De iosaphat rege iuda ij. Para. xvij. ⁊ de multis alijs in scriptura legit ꝙ iusti erant: ⁊ tamen diuitias possederunt. Igitur nota ꝙ diuitie sunt vtiles: dum tamen.

In mente non habeantur.
Pauperi distribuantur.
Inique non acquirantur.
Auare non custodiantur.

Tales enim diuitie aiam solent redimere. Solent bonam famam spargere. Gloriā solent tribuere. Amicos solēt acquirere. Bene ergo dr̄. Prouer. xiij. Quod redemptio aie viri diuitie. Bene ergo dr̄ in. ps. Pasceris in diuitijs eius ⁊ Eccl. xxxj. Elemosynas illius enarrabit oīs ecclesia sanctorum. Bene ergo dr̄. Prouer. xiiij. ꝙ corona sapientium diuitie. Insuper bene dr̄. Prouer. xix. ꝙ diuitie addunt amicos plurimos: ꝙ ergo diues non debeat diuitias amare patet. Eccl. xxxj. vbi dr̄: ꝙ beatus diues q̄ post aurum non abijt nec sperauit in pecunie thesauris: ꝙ etiam ꝓpter diuitias non debeat aliqs superbire: sed eas humiliter pauperibus erogare: patet vtrunq;. Primum ptʒ per apl'm qui dicit. j. Thi. vj. Diuitibus huiꝰ seculi precipe non sublime sapere: et Hiere. ix. Non glorietur diues in diuitijs. Scd'm patʒ Math. vi. Cum facis elemosynam: noli tuba canere ante te: ꝙ autem facienda sit elemosyna: patet. Eccl. vij. Elemosynam facere ne despicias: ꝙ ipsas etiam nullus debeat male acquirere: nec auare conseruare: sed potiꝰ distribuere: patet Luc. xix. in p̄dicto zacheo de quo ibidem dicitur: ꝙ erat diues: qui tn̄ legitur dixisse. Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus ⁊c. Tali ergo modo diuitie p̄nt proficere: ⁊ tamen si habeantur non sunt amande: sed vt dictum est potiꝰ
M cōtemnende. Et hoc est scd'm principale. ¶ Tertio autem principaliter dico: ꝙ sunt diuitie affectande. Et iste procul dubio sunt diuitie glorie paradisi: que scilicet sunt diuitie: ipsius dei quas ipse distribuit sanctis suis. Unde ipse est qui dicit. Prouerbio. viij. Mecum sunt diuitie et gloria: opes superbe et iustitia. Melior est fructus meus auro ⁊ omni lapide precioso. Ille enim sunt vere diuitie ⁊ veraciter commendande: que habent societatem honorabilem. s. ipsum deum. Mecum inquit sunt.

Satietatem delectabilem: q: diuitie .i. diuitie letitie.
Immensitatem admirabilem: gloria que scilicet est status omnium bonorum aggregatione perfectus.
Utilitatem commendabilem: quia opes idest opem ferentes ⁊c.

Bene ergo dicit Gregor. Si vere inquit diuites cupitis esse veras diuitias amate. Iste sunt em̄ diuitie gloriose: propter annexum honorem. ps. Gloria ⁊ diuitie in domo eius. ⁊ Roma. xj. O altitudo diuitiarum ⁊c. Iste sunt diuitie dulcorose propter cōnexum amorē. Unde Col. ij. dr̄ ꝙ sancti sunt instructi in charitate ⁊ in oēs diuitias plenitudinis. Iste sunt diuitie copiose propter immensum decorē seu dulcorem. Phil. iiij. Deus autem meꝰ impleat omne desideriū vestrum s̄m diuitias eius. Ista ergo de diuitijs: vitiosis: virtuosis ⁊ gloriosis sufficiant ⁊c.

Diuidere.

Nota ꝙ diuidere idē est qd̄ disiungere: segregare: dispergere: distre- A

Accipitur em̄ diuidere generaliter in scriptura in bono scilicet ⁊ in malo.

Pro largitate distributiua.
Pro prudentia ordinatiua.
Pro discordia segregatiua.

Accipit em̄ pro largitatis distributiōe. Et sic accipit in ps. Diuisit eis terrā in funiculo distributionis. Item accipit pro prudētia ordinatione. Et sic sumitur Exo. xj. ca. Scias quāto miraculo diuidat deus egyptios ⁊ israel. Et sic etiā pcipit Leui. xj. ꝙ oē qd̄ hʒ diuisam vngulā ⁊ ruminat mundum esset. Ungulā em̄ diuidere: nihil aliud est ꝙ̄ opꝰ suū districte facere: distinguere ⁊ ordinare. Itē accipit pro discordie dissensione. Un̄ Lu. xj. Omne regnum in se diuisum desolabit. Et Act. xiiij. Diuisa est multitudo ciuitatis ⁊c. ¶ Dicamus ergo ꝙ est quedā diuisio B
vitiosa. Et sic dicamus aliqua de diuisione inquantū pōt significare discordie separationem. Sicut em̄ vnitas ⁊ integritas amoris ⁊ cōcordie dissipat: sicut etiā s̄m Arist. Apes in eodē alueari qn̄q; in plures partes diuidūtur: ita ꝙ vna pars sequitur vnū regē: altera alteri copulat: sic vere charissimi in alueari religionis ⁊ ecclesie multi sunt hodie diuisi et p discordiā segregati: non est ibi vnitas perfecti amoris. Unus em̄ sequit vnū regē xp̄m vel bonū prelatū. Alius ꝓcerto aliū scʒ malū prelatum. vel dyabolum vult habere. Ista potissime apparēt in electionibus in qbus vt cōiter homines per particulas se diuidunt. Ita ꝙ singuli suum sequuntur ⁊ eligunt scʒ alter ab altero per discordiam se diuidunt ⁊ seiungūt. Gen̄. xiij. Diuisi sunt alterutrū a fratre suo. Et. iij. Reg. xvj. dicitur Diuisus est populꝰ in duas partes. Talis ergo diuisio fugienda est et penitus abhorrēda. Filij em̄ eiusdem patris ꝙ̄diu sūt in simul melius tenent hospitiū ꝙ̄ diuisi. Milites bene vniti fortius faciunt prelium. Corizantes etiam bene coniuncti pulchrius faciunt tripudium si vero diuisi fuerint abinuicem. tunc facilius hospitiū dilabitur tunc prelium faciliter vincitur. tunc et tripudium diffamatur et turpius iudicatur. Sic reuera charissimi si vniti fuerimus per concordiam et amorem. tūc procerto domum ⁊ hospitium cōmunitatis nostre meliꝰ gubernamus. contra hostes melius militamus. ⁊ coram deo melius per bona opera ludimus ⁊ tripudiamus. Si vero per discordiā diuisi fuerimus. tunc vero virtus nostra diminuit: ⁊ ad omne bonū operādū debiles inuenimur. De tali ergo diuisione loquit Job xxviij. Lapidem caliginis ⁊ vmbram mortis diuidet torrens. Et illud. j. Machabeo. ix. Diuisi sunt equites in duas partes. Et possumꝰ notare si volumus: ꝙ talis diuisio ⁊ discordia oriri solet

A supernorum obliuione.
A terrenorum ambitione.
A detractorum suggestione.

¶ Fit igitur diuisio discordie supernorum obliuione. C
Sicut em̄ fila in tela aranee quāto plus a cētro elōgāt tāto plus a seinuicē distinguunt seu diuidunt. Et quāto plus appropinquant ad centrū: tanto magis inuicem coniunguntur. Sic procerto homines quāto a cētro: id est a deo ⁊ a bonis terrenis per obliuionē amplius sunt remoti: tāto ꝓcerto ab inuicē magis per discordiam sunt diuisi: et econuerso: illi qui centro: id est deo per amorem ⁊ desiderium coniungūtur inter se cōcorditer ⁊ vnanimiter connectuntur. Unde enim charissimi diuisiones ⁊ dissensiones inter nos: nisi quia a deo sumus per peccatū remoti. Si enim deo per charitatem appropinquaremus: semper inter nos vnitatē ⁊ cōcordiam

tem ⁊ concordiam haberemus. Ideo dr̃ Iudic.v. Di-
uisso contra se rubẽ magnanimorum contẽtio reper-
ta est. Si eñ a ruben .i. a deo prius per peccatum di-
uidimur necesse est vt inter nos contentio generetur.
Causatur ergo illa diuisio ex supernorum obliuione.
Alio modo causatur ex terrenorum affectione. Sicut
enim teste pinee stricte ⁊ coniuncte: si super ignem po
nuntur statim ab inuicem diuiduntur. Sic vere illi q̄
inter se debent esse stricti scꝫ iuncti ⁊ vnanimes ⁊ con-
cordes: si in igne auaricie fuerint calefacti. Per rixas
⁊ discordias diuidentur: ⁊ per lites ⁊ odia seiungent.
Ardor enĩ ⁊ amor acquirendi terrena sepe solet discor
diam generare. Ideo de loth ⁊ abraaꝫ dicit. Geñ.xiij.
ꝙ cum essent valde diuites nequibant habitare cõmu
niter: sed diuisi sunt alterutrum a fratre suo. Causat
ergo ex terrenorum affectione. Iterum causatur ex de
tractorum suggestione. Stagnum enim talis est na-
ture: ꝙ si misceatur cum alijs metallis inuicem con-
iunctis ⁊ mixtis solet ipsa diuidere ⁊ etiam ab inuiceꝫ
penitus separare. Et ideo ꝑm Isid. Stagnũ grece ethi
mologizatur separans ⁊ discernens. Sic vere carissi-
mi si detractor misceatur ⁊ adiũgatur aliqua societa
te: vbi metalla.i. persone diuerse per amorem ⁊ concor
diam sunt vnite: ipsos ꝓculdubio suis verbis detra-
ctorijs: suis falsis relationibus ⁊ infamationibꝰ: suis
inuidijs ⁊ malignis conspirationibus: ab inuicem di
uidet ⁊ separabit: ⁊ per lites discordiaꝫ ⁊ odia: ab amo
re ⁊ concordia mutuis segregabit: de quo potest dici
illud.iiij. Reg ij. Currus igneꝰ ⁊ equi ignei diuiserũt
vtrunqꝫ. Detractores enim dicuntur currus: propter
strepitum detractionis: dicuntur equi propter super-
cilium elationis dicuntur ignei: ꝑpter violentiam af
flictionis. Affliguntur enim more ignis omnes: cum
quibus conuersantur. Et isti ꝓcerto habent alios di-
uidere scꝫ ab amore mutuo separe: ita ꝙ quilibet talis
potest vocari phaleg: quod interpretatur diuisio. Nã
iuxta illud. Geñ.x. Nomen viri phaleg: eo ꝙ in diebꝰ
D eiꝰ diuisa est terra. Ista est ergo diuisio vitiosa. ¶ Sꝫ
adhuc dico ꝙ quedam est diuisio virtuosa. Et sic diui
sio accipitur pro erogare ꝓ dispergere: pro distribuere
Sicut enim in medulla seruatur humor arboris radi
caliter: ⁊ ibi naturaliter generatur: qui postmodũ ad
nutriendum ramos arboris diuiditur: ⁊ a natura di-
stribuitur ⁊ erogatur. Sic procerto carissimi: arbor.i.
bonus homo ⁊ pius: humorem bonorum naturaliũ
quem in medulla sua.i. in secretis suis absconditis et
ĩ arcis acquisiuit ⁊ aggregauit: debet loco ⁊ tempore
ramis.i. pauperibus diuidere ⁊ misericorditer eroga-
re: ꝑm ꝙ quẽlibet viderit indigere. Iuxta illd̃. Actuũ.
ij. Diuidebant omnia omnibus ꝓut vnicuiqꝫ opus
erat fimus enim nihil valet ꝙdiu est in simul. Cuꝫ er-
go diuisus ⁊ per terras dispersus fuerit: tunc facit ter
ram fructificare. Sic vere diuitie ꝙdiu sunt congrega
te: nihil proficiunt possessori. Si vero diuise fuerint ⁊
debite erogate: tunc vere faciunt magnum fructum:
⁊ in presenti seculo ⁊ futuro. In presenti dico seculo: qꝛ
vt communiter illi, qui libenter sua donant (dum tamẽ
dent debite ⁊ discrete) solent recipere potiora. Iuxta il
lud. Prouer.xj. Alij diuidunt propria ⁊ ditiores fiunt
E alij rapiunt non sua ⁊ semper in egestate sunt. ¶ De
diuisione ergo liberalitatis potest exponi illud. ꝓuer.
v. Deriuentur fontes tui foras ⁊ in plateis aquas tu
as diuide. In quibus verbis ostenditur: ꝙ talem diui
sionem tria solent cõmuniter comitari scꝫ.

Terrenorum multiplicatio
Egenorum refrigeratio.
Vitiorum eliminatio.

Per elemosinaꝫ enĩ terrena multiplicãtur: quod
ostenditur nomine fontis: qui quanto plus de aqua
sua diuidit: tanto amplius ab interiori recipit. Item
egeni refrigerantur: quod ostenditur cum dicit. Deri
uentur foras.i. ad pauperes ⁊ extraneos. Item pecca
ta purificant: quod ostenditur cum dr̃. Aquas que.s.
habent sordes lauare. ¶ Primo ergo dico: ꝙ per ta-
lem diuisionem.i. per elemosynam distributioneꝫ ter
rena multiplicãtur: qd̃ ostendit cum dr̃. fontes. fon
tes enim aquam suam continue habent distribuere.
Unde quantoplus de aquis suis diuidunt ⁊ distribu-
unt exterius: tãtoplures ibi veniunt ab interius. Sic
proculdubio est de bonis diuisoribus ⁊ distributori-
bus. Continue enim aquas bonorum suorum tpali-
um alijs distribuunt ⁊ largiunt: sed quantoplura so
lent alijs distribuere: tãto plures aque ⁊ plura bona
solent eis ab interiori ⁊ ab occulta dei ꝓuidẽtia ⁊ grã
peruenire. Iuxta illud predictuꝫ. Prouer.xj. Alij diui-
dunt propria ⁊ ditiores fiunt ⁊c. Isti ergo sunt fontes
Ideo de talibus pijs ⁊ benignis personis põt dici illd̃
Esaie.lviij. Eritis sicut ortus irriguꝰ: ⁊ sicut fons aq̃-
rum cuius non deficient aque. Pauperibus etiam po
test dici illud. Esa.xij. Haurietis in gaudio aquas de
fontibus saluatoris. Unde de tali fontali diuisiõe dr̃.
Genesis.ij. ꝙ fons paradisi: diuiditur ĩ quatuor flu-
mina. Dic si vis: ꝙ isti sunt similes lapidi qui dr̃ eni-
dros sicut supra dixi. Diuidamus ergo bona nostra:
vt terrena multiplicentur. Deinde debemus ea diui-
dere: vt egeni refrigerentur seu dulcificentur: qd̃ osten
ditur cũ dr̃. foras. fontes eñ habent aquam suaꝫ cõ
tinue distribuere: qd̃ õnditer cũ dr̃. foras deriuentur
Per foras eñ intelligunt illi: qui sunt remoti ⁊ nobĩ
incogniti ⁊ ignoti: scꝫ paupes ad quos ꝓculdubio de
bemꝰ bona nr̃a deriuare ⁊ erogare. Uñ in ꝑsona hoĩs
pij ⁊ misericordis dicit. Iob.xxxj. foris nõ mansit pe-
grinus: hostium meum viatori patuit. Et istud est cõ
tra multos qui bona sua non diuidunt foras: imo in
tus .i non ignotis: sed cognitis. Non remotis: sed ꝓ
pinquis: non pauperibus: sed diuitibus: non meliori
bus: sed peioribus. Istud (vt de alijs taceam) optime
patet in multis ecclesiarum prelatis: qui vere bona be
neficia ecclesiarum suaruꝫ optime diuidunt illis qui
intus sunt: non illis qui foris sunt ⁊ extranei: sed ser-
uis indignis: cõpatriotis. familiaribus ⁊ parentibus
Illi vero qui foris sunt scꝫ extranei ⁊ remoti: quantũ-
cunqꝫ sufficientiam habeant: nihil reportant: similes
saturno qui suos tantũ iuuat: oĩbus aũt alijs nocet.
Iuxta illud. Prouer.xvij. Inter fratres hereditateꝫ di
uidet. Istud autem figuratum est. Ioh.xviij. vbi dicit:
ꝙ Petrus stabat ad hostium foris. Discipulus autẽ
ille qui erat notus pontifici introduxit eũ in atriũ ⁊c.
Petrus enim.i. quilibet bonus hodie foris stat: ⁊ nisi
notitia pontificis.i. prelati familiaritas operetur: fo-
ris perpetuo stabit: iuxta illud: qd̃ dictũ est xp̄o. Luc.
xviij. fratres tui foris stant. fratres enim xp̄i sunt bo
ni pauperes ⁊ sapiẽtes: ⁊ docti: qui proculdubio foris
multotiens extra statum promotionis dimittuntur
vbi insufficientes plurimi introducuntur Iuxta illd̃
qd̃ in persona xp̄i dicit in.ps. Amici mei ⁊ ꝓximi mei
de longe steterunt. Non sic ergo: sed diuisiones distri
butionum nostrarum taliter fiant vt egeni refrigerẽ
tur. Exemplo xp̄i de quo dr̃: ꝙ quinqꝫ panes ⁊ duos
pisces diuisit hominibus. Ioh. Deniqꝫ dico: ꝙ taliter
debent fieri: ꝙ crimina purificentur qd̃ ostenditur cũ
dicit. Aquas. Aquis enim temporalia seu diuitie seu
elemosyne cõprobant. Aquas inquit tuas. Sicut eñ
aqua extinguit ignẽ: sic elemosyna extinguit peccatũ
ꝑm ꝙ dr̃. Eccli.iij. Iste ergo aque sunt pro deo diuidẽ-
de. Exo.xiiij. Extende manum tuam supra mare et di-
uide illud. ⁊ Genesis.j. Diuisit aquas ab aquis dñs
Bene ergo dico: ꝙ talis diuisio ⁊ erogatio.

facit crimina purificari.
facit pauperes refrigerari.
facit terrena multiplicari.

Ista est ergo diuisio virtuosa. Sed si aliquan tulum
magis complete vis distinguere: dic ꝙ tam in bono
quaꝫ in malo significato multiplex diuisio reperitur:
videlicet.

Diuisio qua vtitur deus.
Diuisio qua vtitur iustus.

Diuisio qua vtitur malus.
f ¶ Deus enim aliqua diuidit ordinatiue: distributi
ue: separatiue. Diuidit enim deus reru3 negotia di
stinguendo cuncta sapienter: ⁊ hoc est vnum diuide
re ordinatiuu3: sicut Genesis .j. ꝙ deus diuisit aquas
que erant sub firmamento: ab aquis que erant sup
firmamentū. Diuisit inquit: idest distinxit. Unde de
diebus a deo ordinatis: dicit. Eccli. xxxiij. Facto sole ⁊
preceptum custodiente: per dei sapientiam diuidunt
Item diuidit deus sua stipendia largiendo cunctis af
fluenter. Et sic ꝑcerto deus diuidit.
Gratiam iustis spiritualiter.
Terrena multis liberaliter.
Eterna beatis supernaliter.
Diuidit inquit et distribuit gratiam suis deuotis ⁊ fi
delibus j. Cor. xij. Diuisiones gratiarum sunt: vnus
autem spiritus diuidens singulis ꝓut vult. Diuidit
etiam terrena cunctis mortalib9. Constat enim ꝙ eti
a3 quo ad temporalia: status cuiuscunq3 a deo sibi di
stribuitur: ⁊ ipsa terrena a deo diuersis diuersimode
diuiduntur. ps. Sorte diuisit eis terram in funiculo
distributionis. Diuidit insup eterna premia beatis
promerentibus: de quo dicitur .j. Para. xvj. ꝙ ipse be
nedixit populum in nomine dñi: ⁊ ipse diuisit vniuer
sis per singulos cibaria. Unde de illa diuisione bono
rum dicit. Esai. ix. Exultant victores capta preda quā
do diuidūt spolia. Et sic patet: ꝙ deus diuidit sua sti
pendia: que sunt sua gratia: terrena bona: ⁊ eterna p̄
mia: largiendo cunctis affluenter. Item diuidit dñs
sua supplicia seiūgēdo multos cōdolēter seu violēter
Et ista ē illa diuisio qua de9 hoīes ab inuicē diuidit
cōtra propriā voluntatem. Prima eñ diuisio dei per
tinet ad eius sapientiam. Secunda pertinet ad eius
gratiam. Tertia pertinet ad eius seueritatem ⁊ iusti
ciam. Prima vt dictu3 est fuit ordinatiua. Scđa fuit
distributiua. Ista aute3 tertia sc3 separatiua est semp
actiua ⁊ molestatiua Et ꝑm istā dico ꝙ deus diuidit.
Animam a carnis societate.
Iustos a mundi prosperitate.
Damnatos a sanctorum cōmunitate.
Diuisionem carnis ⁊ anime facit deus cū mortis gla
dio. Mors enim est ille acutissimus gladius: qui di
uidit: scindit ⁊ soluit vnitatem iuncture sc3 copulam
⁊ presentiam amicorum: vnitatem mundane glorie:
vel picture. De gladio ergo mortis omnia taliter di
uidenta: potest dici illud .iij. Reg. iij. Dixit autem rex
Afferte mihi gladium. sequitur. Diuidite infante3 vi
uum in duas partes. Ista eñ est diuisio flebilissima
q2 non solum mors corpus ab anima solet diuidere:
immo etiam vermes corpus in multas partes sibi cō
diuidunt: ⁊ qđ peius est demones animam forsitā tor
mentis scindunt. Unde plorans ⁊ eiulans dicere pōt
hō illđ. ps. Diuiserunt sibi vestimēta mea ⁊ sup vestē
meam miserunt sortem. Etiam istud potest applica
ri ad bona terrena ipsorum: humanorum ⁊ ad eorum
potentiam secularem: q̄ scilicet a deo per mortem vel
infortunia diuiduntur: ⁊ ꝑm occultam dei ꝓuidenti
am in diuersas particulas distinguunt. De illo enim
maximo flumine gange dicit Orosius: ꝙ ꝙuis habe
at centum passus in ꝓfunditate: octo milia passuū ⁊
quandoq3 viginti milia in latitudine. Cyrus tamen
rex persarum ipsum in mille trecentos ⁊ sexaginta al
ueos diuisit: ⁊ sic fluuium illum maximum vadabilē
exercitui suo fecit. Sic vere dico: ꝙ non est dare fluui
um .i. fluxibilem ⁊ mortalem hominem ita magnu3
quem deus non quandoq3 per mortem ⁊ infortunia
diuidat: ⁊ potentiā eius diminuat atq3 scindat. Ma
gnus enim fluuius absorbens omnia. fuit Alex. cui9
tamen imperium statim eo mortuo in quatuor impe
ria est diuisum: sicut dicitur .j. Macha. i. Maximu3
fluuium fuit romanum imperium: per quod procul
dubio absorpte sunt multe gētes: et in quo multe hor
rende belue habitauerunt que mundum suis tempo
ribus molestarunt. Nunc vero in quot partes diui
sum sit attendite: ⁊ ꝙ nihil habeat integrum videte.
Rex enim cyrus qui Esa. xlv. dicitur. Xp̄s dei .i. xp̄s do
minus sicut per suā occultam prouidentiam certis so
let temporibus diuersa simul coniūgere: ⁊ de multis
vnū imperium facere: sic etiam solet ecōuerso illa om
nia sic iuncta diuidere: ⁊ peccatis exigentibus ab inui
cem deunire. Et non mirum. Nam si illa que natura
liter vnum fiunt .s. diuersa elementa in omni re: ⁊ aīa
⁊ corpus in homine necessario ab inuicem diuidūtur:
multomagis illa que per violentiam fiunt vnum .s. re
gna ⁊ imperia: que in aliorum preiudicium magna et
maxima quandoq3 fiunt per violentiam ⁊ rapinā: diu
durare sine diuisione non possunt. Cū ꝑm Senecam.
Nihil violentū diuturnū: immo scindūtur ⁊ diuidun
tur: ⁊ quandoq3 prorsus desinunt ⁊ deficiūt: vnde Da
nie. v. Illi magno regi Balthasar dictū est per manū
in pariete scribentē. Mane thechel phares. Et sequi
tur. Diuisum est regnum tuum: ⁊ datum persis ⁊ me
dis. Tales ergo diuisiones figurant in mari rubro et
in iordane: quorum aque mirabiliter sunt diuise. Si
cut de iordane dicitur Josue. iij. Et de mari rubro. Exo
di. xiiij. Extende manū tuā supra mare ⁊ diuide illud:
quia sc3 mare ⁊ flumina .i. potētes ⁊ eorum regimina
diuine subiacēt ordinationi: ⁊ finaliter necesse est ꝙ ꝑ
mortem ⁊ infortunia subsint miserie ⁊ diuisiōi. ps. Di
uisit mare rubrum in diuisiones. Diuisionē ergo ani
me ⁊ corporis facit deus: cum mortis gladio. Diuisio
nem iustorum a mundi prosperitate facit deus cu3 in
fortunio. Facit enim sicut nutrix que volens puerum
a lacte diuidere ⁊ separare: solet aliquid amarum sup
mamillam ponere: cuius gustu puer mamillam cogi
tur abhorrere. Sic deus pueris suis amara tribulami
na in mūdo tribuit: quoru3 gustu ipsos ab amore pro
speritatis seiungit: vt iustis dicere possit illud Esaie.
lvj. Separatione diuidet me dominus. Diuisionē au
tem impij: ⁊ a sanctorum societatē facit dominus du
ro iudicio: quia scilicet in iudicio mali a deo a paradi
so et a sanctoru3 consortio diuident. De quo Exo. viij.
Videt deus loqui pharaoni .i. diabolo dicens sic. Po
nam diuisionē inter populū meum ⁊ populum tuum
Et ideo mons oliueti in quo fiet iudiciu3 poterit dici
mons diuisionū .j. Paralipome. xiij. Nomen loci di
uisio. Deus etiam poterit dici phaleg quia sicut dicit
Gene. x. In diebus eius diuisa est terra. Sic ergo pa
tet ꝙ multiplex est diuisio: qua vtitur deus qđ est pri
mū pncipale. ¶ Secūdo principaliter dico: ꝙ est alia G
diuisio qua vtit iustus. Justi enim multis vtūtur bo
nis: ⁊ sanctis diuisionib9: q2 sc3 isti Diuidūt
Seipsos omnibus vtiliter obsequendo.
Cōmunia inter se pacifice discernendo.
Se a malis horū consortia fugiendo.
Propria alijs gratifice succurrendo.
Peccata ipsa in cōfessione debite distinguēdo.
Dico ergo ꝙ iusti seipsos diuidūt cūctis vtiliter obse
quentes. Teste enim Tullio in officijs Cicero. Parte3
patria: partem liberi: partem amici in nobis sibi ven
dicant: q2 .s. sicut idem dicit alibi: nos nobis solis na
ti nō sumus: sed poti9 alter alteri9 cā. Cepa enim cro
ci si scissa ⁊ diuisa fuerit: de qualibet particula crescit
planta: que si integra consisteret sola vna planta na
sceretur. Sic vere si homo in multas partes ad aliorꝫ
obsequia ⁊ vtilitates se diuidat: de qualibet particula
id est de quolibet obsequio spiritalē fructū ⁊ meritum
a deo recipit ⁊ reportat. Si vere solus ⁊ integer volue
rit remanere: ⁊ sibi soli proficere ⁊ de alijs nō curare:
min9 de fructu meritorꝫ habebit a deo reportare. Acti
ua enim vita ex hoc fructuosior contemplatiua dici
tur: q2 plurib9 proficere comprobatur. Utilis est ergo
et meritoria sui ipsi9 diuisio: ⁊ ad alienas vtilitates ap
plicatio vt de tali diuisione intelligi possit illud Luc.
xij. Erūt quinq3 in vna domo diuisi duo in tres: ⁊ tres
in duo diuidentur. Et isti figurantur in animalibus
de quibus

de quibus dr. Leuit.xj. Quod illa que diuidunt vngulam erunt munda. Ungulam enim diuidere nihil aliud est ꝙ opera sua in plures partes distinguere. Ungula enim que est extremitas pedis: signat opus quo illa extremitas terminatur. Pes idest affectus cordis quia sicut pes vngula induitur: sic affectus exteriori opere circuit. Patet ergo quomodo iusti se diuidunt cunctis vtiliter obsequentes. Adhuc dico: ꝙ iusti diuidunt se ab alijs: et maxime a malis ipsorum consortia fugientes. Apostolus enim dicit: ꝙ non est participatio lucis ad tenebras. Et ideo Gen.j. dicitur. Et deus vidit lucem ꝙ esset bona: et diuisit lucem a tenebris. Bona inquit: quia scz iustorum bonitas deprauatur nisi a malorum consortijs diuidatur. ¶ Iterum iusti diuidunt cōmunia inter se pacifice quilibet enim est contentus iure suo et ideo non appetit alienum: et ideo pacifice condiuidunt: diuidenda .ij. Regum.xix. Tu et siba diuidite possessionē. Josue.xj. et Josue.xxij. Omnem predam diuiserunt sibi. Denique dico: ꝙ iusti diuidunt alijs gratifice largientes. Justi enim sua solent alijs diuidere: et de bonis suis alios refouere: bonis dico suis scz diuitijs temporalibus Sicut de Thobia legitur. Thobie.j. ꝙ diuidebat vnicuique put poterat de facultatibus suis. Sed de istis vide supra ad plenū. De scientijs etiā salutaribus: quas.s. iusti debent alijs diuidere docendo et predicādo. Dicitur Prouer. v. In plateis aquas tuas diuide. vnde de sapiente doctore dr. Prouer.xvij. Seruus sapiens dominabitur filijs stultis: et inter fratres hereditatem diuidet. Hereditatem dico s. doctrine et scripture. De exēplis etiam et virtutibus: correctionibus: et orationibus: quia scz omnia ista debemus alijs impendere et diuidere: et ipsos bonis nostris exemplis correctionibus et exemplaribus informationibus adiuuare: dicendo scilicet illud. ps. Exultabo et diuidam sicimam: et conuallem tabernaculorum metibor. Rursum autem dico ꝙ iusti diuidunt propria peccata ipsa confitendo: debite distinguentes. Unde de behemoth per quem intelligitur corpus peccati: vel ipse dyabolus Dicitur. Job. xl. ꝙ concident ipsum amici: diuident illum negociatores: qr scz amici et negociatores virtutum scz viri iusti debent behemoth.i. peccatum proprium in confessione scindere et diuidere: et ipsum distincte dicere et narrare. Sic ergo patet quomodo est multiplex diuisio q vtitur iustus. Et hoc est scdm principale istius vltime
b distinctionis. ¶ Tertio principaliter dico: ꝙ est diuisio: qua vtitur malus. Et sic nota ꝙ mali et peruersi homines tam in pñti ꝙ in futuro diuiduntur.

A seipsis: dum per negocia distrahunt.
A deo: dum per nequicias dissoluuntur.
Ab ecclesia: qñ per scismata disiungunt.
A proximis: qñ discordijs dirimuntur.
A paradiso: quando in inferis includunt.

Et diuidūt mali. Aliena etiam dum ipsa rapiūt et furant. Bona etiam consortia dum detractorie proloquunt. Ista est enim quintuplex malorum diuisio passiua: et duplex actiua. Diuidunt ergo mali a seipsis: dum distrahūtur per negocia. Omnis enim qui in exterioribus occupatur: necesse est ꝙ per multas sollicitudines diuidatur: et ꝙ ab interioribus deuotionis contemplationis: vel studij meditationibus distrahatur: sicut marthe dictum fuit. Job.xj. Martha martha sollicita es et turba. erga plurima. j. Cor.vij. de vxoratis et mundanis dr. Qui cum vxore est sollicitus que sunt mundi et diuisus est. Item diuidunt a deo dum corrumpūtur a nequicia. Peccatum enim mortale diuidit animam a deo. Esaie.lix. Iniquitates vestre diuiserūt inter vos et deum vestrum. ¶ Item diuiduntur ab ecclesia et etiā a fide per scismatica dissonantia. Scismatici enim sunt illi: qui se a fide catholica vnitate per diuersa diuidunt: et qui etiam ipm xpm et eius fidem ꝙtum in se est destruūt atque scindūt: peiores.i. ipsis militibus qui xpm crucifixerunt: quia scilicet ossa ipsius nō fregerunt et tunicam xpi inconsutilem: per quā fides xpi vel ecclesia designatur indiuisam et integram dimiserunt dicentes. Nō scindamus eā: sed sortiamur cuius sit. De istis tamen potest dominus dicere illud. ps. Diuiserunt sibi vestimenta mea. Tales erant primi illi xpiani: qui baptismum diuidebant: et ipsum quādo ab vno dabatur meliorem ꝙ datum ab altero reputabant dicentes. j. Cor.j. Ego quidem sum Pauli ego autem apollo. ego vero cephe: ego autē xpi: quos statim reprehendit apłus dicens. Ergo diuisus ē xps q.d. Non debet sic esse. Isti ergo diuiduntur a christo et ecclesia: per scismatica dissonantia. ¶ Itez diuidūtur a proximis dissensione et discordia: contra quod cōmendatur. Saul et Jonathas. ij. Regum. j. de hoc. s. ꝙ amabiles erant in vita sua: in morte quoque nō sunt diuisi. Sed de diuisione discordie dictum est supra eodem satis plene. Item diuiduntur a paradiso damnatione et tristicia: seu a dei punitione et iusticia. Unde ī iudicio verificatur illud. Job.xxviij. Lapidem caliginis et vmbram mortis diuidet torrens a populo pegrinante. Mali enim qui lapis propter obstinationem vmbra et caligo propter obnubilatam in eis rationem dicuntur torrens. i. impetus iudicij diuidet: ne cū populo peregrinante. i. cum sanctis in celorum habitaculis hospitentur. Unde de deo tunc irato contra eos: dr in ps. Diuisi sunt ab ira vultus eius. Et merito: qr tunc de deo verificabit illud. Esa.xxviij. Dominus in mōte diuisionum stabit. Item dico: ꝙ mali diuidūt scilicet inter se et suos aliena bona cum rapina et iniusticia. Unde de raptoribus loquitur in. ps. dicens Dixit inimicus persequar et comprehendam: diuidam spolia: implebitur anima mea. De quibus conqueritur dñs Joel.iij. dicens. Terram meam diuiserunt sibi: et super populum meum miserunt sortem. Ad literam enim tyranni hodie inter se diuidunt et terram et spolia: idest possessiones et mobilia aliorum. ¶ Item diuidunt alios detractoria eloquentia: quia scz detractio est illud quod plus solet in cōmunitate dissensionē et diuisionē et discordiā generare. Unde de quolibet detractore dici pōt illud. j. Regum.xxiij. Uocauerunt hunc locū petram diuidentē. Et figuretur in illo azahele rege syrie: cui dictum est. iiij. Reg.viij. Ciuitates succendes et iuuenes interficies gladio: paruulos allides et pregnātes diuides. Constat enim ꝙ per verba detractorum et maledicorum: ciuitates. i. ciuium vnitates: et quelibet cōcordes cōmunitates per iracundiam succenduntur. Multi etiam per eos ad literam interficiuntur: et illi qui sunt pregnantes sufficientijs et meritis: quādoque per discordiam et odia diuiduntur. Sic ergo patet triplex generalis diuisio scilicet. Una qua vtitur impius Alia qua vtitur iustus. Alia qua vtitur deus: sufficit Uide de separare: et similibus.

Diuinus. Diuinare.

Diuinare proprie dicitur res diuinas sibi attribuere: vel diuina opera exercere: vicem de occultis et futuris scientiam vendicare. Sicut ergo prophetia vt cōmuniter accipitur in bono tanꝙ scilicet a spiritusancto īspirata et reuelata. Sic diuinatio in malo sumitur: tanꝙ res ad diuinos pertinens vsurpata: et per reuelationes demonum publicata. De talibus ergo ꝙ isti sunt fallaces et seductores: patet Hier. xxvij. et Hier. xxix. Non vos seducant diuini vestri: et ne attendatis ad somnia: ꝙ sint etiam mendaces prolocutores: patet Zach. x. vbi dicitur. Diuini viderūt mendacium: et somniantes frustra locuti sunt: ꝙ etiā sint finaliter cōfusionis et verecundie possessores et successores. patet Mich.iij. vbi dicitur. Confundent diuini et operient vultus suos omnes. ¶ Sz si vis moraliter loquendo: dic ꝙ per diuinos intelligūtur illi qui futura sperant inaniter: sicut scz sunt illi qui quicqd imaginantur futurum: aduenire credunt: et maxime illi qui sperant diu viuere et in fine penitere: et similia. Diuinare enim videnf de futuris illud quod forsitan nunꝙ a

erit. Sicut etiaꝫ sunt illi qui de alijs male existimāt nimis faciliter: sicut scilicet sunt illi qui modica occasione diuinant ꝛ presumunt malum vel bonum inesse homini cuicunqꝫ ꝛc. similia. De rebus autem vel personis diuinis nihil dico ad presens: sed solum ꝙ illud negocium dicitur diuinum: quod est catholicuꝫ atqꝫ sanctum. Sicut dicitur lex diuina: virtus diuina plaga diuina ꝛc.

A **Docere. Doctrina.** Nota ꝙ docere nomē est autoritatis. Doceri est nomen vtilitatis. Doctores enim valde sunt necessarij in ecclesia militante. Omnis enim ars ꝛ scientia ignoratur nisi per aliquem doceatur. Doctores enim sunt in ecclesia: sicut os in animali: ꝛ sicut radix in arbore. Os enim cibos recipit quos tandem ad corpus nutriendū transmittit. Radix etiaꝫ de terra sugit humorem de quo tandem rami arboris nutriuntur. Aquila etiam quando videt ꝙ pulli nimis iuuenes sunt: nec adhuc carnem possunt comedere: solet de preda sanguinem sugere: ꝛ pullis esurientibus ministrare. Sic vere carissimi doctores de terra .i. de deo vel a libris humorem scientie ꝛ doctrine. Primo solent studendo sugere: bibere ꝛ acquirere: ꝛ tandem in filios idest in auditores ꝛ subditos docendo ꝛ predicando diffundere ꝛ eos verbo dei salubriter enutrire. Ideo in persona cuiuslibet doctoris dicit dauid i. ps. Uenite filij audite me timorem domini docebo vos. Aduerte tamen ꝙ ille qui vult alios docere: necesse est vt primitus doceatur. Ut enim dicit quidam sapiens. Non debet formaꝫ doctoris accipere: qui formam discipuli nō assumpsit. Nōne ad hoc ꝙ animal quodcunqꝫ vt cōmuniter lac possit habere ꝛ fetus lacte nutrire: necesse est quod primitus impregnetur. Certe sic: pregnities enim lactationem precedit. Sic vere dico: ꝙ ad hoc ꝙ aliquis possit alijs lac doctrine distillare: necesse est: ꝙ ipse prius scientia impregnetur: ꝛ bonis doctrinis ꝛ vtilibus fecūdetur: quia breuiter qui alios vult docere: dꝫ primo doctrina ꝛ sapientia pregnans esse vnde Dan. xj. Docti in populo docebunt plurimos. q. d. ad doctos nō ad alios ptinet alios docere. Multi tamen sunt hodie qui prius volunt docere quam addiscere: prius esse magistri quam discipuli: prius esse doctores quam auditores. Isti sunt similes gramini. Sicut enim Plinius dicit. Gramen est quedam herba minuta: que quantoplus colligitur: tantoplus multiplicatur. Si eniꝫ ad libitum crescere dimittatur: valde libenter prorumpit in semen: ꝛ sic faciliter desiccatur: ꝛ perdit pulcritudinem ꝛ decorem. Sic procul dubio carissimi: hō quantoplus conculcatur vilipenditur ꝛ disciplinatur: tanto vt cōmuniter magis valet vel viret. ps. Miserere mei deus quoniam cōculcauit me homo. Multi enim sunt ita presumptuosi: ꝙ si ad libitum dimittuntur: statiꝫ volunt in semen prorumpere: ꝛ semen doctrine alijs effundere aliosqꝫ instruere ꝛ docere. Et quia ista nesciunt: accidit ꝙ virorem fame ꝛ gratie cito perdunt. Et de talibus loquitur Hiero. ad demetriadem. Multi inquit: iuxta vetus eulogium: cum loqui nesciunt tacere non possunt: docentqꝫ scripturas quas non intelligunt: ꝛ prius volunt esse imperitoruꝫ magistri: quā doctorum discipuli. Prudentes igitur docere ꝛ predicare debent non imperiti. Officium enim generandi viris non mulieribus est concessum. Sic ꝛ officium predicandi prudentibus non ignorantibus est mādatuꝫ vel creditum: siue licitum ꝛ honestum. j. Thi. ij. Docere autem mulieribus non permitto. Prius igitur debemus discere post docere. Unde videtur mihi ꝙ regula doctorum optime traditur. j. Esdre. vij. Esdras parauit cor suum vt inuestigaret legem domini ꝛ faceret et do-
B ceret. Ubi ostenditur ꝙ doctor debet.

Uoluntatem horrere: parauit inquit cor suum.
Sollicite studere. Inuestigauit inquit legem dñi.
Dicta factis implere: doceret inquit ꝛ faceret.

Debet dico doctor nocumenta tollere: quod ostenditur cum dicitur. Parauit inquit cor suuꝫ. Cor enim nostrū debet parari per vitiorū resecationē: ꝛ per virtutū acquisitionē. Sicut enim dicitur Sapiē. j. In maliuolā aīam non introibit sapiētia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Ideo debet dicere quilibet talis illud ps. Paratum cor meum deus: paratum cor meum: cātabo ꝛ psallā in gloria mea. Cor enim doctoris vel predicatoris debet esse paratū per purā intentionē: quia sicut vas corruptū: vinū positū ibi corrumpit. Sic cor vitijs infectum: doctrinā ꝛ scientiam inficit ꝛ peruertit. j. Corin. v. Modicū fermentum totā massam corrumpit. Et ideo hypocrite qui magis parāt corporis conuersationem ꝙ cordis intentionē: non bene possunt docere vel predicare. Peccatori enim dicit deus. Quare tu enarras iusticias meas ꝛc. ꝛ Roma. ij. Qui alium doces teipsum non doces: qui predicas non furandum furaris ꝛc. Non sic pro certo: sed ipse debet nocumēta delere. ¶ Secundo dico ꝙ doctor habet continue studere. Inuestigauit inquit legē domini. Sicut enim dicit Sene. Sine studio eger est animus. Et Eccli. xxxix. Sapientiā oīm antiquorum exquiret sapiens. Sicut enim sapiens medicus cum diligentia solet herbas salutiferas inuestigare ꝛ querere: de malis vero ꝛ inutilibus non curare. Sic vere doctor vel predicator debet studendo ꝛ reuoluendo inuestigare ꝛ querere salubria documenta: vana vero ꝛ inutilia relinquere ꝛ etiam refutare. Unde Hugo in lib. de dyascalon. Prudens inquit lector omnes libenter audit: omnia legit nō scripturam: nō doctrinā: non personam respuit: ab omnibus indifferenter quod sibi deesse videt querit: nō quantam sciat: sed quantū ignorat considerat. Inuestigare ergo debet legē domini. Unde Eccli. vj. Inuestiga illā ꝛ manifestabit tibi: ꝛ cōtinens factus ne derelinquas eam. Debet igitur sollicite studere. ¶ Tertio debet dicta factis implere: vt doceret inquit ꝛ faceret. Sicut enim inquit Grego. in omel. Loquentis autoritas perditur: quando vox in opere nō iuuatur. Et ideo de xpo legitur Actu. j. Cepit iesus facere ꝛ docere. Sicut etiā dicitur Judicū. vij. Illi ad preliū fuerunt electi: qui aquā cum manu lambendo biberūt ꝛ aquam prius manu ꝙ lingua tetigerūt. Sic illi ad predicandū contra vitia sunt accepti: qui aquam scientie ꝛ doctrine prius tangunt cum manu: per operis executionem: ꝙ cum lingua per doctrine eruditionem. Psitacus enim ꝛ pellicanus pede vtuntur loco manus: quia quicquid ab ipsis in ore sumitur prius ad modū hoīs vngulis accipitur ꝛ palpatur. Sic vere charissimi quicquid in os vt doceamus ponimus: decet vt faciendo ꝛ implendo manibus primitus contingamus. Ut enim dicit Grego. in mora. Tūc doctrina cum omni imperio docetur: cum prius agitur ꝙ dicatur. Nam doctrine fiduciam subtrahit cū lingue cōsciētia cōtradicit. Doctor igitur charissimi: vitia deleat penitendo: quid dicat studeat addiscēdo quod dicit impleat operando. Et hec de doctore sufficiant.

¶ Sed nos possumus adhuc dicere: ꝙ nos debemus C
valde velle instrui ꝛ doceri in rebus vtilibus ꝛ honestis non in rebus inutilibus atqꝫ vanis. Columba enim distinguit inter grana. Meliora enim ꝛ puriora recipit et alia pretermittit. Sic procul dubio nos debemus purā doctrinā bona ꝛ honesta documēta eligere: de vanis aūt ꝛ inutilibus nō curare: vt sic deo vel cuicūqꝫ bono doctori dicatur illud ps. Bonitatē ꝛ disciplinam ꝛ scientiā doce me. Ubi nota ꝙ in tribus velle debemus principaliter edoceri: scꝫ

Ad habendū morū perfectionē. Bonitatem inquit.
Ad ferendū durā correctionem. Disciplinam inquit.
Ad adiscendū rerū cognitionem. Scientiā inquit.

Nobis enim est necessaria.	Illa autoritas prudētiaꝫ ꝛ
Morum perfectio.	iusticiam ꝛ virtutem do-
Dura correctio.	cet ꝛc. que scribitur Sap.
Rerum cognitio.	viij. Et ponetur infra in titu-

lo de spū innuit tria vltima documenta: vꝫ ꝙ homo

Doceatur

Doceatur bona frequentare. Petit ergo iust⁹ vt instruat̃ ⁊ do
Doceatur dura tolerare.
Doceatur vera cogitare. ceatur. Ad sequē dum virtutum regulam. Bonitatem inquit. Ad ferē dum penarum ferulam. Disciplinam. Ad habendū cunctorum speculā. Scientiā doce me. ¶ Primū notat bonitatis placidus titulus. Bonitatē inquit. Secundū notat disciplinē rigidus stimulus. Disciplinā inquit. Tertiū notat sciētie fulgidus oculus. Et sciētiam inquit doce me. Bene ergo dicit. Bonitatē ⁊ disciplinam ⁊ scientiā doce me. Dico ergo primo ꝙ nos debemus petere ⁊ velle doceri: ad acquirendū virtutū titulum gloriosum: vt ipsum sciamus iugiter frequentare. Et hoc ostenditur cū dicitur. Bonitatem. Bonitas enim omne genus virtutū signat. Et procerto omnis homo bon⁹ in bonitate desiderat edoceri. Ista est enim doctrina peroptima: per quā. s. non docetur nec discit̃ nisi bonū. Narrat enim Plinius. ꝙ in quibusdā partib⁹ abūdāt herbe venenose. ⁊ ideo dicit ꝙ apes illarum partium pro eo ꝙ floribus illarū herbarū pascuntur: mel conficiunt venenosum: ⁊ inde factum sit vt ait ꝙ populus illarum terrarum tributa faciebat romanis de cera ⁊ nō de melle. Alie vero prouincie que in talibus abundāt: semper mel simul cū cera in tributum portabāt. Tale ergo mel ꝗuis esset dulce: nō propter hoc erat bonum: sed potius pestiferū ⁊ nociuū: ⁊ a cunctis prudentibus precauendum. Sic vere dicā ꝙ apes. i. doctores qui in bonis florib⁹: id est in bonis ⁊ sanis libris pascuntur ⁊ student: ⁊ a bonis doctoribus audiunt atq̧ discunt: tales dico bonum mel: id est bonam doctrinam conficiunt ⁊ componunt. Illi vero qui in floribus venenosis: id est in scientijs perniciosis ⁊ libris superstitiosis student: mel venenosum: id est malam ⁊ periculosam doctrinam alijs propināt ⁊ docent: quapropter omnis romanus: id est quicūq̧ sapiēs ⁊ iustus talia debet horrere: ⁊ tanꝗ pessima refutare. Unde de malis doctorib⁹ hereticis ⁊ corruptis potest dici illud quod de illis corruptis populis dicit̃ Deutero. xx. De his autem ciuitatibus nullum ꝑmittes viuere. ne forte doceant te cunctas abbominationes quas ipsi operati sunt. Bonitatem ergo doce me inquit. ¶ Et si vis nota ꝙ sub nomine bonitatis continentur omnia illa in quibus debem⁹ petere et appetere a deo vel ab homine edoceri. videlicet res et opera virtuosa. et illa que necessaria sunt saluti. Ipsa eni animalia docent filios suos vtilia eligere noxia precauere Sicut de vitulo marino legitur. Qd catulos suos in terra genitos tandem ad mare ducit. et eos natare docet ⁊ instruit. De ceruis etiam legitur: ꝙ filios suos solent ad precipitia montium ducere. ⁊ docent eos currere et saltare. Aquila enim desuper volitando. volare docet pullos: et eos exemplariter ad hoc istruit et exercet Sic vere christus exēplariter. in scriptura litteraliter. et predicando vocaliter. eligere bonū et reprobare malum fideles docuit: et bonitatem sequi et facere eos instruxit. quod etiam debēt prelati et doctores facere: q: scilicet auditores et subditos debent in bonis actibus exercere et exēplariter et verbaliter edocere. quia sicut dicitur: Ecclesiastici. xxx. Qui docet filium laudabitur in illo: et qui docet filium in zelum mittit inimicū suū Unde etiam dicitur de Thobia: Thobie. i. ꝙ filium suum a puericia timere deum docuit et recedere ab omni peccato: Notabo ergo ꝙ bonitatem docet deus: docet iustus. docet impius. Docet inquit de⁹. Et dico: ꝙ nos debemus per affectionem et contemplationem ascendere ad deum vt doceamur a deo. sicut bonus discipulus ad studium vt doceatur a magistro. Moratur eñ magister noster deus in loco altissimo: ⁊ ideo ipse vult ꝙ inferiora mundi negocia dimittamus. et superius per amorem celestium ascēdamus. vt spiritualiter doceamur ab isto: Quod aduertēs Esaias dicebat: Esaie ij. Uenite ascendamus ad montem domini. et docebit nos vias suas. et ambulauimus in semitis eius. Que autem sunt vie dei: per quas peruenitur ad deum. procuIdubio sunt virtutes. Ipse enim sunt vie per quas ipse voluit ambulare. et per quas nos docet deus incedere et calcare. Ps. Diriget mansuetos in iudicio. docebit mites vias suas. Uniuerse aūt vie dñi mīa ⁊ vitas. Magna eñ mīa et grā fit illi q̄ debet ire ad loca remota ⁊ ignota si q̄s doceat eū viam. Et ideo viā eundi ad paradisum id est viam virtutum petebat dauid a deo sibi doceri cū dicebat in ps. Uias tuas domine demonstra mihi. et semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua et doce me. q: tu es saluator meus. ¶ Dico ergo ꝙ deus docet. D

Uiam equitatis et iusticie que nunꝗ deficit.
Uiam pietatis et clementie que multos reficit.
Uiam veritatis et scientie que falsa reijcit.
Uiam claritatis et sapientie que cunctis proficit.
Uiam sobrietatis et temperantie que bonis sufficit.
Uiam taciturnitatis et moderantie que mores ꝑficit.

Docet ergo deus equitatem et iusticiā. Ps. Bonus es tu et in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Item docet pietatem et clementiam: Johā. vij. Clamabat iesus docens in templo. sequitur. Qui sitit veniat ad me et bibat. vnde Ecclesi. xviij. Misericordia dei super omnem carnem. qui misericordiam habet. docet ⁊ erudit sicut pastor gregem suum. Item docet veritatē et scientiam: Matthei. xxij. Magister scimus q: verax es et viam dei in veritate doces. Item docet mentis claritatem et sapientiam: Job. xxxiij. Tace et ego docebo te sapientiam. Et merito. cum ipsa sapientia dicit: Sap. vij. Omnium artifex docuit me sapientia. Item docet sobrietatem et temperantiam: Sap. viij. Sobrietatem enim et prudentiam docet. et iusticiam et veritatem et patientiam: Job. xxxiiij. Si erraui tu doce me. ⁊ si male locutus sum vltra non addam. Et illud predictum: Job. xxxiij. Tace et ego docebo te sapiētiam. Iste ergo sunt bonitates quas docet deus: et qui veniens docuit Jesus christus: Deutero. iiij. De celo te fecit audire vocem suam vt doceret te. De multis tamen dicere potest illud: Hieremie xxxij. Uerterunt ad me terga et non faciem cum docerem eos diluculo. Bonitatem igitur docet deus. ¶ Item dico ꝙ bonitatem etiā docet iustus scilicet bonus doctor predicator vel prelat⁹. Et sic notabis ꝙ boni doctores docere debent et docēt E

Noxia fugere.
Diuina colere.
Hosti resistere.
Secure sistere.
Malos conuertere.
Peccata plangere.
Docte discernere.
Futura cernere.
Eterna querere.

Docent ergo boni doctores: immunda fugere. sancte conuersando Leui. xv. Docebit filios israel vt caueāt immundiciam: Diuina colere. deum reuerēdo seu sancta frequentando. iiij. Reg. xvij. Cum venisset vnus de sacerdotibus docebat eos quomodo colerent dominū: Item hosti resistere minime peccando. Ps. Docet manus meas ad prelium. ⁊. ij. Reg. j. Precepit ergo dauid vt docerent filios iuda arcum et sagittam. sup. ad impugnadum hostes. Item secure viuere. timorem pellēdo: Job. iiij. Ecce docuisti plurimos. et manus lassas roborasti. et vacillantes confirmauerunt manus tue. Item malos conuertere. peccata linquendo. Ps. Docebo iniquos vias tuas et impij ad te conuertentur. Itē peccata plangere. corde penitendo. Hieremie. ix. Docete filias vestras lamentum. Item bene discernere. iuste meditando. Ezechielis. xliiij. Docebunt filios israel quid sit inter sanctum et prophanum. Item futura cernere alte contemplando. Danie. x. Ueni vt docerem te que ventura sunt. Itē eterna querere celū affectādo Matthei. xxj Docebat eos de regno. Sic ergo

f patet quomodo bonitatem etiam docet iustus. ℭ Sʒ
adhuc dico. ꝙ bonitatem aliquando docet impi⁹. Cō-
stat enim ꝙ multi sunt mali qui tamen sunt doctores
subtiles ⁊ scientifici: qui ⁊ si non verentur mala facere
student tamen vera predicare ⁊ vtilia dicere ⁊ docere.
Sicut enim videmus ꝙ homines in multis fuerunt
edocti per bruta sicut exemplificat. Plini. de ypotamo
qui docuit fleubotomiam. De cane qui docuit vomi-
tuʒ. De ciconia que docuit formaciam. De ceruo qui
docuit virtutem diptanni extrahendo de corpore ferrū
De mustela que docuit vires ruthe dum dimicauit cō
tra basiliscum. Sic proculdubio a brutis. i. a peccato-
ribus ⁊ malis doctorib⁹ ⁊ hypocritis edocemur quo-
tidie multa bona: quapropter ⁊ si ipsorum opera imi-
tari non debeamus: eorum tamen documenta retine-
re debemus: ⁊ que dicunt facere facite: que autē faciūt
nequaꝙ facere. Et sic verificatur illō Job. xxxv. ꝙ scʒ
deus docet nos sup iumēta terre: ⁊ in auib⁹ celi erudit
nos. Et Job. xij. Interroga iumenta ⁊ docebūt te. Au-
diui enim ⁊ in scripturis legi de quadā vinea quā ocu
lis vidi in ciuitate vticensi. ꝙ fructus eius nec canis
nec porcus volunt comedere: vinum tamē qd inde fit
est valde bonum. Sic vere sunt multi quorum fruct⁹
id est quorum opera nec canis nec porcus. i. quicunqʒ
⁊ quantūcunqʒ vilis peccator non dignaretur come-
dere. i. imitari aut facere ita: scilicet sunt horribilia fa-
cta sua: ⁊ tamen isti bonum vinuʒ. i. bonam doctrinā
faciunt: ⁊ bene docent vtilia que non agunt: tales vi-
dentur ab apostolo ⁊ a saluatore redargui. Dicit enim
talibus apostolus Roma. ij. Qui alium doces teipsuʒ
non doces. Dicis non mechandum mecharis ⁊c. Xps
etiam dicit Mat. v. Qui ergo soluerit. i. mandata nō
fecerit ⁊ docuerit: minimus vocabitur in regno celoꝝ
id est parum reputari debebit. Qui autem fecerit ⁊ do-
cuerit hic magnus vocabitur in regno celorum. Pa-
tet ergo quomodo bonitatem moralem docet impius
iustus deus: patet ergo ꝙ debemus edoceri ad acqui-
rendum virtutum titulum gloriosum: qui. s. notāter
sub nomine bonitatis. Bonitatem inquit ps. In bo-
nitate tua doce me. Et Prouerb. xiiij. Doctrina bona
dabit gratiam. Et Nee. ix. Spiritum bonuʒ dedisti ei
qui docet eos. Et istud est primum autoritatis. Boni
tatem ergo. ℭ Secundo dico: ꝙ nos debemus appete-
g re edoceri ad tolerandum rigoris stimulū fructuosuʒ
quod ostenditur cum dicitur. Disciplinam. Discipli-
na enim asperitatem correctionis importat: in qua. s.
patienter ⁊ prudenter sustinenda debemus velle ⁊ pe-
tere edoceri. De vrso em̄ legitur: ꝙ cum pre longo som
no ventrem suū constrictum: ⁊ visum suū senserit ebe-
tatum lac comedit vt laxetur: ⁊ apib⁹ pungi circa ocu
los gaudet: vt fluente sanguine visus claritas repare-
tur. In quo quidē instruimur ꝙ mel bone doctrine de
bemus appetere: ⁊ puncturas apū. i. correctiones do-
ctorum: ⁊ reprehensiones prelatorū ⁊ predicatorū: dili
gere ⁊ appetere: disciplineqʒ ⁊ tribulationuʒ actiuā
in patientia tolerare. Ex disciplina enim ⁊ tribulatio-
ne timor dei concipitur: qui super oīa necessarius est
homini ⁊ vtilis vt in eo doceatur Deuterono. xj. Do-
cete filios israel vt metuāt dominū ps. Venite filij au
dite me: timorem domini docebo vos. q. d. Ista sit pri-
ma lectio vestra: q: sicut dicit in ps. ⁊ Eccli. j. Initiū sa
pientie timor domini. De disciplina vo dicit Eccli. l.
ꝙ doctrinā sapientie ⁊ discipline scripsit in codice isto
Jesus filius syrach. q. d. sapientia ⁊ disciplina sorores
sunt: q: scʒ de disciplina ad doctrinam sapientie perue
nitur. Petamus igitur edoceri ad tolerandū rigoris
stimulum fructuosum: disciplinam ⁊ merito q: ꝑ cer
to illi qui disciplinati sunt atqʒ docti reputant ad stā-
dum coram regibus esse digni. Unde Danie. j. Prece-
ptū est preposito eunuchorū vt introduceret pueros:
in quibus nulla esset macula: eruditos omni sapien-
tia: decoros forma: cautos scientia: ⁊ doctos discipli-
na: qui possent stare in palacio regis: vt doceret eos li

teras: ⁊ linguā chaldeorū. ℭ Tertio vo dico ꝙ appe h
tere debemus edoceri ad procurandū splendoris ocu-
lum luminosum. Scientiam inquit doce me. Istud est
enim in quo tota natura humana appetit informari:
scʒ in scientia. ⁊ cognitione rerū. Oēs em̄ homines na-
turaliter scire desiderāt: vt dicit Aristote. j. meth. ps.
Qui docet homines scientiā: dn̄s scit cogitationes ho
minū: sequit. Beatus quem tu erudieris dn̄e: ⁊ de le-
ge tua docueris eū. Patet igitur quomodo appeten-
da est a nobis doctrina: que facit ad rerum cognitio-
nē. Doctrina que facit ad mali perpessionem. Doctri
na que facit ad honesti perfectionem seu ad boni ade
ptionem. Bene ergo. Bonitatē ⁊ disciplinā ⁊ sciētiaʒ
doce me. Ista est em̄ bona ⁊ sana doctrina q̄ habet

Subtilitatem.	Habet pico subtilitatem Exo.
Utilitatem.	xxviij. Pones in rationali iudi-
Suauitatem.	cij doctrinam ⁊ veritatem. q. d.
Facilitatem.	Istam doctrinam cōcomitatur
Autoritatem.	iudicium ratio ⁊ veritas. Item
Preciositatem.	habet vtilitatem exinde proue-

niunt fructus bonorū operū ⁊ virtutum: ⁊ ideo ista ro
ri ⁊ pluuie comparat ps. ⁊ habetur Deuterono. xxxij.
Concrescat in pluuiam doctrina mea: fluat vt ros elo
quium meū. Item habet suauitatem Prouerb. xxiiij.
Fauum dulcissimū gutturi tuo: sic ⁊ doctrina sapien-
tie. Item habet facilitatem Prouerb. xiiij. Doctrina
prudentium facilis. Item habet autoritatem. A deo
enim procedit nō ab homine: quilibet enim doctor po
test dicere Illud Johan. vij. Mea doctrina nō est mea
sed eius qui misit me patris. Item habet preciositateʒ
quia nihil cōparatur eidem: vn̄ Prouerb. viij. Accipi
te disciplinam meam ⁊ non pecuniam: doctrinam ma
gis ꝙ auruʒ eligite. Melior est. enim sapientia cūctis
operibus preciosissimis. Talem igitur doctrinā tā fa-
cilem: tam vtilem: tam nobilem: tam subtilem

Iusti recipiunt.	Iusti inquit recipiūt Prouer
Docti respiciunt.	bio. ix. Doce iustum ⁊ festina-
Stulti despiciūt.	bit accipere. Docti etiam acci

piūt Danie. xij. Docti autē intelligent: ⁊ Prouerbio.
xviij. Auris sapientium querit doctrinam. Mali etiā
despiciūt Prouerbio. j. Sapientiam atqʒ doctrinam
stulti despiciūt. Et ideo bene consulitur Prouerbio.
xxiij. In auribus insipientium ne loquaris: quia despi
cient doctrinam eloquij tui. Fatui enim. i. obstinati et
maliciosi docere nō debēt: q: doctrinā nō respiciūt sed
deridēt Eccli. xxij. Qui docet fatuū: quasi qui cōgluti
nat testam. q. d. In vanum laborabat. ⁊ ibidem. Com-
pedes in pedibus stulti doctrina. Hec igitur de bona
doctrina sufficiāt ℭ Sʒ si vis dic adhuc ꝙ mali de bo
na doctrina nō curāt: malā aūt doctrinā mūdanā ⁊ va i
nā diligūt ⁊ affectāt. pʒ de modernis q̄ nō q̄rūt nec ad
discūt nisi sciētias lucratiuas: leges: canones: medici
nā: vel etiā sciētias pernitiosas ⁊ vanas sicut est nigro
mācia: piromācia: aerimācia. geomācia: ydromancia
spatulamācia: augurimācia: ⁊ cetere sciētie diuinato-
rie: q̄ si forte fundate sunt in aliq̄ vitate: ⁊ i aliq̄ occul
ta ⁊ secreta nature maiestate: multū tn̄ abūdāt i curio
sitate ⁊ vanitate: ⁊ multū distrahūt hoīem a salutis ne
cessitate ⁊ vtilitate. cōtra ipsos loquit apls. ij. Thim.
iiij. Erit tn̄ tps cū sanā doctrinā nō sustinebunt: sʒ ad
sua desideria coaceruabūt sibi magr̄os prurietes auri
bus ⁊ a veritate q̄dē auditū auertēt: ad fabulas aūt cō
uertent. Siles illi mōstro marino qd dr halos qd plu-
uia occidit ⁊ excecat: q̄ tn̄ alios pisces īpinguat: sicut di-
cit liber de natura rex. Sic vo sunt multi qb⁹ pluuia
desursuʒ veniēs. i. doctrina sctā ⁊ sana theologica mors
est ⁊ excecatio ⁊ obstinatio mētis sue: tn̄ bonis est ipin
guatio graꝝ. Nihil em̄ ita ledit eos sicut gustare plu-
uiā salutarē. i. audire doctrinā salutiferā atqʒ sanctā.
Nihil ēt tm̄ placet eis sicut audire doctrinā pestiferā
⁊ inanē. ⁊ tn̄ scriptū est Prouer. xxj. ꝙ vir q̄ erraueret a
via doctrine in cetu gigātiū cōmorabitur. Notabis er
go ꝙ isti diligunt et doceri ⁊ docere.

Doctrinam

Doctrinam mendacem. Doctrinam fallacem. Doctrinam tenacem. Doctrinam voracem. Volunt enim edoceri loqui mendaciter Hieremie.ix. Docuerunt linguam suam loqui mendacium vt inique agerent laborauerũt. Itẽ student etiã edoceri fallaciter.j.Thimo.iiij.In nouissimis quidem temporib⁹ discedent quidam a fide:attendentes spiritibus erroris ꝛ doctrinis demoniorũ. Item amant edoceri viuere tenaciter. Doctrine enim mundane ad nihil aliud videntur tendere ꝙ ad auariciam ꝛ ad diuitias obtinendas.Iste enim sunt doctrine hominum. De quibus dicitur Mat.xv. Sine causa autem colũt me docentes doctrinas ꝛ mandata hominum.Isti enim affectant edoceri viuere voraciter et carnaliter:sicut illi qui legem ꝛ doctrinam machometi sectantur:qui pro eo eam amant:quia gulam ꝛ coitum commendat. De quo Apocalip.ij. Habes ingt tenentes doctrinam Balaam:qui docebat de sacrificijs idolorum ꝛ fornicari. Sic ergo patet quomodo docere ꝛ doctrina in bono significant ꝛ in malo.

Dolor. Dolere.

Nota ꝙ dolor multipliciter sumitur in scriptura. Est enim

A Dolor virtuosus. Dolor vitiosus. Dolor tediosus. Dolor virtuosus est dolor penitentie ꝛ cõpunctiõis. Dolor vitiosus est dolor auaricie siue inuidie ꝛ detractionis. Dolor tediosus est dolor violentie ꝛ damnationis.

Primo Secũdo Tertio dolore dolent Perfecti. Infecti. Deiecti seu damnati.

Dolor ꝯpũctiõis est laudabilis ps. Dñs opẽ ferat illi super lectũ doloris eius Dolor detractionis vel ambitionis est odibilis ps. Sub lingua eius labor ꝛ dolor Dolor dãnationis est terribilis Eccls.ij. Cuncti dies eius doloribus ꝛ erũnis pleni sunt

Primus dolor est appetendus. Sed secũdus est fugiẽdus. Sed tertius est formidandus. Omnis eñ talis dolor medicinalis est anime et ad salutẽ plurimũ operatur. Et ideo talis dolor debet in patiẽtia sustineri. Dicam⁹ igit aliquid de primo dolore:ẽm.s.ꝙ dolor potest mihi assignare

Mentis cõpunctionem. Carnis afflictionem. Rerũ amissionem.

dolor eñ infert infirmis:vt sanitatẽ consequantur:discipulis vt assequantur sagacitatem:pueris vt obliuiscantur lactis dulcorem ꝛ voluptatem. Cum dolore enim curantur infirmi. Cum dolore et verbere docentur iusti. Cum dolore etiam ꝛ amaritudine pueri a lactis vbere ablactant. Sic reuera charissimi dolor ꝯpunctionis ꝛ afflictionis facit vulnera pctõꝝ sanari: virtutes ꝛ bonos mores addisci:ꝛ lac mũdane dulcedinis obliuisci. Dolor igitur iste vtilis est ꝙuis pmo det desolationem:dat tamen multiplicem cõsolationem. Unde in ps dicitur. Scdm multitudinem dolorũ in corde meo: consolationes tue letificauerunt animam meam. Dolere debemus igitur in hoc seculo: vt gaudeamus in alio. Ita videbatur dolere Job.vj.dicẽs sic Verba mea dolore sunt plena: ꝛ sagitte domini in me sunt: ꝛ terrores eius militant contra me. In quib⁹ verbis notatur ꝙ dolor cõpunctiõis ꝛ cõpassionis debet ex tribus causis in nobis generaliter introduci: primo videlicet

B Ex terrore criminis cõmissi. Pre furore turbinis immissi. Pre timore luminis amissi.

Vel dico ꝙ dolere debem⁹ ex cõmissione letalium delictorum Verba mea inquit. Ex immissione presentium tormentorum. Sagitte inquit domini. Ex amissione finalium gaudiorum. Terrores inquit eius militant contra me. Debemus igitur dolere pro delictorũ cõmissione quod ostenditur cum dicitur Verba mea dolore plena sunt. Quando enim cor pro delictis commissis dolet ꝛ cõpungitur:verba dolore plena in cõfessione sequuntur. Iuxta illud.j.Reg.j. Ex multitudine doloris merorisꝙ mei locuta sũ. De peccatis enim dolere debet homo:quia se videt homo deum offendisse gratiam perdidisse:infernũ acquisisse:ideo debet quilibet dicere illud Hiere.viij. Dolor meus super dolorem in me cor meum merens. Agnus enim valde dolet quando matrem amisit: et ideo non cessat balare ꝛ clamare quousꝙ ipsã inuenerit. Equus etiã sicut dicit Pli. Letat in preliando:gaudet si vicerit:dolet vero si victus fuerit. Sic vere charissimi quando homo per peccatum a diabolo vincitur:ꝛ a matre sua.s.xpo diuiditur ꝛ seiungitur:tunc pro certo valde debet per contritionem dolere:ꝛ dolorosum balatum per confessionem ꝛ orationem emittere:quousꝙ istam matrem deum possimus per penitentiam ꝛ gratiam inuenire vt sic possit dici de quolibet illud Gene.vj. Tactus dolore cordis intrinsecus penituit. Doleamus igitur de peccatorum cõmissione.

C Secundo debemus dolere de tormentorum immissione: scz de tribulationibus ꝛ miserijs huius mundi:que in nobis ꝛ in alijs cernim⁹ omni die. Iste enim debent nos mouere ad dolendum ꝛ condolendum:ꝛ ad mundi solatia contemnendum: quod quidem ostenditur cũ dicitur. Sagitte domini Mundi enim miserie ꝛ tribulationes sunt sagitte domini quibus vulnerat ꝛ affligit. Sagitta enim infixa dolorem infert ꝛ querere remedium cõpellit. Sic vere mundi miseria ꝛ tribulatio debet inferre dolorem cordi nostro ꝛ nos mouere ꝛ impellere:vt alibi solatiũ requiram⁹:scz in gloria paradisi ps. Sagitte tue infixe sunt mihi ꝛ confirmasti super me manum tuam. Dolor etiam cõpassionis de miseria aliorum debet transfigere corda. Equus enim sm Pliniũ dicitur ad modum hominis:affectum compassionis habere: et pro morte domini sui lachrymari ꝛ dolere. Passeres etiã vno ipsorum illaqueato solent dolere:et ibidem cõuenire:ꝛ ipsum si possint de laqueo liberare. Boues etiã ad socios suos afficiũtur:ꝛ si ipsos amiserint pre dolore mugiunt ꝛ tristantur. De elephantibus etiam dicitur: ꝙ ad casum sociorum conueniunt: ipsosꝙ si possint erigunt: ꝙ si nequiuerint pre dolore clamãt ꝛ barriunt. Et breuiter omnia dolore cõpassionis transfigũtur:ꝛ dolentibus alijs condolent pariter ꝛ tristantur Sic dolebat Dauid.ij.Regum.j.dicens. Doleo super te frater mi Jonatha decore nimis: ꝛ amabilis super amorem mulierum. Quia reuera charissimi de dolore casu:miseria:ꝛ tribulatione amicorum ꝛ vicinorũ debemus tristari ꝛ dolere:ꝛ ipsos prout possumus releuare.

D Sed dico etiam adhuc ꝙ dolor tribulationis exterioris debet transfigere corda nostra. Quando eñ a deo exterius sagittamur:tũc ad dolorem ꝛ timorem necnon ad penitentiam incitamur:ꝙuis multi homines possunt dicere illud Prouerbio.xxiij. Vulnerauerunt me ꝛ non sensi. Misera enim mundi prosperitas ita allicit miseros peccatores:ꝙ dolorem miseriarum mundi non sentiũt nec aduertunt. Mandragora eñ facit homines dormire:ita ꝙ si scindantur vel leduntur:non sentiunt penitus neꝙ dolẽt. Talem etiam virtutem habet lapis qui dicitur menophitis. Si eñ cũ aqua vel aceto positus seu tritus: vel permixtus:ꝛ inde membra secãda fuerint perlinita:ita facit membra obstupescere: ꝙ dolorem nõ sentiunt secatoris. Sic vere charissimi talis menophitis ꝛ talis mãdragora est prosperitas temporalis:quia vere illi qui ipsa fuerint perliniti:virtutem sensitiuam amittunt. Ita enim delectantur ꝛ oblectantur in mundi prosperis:ꝙ ꝙuis magnis tribulationibus feriantur:ꝙuis penis ꝛ miserijs sagittent:isti tamẽ nõ sentiũt neꝙ dolẽt:sed letãtur amplius atꝙ gaudent:nec ꝑpter hoc a suis peccatis ꝛ vitijs recedũt. Unde in persona xpi dicitur talib⁹ illud Hierem. Percussisti eos ꝛ non doluerunt attriuisti eos ꝛ renuerunt accipere disciplinam:indurauerunt facies suas super petram et noluerunt reuerti.

Non sic ergo: sed doleamus pre tormentorum immissione. Sagitte ⁊c. Et sic nota ꝙ in hoc mundo multiplex sentitur dolor scȝ

Dolor nature: que semper deficit.
Dolor senectutis: que multum afficit.
Dolor infirmitatis: que corpus affligit.
Dolor tribulationis: que mundus efficit.
Dolor sollicitudinis: que mentem conficit.
Dolor peccati: qđ cunctos inficit.
Dolor fortune: que nullum reficit.
Dolor mortis: que nos interficit.

Sentimus ergo hic dolorem nature: que continue solet deficere. De quo Ecclesiastes. ij. Cuncti dies eius doloribus et erumnis pleni sunt. Item dolorem senectutis: que finaliter solet accedere. Psalmista. Si aūt in potentatibus, octuaginta anni et amplius eorum labor et dolor. Item dolorē infirmitatis: que nos quādoq̧ solet affligere: de qua in Psalmista. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. Item dolorem tribulationis: q̃ sepissime solet contra nos insurgere. Psalmista. Ibi dolores vt parturiētis in spiritu vehementi conteres naues tharsis. Item sollicitudinis que multas curas solȝ adducere. Psalmista. Surgite postꝙ sederitis qui manducatis panem doloris. Et Job. ix. Commuto faciē meā et dolore torqueor ⁊c. Item dolorem peccati: quod in omnibus videmus repetere Psalmista. Concepit dolorem et peperit iniquitatem. Dolorem dico inuidie. Psalmista. Sub lingua eius labor et dolor luxurie. Esaie. xxj. Lumbi mei repleti sunt dolore gule. Job. xx. Cum satiatus fuerit artabitur: et omnis dolor irruet in eum. Detractiōis Job. iiij. Qui semināt dolores et metūt eos vi di flāte deo perijsse. De talibus ergo plangebat Job. x. dicens Dimitte me vt plangam paululum dolorem meum. Item dolorem sentimus fortune: que in eodē nō solet sistere. Prouerbiorum. xiiij. Risus dolori miscebitur: et extrema gaudij luctus occupat. Item mortis dolorē qui finaliter solet occidere. Baruc. ij. Mortui sunt in doloribus pessimis Talibus ergo doloribus vanis affligitur anima nostra. id est. vita Psalmista. Defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus. Et iste sunt sagitte quib⁹ continue sagittatur misera sors humana. Sagitte ergo domini in me sunt. ps. Sagitte potentis acute cum carbonib⁹ desolatorijs. Doleamus ergo pro tormentorum immissione. ❡ Tertio dico: ꝙ dolere debem⁹ de gaudiorū amissione. Nihil
C em̄ est tam dolorosum: tam tristabile: sicut amittere gaudia paradisi. Istud ostenditur cum dicitur. Terrores eius militant supra me. Isti enim terrores potissime debent nos terrere: scȝ timor de amittendo gaudia celestia. Iste enim dolor est de quo loquitur Dauid in ps. Circundederunt me dolores mortis. Mors enim proprie est celestium amissio gaudiorum. Unde in ps. Dolores tui conturbauerunt me. Et sic patet: ꝙ dolēdum est multipliciter in hoc mundo: scȝ pro futuro solatio ne amittatur. Pro presenti supplicio ne incurratur. Pro cōmisso flagitio vt deleatur. De dolore autē quo dolēt miseri in inferno notare potes ꝙ ipse est dolor

Perpetuus qui semper durabit.
Continuus qui nunꝙ cessabit.
Eximius quem nullus curabit.
Mesticius qui corda grauabit.

Est dico dolor perpetuus Hieremie. xv. Factus est dolor meus perpetuus ⁊ plaga mea desperabilis. Item cōtinuus Job. xvj. Si locutus fuero non quiescit dolor meus: ⁊ si tacuero non recedet a me: nunc autē oppressit me dolor meus: ⁊ in nihilum redacti sunt oēs artus mei. Item eximius Hierem. viij Dolor meus sup dolorē. Et Treno. j. O vos oēs q̃ transitis per viā attendite ⁊ videte si est dolor sicut dolor meus. Itē mesticius seu turbaticius. ij. Machabeo. ix. Apprehēdit eum dolor durus viscerum. s. pessimū antiochum Hierem. l. Angustia apprehendit eum dolor quasi parturientem Apocalip. xvj. Cōmanducauerunt linguas suas pre dolore. Beati vero in patria tales dolores nō sentient Apocalip. xxj. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum: ⁊ mors vltra non erit: neq̧ luctus neq̧ clamor neq̧ dolor erit vltra que prima abierunt ⁊c. Sufficit.

Dolus.

Nota ꝙ dolus: fraus: astutia: deceptio idem sunt. Et est proprie dolus quādo aliquid fit sub aliena dissimulatione: quando vnum intendit ⁊ aliud simulatur. Et sic accipitur Eccli. xix. Est qui nequiter se humiliat: ⁊ interiora eius sunt plena dolo. Et sic dolus ⁊ veritas contrariantur. Sicut igitur veritatem debemus amare: sic tenemur dolū fugere ⁊ vitare. Et debem⁹ notare ꝙ triplex est dolus scȝ A

Dolus detractorum.
Dolus auarorum.
Dolus deceptorum.

scȝ hypocritarū. Et dico dolus detractorum. Tales enim dolose loquunt. Isti enim hominem cui volūt detrahere solent primitus commendare: vt dum charitatiue loqui videntur eis indetrahendo melius credatur. Sunt enim sicut barbitonsor: qui primo vngit postea pungit. Isti sunt similes serpenti: qui ita sepe ⁊ cito mouet linguam ꝙ duas linguas habere videtur. Detractores procerto duas videntur habere linguas: quia scȝ nunc dicūt vnū nunc aliud: nūc vngunt adulando: nunc mordēt ⁊ pūgunt detrahendo Hierem. ix. Sagitta vulnerans lingua eorum: dolum locuta est in ore suo: pacem cū amico suo loquitur ⁊ occulte ponit ei insidias. Iste est dolus detractorum. ❡ Secundo est dolus auarorū. Isti enim fraudulēter ⁊ dolose inuoluūt pauperes in suis contractibus ⁊ vsuris: vt ipsos exheredent ⁊ deuastēt. Similes aranee que occultatur in foramine suo: sȝ qñ videt muscam captam in tela sua: statim currit ⁊ eam occidit: ⁊ humiditatem eius sugit. Sic vere vsurarij ⁊ auari statim ꝙ percipiunt aliquem suis laqueis ⁊ malicijs bene ligatum ⁊ inuolutum: solent ipsum inuadere ⁊ exheredare: ⁊ humorem suorum bonorum sugere ⁊ subripere ipsumq̧ depauperare ⁊ vacuare ps. Nunc defecit de plateis eius vsura ⁊ dolus. Item iste est igit dolus auarorum Hierem. vj. A maiore vsq̧ ad minorem omnes auaricie student: a propheta vsq̧ ad sacerdotem oēs faciunt dolum. ❡ Tertio dico ꝙ est dolus B proditorum seu deceptorū. Tales enim fingunt se esse fideles vt de eis amplius confidatur: qui cum sciuerūt secreta hominis prodūt ipsuȝ. Et. j. Machabeo. j. Locut⁹ est eis v̄ba pacifica in dolo Danie. xj. Post amicicias cum eo faciet dolum. His ergo premissis: patet ꝙ omnis dolus ⁊ fallacia debet detestari et nunꝙ diligi vel sectari. Unde nota ꝙ illa debent vitari

Quia dolosos deus detestatur.
Quia ipsorum vita breuiatur.
Quia ipsis malum imprecatur.
Quia dolosus bonis aduersatur.
Dolosus malus predicatur.
Dolose semper meditatur.
Mendaciter loquitur ⁊ fatur.
Fraudulenter mala machinatur.
Cuncta mala dolus operatur.

Dico ergo ꝙ fallos ⁊ dolosos dñs detestatur ps. Uirū sanguinū ⁊ dolosum abbominabitur dominus. Item vita talium breuiatur ps. Uiri sanguinū ⁊ dolosi non dimidiabūt dies suos Itē scriptura malum talibus imprecat ps. Disperdet dñs vniuersa labia dolosa ⁊ linguā magniloquā. Itē bonis oībus talibus aduersat ps. Muta fiāt labia dolosa q̃ loquebant aduersus iustuȝ in supbia ⁊ abusione. Item talis malus predicat. quia. s. vnus dolosus postꝙ cognitus est ab omnibus diffamat Prouer. xiiij. Filio doloso nihil erit boni. Et Prouerb. xx. Statera dolosa non est bona. Item talis dolose meditat ps. Locuti sunt vanitates ⁊ dolos tota die meditabātur

die meditabâtur. Itē talia v̄ba falsa continue fat. ps Uerba oris eius iniquitas ⁊ dolus. Cōtra illud. Pro hibe linguam tuā a malo et labia tua ne loquant dolum. Itē talis mala semper machinatur. ps. Lingua tua semper concinnabat dolos. Et alibi. Sicut nouacula acuta fe. do. Itē talis malū semper operatur. Omnia enim mala opera ortum habent a dolo: vcꝫ

Deceptio cunctorum.
Destructio regnorū. Cunctorum dico
Occisio iustorum. est deceptio Eccle

fiasti. xj. Multe sunt insidie dolosi. Et ibi. Ab vno dolóso augetur sanguis. i. regnorum translatio ⁊ destructio. Eccli. x. Regnum transfertur de gente in gentem propter iniusticias ⁊ iniurias ⁊ molestias ⁊ diuersos dolos. Iustorum etiam occisio ⁊ interfectio. Unde de Abner dicitur. ij. Regū. iij. ꝙ adduxit eū Joab ad medium porte vt loqueret ei in dolo ⁊ interfecit eū ⁊c.

Dominus. Dominari.

Domin⁹ nomē auctoritatis ⁊ potestatis: iurisditiōis: ⁊ plationis: superioritatis ⁊ sublimitatis est. Et ideo nomen domini in duo principaliter est diuidendum: scꝫ in diuinū ⁊ humanum. Diuinum enim dominium est cum omni reuerentia venerandum. Humanum vero cum omni temperantia est moderandum. Dicamus ergo primo de dominio celesti ⁊ superiori. Istud enim valde est timendum ⁊ honorandum. Omnia enim seruiūt ⁊ obediunt suo superiori: ⁊ per eius influentiam se regulāt ⁊ gubernant. Planete enim dominantur rebus inferioribus. Et ideo sicut videmus f̄m eorum motus et operationes: coniunctiones: oppositiones: in signis varijs ⁊ diuersis omnia ista inferiora mutantur ⁊ diuersimode gubernantur. Et proculdubio quia sancti ⁊ deus nobis dominantur ⁊ presunt. Ideo eis debem⁹ obedire: ⁊ f̄m motum voluntatis ipsorum nos regere ⁊ gubernare: nosqꝫ in suis conditionibus ⁊ morib⁹ cōformare. Bene ergo dicitur Deuterono. vj. Dominū deum tuum time ⁊ illi soli seruies. Ubi aduerte ꝙ iste dominus est timendus: amandus: ⁊ seruiendus propter tria: seruies illi inquit: soli scꝫ

Quia habet cōditionem liberiorem: qꝛ dominus est.
Quia habet dilectionem vberiorem: quia tuus est.
Quia habet prelationem superiorem: quia solus est.

Est igitur liberioris conditionis: quia dominus et per consequēs non seruus. Res enim celestes a corruptione sunt libere Res vero elementares nō sunt sine corruptione. Deus ergo qui nō solum est celestis: sed supcelestis corruptioni ⁊ mutationi non subiacet: sed ab omnibus liber manet Malachie. iij. Ego domin⁹ qui non mutor. Alij enim domini non sunt proprie liberi habent enim alium cui subsunt: iste vero nulli subijcitur: sed cunctis alijs dominatur. Iuxta illud Dan. xj. Surget vero rex fortis ⁊ dominabitur ditione alᵃ potestate multa. Ubi nota ꝙ in isto est

Maiestas incomprehensibilis: quia rex.
Stabilitas inconcussibilis: quia fortis.
Autoritas indepressibilis: quia dominabitur ditione multa

Nam sicut dicit Richar. lib. ij. de trinita. capi. xv. Ille est veraciter dominus cuius maiestas nulla potestate premitur: cui⁹ potestas nulla possibilitate prepeditur. Ueraciter autem dici dominus non poterit qui alteri potestate inuitus seruit aut seruituti sedit. Impossibile est ergo plures dominos esse Est igitur iste liberioris conditionis. Dñm inquit. ¶ Item dico ꝙ iste est vberioris dilectionis: quod ostenditur cum dicitur. Tuus. Ipse enim factus est tuus per charitatem ⁊ pietatem. Ipse enim dat seipsum nobis per sua beneficia dicens in ps. Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti. Ita ꝙ quilibet potest dicere illud Johan. xx. Domin⁹ meus ⁊ deus me⁹. Ipse enim est de natura lucis: que liberaliter omnib⁹ se donat. Statim enim ꝙ homo aperit fenestrā: lux subintrat ⁊ domū illuminat ⁊ illustrat. Sic vere deus valde liberalis est nature. Ubiqꝫ enim per suam gratiam se dare consueuit omnibus se per diuersa beneficia distribuit: ⁊ si fenestram cordis nostri apertam sine obiectiōe peccati inuenerit ibi liberaliter subintrabit. Apocalip. iij. Ecce sto ad ostiū ⁊ pulso: si quis aperuerit ianuas intrabo ad eum. Iste ergo est dominus liberalis. Unde ipse est sicut iupiter planeta beniuol⁹ qui est dominus sagittarij ⁊ signi piscium. Et sub ipso continetur honor: diuitie: sapientia: ⁊ ratio f̄m astronomos. Sic vere charissimi: si nos fuerim⁹ sagittarij peccata nostra sagittantes per contritionem. Pisces in aqua gratie conuersantes per deuotionem: tunc vere in nobis dominabitur. Jupiter. i. deus: id est iuuās pater qui finaliter in paradiso honores ⁊ diuitias rationem ⁊ sapientiam nobis dabit. Ipse ergo est tuus. Bene ergo dicitur Mat. xxij. Diliges dominum deū tuum. Est igitur vberioris dilectionis vel compassionis. ¶ Deniqꝫ dico: ꝙ ipse est supioris prelationis qđ ostenditur cū dicitur. Illi soli. Iste enim est solus per excellentiam singularem: ⁊ ideo solus ⁊ singulariter est amandus. In sicilia enim sunt equi qui dominos suos cognoscunt: ⁊ ipsos solos ad sedendum supra se ⁊ nullos alios admittūt f̄m Isið. ⁊ Solinum. Sic vere nos xp̄iani debemus dominum nostrum: scꝫ deum cognoscere: et quantum ad fidem ip̄m solum recipere ⁊ ei singulariter obedire. Nullus enim alius debet a nobis recipi vel admitti in deum vel magistrum: quia scꝫ non debemus recipere

Mundū qui dominari querit per auariciam.
Non carnem qui dominari querit per luxuriam.
Non diabolum q̄ querit dominari per superbiam.

Immo omnes istos dominos debem⁹ respuere: ⁊ istū solummodo per fidem ⁊ charitatem recipere ⁊ habere. Illi inquit soli seruies. Iuxta illud Deutero. xxxij. Dominus solus dux eius fuit ⁊ nō erat cum eo deus alien⁹. Quod est hodie contra multos: q̄ de carne mūdo ⁊ diabolo faciunt deum suum ⁊ dominum pariter et magistrū: ita ꝙ illi non seruiunt deo soli: sed potius dijs pluribus et magistris. Sicut enim dicitur Roma. vj. Eius serui estis cui obedistis. Et qꝛ tales obediunt mundo auare congregando. Carni luxuriose viuendo. Diabolo superbe se habendo: ideo talium dominorum seruos se efficiunt: et a deo fugiunt ⁊ recedunt. Et tamen ꝙ nos debemus istos tres dominos scꝫ superbiam: auariciam: ⁊ luxuriam: euitare ⁊ fugere: patet per scripturam. De superbia enim ⁊ de diabolo dicitur. Thob. c. iiij. Superbiam in tuo sensu nunꝗ dominari permittas. De auaricia etiam et de mundo dicitur in psalmo. Non dominetur mei iniquitas: id est auaricia que equitatem non seruat: quia scilicet vni dat ⁊ alij aufert: vni dat multum ⁊ alij parū. Unde et de mundo potest dici illud Prouerbio. xix. Non decent stultum diuitie: nec seruum dominari principibus. De carne x̄o et de luxuria dicitur. j. ad Thimotheo. ij. Docere mulieri non permitto: nec dominari in virum. Tales dominos et dominia debemus horrere ⁊ ab eisdem fugere ⁊ cauere. Cuius prohdolor fit cōtrarium. Unde de plangendo dicitur Trenorum. v. Serui dominati sunt nostri. Et in p̄s Dominati sunt eorum qui oderunt eos. Ideo de talibus potest dici illud Hierem. xvj. Seruietis dijs alienis die ac nocte: q̄ non dabunt vobis requiem. Esaie. xxvj. Domine deus noster possederunt nos domini absqꝫ te. Isti enim dij et domini scilicet mundus: caro: demonia: no dant seruitoribus suis requiem sed laborem. Notum enim est omnibus quantum luxuriosi pro luxuria laborant complenda: quantum superbi pro superbia sua honoranda militant: quantum auari pro auaricia sua seruanda circueunt ⁊ certant. In seruitio enim taliū dominorum non debem⁹ morari: qui scꝫ nec in die hui⁹ mūdi: nec in nocte alteri⁹ seculi requiē suis seruitorib⁹ donāt. Sicut em̄ dicūt astrologi illi in qb⁹ signū sagittarij ⁊ celestis ꝯstellatio dn̄at sūt hoīes valde mobiles

⁊ in motu ꝗ plurimū delectantur. Sic vere charissimi illi peccatores in quibus isti domini principant semp in motu ⁊ labore viuūt: ⁊ in illo ꝗ plurimū se delectant. Non seruiamus ergo talibus dominis qui suis seruitoribus dant laborem: sed seruiamus illi soli: scꝫ deo qui secundum ps. Solus est altissim⁹ in omni terra. Unde Crisost super Math. Christus solus est dominus: non solum animalium: sed etiā omnium hominum. Rom. x. Idem dominus. Et .j. Corinth. viij. Nobis autem est vnus domin⁹ iesus christ⁹. Patet igit ꝙ iste dominus est seruandus et amandus: quia habet vt dictum est

Prelationē superiorē.
Dilectionē vberiorē.
Conditionē liberiorē.

Et hoc de domino celesti sufficit quo ad presēs. Et si vis adhuc probare ꝙ dominus debet a nobis Honorari: Amari: ⁊ intereri: notare potes: ꝙ hoc debet esse: quia ipse procerto est

Sapiens ⁊ luminosus ad cunctos gubernandum.
Potens ⁊ virtuosus ad malos eneruandum.
Dulcis ⁊ amorosus ad bonos sociandum.
Justus ⁊ rigorosus ad recte iudicandum.
Humilis ⁊ obsequiosus ad cunctis famulandum.
Pius ⁊ solatiosus ad tristes confortandum.
Altus ⁊ gloriosus ad cunctis imperandum.
Placidus ⁊ gratiosus ad bonos delectandum.

Dico ergo ꝙ ille est ad nos gubernandum seu ad iter monstrandum clarus ⁊ luminosus. Esai. lx. Erit tibi domin⁹ in lucem sempiternam. Item ad malos eneruandum potens ⁊ virtuosus. ps. Domin⁹ fortis ⁊ potens dominus potens in prelio. Item ad bonos associandum dulcis ⁊ amorosus. ps. Dominus virtutum nobiscum. Et .ij. Paralip. xv. Dominus vobiscum qr fuistis cum eo. Item ad recte iudicandum: iustus ⁊ rigorosus. Hiere. xxiij. Hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster. Et Esai. xxxiij. Domin⁹ iudex noster domin⁹ legifer noster. Et Johe. ij. Recte vie domini: iusti ambulabūt in eis. Item est ad nobis famulandū humilis ⁊ obsequiosus. Gala. iiij. Nihil differt a seruo cum sit domin⁹ omnium. Item ad nos confortandū benignus ⁊ solatiosus. Ezechi. iij. Manus autem domini erat mecum confortans me. Item ipse est ad cunctis imperandū celsus ⁊ gloriosus. Esa. vj. Uidi dominum sedentem super solium excelsum. Item est ad omnes delectandum placens ⁊ gratiosus: quod potissime fiet in patria quādo verificabitur illō Johan. xx. Gauisi sunt discipuli viso dño. Talis ergo dominus debet timeri: propter potētiam. ps. Timete dominum omnes sancti eius. Debet enim vereri: propter iusticiam. ps. Justus dominus ⁊ iusticias dilexit. Debet amari: propter clementiam. ps. Misericors ⁊ miserator dominus patiens ⁊ multū misericors. Sic ergo patet: ꝙ est vnum dominium summum ⁊ celeste.

D ¶ Secundo principaliter dico: ꝙ est vnum dominiū prelationis. De quo .j. Regū. ix. Ecce vir quem dixerā tibi iste dominabitur populo meo. Et hoc est humanum dominium seu terrestre. Et sic dominium accipitur pro quacunqꝫ iurisditione: prelatione: ⁊ superioritate. Debet igitur homo dominari. Primo sibi. Secundo alijs. Sibi dico. Regulando mot⁹ mentis interiores: et refrenando actus carnis exteriores: faciēdo fructus morum vtiliores. Alijs etiam: scꝫ subditis ordinādo ⁊ gubernādo personas inferiores. Dominari ergo debem⁹ interioribus: exterioribus: ⁊ inferiorib⁹. Dominemur igitur interioribus. idest mentis appetitibus ⁊ voluptatibus: quia sicut dicitur. Prouerb. xvj. Melior est patiens viro forti: ⁊ q̄ dominatur animo suo expugnatore vrbium. Item dominet exteriori bus carnis desiderijs ⁊ voluptatibus. Unñ Baruch. iij. Dominantur super bestias que sunt super terram. Item dominemur subditis inferioribus. Gen. xxvij. Esto dñs fratrum tuorū. Et Luc. xxij. Reges gētium dominantur eorum. De talibus igitur dominijs potest exponi illud. Gene. j. Dominamini piscibus maris ⁊ volatilibus celi ⁊ vniuersis animātibus que mouentur in terra. Ubi nota: ꝙ volucres celi sunt animi motus. Pisces maris sunt carnis affect⁹. Animātia terre sunt subditorum cetus. De bono igitur domino qui tam sibi ꝗ alijs dominatur potest intelligi illud Gene. xxvij. Esto dominus fratrum tuorum ⁊ incuruentur ante te filij matris tue. Ecce hic tres conditiones que in bono homine: iudice vel domino vel prelato debent potissime reperiri. Debet enim habere

Constantie vigorem. Esto inquit.
Clementie dulcorem. Fratrum inquit tuorum.
Justicie rigorem. Incuruentur inquit ante te.

¶ Sit igitur iudex vel prelatus constans ⁊ solidus ⁊ immutabilis. Dulcis ⁊ fluidus ⁊ incōpassibilis. Fortis ⁊ rigidus ⁊ inflexibilis. Habeat igitur dominus moralis scꝫ superior vel prelatus constantie vigorem. E
Debet enim esse constans ⁊ in bono proposito perseuerans. Quod ostenditur cum dicitur. Esto inquit. Istud enim verbum sum es. signat essentie vel existentie veritatem ad denotandum ꝙ illi qui sibi ⁊ alijs volunt debite dominari: nō debent esse mutabiles ⁊ inanes: sed magis stabiles atqꝫ firmi. Superiora enim sunt magis stabilia ⁊ durabilia ꝗ inferiora. Sicut patet de celo ⁊ stellis: quorum essentia non mutatur. In quo instruimur: ꝙ illi qui sunt superiores ⁊ domini debent esse stabiles atqꝫ firmi. Superiora em̄ sunt magis stabilia ꝗ inferiora. Non enim debent variari vel mutari ad modum puerorum: quia vere nec verba detractoria nec adulatoria sibi dicta debent ipsum faciliter immutare. Sicut enim dicit ypocras. Subite mutationes fallaces sunt: ⁊ nature penitus inimice. Et ista sunt contra multos similes hyene: que est bestia mutabilis. Mutat em̄ sexus de masculo in femellaꝫ. Similes etiam cuidā fonti ydumee: qui dicitur fons Job qui quater in anno mutat colorem. Similes etiā speculo: qui ad faciem cuiuslibet superuenientis nouam recipit ymaginem. Sic proculdubio multi sunt hodie domini et prelati valde varij ⁊ mutabiles. Nūc enim inueniuntur masculi per strennuitatem. Nunc femine per imbecillitatem. Contra illud Deuterono. Non induetur vir veste feminea. Et Esaie. iij. Mulieres dominate sunt eis. Ad impressionem enim cuiuslibet superueniētis: siue sit detractor alios accusans: siue sit adulator sibimet applaudens nouā faciem ostēdunt: ita ꝙ nunc in leticiam: nunc in tristiciam: nunc in iram: nunc in clementiam vultum vertunt. Nō sic debet esse charissimi quia vere bonus homo vel dominus ⁊ prelatus debet habere constantie atqꝫ propositi firmitatem. Esto inquit. vnde primi Regum. xviij. Esto vir fortis et preliare prelium domini. Et Ecclesiasti. v. Esto firmus in via domini. Habeat ergo cōstantie vigorem. ¶ Iterū debet habere clementie dulcorem. Quod ostenditur cum dicitur. Fratrum tuorum. F
Subditos enim debet reputare fratres: et ad eos vt ad fratres clementer ⁊ benigniter se habere. Genesis. xxvij. Fratres tuos visitabis si recte agant. Dicat igitur quilibet subdito suo. Ne queso sit iurgium inter te ⁊ me: fratres enim sumus. Magis enim debet vti prelatus fraterna ammonitione ꝗ aspera correctione. Ut enim dicit Seneca libro de clementia ad Neronem. Seruis imperare moderate laus est. Et ibidem dicitur. Remissius imperanti melius paretur. Quod vtiqꝫ est cōtra multos dominos ⁊ prelatos qui non habent clementiam: sed seuitiam: non pietatem: sed crudelitatem: non equitatem sed iniquitatem: ita ꝙ ipsi non reputant alios fratres suos: sed magis famulos atqꝫ seruos. Istud patet in iudicibus ⁊ prelatis: exactoribus ⁊ tyrannis: qui recte sunt similes scorpioni. Est enim sm Plinium genus scorpionis quod quindecim filios parit: sed postꝗ ipsos peperit: omnes eos interficit ⁊ occidit. Quia vere multi sunt qui proprijs filijs: scilicet fratrib⁹ ⁊ subditis taliter sunt infesti

infesti ꝙ per rapinas ⁊ exactiones ipsos depopulant ⁊ occidunt: cum tamen possent eos per clementiam castigare. De talibus ergo malis dominis dicit Esa. lij. Dominatores eius inique agunt De dyabolo ergo potest dici illud qđ de bachide dicitur. j. Mach. ix. ꝙ ipse elegit impios viros et constituit eos dominos regionis. Non sic ergo. sed habeat clementie dulcorem.
B ¶ Debet insuper habere iusticie rigorem qđ ostenditur cum dicitur. Incuruentur ante te filij matris tue. Curuare em̃ debet ꝑ iusticiã illos quos nequit per clementiam emendare. vt dicit Gaius in epistola. Qui corripit peccantem peccare impedit. Et ideo dicitur Eccl'i. xxxij. Jugum et lorum curuant collum durum Animalia enim siluestria verberibus domantur sicut vrsus ⁊ elephas Bubalus etiã tãte est feritatĩ ꝙ nũꝙ vult laborare nisi ꝙdiu anulo ferreo trahitur in eius naribus immisso quo ab agricola ducitur et tenetur Sic vere multi sunt ita peruersi et siluestres et indomiti ꝙ nunꝙ nisi cum manu potenti et brachio excelso possunt corrigi vel domari. Necesse est enim ꝙ cum anulo ferreo. id est cum forti ⁊ dura correctione manu teneãtur. et ad disciplinam et obedientiam compellantur. Esa. xix. Rex fortis dominabitur eorũ Et. ps lxxxviij. Tu dominaris potestati maris motum autẽ fluctuum eius tu mitigas Mare enim subditũ proteruum et fluctuosum designat Dominus enim habens bouem cornupetam. non debet ipsum libere dimittere sed magis clausum tenere. al's si hominem occideret teneret homicidij. sicut dicitur Exod. xxj. Bos cornupeta est subditus proteruus et insolens qui ꝓcerto sub clausura discipline et correctionis debet teneri per prelatũ. al's crimina que committeret in prelatum ⁊ dominum redundabunt. Incuruentur ergo. Ecci. xxx. Curua ceruicem eius. id est filij tui in iuuentute. et tunde latera eius dum infans est. Sic ergo patet ꝙ bonus prelatus et dominus debet esse rigidus per iusticiam. fluidus per clementiam. solidus per constantiam. Sed si vis inuehe et dic ꝙ moderni domini superiores. prelati. iudices et principes non sunt tales. immo procerto sunt molles sine constantia. crudeles sine clementia. imbecilles sine audacia ignobiles sine excellentia. Domini ergo moderni stabilitate carent quia scꝫ ipsi sunt effeminati et sine virtute. Esaie. iij. Dabo pueros principes eorũ et effeminati dominabuntur eis. Item isti crudelitate arẽt seu feruent Esaie. xix. Dabo egyptum in manu dominoꝝ crudelium. Item isti crudelitate virent: seu imbecillitate marcent: quia. s. ipsi homines non sunt nisi mulieres. ij. Esdre. iiij. Scire ergo o viri vos oportet: quoniam mulieres dominantur vestri. Item nobilitate carent Treno. v. Serui dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorũ. Serui dico. s. vitiorum et iniquitatum. Et tamen scriptum est Prouerbio. xix. Nõ decet seruum dominari principibus: id est malos bonis ⁊c. Et hoc de domino sufficit quo ad presens. De domino vero prout sumitur literaliter respectu seruorum nihil volui ponere: pro eo ꝙ opus istud non intendit agere de rebus nisi prout possunt moraliter intelligi: ⁊ ad salutem animarũ exponi.

A **Domus.** Nota ꝙ domus multipliciter sumit in scriptura. Est enim domus humana: domus diuina ⁊ domus mundana. Primo dico ꝙ domus humana est triplex.

Prima est corpus: in qua anima cõmoratur.
Secũda est mundus: in qua totus mundus hospitat.
Tertia est sepulcrũ: in qua corpus sine aĩa copulat.

De domo corporis dicitur. ij. Corin. v. Terrestris domus nostra huius habitatiõis dissoluitur. De domo huius mundi dicitur Hiere. vij. Spelunca latronis facta est domus ista. De domo sepulcri dicitur Eccl's xij. Ibit homo in domum eternitatis sue. Et in ps. dicitur. Sepulcra eorum domus illorum ineternũ. Iste
B sunt ergo domus humane. ¶ Secũdo dico ꝙ sunt domus diuine: ⁊ iste sunt sex: habet enim deus

Domum interiorem.
Domum exteriorem.
Domum inferiorem.
Domum secretiorem.
Domum nobiliorem.
Domum superiorem.

Domus interior est conscientia. De qua potest dici illud ps. Domũ tuam decet sanctitudo. Dom⁹ exterior est religio vel ecclesia: de qua Marci. xj. Domus mea domus orationis vocabitur. Domus inferior est sacra scriptura: de qua Prouerb. ix. Sapiẽtia edificauit sibi domum. Domus secretior: est virgo maria. j. Parali pome. xxviij. Cogitaui edificare domum in qua requiesceret archa domini. Domus nobilior: est caro propria que scꝫ est domus diuinitatis. Unde de hierusalem: id est de beata virgine et de domo proprie humanitatis dicitur zacha. j. Reuertar ad hierusalem in misericordia: domus mea edificabitur in ea. Domus superior est celi patria: de qua in ps. Domine dilexi decorem domus tue: ⁊ locũ habitationis glorie tue. Iste igitur sunt domus diuine. ¶ Tertio dico: ꝙ C
sunt etiam domus mundane: ⁊ ille sunt status ⁊ habitationes hominum mũdanorum: qui generaliter possunt esse tres: scꝫ

Status mundane prosperitatis.
Status mundane aduersitatis.
Status inferne penalitatis.

In domo prosperitatis diuites letantur: quia sicut dicitur in ps. Gloria ⁊ diuitie in domo ei⁹. In domo aduersitatis miseri tristantur. De quo Eccl's. vij. Meli⁹ est ire ad domum luctus ꝙ ad domum cõuiuij. In domo penalitatis damnati versantur: scꝫ in inferno dicẽtes Job. xvij. Infern⁹ dom⁹ mea est: ⁊ in tenebris straui lectulum meum. Sic igitur patet ꝙ sunt alique domus diuine. Alique domus humane. Alique domus mundane. De istis ergo domibus parum intendo dicere: qꝛ satis dixi in tractatu de sermonibus: in sermone de purificatione qui dicitur Adduxit eum in domo domini. ¶ Ne tamen ita remaneat ista materia hic D
intacta possumus notare ꝙ est

Domus laboris.
Domus honoris.
Domus dulcoris.
Domus horroris.

Prima est domus laboris q̃ est dom⁹ hui⁹ mũdi. Ista ẽ em̃ plena miserijs ⁊ tribulationibus infinitis. Ista est illa domus de qua dicitur. ꝙ venerunt flumina ⁊ flauerunt venti: ⁊ irruerunt sup domum illam ⁊ cecidit. Istam ergo domum debemus fugere ⁊ horrere. formice enim in bono odore delectãtur: et ideo si q̃s domos suas fumo malo ⁊ fetido subfumigauerit: ipsas continue dimittunt vt dicit Plinius. Taxus etiam inueniens domum suam stercore vulpis fetidam dimittit eam. Sic vere charissimi: qꝛ domus huius mundi est fumo: scilicet superbie ⁊ vanitatis plena: ⁊ est plena stercore fetido luxurie ⁊ feditatis. Ideo debemus ipsam dimittere: ⁊ eam cordialiter abhorrere Esa. vj. Domus impleta est fumo. Et. ij. Paralipome. xxxvj. Polluerunt templum domini. Ista est ergo domus laboris: qua ibi nulla perfecta requies inuenitur. Unde ista est sicut quedaꝫ domus celestis: id est quoddam celeste signum scilicet quod dicitur scorpius: qđ ſm Misael est domus mortis: timoris: delicti: ⁊ laboris: belli et dãni Sic vere charissimi mundus potest dici dom⁹ mortis: qui ad mortem eternam deducit. Prouerbiorum. ij. Inclinata est ad mortem domus eius. Item domus est timoris In mundo enim nulla est securitas. Ideo dicitur Ecclesiasti. xxvij. Nisi in timore domini tenueris te: instãter subuertetur domus tua. Item mundus est domus delicti: laboris belli et damni: quia ad literam in mũdo non est nisi scelus ⁊ corruptio: nisi labor ⁊ vexatio: nisi bellum ⁊ dissensio: nisi damnum ⁊ perditio. Unde ista est domus de qua dicitur Hieremie. ix. Ascendit mors per fenestras vestras: ingressa est domus vestras. Et sic ergo patet: ꝙ ista est domus labo-

E ris Prouer.v. Labores tui erũt in domo aliena. ¶ Se
cunda est domus honoris:⁊ ista est domus status ec-
clesie ⁊ religionis: quia vere status est decoris ⁊ hono
ris. Ista vero domus debet esse mũdissima: q; sicut di
citur in ps̃. Domum tuam domine decet sanctitudo.
Apes enim valde diligunt mundiciã:⁊ ideo infra do-
mos suas sextiles vbi manent nunq̃ aliquid stercori-
zant: immo vt dicit Plini. Anteq̃ intrẽt domos suas
foris dimittunt,⁊ eijciunt feces suas. Sic vere charissi
mi domum ecclesie vel religionis in quo sumus: debe-
mus mũdissime seruare ⁊ tenere: nec ipsum debemus
fecibus alicuius peccati luxurie maculare: sed oĩa
foris eijcere ⁊ fugare ps̃. Perambulaui in innocentia
cordis mei in medio domus mee. Et debemus notare
ꝙ in ista domo debent esse flores

Honeste conuersationis.
Fructus vbere cõpassiõis.
Laudes diuine exultatiõis.

Sit igitur in ista do
mo ꝯuersatio specio
sa ps̃. Plantati in
domo dñi in atrijs dñi dei nostri florebunt. Sit etiam
compassio vel operatio fructuosa ps̃. Uxor tua si-
cut vitis abundans in lateribus domus tue. Uxor est
bona voluntas que debet bonis fructibus abundare.
Sit insuper ibi exultatio gaudiosa. s. leticia spũalis et
⁊ laus diuina ⁊ gratiarũactio ⁊c. ps̃. Beati qui habi-
tant in domo tua dñe in secu. seculo. laudabũt te. Sed
prohdolor: charissimi hodie conqueritur dñs de mul-
tis malis ecclesiasticis qui sunt in ista domo dicens.
Hierem. xj. Quid est ꝙ dilecus me⁹ in domo mea fa-
cit scelera multa. Scelera enim multa in ista domo
hodie cõmittunt̃ ita ꝙ de illa domo potest dici illud
quod dicit̃ Esaie. xiij. Replebũtur domus eorũ draco-
nibus ⁊ habitabunt ibi strutiones: ⁊ pilosi saltabũt
ibi: ⁊ respondebunt ibi vlule in edibus ei⁹: ⁊ syrene in
delubris voluptatis. Dracones enim qui ignẽ spirãt
sunt illi qui per auariciam inflãmantur. Strutiones
aues ponderosissime sunt illi qui pigricia aggrauant̃
Pilosi qui videntur esse homines ⁊ tamẽ sunt bestie:
sunt illi qui per hypocrisim palliantur. Ulule q̃ sunt
aues horribiliter clamantes: sunt illi qui per inuidiã
obloquunt̃. Syrene que sunt monstra feminea: sunt
illi qui per luxuriã maculant̃. Tales igitur bestie cha
rissimi sunt ꝑsone in ecclesia sancta in dei magnis offi
cijs cõstitute: bone vero ⁊ digne extra domũ dimittun
tur: ⁊ loco earũ maligni ⁊ indigni substituunt̃. Ideo
isti possunt plangere Treno. v. Hereditas nostra ver
sa est ad alienos: domus nostre ad extraneos. Nõ sic
ergo: sed illi qui sunt in ista domo sint boni ⁊ sancti;
F quia est domus honoris. ¶ Tertio dico ꝙ est domus
dulcoris: ⁊ illa est dom⁹ glorie paradisi: vbi sancti dul
cissime recreantur: vbi angeli dulcissime modulantur
vbi deus dulcissime speculatur: vbi homo dulcissime
iocundatur. De ista domo dicit David in ps̃. Letat⁹
sum in his q̃ dicta sunt mihi in domũ domini ibim⁹.
In ista domo est claritas sine obscuritate: fertilitas si
ne paupertate: ⁊ caritas sine odio: ⁊ sanctitas sine fa-
stidio. Uñ ergo dicit̃ in ps̃. Replebimur in bonis do-
mus tue sanctũ est templũ tuũ mirabile in equitate.
Signũ enim leonis est domus solis. In isto enĩ signo
fuit sol creatus ⁊ factus: ⁊ in ipso etiã est ipsius solis
summa exaltatio. Et ista domus sꝫm Misael dicit̃ esse
domus filiorũ nouorũ vestimentorũ librorũ pariter et
honorũ. Ista domus charissimi ẽ paradisus: que pro
certo est illa domus in qua sol iusticie dei filius fuit
eternaliter generatus: ⁊ in qua est humaniter exalta
tus. Quia vere charissimi: ista est domus filiorũ: ecce
caritas. Nouorũ vestimentorũ. ecce puritas. Librorũ.
ecce sciẽtia. Honorũ. ecce eminentia. In ista enĩ domo
Et Ephe.v. dicitur. Surge qui doꝛmis exurge a moꝛ-
tuis ⁊ illuminabit te xp̄s. Peccatū em̄ simile est vene-
no aspidis

no aspidis qđ patientē facit dormire:⁊ duꝫ dormit ip-
sum interficit ⁊ occidit. Sic ꝟe charissimi peccatū cuꝫ
hominem inuenenauerit: ipsum in vanis delectationi
bus ⁊ affectionibus dormire ⁊ quiescere facit. Verūta
men dum in peccatis suis dormit ⁊ delectatur: sepe fit
ꝙ morte temporali preuenitur: ⁊ tandē ꝙ morte perpe
tua punitur. Isti figurant̄ Judicū.iiij. vbi dicit̄. ꝙ Si-
zara potatꝰ lacte obdormiuit: ⁊ tunc venit Jahel: que
in fixo clauo in timporibus dormientis soporem mor-
ti socians defecit ⁊ mortuus est. Sic reuera charissimi
cum Sizara: id est peccator: lacte ⁊ dulcedine delecta
tionis oblectatus obdormit ⁊ quiescit in peccato. Su-
bito dum nō aduertit venit Jahel id est diabolus: qui
claua ⁊ clauo mortis temporalis eum infigit: ⁊ ipsum
temporaliter ⁊ eternaliter occidit: ita ꝙ de tali dormi-
tione potest dici illud ps̄. Qui dormit non adijciet vt
E resurgāt. Ista est igit̄ dormitio vituꝑabilis. ¶ Et pos-
sumus notare generaliter ꝙ quatuor sunt que faciūt
hominem in peccato dormire.
Primum est adulatoris deceptio.
Secundum est carnalitatis infectio.
Tertium est cupiditatis affectio.
Quartum est tepiditatis seu negligentie compactio.
Quidam igitur obdormiunt per deceptorum verbosi-
tatem. Et isti sunt principes, vanigloriȷ ⁊ superbi qui
libenter audiunt adulatores ipsos cōmēdantes: ⁊ sua
facta iustificantes: in quorū verbis delectantur: ita ꝙ
in verbis dormiūt. i. in peccato ⁊ moriuntur. Isti sunt
similes crocodilo qđ est maximuꝫ animal ⁊ crudele q̄
quando quiescit iuxta fluuiū: venit ad eum trochilos
auis parua: que in ytalia dicitur rex auiū: qui ante ip
sum volitans intrat in os eius: ⁊ primo leniter euꝫ vn-
guibus scalpit: ita ꝙ belua pre delectatione obdormit
⁊ ita trochilos qui pennas habet scindētes: in ipsius
ventrē intrat: ⁊ ipsuꝫ perforat atqꝫ necat: vt dicit Pli.
Sic vere charissimi ante magnos crocodilos. i. an̄ p̄n
cipes ⁊ tyrānos: volitāt ⁊ discurrūt adulatores: q̄ reges
auium possunt dici: eo ꝙ tales pre alijs generibus ho
minum regnāt hodie ⁊ prosperant̄ in mūdo. Jdeo di-
cit quidā versificator. Si q̄s honorari desiderat atqꝫ di
tari. Discat adulari: q: tales sunt modo chari. Isti igi
tur charissimi scalpūt ⁊ liniūt eos suis blādis sermo-
nibus: adulationibꝰ atqꝫ verbis: ⁊ sic aliquando in pec
catis obdormiūt: ꝙ finaliter ꝑ eos depauperant̄ ⁊ tē-
poraliter pereūt ⁊ succūbūt. Adulatores em̄ nō q̄runt
nisi verba placētia dicere: nisi homines sopire ⁊ decipe
re: facta mala eoꝝ iustificare: ip̄os a bonis t̄palibꝰ de-
pauperare: ⁊ lucrū ⁊ comodū reportare: ⁊ in suis iniq̄ta
tibus enutriri. De tali ergo dormitiōe. i. de superborū
delectatione pōt intelligi illud Esaie.xiiij. Oēs reges
dormierūt vnusquisqꝫ in gloria sua. Jtē isti adulatores
sunt similes syrenis q̄ dulcedine sui cātus nautas fa-
ciūt obdormire: vt tandē possint carnes dormientiū de
uorare. Totus em̄ finis ⁊ intētio istorū est: vt ꝑ cātus ⁊
dulcia verba hoīes sopiāt: vt carnes eoꝝ. i. tēporalem
substantiā ipsoꝝ deuorēt ⁊ cōsumāt. Mercuriꝰ em̄ (si
cut d̄r in fabulis poetaꝝ) cū virga somnifera: cū dulci
cantu fistule: fecit argū dormire: q̄ centū habebat ocu
los: vt vnā vaccā quā custodiebat sibi posset subripe-
re ⁊ furari. Sic vere accidit ꝙ adulatores cū fistula suo
rum dulciū ⁊ fallaciū verboꝝ argū. i. principes ⁊ prela
tos: quātūcunqꝫ discretos ⁊ oculatos faciūt obdormi
re: ⁊ hoc solū vt vaccā quā habēt in custodia. i. officiū
vel b̄nficiū: vel aliud tēporale lucrū possint subripere
⁊ habere: vn̄ de talibꝰ d̄r in ps̄. Sicut vulnerati dormiē
tes in sepulcris: quoꝝ nō est memor amplius: ⁊ ipsi de
manu tua repulsi sunt. Istud tn̄ nō debet esse: q: ꝓcer-
to custodes gregū nunq̄ dormire sed semꝑ vigilare le
gunt̄. Vn̄ in ps̄ d̄r. Ecce nō dormitabit neqꝫ dormiet q̄
custodit israel. Isti ergo obdormiūt ꝓpter deceptoriaꝫ
verbositatē. ¶ Sunt aliq̄ q̄ dormiūt ꝓpter infectoriaꝫ
F carnalitatē. Isti sunt luxuriosi q̄ recte vident̄ similes
elephanti: qui in deserto audito cantu puellaꝝ vadit
ad eas ad delambendū mamillas eaꝝ: ergo obdormit
⁊ ab eisdē occidit̄ ⁊ sanguis pro tingenda purpura re
cipitur ab eisdē: vt dicit Pliniꝰ. Sic pro certo charissi-
mi luxuriosi in deserto huius mūdi cantibus: lusibus
⁊ fallacijs puellarū ⁊ mulierū decipiunt̄: delectantur ⁊
attrahūtur: qui tūc in earū amore obdormiūt ⁊ indu-
rant̄: intantū ꝙ dei ⁊ honoris ⁊ fame proprie obliuiscū
tur: ⁊ sic ꝑ istas mulieres spūaliter occidunt̄: ⁊ ꝑ fur-
ta ⁊ rapinas: sanguine. i. tēporali substātia vacuātur.
Ad hoc enim tēdit fallacia mulieris. Primo attrahe-
re ⁊ decipere: ⁊ tandē consopire: ⁊ in amore suo inuolue
re ⁊ finaliter spoliare atqꝫ rapere. Istud proprie figura
tum est in Dalila Judi.xvj. que primo fecit Sanson
super genua sua dormire: ipsumqꝫ dormientē totūdit
⁊ cū ab eo recessisset fortitudo: ipsumqꝫ deseruit ⁊ fuga
uit. Sic vere mala mulier statim ꝙ videt hominem su
per eius genua dormientē. i. in amorē ipsius intendē-
tem: nō vacat nisi ad rapiendū tondendū ⁊ furandū.
Cū vero recesserit fortitudo ab homine. i. status et di
uitie ⁊ prosperitas tēporalis: ipsum pro certo dimitte-
re ⁊ vilipēdere cōsueuit Juxta illud Eccli.xiij. Si ha-
bueris cōuiuet tecū: si nihil habueris derelinquet te.
Cōmuniter talibus qui sic in corporis delicijs obdor-
miūt loquit̄ scriptura Amos.vj. Ve qui dormitis in
lectis eburneis: ⁊ lasciuitis in stratis vestris. Isti igit̄
obdormiūt ⁊ sopiunt̄ in infectiua carnalitate. ¶ De-
niqꝫ sunt qui sopiunt̄ ⁊ dormiūt per affectiuā cupidi- G
ditatem. Cupiditas em̄ q̄q̄ multū sollicitet ⁊ affligat
in ipsa tn̄ delectant̄ auari: ⁊ ibi obdormiūt ⁊ induran-
tur ita ꝙ q̄diu vixerint actibus talibus occupantur.
Bona em̄ mūdi similia sunt semini papaueris quod
facit hominē dormire. Habet enim virtutē somnife-
ram. Quia vere semē bonorū tēporaliū facit hominēꝫ
per auariciā obdormire: intātū ꝙ ex quo isto vitio im-
butus fuerit nō querit amplius resilire. Diabolus em̄
est sicut vitulus marinus qui habet duas pēnulas cū
quibus se regit in mari in natādo: quorū dextera si ca
piti alicuius fuerit supposita statim in somno vehe-
mentissimo sopietur vt dicit Pli. Sic vere charissimi
diabolus in mari huius mūdi vtit̄ duabus pennulis:
quarū dextera est prosperitas: sinistra est aduersitas.
Illi igitur qui istam dexterā habuerint: ⁊ qui in ꝓspe-
ritate bonorum temporalium fuerint: faciliter in pec
cato auaricie obdormiūt ⁊ succūbunt. Sicut enim ille
qui dormit non cogitat de futuris: sed per longū cor-
poris super terrā se extendit. Sic vere auari nec de futu
ris bonis paradisi: nec de tormētis inferni cogitāt: sꝫ
ex toto corde ⁊ etiā corpore in terra. i. in temporalibus
se occupant ⁊ delectant ps̄. Dormierūt somnū suum ⁊
nihil inuenerunt omes viri diuitarū suarum in ma-
nibus suis. Diuitie enim nihil dicunt̄: eo ꝙ nullā soli
ditatem habere noscuntur. Diuitie ergo quas in suis
manibus inueniūt nihil sunt: ⁊ qui eas amant tanq̄
aqua decurrens ad nihilū deueniūt Amos.vj. Qui le
tamini i nihili. ⁊ istud charissimi nō dꝫ eē: q: ꝟe q̄uis
delitijs affluamꝰ q̄uis delicijs abūdemꝰ: ⁊ q̄uis i his
delectemur ⁊ dormiamꝰ: ad terrā tn̄. i. ad terrena nūq̄
debemus nos per immoderatū affectū deprimere: nec
ibidem per auariciam inclinare. Apes enim quādo ex
tra alueare dormiūt dicuntur dormire versa facie ver-
sus celum. Apes etiā semper solent dormire erecto ca-
pite. Elephas etiā quādo dormit nunq̄ ad terrā peni-
tus se prosternit: immo stans super duos pedes semi
erectus: super aliquam arborem se inflectit: quibꝰ qui
dem exēplis instruimur ⁊ docemur: ꝙ si in mundi pro
speritate aliquotiens dormire contingat: nunq̄ ex to
to affectu debemus ad terram. i. ad amorem terreno-
rum nos prosternere: sed semper caput cordis nostri ⁊
faciem mentis nostre ad deum erigere ⁊ leuare: et ad
deum ⁊ ad bona eterna semper principaliter habere di
centes illud Cantico.v. Ego dormio ⁊ cor meum vigi
lat. Istud potissime debet esse in prelatis ⁊ pastoribus
Isti per negligentiam nunq̄ deberent dormire: sꝫ sem-

per per diligentiam vigilare. Inter grues enim et apes ille que excubias custodiũt nunquam dormiũt: immo semper vigilare dicuntur dũ sunt in officio predicto: sic et isti debẽt esse similes leoni q.s. dormit oculis apertis: sic etc. Unde Nume. xxiiij. Accubans dormiuit vt leo et quasi leena. Bene ergo cõsulit Apostolus. j. Thessal. v. dicens. Non dormiamus sicut ceteri: sed vigilemus et sobrij simus. Et pro certo non sic auari: quia procerto
M ipsi dormiũt per affectiuã cupiditatẽ. ¶ Adhuc sunt mali qui dormiũt per neglectiuã cupiditatẽ. Negligẽtia eñ cõparatur dormitioni: quia s. sicut dormiẽs nihil operatur: sic negligẽs in nullis bonis actibus occupatur. Isti eñ videntur pati litargiam que occidit hominem dormiendo: sic et pigricia. Unde Prouerb. vj. Usquequo piger dormis: paululũ dormies: paululũ dormitabis: paululum conseres manus tuas vt dormias: et veniet tibi quasi viator egestas et paupertas quasi vir armatus. Patet ergo quod inuenitur quadruplex mala dormitio: scz

Negligentium atque pigrorum.
Cupientium et auarorum.
Incontinentium et immundorum.
Adulatores audientium et deceptorum.

Ista ergo dormitio vituperabilis est que est detestãda Ista est enim multipliciter mala dormitio: ex qua procerto sequitur damnũ et damnatio. Raro eñ legitur ex dormitione bonum venisse. Sepe autem inuenitur ex dormitione malum contigisse. Lege obsecro scripture passus et vide vbi vnquam nisi rarissime dormitio profuit quinimmo magis sibi vel alijs obfuerit et nocuerit. De xpo enim legitur Mat. viij. quod ipso dormiente nauis periclitabatur. De Jona etiã legitur quod ipo dormiẽte nauigiũ cũ nauigantibus submergebatur: quousque ipse in mare proijciebatur Jone. j. de ysboseth etiam rege israel etiã legitur quod dum dormiret latrones camerã eius intrabant a quibus trucidabatur: et regnum eius ad exterorum potentiã et dominium vertebatur: sicut dicitur. ij. Reg. iiij. Xps enim legislator signat prelatos Jonas propheta signat predicatores et clericos. ysboseth rex signat mũdi seculares principes: iudices et magistros: quia vere si tales per negligentiã dormiũt: et per malas cõplacentias somno vitiorũ succũbunt procerto tunc nauicule. i. ecclesie vel patrie eius subdite et eorum regimini cõmendate dissoluuntur et fluctuãt: et ipsi subditi naufragãtur et pereũt. Et procerto de multis necesse ẽ quod finaliter de nauicula ecclesie vel patrie eijciantur et deponãtur: et de multis etiã accidit quod male occidũtur et moriuntur: et eorũ regna et regimina ad exteros deuoluuntur. De alijs vero necesse est quod saltem a subditis excitentur et stimulentur: et vt vigilẽt molestentur: sicut etiam de xpo dormiẽte legimus: quod apostoli excitauerunt eum dicẽtes. Domine salua nos perimus: vbi supra Mat. viij. De ipo etiã legitur ibidẽ quod excitatus a dormitione imperauit ventis et mari et facta est tranquillitas magna. Quia reuera sepe fit quod prelatus negligens a subditis excitatus: impulsus et stimulatus: ad curam pastoralem euigilat: et debite regendo cuncta pacificat et tranquillat. Unde illud prefatum. Ego dormiui et soporatus sum: et exurrexi quia dominus suscepit me. Debet enim rector cõmunitatis vt dictum est: esse non negligens: sed diligens: nõ dormiens immo surgẽs: ita quod iste pre sollicitudine debet dicere illud Job. vij. Si dormiero dicã quãdo consurgam: et rursus expectabo vesperã: et replebor doloribus vsque ad tenebras. Et breuiter contra malam dormitionẽ possum dicere quod Sanson dormiens fuit depilatus Judicũ. xvj. ysboseth dormiens regno priuatus. ij. Reguz iiij. Jonas dormiẽs fuit naufragatus Jone. ij. Thobias dormiens fuit excecatus Thobie. ij. Sizara dormiens fuit trucidatus Judicũ. iiij. Holofernes dormiẽs fuit detruncatus Judith. xiij. Saul dormiens aqua et lancea fuit spolatus. j. Reg. xxvj. Xps dormiens fuit excitatus Mat. viij. Marci. iiij. Seruus dormiens increpatur: vt potest elici ex litera Marci. xiij. Cetus virginum dormiẽs fuit a nuptijs relegatus Mat. xxv. Paterfamilias dormiens fuit zizania locupletatus Mat. xiij. Quia pro certo charissimi illi qui per negligentiã dormiũt: more Sansonis capillis virtutũ spoliantur more ysboseth vita et regno gratie priuantur. more Jone in mare. i. in amaritudinem tribulationuz proijciũtur. more Thobie a lumine vere sapientie per stercora bonorum terrenorum excecantur. more Sizare clauo desperationis infiguntur. more Holofernis capite recte intentionis priuãtur. more Saulis aqua deuotionis et lancea orationis spoliantur. more xpi excitãtur et molestijs stimulantur. more serui negligentis et non vigilantis a domino veniente ad iudicium vel in morte increpantur et arguuntur. more fatuaruz virginum a nuptijs celestis patrie finaliter excluduntur. Et more patrisfamilias zizania malorũ cogitatuum et effectuũ in agro sue conscientie per diabolũ seminata fructibus malorum operum cumulantur. Non debemus ergo malo modo dormire: sed a somno negligentie et penitẽtie surgere: et in bonis operibus vigilare. Juxta cõsiliũ sapientis Prouerb. vj. vbi dicit sic. Ne dederis somnũ oculis tuis: ne dormitent palpebre tue. Eruere quasi damula de manu: et quasi auis de insidijs aucupis. Patet ergo quomodo est vna dormitio vituperabilis et vitiosa que est detestanda: quod est scdm principale.

¶ Tertio dico quod est quedã dormitio ineuitabilis et dolorosa: que est expectanda. Et ista est dormitio mortis I
Nomine enim dormitionis mors etiam literaliter designatur. De qua. iij. Regum. ij. Dormiuit dauid cum patribus suis. Et ista dormitio procerto est iustis suauis et pacifica: est malis infelix et terrifica: est cunctis fatalis et fastidica: est dico iustis amorosa: quia per hanc deducuntur ad celi gloriã Ps. In pace in idipsum dormiam et requiescam. Est etiam malis terribilis et dolorosa: quia per hanc deducuntur ad inferni miseriam. Hierem. lj. Dormiant somnum sempiternum: et non consurgent dicit dominus: et deducã eos quasi agnos ad victimam. De ista tiam dicitur Job. xxvij. Diues cum dormierit nihil secũ auferet. Et de damnatis dormientibus in inferno dicitur Ezechie. xxxij. Descenderunt et dormierunt incircũcisi cum interfectis gladio. Sequitur. Quorum sepulchra sunt in nouissimis locis. Est etiã omnibus miserabilis et timorosa: quia per hãc deducuntur ad pristinam materiam Job. xxj. Moriũtur in amaritudine anime sue absque vllis opibus: et tamen simul in puluere dormient et vermes operiẽt eos. Ista est ergo dormitio ineuitabilis que est expectãda.

¶ Quarto dico quod est quedã dormitio summe laudabilis et gloriosa que est affectanda. Et ista est quies et dormitio glorie paradisi. Sicut enim video quod in dormiẽdo infirmitates terminantur: vires corporis reparantur: visiones inspirantur et somniantur omnes potentie sensitiue fortificantur: et membra omnia delectantur. K
Sic vere dicam quod illi qui dormiũt per quietem glorie paradisi cunctis infirmitatibus et languoribus sunt absoluti. Perpetuis sanitatibus sunt restituti. Uiribus et virtutibus sunt instituti. Claris visionibus et speculationibus sunt illuminati et imbuti: et cunctis delectationibus delibuti Job. xxxiij. Quando irruit sopor super homines et dormiunt in lectulo: tunc aperit aures virorum: et erudiens eos instruit disciplina. Et merito quia procerto isti

Dormiunt quieti sine laboribus.
Dormiunt securi sine terroribus.
Dormiunt concordes sine rancoribus.
Dormiunt illustres magnis honoribus.

Dormiũt dico quieti cũctis laboribus abdicatis Eccli. xxxj. Dormiẽdo nõ laborabis. Et Osee. ij. Arcũ et gladiũ et bellũ cõterã de terra: et dormire eos faciam fiducialiter. Item dormiunt securi terroribus amputatis Ezech.

tis. Ezech. xxxiiij. Saluabo gregem ⁊ non erit vltra i rapinam. Sequitur. Cessare faciaz bestias pessimas de terra: ⁊ securi dormient in saltibus. Et Job xj. Defossus securus dormies: requiesces ⁊ non erit qui te exterreat. Item dormiunt concordes cunctis rancoribus. s. resecatis. Job. xxxviij. Concentum celi quis dormire faciat? Concentus enim celi .i. cōcordia est sanctorum. Item dormiunt illustres cunctis honoribus vendicatis. Job. iij. Nunc enim dormiens silerem: et somno meo requiescerem cum regibus ⁊ principibus terre. i. cum angelis ⁊ sanctis. Patet igitur ꝙ est quadruplex dormitio: vicz Gloriosa: que fit in ethera. Dolorosa: que sopit corpora. Vitiosa q̄ fouet scelera. Virtuosa que facit opera. Et hoc de dormitiōe sufficit ⁊c. Vide de quiete: requie ⁊ somno ⁊c.

A **Dorsum.** Cum dorsum sit illa pars corporis: que retro est ⁊ que non videtur: illa pars que in fuga ostenditur, ⁊ obijcitur ac si de ea minus curetur que semper secuz portatur atq̧ trahitur illa pars que tanq̄ fortior oneribus supponitur aut verberibus exponitur: illa pars vbi inhonestum mēbrum latitat: ⁊ que magis tegitur vel operitur. Potero dicere ꝙ dorsum quandoq̧ signat.

Despectum et displicentiam.

Quandoq̧ fugam ⁊ desistentiam.

Quandoq̧ fortitudinem ⁊ patientiam.

Igitur notabo ꝙ in scriptura inuenitur dorsum. Dei qđ signat ipsius displicentiam ⁊ indignationem. Iusti qđ signat ipsius patientiam ⁊ tolerationez. Impij qđ signat ipsius negligentiam ⁊ obliuionem. Est igitur dorsum diuine indignationis. Indignatio enim: reprobatio: condemnatio: contemptus ⁊ punitio: dei dorsum eius dicitur pro eo: ꝙ ad illos de quibus non curat immo quos odit ⁊ ad penas reseruat: istud dorsum. s. indignationem suam ⁊ obliuionem vertit ⁊ eos indignos facie sue gratie denotat ⁊ ostēdit. ps. Quoniam pones eos dorsum in reliquijs tuis. q. d. paruz de eis curabis sicut parū curatur de reliquijs. Et isti sunt potissime illi qui nunc ꝓsperitate gaudent: ⁊ iniquitate non carent. Crucifixus etiaz in ecclesia ⁊ imagines sanctorum faciem habent ad occidentem: dorsum vero versus orientem: ad denotandum ꝙ dorsum diuine indignationis ad orientales. i. ad illos qui claritate prosperitatis rutilant vertitur: facies vero sue gratie occidentales: idest frigidos ⁊ pauperes amplexatur. De quo dicit ipse dominꝰ. Hier. xviij. Dorsuz ⁊ non faciem ostendam eis in die perditionis eoꝝ. De dorso vero xp̄i qđ signat ipsius humanitatem: q̄ scilicet est eius pars posterior ⁊ idignior potest dici illud. ps. Penne columbe deargentate: ⁊ posteriora dorsi eiꝰ in pallore auri. Et etiam de corpore xp̄i mystico. i. de ecclesia potest dici: quia scz penne eius: idest prelati et doctores deargentati per eloquentiam: posteriora vo dorsi idest subditi aurei esse debent per sanctimoniaz. Et de talibus dorsis nihil ad presens. Est ergo dorsuz
B diuine indignationis. ¶ Secūdo dico: ꝙ ē dorsum ꝑfecte sustentationis. Et istud scz est dorsum spiritale iustorum. i. ipsorum patientia que parata est aduersa tolerare: seu eorum sensus atq̧ prudentia que parata est nociua fugere. Dorsum enim habent. i. fortitudinem patientie: quam supponunt cunctis oneribus: similes illis cācris orientalibus: de quibus dicit Solinus: ꝙ dorsa habent ossea: quia scilicet illorum patientia debet esse fortis ad omnia toleranduz. Iuxta illud. ps. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Et Amos. viij. dicitur. Inducam super omne dorsum saccum: ⁊ super omne caput caluicium. Dorsum etiam habent iusti: idest cautelam fuge quā ostēdunt cunctis criminibus ⁊ cunctis malis occasionibus. Est enim vnum monstrum marinum quod dicitur ludolocra ꝯm librꝫ de natura rerum: quod scilicet duas alas hꝫ in facie: ⁊ duas in dorso: q2 natat ⁊ volat facies signat presentiam ⁊ audaciam ad vlterius ⁊ alterius procedendum. Dorsum vero signat fugā ⁊ prudentiam ad (si necesse est) retrocedendum. Ale vero signant agilitatem ad vtrūq̧ cum necesse est faciendū. Igitur iusti exemplo ludolocre nō solum in facie: immo etiam in dorso alas habere dicuntur: quia scz non solum debent velociter ⁊ audacter ad vtilia procedere immo eadem facilitate ⁊ agilitate debent a nociuis fugere ⁊ retrocedere ⁊ dorsum ostēdere: ⁊ ibi alas sue prudentie extendere: q2 scz non tam est prudentia in audacter aggrediendo: sicut in prudenter ⁊ celeriter (cuz necesse est) fugiendo. Quod bene figuratur Ezechie. ix. in fine. vbi ipse vidit virum indutum lineis qui habebat atramentarium scriptoris in dorso eius. Atramētarium enim scriptoris prudentiam signat que principaliter acquiritur ex scripturis: ⁊ que in dorso appenditur pro eo ꝙ inuenitur in fugiendis nociuis. Istud est ergo dorsum iusti scz cautela mali culpe fugitiua: ⁊ patientia mali pene toleratiua. Dorsum ergo patientie iustorum oneratur tribulationibus in presenti ps. Imposuisti tribulationes in dorso nostro. Ab ipsis tamen liberabitur in futuro ps. Diuertit ab oneribus C
dorsum eius. Patet igitur: ꝙ est vnum dorsum perfecte sustentationis seu constantis tolerationis. ¶ Tertio dico ꝙ est vnum dorsum peruerse obstinatiōis seu etiam obliuionis: negligentie: iniurie ⁊ ignorātie quo mali proijciunt deum ⁊ etiam verba sua. Figurati in illis qui dorsum habebant versum contra templū. Vide eam bene dilatatam supra de abhominatione. Ideo de verbo sapiente dicitur Eccli. xxj. Audiet luxuriosus ⁊ displicebit ei: et post dorsum suum proijciet illud Compara malos si vis illi qui vult habere vmbrā ante faciem suam: quia talis necesse est ꝙ dorsum suum vertat ad solem. Ad denotandum ꝙ illi qui in vmbra mundane vite ⁊ glorie delectantur: quiq̧ eam habent pre oculis ⁊ in ea gloriantur: solem iusticie xp̄m retro se ponunt: ⁊ dorsum sue obliuionis ⁊ obstinationis cōtra eū obijciunt atq̧ vertunt. ij. Paralipo. xxix. Auerterunt faciem suam a tabernaculo dei sui ⁊ prebuerūt
dorsa. Patet ergo aliquid de dorso Impij. Iusti. ⁊ dei. A
Vide infra de tergum.

Draco. Cum draco sit rex serpentuz: ⁊ animal regium reputetur: venenosum tamen maximum ⁊ potentissimum: quod solo attractu aues sursum volantes absorbet ⁊ deglutit: cauda sua elephantem ligat ⁊ interficit: possum dicere: ꝙ per draconem intelligitur diabolus vel quilibet magnus ⁊ crudelis tyrannus vel peccator maliciosus ⁊ auarus. Dyabolus est enim rex serpentum cum ⁊ ipse sit rex super omnes filios superbie Job. xl. Aues: id. est viros spirituales deuorat cauda sue malicie: etiam elephātes: id est magnos viros ligat ⁊ casuz eorum procurat: aeremq̧ humane voluntatis flatu sue tentationis inflāmat.

Dyabolus enim est draco

Ad nocendum preparatus.

Ad resistendum angelis ordinatus.

Ad deuorandum animas dilatatus.

A xp̄o mirabiliter subiugatus.

Ad infernum perenniter condemnatus.

¶ Iste est enim contra homines fallax insidiator. Psalmus. Draco iste quem formasti ad illudendum ei ⁊c. Item iste est contra angelos proteruus rebellator. Apocalipsis. xij. Michael et angeli eius preliabantur cum dracone: et draco pugnabat: et angeli eius. Item iste est ad animas deglutiendum rapacissimus deuorator. Unde sibi dicitur Ezechie. xxxij. Leoni gentiū assimilatus es: et draconi qui est in mari. Item de isto fuit christus admirabilis triumphator: qui scilicet ipsum vicit in cruce. Psalmus. Super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem ⁊ draconē. Itē iste est ⁊ erit inferni ꝑpetuꝰ habitator Unde de inferno dicitur. Esaie. xxxiiij. Quod erit cubi

le draconum ꝛ pascua strutionum. Quicunqꝫ etiam peccator draco dicitur: ꝛ quilibet malus draconis nomine designat. Unde notabis ꝙ draco pōt dici qlbet.

Superbus ꝛ presumptuosus.
Auarus ꝛ ambitiosus.
Iracundus ꝛ litigiosus.
Proditor ꝛ malicosus.
Gulosus ꝛ deliciosus.

B ¶ Dico ergo ꝙ signat supbos ꝛ presumptuosos. Draco enim ventum attrahit: cristam super caput portat ꝛ caudam maximam post se trahit. Sic superbus vento vane laudis vult pasci: cauda pompe ꝛ magne familie vult associari: ꝛ crista idest mitra vel corona dignitatis ꝛ glorie vult coronari. Hieremie. xiiij. Onagri steterunt in rupibus: attraxerunt ventū quasi dracones. Unde superbus figuratur in dracone babylonico: de quo dicitur. Dañ. xiiij. Erat draco magnus in illo loco quem colebant babylonij: quia superbus ab omnibus vult coli: ꝛ ab omnibus honorari. Item signat auaros ꝛ ambitiosos. Draco enim est animal sitibundum: mare pro habendo refrigerio ꝛ pro deuorandis piscibus inhabitans: ꝛ pro venti desiderio sursum ad nauium malos volās. Sic auarus semper sitit diuitias: propter quod mare: idest fluctus mundi negociorū solet inhabitare vt possit pisces: idest simplices deuorare. Ad malos etiam nauium: idest ad altas dignitates solet per ambitionem volare vt ardorē sue auaritie valeat satiare. Draco enim virtutem habet attractiuam ꝛ absorptiuam: ꝛ auium sursum volantium inferius detr[ac]tiuā: vt dicit Plinius. Sic auarus aliena solet attrahere ꝛ absorbere: ita ꝙ aues idest nobiles per vsuras suas ad terram ꝛ paupertatē scit detrahere ꝛ deducere. Hiere. lj. Absorbuit me quasi draco: impleuit ventrem suum teneritudine mea. Item signat iracundos ꝛ litigiosos. Draco eñ habet guerram ꝛ odium perpetuum cum elephante. Sic iracundi ꝛ inter se inuicem: ꝛ etiam contra alios mouēt bella; vnde de talium iracundia dicitur. Deut. xxxij. Fel draconum vinum eorum. Item signat proditores ꝛ maliciosos. Unde Augusti. in sermone. Leo aperte irascitur: draco occulte īsidiatur. Itē signat gulosos ꝛ deliciosos: draco enim animal est gulosū. vnde Eze chi. xxix. Ecce ego ad te draco magne qui cubas in medio fluminum. Flumina enim moliciem deliciarum designāt.

Tales ergo dracones.
Bonis aduersantur.
Mundo dominantur.
A deo tribulantur.
Et in inferno finaliter relegantur.

C ¶ Bonis dico solent aduersari. vnde Job de cōsortio aduersariorum suoꝝ conquerens dicit. Job. xxx. Frater fui draconum ꝛ socius strutionum. In mūdo etiam solēt dominari quia scilicet isti sunt qui occupāt hodie totum mundum. vñ Esa. xiij. Domus eorum replebuntur draconibus. A deo tamen tēporaliter aliquotiens destruuntur ꝛ ad infortunia deducunt. ps. Contribulasti capita draconum in aquis: dedisti eū escam populis ethyopū. Constat eñ ꝙ tales postꝙ bonos molestauerint a deo per infortunia contribulantur: ꝛ populis ethyopum. i. balliuis ꝛ alijs exactoribus deuorandi traduntur. Isti etiam in inferno finaliter solent recludi ꝛ relegari. Unde de babylone deserta loquitur scriptura. Hiere. l. dicens: ꝙ ibi habitabunt dracones cū fatuis ficarijs: idest peccatores cū demonibus effrenatis. Ficarij enim idem sunt ꝙ fani idest pani satiri; vel pilosi: animalia scꝫ humanam figuram habentia ratione tamen carētia. Patet ergo

D quomodo peccator intelligit per draconem. ¶ Si autem per draconem vis intelligere xp̄m: qui. s. draco dicitur: quia nostre carnis peccati ꝛ venenosi similitudinem assumpsit. Figuratus in virga moysi: que conuersa est in draconem. Exodi. vij. quia dei fili9 de celo demissus conuersus est in carnē. Et nota ꝙ iste est rex ꝛ dominus omnium. Draco enim dyademate cādido coronatur ꝛc. Si vis etiā dic: ꝙ draco est iustus. Draco enim est animal cautum: animal etiā gratū sicut exemplificat Plinius de dracunculo nutrito: tandē ī desertū ducto ꝛ libertati dimisso: qui post magna tēpora nutritorem suū a latronibus in deserto oppressum intelligens clamantē liberauit ꝛ iuuit. In ethyopia accidit hoc vt dicit. Sic debet qlibet eē grat9 ꝛc. et erga deum ꝛ erga proximum. vnde Esaie. xliij. Glorificabit me bestia agri dracones. ꝛ strutiones. vñ etiam penitens debet dicere illud. Michee. j. Faciā plāctum velut dracones: ꝛ luctum sicut strutiones. Patet ergo ꝙ per draconē potest intelligi iustus: christ9: impius ꝛ dyabolus. Uide in tabula: qꝛ in hoc opere ꝛ in multis locis fit mentio de dracone.

Dubitare.

A d Cum pro tempore hui9 vite cuncta sint dubia et incerta intantum ꝙ achademici philosophi dicere voluerunt ꝙ nihil certius ꝙ nihil esse certi: multa de dubietate dici possent: nisi autoritates deficerēt et deessent. Constat enim ꝙ est dubitatio.

Sapientium.
Imbecillium.
Desperantium.

Sapientes enim nihil temere volunt asserere: sed potius volūt negocia prudenter sub quodā dubio palliare. Et de hoc dicitur: ꝙ dubitare de singulis non est inutile. Imbeciles vero solent vbi timor non est trepidare: ꝛ nunꝙ securi esse: sed in omnibus dubitare: quod scilicet pertinet ad suspiciosos: q̄ de omnibus dubitant ꝛ in nullo confidunt. Ad timorosos qui pro nihilo dubitant ꝛ facile diffidunt. Ad hereticos qui in fide vacillant ꝛ firmiter non credunt: quos reprehendit dominus dicens. Modice fidei quare dubitasti. Math. xiiij. Desperantes etiam solent dubitare: de salute eterna non sperare: propter quod solent ad mala omnia se laxare. Math. xxviij. Quidam autem dubitauerunt. Uide ergo infra de timere: ꝛ de certitudine ꝛc.

Ducere. Dux. Ductor.

A Nota ꝙ ducere idē est ꝙ aliquid ad aliquem locum dirigere. Est idē quasi iter ostendere ꝛ docere. Et ideo ducere denotat discretionem ꝛ iurisditionem. Duci vero denotat ignorātiam: obedientiam ꝛ subiectionem. Per nomē igitur ducis potest prelatus vel superior: ꝛ predicator: vel q̄cunqꝫ discretior designari: qui alios habet ducere: regere ꝛ docere: ꝛ quem habent sequi: ꝛ ei credere ꝛ obedire: iuxta illud. Judi. ix. Precidentes ramos de arboribus sequebātur ducem. Sic ergo videmus ꝙ ille qui alium ducit debet esse eo discretior ꝛ prestantior. Sic vere prelatus qui alios habet ducere ꝛ regere in scientijs ꝛ moribus debet alijs preualere. Dux enim ꝛ rex apum duplo prestantior ꝛ maior estꝙ alie apes. Inter elephantes etiam illi qui maior est natu ducit gregē sicut dicit Plini. In quibus exemplis innuit natura ꝙ prelati ꝛ principes ꝛ alij qui alios habent ducere: debent in scientijs ꝛ moribus alijs plus valere. Debent enim esse maiores natu: idest antiquiores per sensum ꝛ discretionem. Debent etiam alijs esse duplo maiores ꝙtum ad moralē perfectionē: vt sicut sunt maiores in dignitate: sic sint maiores in bonitate. Ideo Jonathas qui erat melior alijs: factus est eorum dux. Dicunt itaqꝫ te eligimus hodie esse nobis in principē ꝛ in ducem ad bellandum bellum. De quolibet ergo a deo vel a prelato bene ducto potest exponi verbum illud Sapien. x. Justum deduxit dominus per vias rectas et ostendit illi regnum dei et dedit illi scientiam. In quibus ostenditur: ꝙ prelati et predicatores debent alios ducere: tempore claritatis: per viam veritatis. Ad locum vbertatis. Ad ista enim tria debet homo gradatim duci. ¶ Primo ad veri cognitionem. Ideo dicitur. Dedit illi scientiam. Ad iusti perfectionem

fectionem. Ideo dicitur per vias rectas. Tertio ad bo
ni dilectionem. Ideo dicitur: ostendit illi regnum dei.
Primum enim debet intelligere. Secunduꝫ debet eli-
B gere. Tertium debet diligere. ¶ Ducere ergo debet p̄
latus vel predicator subditos vel auditores ad verita
tis cognitionem. Dedit inquit illi scientiam. Ad hoc
enim debet homo conduci: instrui ⁊ deduci: vt sciat q̄
sunt necessaria ad salutem. Nemo enim bene cõduci-
tur nisi de die quando habet lucem. Sic nec homo be
ne potest spiritualiter duci: nisi lumen fidei ⁊ scientie
habuerit. Ideo dicitur in ps. Deduxit eos in nube diei
⁊ in luce stellarũ nocte. Lux enim diei ⁊ nubes ro[ri]flue
doctrine necessarie sunt ductori. Aries enĩ qui est dux
gregis: duobus cornibus tortis ⁊ reflexis est munit⁹
Quod vtiqꝫ significare potest: ꝙ illi qui alios benevo
lunt ducere. Debent duo cornua: idest duo testa-
menta: idest duorum testamentorum scientiam ha-
bere ⁊ ipsam cum suis difficultatibus continere: ⁊ vt
sic sciant alios instruere ⁊ docere. Istud signant duo
cornua mitre episcopalis. Debet ergo ductor alios du
cere ad veritatis cognitionem. Dedit inquit illi scien-
tiam: doce me. ¶ Scdo debet eos ducere ad sanctita-
tis perfectionem: qd ostenditur: cuꝫ dicitur. Deduxit
eos per vias rectas. Vie enim recte sunt vie virtutum
quibus homo recte deducitur in hac vita vt ad termi
num veniat paradisi. Et possumus notare: qd tres
sunt vie recte ad eundum in celum. Vna secura. Alia
pura. Alia dura.

Prima est paupertatis.
Secunda castitatis.
Tertia penitentie vel penalitatis.

Via enĩ que est sine offen diculo ⁊ sine
diuitijs est paupertas. Via munda ⁊ sine carnalitate
est castitas. Via breuis est penitẽtia ⁊ eq̃tas. In istis
igitur tribus vijs debemus deduci duꝫ sumus in hac
vita. Iuxta illud. Prouer. iiij. Ducam te per semitas
equitatis: quas cum ingressus fueris non artabun-
tur gressus tui ⁊ currens non habebis offendiculum
Elephantes enim ducunt paruulos suos ad fluuiuꝫ
⁊ docent eos natare: ⁊ se balneare: et lune et syderibus
inclinare. Vitulus etiaꝫ marinus in terra dicitur pa-
rere: sed tandem post duodecim dies catulos suos ad
mare ducit: ⁊ ipsos ad natandũ instruit ⁊ docet. Qui-
bus exemplis docemur ꝙ qui alios habent docere et
regere: debent eos ducere ad fluuiuꝫ deuotionis: ⁊ ad
mare penitentie ⁊ contritionis: vt purificentur laua-
cro cõfessionis: ⁊ vt lune ⁊ syderibus: idest sanctis ei⁹
inclinentur per virtutem orationis: vt sic dicat talis
ductor. Osee. ij. Ego lactabo eam: et adducam eam ĩ
solitudinem: ⁊ loquar ad cor eius. Debet ergo loqui
ad cor subditorum predicando: ⁊ debet eos lactare be
nigniter inducendo vel temporaliter nutriendo. De
bet ipsos etiam ducere in solitudinẽ: idest in peniten-
tie asperitatem ipsos salubriter corrigendo. Per vias
ergo rectas non ducunt adulatores quia sicut dicitur
Prouer. xvj. Vir iniquus lactat amicum suum ⁊ du-
cit per viam non bonam. Talis via non est via mun-
dane prosperitatis: quia ista est via que videtur homi
ni recta: cuius nouissima ducunt ad mortẽ. Prouer.
xiiij. Ducant ergo eos ad sanctitatis perfectionem.
¶ Tertio dico: ꝙ ipsi debent eos ducere ad celestium
affectionem: vel ad vbertatis repletionem scꝫ ad re-
gnum eternum. Ostendit inquit illi regnuꝫ dei. Aba-
cuc. iij. Sup excelsa deducet me victor in psalmis ca-
nenteꝫ. Debet enim dicere auditoribus illud. Math.
xxv. Venite benedicti patris mei possidete paratum
vobis regnum. Et sic patet: ꝙ si bene volumus duce-
re: necessaria sunt. Lux. via: terminus. Lux scilicet sci
entie. Via iusticie. Terminus glorie: lux veritatis: via
C sanctitatis: terminus felicitatis ⁊c. ¶ Adhuc etiam
possum notare et dicere: ꝙ ducere pertinet. Ad deum.
Ad iustum seu prelatum. Ad impium. Ad dyaboluꝫ.
Duci vero pertinet ad bonum hominem ⁊ iniquum.
Ista enim sunt sex genera ductionum: quoꝝ quatuor
sunt actiue ⁊ due sunt passiue. Inuenio igitur in scri-
ptura ducere

Autoritatis eterne.
Benignitatis paterne.
Iniquitatis externe.
Felicitatis superne.
Humilitatis fraterne.
Fragilitatis interne.
Ducit enim deus regens sagaciter.
Ducit prelatus mouens suauiter.
Ducit diabolus trahens fallaciter.
Ducitur iustus parens humiliter.
Ducitur iniquus currens faciliter.

Dico ergo primo ꝙ est ductus dei quo oĩa reguntur.
Omnia enim que sunt per ipsum summũ ductorẽ deũ
certis ⁊ inuariabilibus legibus ad certos fines ducũ-
tur ⁊ ad hoc suis proprijs motib⁹ inclinant. Sicut enĩ
video ꝙ in oĩbus rebus sunt sue occulte ⁊ proprie qua
litates: q̃ ipsos ducũt ad fines ⁊ terminos sibi datos a
natura: sicut est virtus ⁊ qualitas leuiũ: q̃ ducit ea sur
sum: grauiũ que ducit ea deorsum: ⁊ sic de alijs. Sic in
intellectualibus necesse est dare inhabitare vnã supe-
riorem virtuteꝫ: ⁊ quandã perpetuã legem. s. ipsuꝫ deũ
qui actus coꝝ ducit ad finẽ intentũ. Deuterono. xxxj.
Dñs deus ipe est ductor tuus. Cõstat enĩ ꝙ homo per
cipit in seipso: si bene ⁊ diligenter attendit: ꝙ occulta
quadã lege magis ducitur q̃ p ꝓpriũ liberũ arbitriuꝫ
deducat. Nõne firmamentũ ducit secũ planetas ꝯtra
suũ ꝓpriũ cursuꝫ. Nõne luna mare circũagitat ⁊ dedu
cit: ⁊ fluxũ ⁊ refluxũ ipsi⁹ regulat ⁊ cõponit. Nõne nu
trix ducit ⁊ regit puerũ cũ regere nõ valeat semetipsuꝫ.
pedagogus ẽt discipulũ ad scholas ducit: ⁊ eũ ad addi
scendũ sollicitat ⁊ inducit. Sic dicã necesse est ꝙ nos
a deo principaliter ducamur: ⁊ q̃ ab ipso in agẽdis cre
dendis ⁊ cauendis specialiter dirigamur. Istã ergo vir
tutẽ occulte ꝓuidentie actuũ humanoꝝ ductiuã atqꝫ
tractiuã vocauerũt philosophi fatũ. Cui⁹ leges credi
derunt incõmutabiles atqꝫ certas: eterna serie causaꝝ
sub certi ordinis nexu cũcta inexorabiliter cõstringen
tes. De tali tñ ductu diuino tam ineffabili ⁊ stupẽdo
nihil intendo dicere: nec de regimine sapiẽtie tue: quo
scꝫ cũctas reꝝ naturas: carũqꝫ effect⁹ ãplectit (cũ hoc
vires excedat ingenij mei) nihil audeo diffinire: hoc
solũ dicẽs: qr sicut dr Sap. vij. Sapiẽtie dux est ⁊ sapiẽ
tum emẽdator. In manu enĩ illius nos ⁊ sermones no
stri: ⁊ oĩs sapiẽtia ⁊ operũ sciẽtie disciplina. Q̃tũ tñ ad
ductũ gratie: quo. s. in via morũ iustos ducere consue-
uit: iuxta illud predictũ. Iustũ deduxit dñs per vias re-
ctas: aliqd est dicẽdũ. Sicut enĩ video: ꝙ ad hoc ꝙ na
uis discrete ⁊ sine periculo ducat ad terminum multa
sunt necessaria: vcꝫ rector gubernãs: vẽtus portans re
migũ ministeriũ adiuuãs: veli ⁊ cordarũ adiutorium
cooperãs. Sic dicã ꝙ ad hoc ꝙ anima bene ducat in
via morũ p fluctuosa maria vite eius: necesse est ꝙ ibi
intersit gubernator. i. deus qui eã ducat: flatus. i. spiri
tussanctus qui eam deferat: remigum. i. angeloꝝ mi
nisteriũ qui opem afferant: vel. i. sacre scripture corda-
rumqꝫ. i. dei mandatorũ beneficium qd vires conferat
Sic enim a deo ductore anima deducetur ad portuꝫ et
angelis sanctis: scriptura ⁊ lege diuina cooperantib⁹
felicem conducet ad terminum. Cõstat enĩ ꝙ deus du
cit hominem per viã iusticie: quãdoqꝫ interius inspirã
do: qñqꝫ per angelos consulẽdo ⁊ cõfortãdo: quãdoqꝫ
per tribulatiões impellẽdo: qñqꝫ per sacrã scripturaꝫ
predicatores ⁊ doctores viam ostendendo ⁊ de necessa
rijs erudiẽdo. Vnde proprie de⁹ pater est ductor Deu
tero. j. Dominus de⁹ qui ductor est noster ipse pugna
bit pro nobis. Filius est reductor. Deuterono. xix. Re-
ducet te dñs deus tuus. Spiritussanctus est deductor
ps. Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam
⁊ Esa. lxiij. Spirit⁹ dñi ductor eius fuit. Angelus est
conductor sicut Raphael legit dixisse thobie Tho. v.
Sanum ducam et reducam filium tuum. Et aduer

re ꝙ deus ducens filios israel ad terraꝫ promissionis adhibuit duo remedia scilicet nubem in die que ardorem refrigeraret: et ignem in nocte qui lumen et calorem prestaret. vnde Exodi.xiij. dicit. Dominus autē precedebat eos ad ostendendum viam per diem in columna nubis: ⁊ per noctem in columna ignis: vt dux esset itineris in vtroq; tempore. Sic reuera in isto ductu suo vtitur ⁊ columna nubis: hec est misericordia ⁊ columna ignis illuminantis et comburentis: hec est iusticia: quia procerto sicut pastor quandoq; ducit gregem sibilando ⁊ vocando: ⁊ quandoq; percutiendo ⁊ impellendo: sic deus suos ducit ad gloriam: quādoq; sibilando: inspirando: ⁊ consolando misericorditer. Exodi.xv. Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti. Et quandoq; impellēdo ⁊ tribulādo seueriter. Deutero.viij. Ductor tuus fuit in solitudine magna ⁊ terribili: vbi erat serpens flatu vrens: scorpio et dipsas. Et si vis nota ꝙ iste ducit nos ad
Baptismum vt ibi mundemur.
Desertum vt ibi ꝓbemur.
Judicium vt ibi examinemur.
Paradisum vt ibi cōiocundemur.

D ¶ Ducit ergo ad lauacrum purificatiuū scilicet ad baptismum. Ezech.xlvij. Ducit ⁊ conuertit me ad ripam torrentis. Item ducit ad desertuꝫ mortificatiuū scilicet ad statum penitentie. Osee.ij. Ducam eam in solitudinē ⁊ loquar ad cor eius. Item ducit ad iudiciū examinatiuum Johelis.iij. Congregabo omnes gentes ⁊ ducam eas in vallem iosaphat ⁊ disceptabo cuꝫ eis ibi. Item ducit ad palatium glorificatiuuꝫ seu ad conuiuium letificatiuum scilicet ad paradisum. Abachuc iij. Super excelsa deducet me victor in psalmis canentē. Nos igitur habemus bonū ducem: q.s. nos,
Defendit ab hostibus venenosis,
Dilatat virtutibus copiosis,
Exultat honoribus gloriosis,
Defendit dico: ne ab hostibus superemur.ij. Para.xiij. Ergo in exercitu nostro dux deus est. Item dilatat nos vt virtutibus fecundemur. ps. Dux itineris fuisti in conspectu eius: plantasti radices eius ⁊ impleuit terram. Item nos exaltat scilicet finaliter in paradiso: vt premiemur seu honoremur. Deute.xxxij. Dominus solus dux eius fuit: ⁊ non erat cuꝫ eo deus alienus. Constituit eum super excelsam terram vt comederet fructus agroruꝫ: vt sugeret mel de petra. Patet ergo quomodo est ductus dei quo omnia reguntur.

E ¶ Secūdo principaliter dico: ꝙ est ductus ꝓlati quo subditi ducuntur. Prelatus enim ⁊ predicator duces dicuntur: eo ꝙ subditi per eos ⁊ per eorum regimen: vitam exemplum doctrinam: ⁊ gloriaꝫ ducuntur. Ad ducem enim pertinet ꝙ sit audacior ad precedendum Discretior ad ordinandum seu dirigendum. Validior ad propugnandum: debet enim dux plebem precedere vt demat timorem. Plebem dirigere: vt tollat erroreꝫ Plebem defendere: vt monstret amorem. Sic reuera illi qui vult digne populi dux vocari: ⁊ prelati vel principis digne nomen sortiri debet esse audax ⁊ animosus alios precedens exemplariter. Debet esse sagax ⁊ industriosus alios ordinans regulariter: debet esse viuax ⁊ virtuosus alios defendens virtualiter. Sit dico audax alios precedendo: quia scilicet ad ducem ⁊ rectorē populi pertinet: ꝙ bene ⁊ virtuose agendo omnibus exemplum det: ꝙq; alios bene agēdo precedat: si vult ꝙ populus ad idem audacter et animose procedat: exemplo scilicet illius imperatoris famosi de quo dicit Suetonius: ꝙ legitur militibus dixisse: dicitur ꝙ dauid ducem futurum esse decreuit: qui primus hostes scilicet Jebuseos percuteret: ⁊ primus hierusalē quam obsidebat intraret: ⁊ fistulas domatum tangeret ⁊ cecos ⁊ claudos exinde tolleret ⁊ auferret: ꝙ q; Joab saruie filius fecit primus: factus fuit decetero princeps et dux. Sic vere dico: ꝙ ille dux est et princeps esse meretur: qui ad hostes nostros: scilicet peccata et demones virtutibus impugnandum alios precedere comprobatur: qui etiam de hierusalem: idest de ecclesia scit Jebuseum: idest dyabolum repellere: fistulas domatum: idest falsa dogmata ⁊ doctrinas inde eijcere: et cecos ⁊ claudos: idest ignorantes et vacillantes inde penitus extirpare. De tali ergo duce sic aliorum precessiuo ⁊ malorum impugnatiuo ⁊ eradicatiuo: dicitur. Judi.x. Qui primus ex nobis cōtra filios amō ceperit dimicare erit dux. Sit ergo audax alios precedendo. Item sit sagax alios dirigendo. Ille enim qui alium ducit debet clare videre. Scriptum est enim: ꝙ si cecus ducatum prestet ceco ambo in foueam cadūt Math.xv. Naute enim ad portum ducunt: eo ꝙ per aspectum stellarum: que scilicet luminose sunt dirigūtur. Sic vere dico: ꝙ ille qui ducatum prelatiōis vult recipere: debet per prudentiam videns ⁊ luminosus esse: alias si cecus per ignorantiam fuerit: ⁊ se ⁊ alios poterit precipitare. Unde de Salomone sapientissimo dixit dauid.iij. Regum.j. Ipse regnabit post me: illiq; p̄cipiam vt sit dux super israel. Item sit viuax alios defendendo. Dux enim belli debet esse fortis: vt se ⁊ alios possit defendere: quia si per ipsum succumbere cōtingeret: statim totus exercitus defflueret ⁊ periret: qđ etiam esse inter apes dicitur: vbi maior ⁊ fortior dominatur. Sic vere prelatus alijs constantior ⁊ virtuosior debet esse: vt se possit ⁊ alios adiuuare: sicut dicitur j. Parali.vij. ꝙ filij aser principes cognationuꝫ electi fortissimi duces ducuꝫ. Quod satis figuraliter in saule potest videri: quem deus in ducem israel mandauit inungi: sicut dicitur.j. Regum.ix. ꝙ in israel similis illi non erat ⁊ ꝙ omnem populum ab humero superius excedebat. De isto ergo dominus samueli.j. Regum.ix. dicit sic. Cras mittam ad te virum de terra benyamin: ⁊ vnges eum ducem super populum meum israel. **F** ¶ Ubi nota ꝙ bonus dux describitur quantū ad tria: videlicet. Quantum ad propriam conditionem: quia debet esse vir de terra benyamin: quantū ad ipsius electionem: quia deus debet eum mittere. Cras inquit mittam ad te: quantum ad ipsius prelationem: quia ipse debet inungi dux super populum. Igitur dico ꝙ hic describitur. Eius conditio virtuosa. Eius electio seriosa. Eius prelatio gloriosa. Eius dico conditio virtuosa; quod ostenditur cum dicitur. Uirum de terra benyamin. Ubi nota primo ꝙ qui vult in ducem eligi debet esse.

Etate prouectus.	Primum facit discretio vitalis
In mente deiectus	existentie. Uirū
Uirtute perfectus.	inquit. Sed se-

cundū cognitio fatalis defluentie: scilicet mortalitatis: de terra inquit. Sed tertiuꝫ additio moralis excellentie. Benyamin inquit: qui scilicet interpretatur filius virtutum: vt ⁊ sic. Etatis ratio possit viriliter operari. Uiruꝫ. Mentis cognitio possit humiliter meditari: scilicet se esse de terra. Moruꝫ perfectio possit nobiliter conuersari. Benyamin. Debet ergo qui debet esse dux habere etatis debitum ⁊ sufficiēs complemētum: quia scilicet ipse debet esse vir non puer. Uirum inquit. Nemo enim iuuenes eligit duces: eo ꝙ nō cōstat esse sapientes: vt dicit Aristo. Unde etiam vt sup dictum est: inter elephantes maior natu ducit gregeꝫ In quo docet nos natura: ꝙ illi qui sunt etatis prouectioris ⁊ de quibus presumptio est: ꝙ plura sciuerint atq; viderint ⁊ ꝙ maturius debeant in suis factis procedere: eligi debent principes atq; duces. Uir inquit. q.d. nō puer neq; decrepitū: sꝫ etate ⁊ prudētia virtuosuꝫ vt ⁊ puerili insolentia careat: ⁊ decrepitā impotentiaꝫ ⁊ pigriciā non habeat.ij. Para.viij. Ipsi.s. filij israel erāt viri bellatores ⁊ duces populi: sepe enī pōt cōtingere: ꝙ prudētia supplet etatē: q; sicut dicit. Sap.iiij. Senectus venerabilis est: non diuturna neq; annorū numero computata. Sequitur. Cani sunt sensus hominis ⁊ etas senectutis vita immaculata. Cōstat enī ꝙ multi sunt etate iuuenes: qui tū virtute ⁊ prudētia sunt

sunt viriles: sicut de illo puero malos senes repreben
dente dicitur. Dan. xiij. Dixerũt ei senes: veni ꝛ sede
in medio nostrũ: q2 tibi dedit deus honorẽ senectutis
Et ideo d puero legit. Math. xviij. q2 xp̄s statuit eũ in
medio et ipsum pretulit alijs cõmendando: dicens.
Qui non humiliauerit se sicut paruulus iste non in-
trabit in regnum celorum. De adolescente etiam io-
hanne legitur: ꝙ ipsum christus iuuenem ad aposto
latum vocauit: ꝛ eum pre ceteris predilexit: sicut dicit
Math. iiij. et Johannis. xxj. Etiã apud Romanos.
Octauianus fuit viginti annorum consul et impera
tor electus. Scipio etiam affricanus valde etate tene
ra fuit dux hyspaniarum effectus: quorum tamen q-
libet alijs in factis egregijs est prelatus. Nõ ergo etas
corporis semper respicitur: quia sepe fit, ꝙ iuuenis
prudens ꝛ senex fatuus reperitur. Ideo vbi dicit. Esai.
lxv. Puer centum annorum maledictus erit. Ceteris
tamen paribus dux et prelatus debet esse vir: idest eta
te congrua pollere: ꝛ virtuosis viribus renitere. j. Re-
gum. ix. Ecce vir quem dixeram tibi: ipse dominabitur
populo meo. Unde de prouecta etate prelati potest
intelligi illud quod scribitur. Prouerbio. xxviij. Uita
dulcis longior erit. Cuius tamen contrarium fit ho-
die: quia scilicet non viri: sed pueri dominantur i orbe
illi scilicet qui pueri sunt et sapientia et etate. Esaie.
iij. Dabo pueros principes eorum: ꝛ effeminati domi
nabuntur eis. Non sic ergo: sed habeat qui vult esse
dux: etatis debitum complementum. Uirum inquit
Exemplo scilicet christi qui virilis etatis voluit esse
anteꝙ predicationis vel prelationis officium vellet
G ostendere seu habere: sicut dicit. Luce. iij. ¶ Adhuc
dico: ꝙ ille qui vult esse dux: debet habere humilitatis
solidum fundamentũ: quia scilicet ipse semper debet
se considerare esse de terra: idest esse hominem terreũ
ꝛ mortalem: et exinde concipere humilitatem ꝛ deie-
ctionem mentalem. De terra inquit. Unde etiã apud
imperatores constantinopol. solebat esse statutum ꝙ
die intronizatiõis sue: vbi erat in maximo festo ꝛ gau
dio: veniebant duo lathomi coram populo: portãtes
in manibus lapides quosdam marmoreos ꝛ dicentes
Jubeat dominus imperator de quo genere marmoris
vult fieri sepulcrum suum: hoc autem introductum
erat: vt consideratio mortis future: gloriam illam in
anem reprimeret: ꝛ vt humilitate concepta erga sub-
ditos modestius se haberet. Sicut etiã apud fiscanũ
solenne galliarum monasterium ordinatum est: ꝙ
dum abbas est in mẽsa: semper omni die certus nume
rus pauperum: puerorũ in aula sua reficitur: qui co-
ram abbate pluries venientes sic verba loquuntur.
Domine vos mouemini de terra. Sicut enim dicitur
Ecclesiastici. xvij. Deus creauit de terra hominem. et
Eccli. xl. Omnia que de terra sunt in terra conuertẽ-
tur. Cõsideratio ergo proprie terrestreitatis vtilis est
in duce: quia etiam omnia animalia habẽt vultum
suum inclinatum inferius versus terram. Homo eti
am qui habet staturam erectam sepius ad terram re-
spicit ꝙ ad celum. Ad denotandum ꝙ omnes debem9
terram nostre mortalis conditionis respicere ꝛ nos de
terra genitos et ad terram redituros iterum cogita-
re. Unde Salomoni qui erat dux et rex dicitur. Eccl.
xlvij. Terram retexit anima tua. et Esai. viij. dicitur.
Aspiciet celum sursum ꝛ ad terram intuebitur. Sed
proh dolor procerto de multis ducibus ꝛ maioribus
nostris videtur hodie: ꝙ ipsi non credunt se esse de ter
ra nec esse terreos aut mortales: immo magis viden
tur se credere esse de celo: idest deos ꝛ immortales. Ex
emplo illius Alexandri qui se vt deum adorari man-
dauit: et se Jouis filium appellari: sicut ponit Sene.
Exemplo etiam illius Gay imperatoris: qui se volu-
it credi deum: et ydolum suũ posuit iuxta Jouis ydo
lum: vt simul cum eo adoraretur per populum: sicut
ponunt hystorie Romanorum imperatorũ. De na-
buchodonosor etiam legitur: ꝙ omnes deos terre mã
dauit exterminari et se solum terre deum vocari. Qui
etsi aliquando recolunt sui terreitatem: nec tamen ex
inde concipiunt humilitatem. Juxta illud. Ezechie.
xxx. Dux de terra egypti non erit amplius. Et ꝓpter
hoc tales debent timere futuram damnationem ꝛ ad-
uersitatẽ: q2 scz Eccli. x. d2 ꝙ sedes ducum superborũ
destruxit deus. Non sic sed habeat dux hũilitatis soli
dum fundamentum. ¶ Denique dico: ꝙ talis qui vult H
in ducem ꝛ rectorem assumi: debet habere moralitatis
inclitum ornamentum: id est ornamentum virtutum
quod ostenditur cum dicitur Benyamin quod inter-
pretatur filius dextre: filius virtutum: filius asinin9
siue filius asinorum: quia scilicet tales debent esse filij
propter humilitatem ꝛ charitatẽ: debent etiam esse fi-
lij dextre propter perseuerantie diuturnitatem. Dici-
tur filius virtutum: propter perfectionis multiplici-
tatem: dicitur filius dextre propter bonorum operum
strẽnuitatem: dicitur filius asinorum propter sancto
rum qui portauerunt onera: imitatem: sanctitatem:
ꝛ bonitatem ꝛc. dic sicut supra de Benyamin. Unde de
tali duce sic virtuoso potest dici illud Numeri. x. capi.
In tribu Benyamin erat dux abidam fili9 gedeonis.
Abidam interpretatur pater meus iudex, Gedeon cir
cuiens, ꝛ diligens laborando. Patet ergo ꝙ qui alio-
rum dux ꝛ prelatus digne esse voluerit: virtutum no-
bilitatem mentalem humilitatem: ꝛ etatis congrui-
tatem obtinere debebit. Ista est igitur in ducẽ vel prin
cipem promouendi conditio virtuosa: que ostensa est
cum dictum est in autoritate. Uirum de terra Benya
min. ¶ Secũdo dico ꝙ hic ostenditur ipsius ad duca I
tum seu prelatiõis officium promouendi electio serio
sa. Et hoc ostenditur cum dicitur. Cras mittam ad
te. Quecunque enim electio debet,
Debite protelari.
Desuper ordinari.
Subditis destinari.
Quia scz ista debet esse ad tempus dilata: vt debite pos
sit examinari. Cras inquit. Unde electores debent al-
ter alteri dicere illud Josue. vij. Sãctificamini in cra-
stinũ: ꝛ illud Exodi. xvj. Cras quodcũque est operandũ
facite. Cras inquit: hoc est dictu: deliberate. Uide su-
pra de cras circa principium. De qua quidẽ delibera-
tione potest intelligi illud. ij. Regũ. v Tu eris dux su-
per israel. Non enim dicit tu es: vel, tu sis: sed tu eris in
futuro. Deliberate enim vult procedere. Quod est cõ-
tra illos: qui non cras sed hodie: id est nimis celeriter
ad electiones prorumpunt: quibus vt cõmuniter ma
le cedit: dicentes illud. j. Macha. x. Constituimus te
hodie summũ sacerdotẽ gentis tue. Habeat ergo dis-
cretam dilationẽ ad hoc vt debite sit examinata. Cras
inquit. Item habeat a deo sollicitationem seu inspira
tionem ad hoc vt canonice sit originata. Nulla enim
electio canonica dici debet: nisi illa quam deus inspi-
rando facit ꝛ promouet. Teste enim apostolo Roma.
xiij. Non est potestas nisi a deo. Et Hebreo. v. dicit ꝙ
nemo assumat sibi honorem nisi qui vocatus est a deo
sicut aaron: hoc est quod dicitur hic: quia ipsemet do
minus dicit. Adducam: scilicet ego deus: vt sic de ta-
li desuper facta a deo ordinatiõe dicat quilibet rite ele
ctus domino regratiando illud. ij. Regum. vj. Elegit
me supple dominus et precepit mihi vt essem dux su-
per populum suum israel: quasi diceret nullus se debet
ingerere sed preceptum: inspirationem et impulsum
domini expectare Juxta illud Ecclesiastici. vij. No-
li querere ab homine ducatum. Expectet ergo ꝙ ipsum
adducat dominus ad ducatũ. Ut ꝛ dominus possit di
cere illud Esa. lvj. Adducã eos in mõtem sanctũ meũ:
ꝛ letificabo eos i domo oratiõis mee. Habeat ergo ele
ctio ducis a deo ꝓgressionẽ: vt canonice sit originata.
Adducam inquit. Item habeat debitam intentionem
ad hoc: vt vtiliter sit determinata: scilicet ad vsum ad

vtilitatem populi. Ad te inquit: idest ad vtilitatem tuam. Quod est contra multos qui non eliguntur ad te: sed ad se: quia scz electio et promotio sua tota vertitur ad vtilitatem suiet suorum: ac si deus ad se: non ad te idest: ad vtilitatem propriam non comunem creasset eos. Contra illud quod dictum fuit. Moysi duci israel. Nume. xxvij. Ibis et tu ad populum tuum. Etiam contra illud quod dicit dominus filijs israel preliaturis contra Benyamin de iuda. Judicum. xx. Judas sit dux vester: idest ad vtilitatem vestram creatus. Igitur dico: quod talis electio debet fieri cum populi vtilitate: ad te. A superna diuinitate: adducam. Cum discreta maturitate: cras. Et sic patet ipsius ducis electio seriosa
K quod est secundum principale autoritatis: quod ostensum est cum dictum est. Cras adducam ad te. ¶ Tertio principaliter dico: quod hic ostenditur ipsius electi prelatio gloriosa vel fructuosa: que ostenditur cum dicit Unges eum directe super populum meum israel. Ubi aduerte quod talis sic conditionatus: electus et promotus vt dictum est debet.

Benigniter conuiuere. — Probat benignitatem dulcedinis vnctura
Utiliter dirigere.
Seduliter intendere.

: vnges inquit eum. Probat vtilitatem regiminis ductura: ducem inquit. Probat sedulitatem ligaminis iunctura: super populum meum israel: quia scilicet ipse semper debet esse super populum per diligentiam circunspectam. Dico ergo: quod iste debet conuiuere valde benigniter. Unges inquit. Res enim vncta magis est suauis et dulcis et minus dulcis: et minus exasperat contingentez. Et ideo reges et prelati et sacerdotes consueuerunt inungi: ad denotandum: quod ipsi debent mites: dulces: suaues et misericordes pre alijs inueniri. ps. Unxit te deus. Et Exodi. xv. Dux fuisti in misericordia tua etc. Dic de misericordia prelati: sicut infra de rege. Et vide infra: de vngere. Sed reuera hodie non sic: quia nos non habemus duces vnctos: sed duces vncosos. Non duces clementes: sed duces dementes Non duces misericordes: sed duces vecordes. Non duces fideles: sed duces crudeles. De his videtur loqui dauid in ps. dicens. Herodij domus dux est eorum: montes excelsi ceruis: petra refugium erinacijs. Herodius enim auis rapax: signat duces crudeles cum mente rapaci. Ceruus animal cornutuz signat duces superbos cum pompa minaci. Erinacius autem spinis indutus et animal nullius status: signat duces diuites et minaces cum manu tenaci: quia pro certo illi qui tenent modo celsos: idest ecclesie vel seculi dignitates: et qui in petra: idest in petri nauicula dominantur: aut sunt rapaces et furiosi: aut minaces: superbi atque pomposi: aut sunt auari: tenaces atque spinosi: more ericij in seipsis constricti: parci viles: et inglorosi. Itaque si diues es sunt herodij ad rapiendum. Si eges: sunt cerui in altis montibus: idest dignitatibus ad despiciendum. Si iure vrges: sunt ericij ad se spinarum: idest violentiarum armis defendendum. Dilata si vis de conditionibus: herodij: cerui et ericij contra modernos duces contra quos dicitur. ij. Esdre. j. Duces populi domini multa inique gesserunt: et impie gesserunt super immundicias gentium: et polluerunt templum domini. Non sic
L bonus dux et vnctus: debet ergo conueuire valde benigniter. Unges ei inquit. ¶ Adhuc dico: quod iste debet dirigere suos vtiliter. Et hoc importat etiam nomen ducis: qui dicitur a ducendo. Ducez inquit: quia reuera iste tenetur ducere et dirigere suos subditos per semitas equitatis. Math. ij. Ex te enim exiet dux qui regat populum meum israel. Et si vis notare: potes dicere quod bonus dux debet subditos ducere.

Ad
Montem contemplationis,
fontem consolationis.
Pontem eruditionis,
Sortem tribulationis,
Artem diuine famulationis,
Partem eterne delectationis.

¶ Isti ergo sunt boni duces qui subditos suos ducunt ad contemplationis montez. Judi. iiij. Duc exercituz in montem thabor. Thabor enim interpretatur luminis aduentus: quia scilicet prelatus debet alios ducere ad montem eterni luminis contemplandum. Exemplo christi: de quo dicitur. Math. xvij. Assumpsit iesum Petrum Jacobum et Johannem: et duxit eos in montem excelsum seorsum. Et bene dicit seorsum: quia contemplatio melius fit seorsum: et secrete: et ad partem quam in publico. Item eos deducunt ad consolationis fontem. Jud. vij. Duc eos ad aquas et ibi probabo eos. Aque enim que refrigerant: consolationem designant. Item ducunt eos ad eruditionis pontem. Doctores enim et predicatores pontes sunt: quibus mediantibus pertransimus in celum. Actuum. ix. Barnabas autem apprehensum. Paulum duxit ad apostolos. Item ducunt eos ad tribulationis sortem: scz ad laborem penitentie. Osee. ij. Ducam eum in solitudinem et loquar ad cor eius. et Math. iiij. Ductus est iesus in desertum vt tentaretur etc. Et etiaz ad pugnam contra vitia. Unde. j. Regum. xvij. Duxerunt aciem ad pugnandum contra philistijm. Exemplo christi: de quo scribitur. Esaie. liij. Sicut ouis ad occisionem inquit: idest ad mortis et tribulations tolerationem ducetur. Item ipsos ducunt ad artem diuine famulationis: artem: scilicet ad seruitium dei. Exemplo Samuelis. De quo dicitur. j. Regum. j. quod mater sua duxit eum vt appareret coram domino. Itez finaliter ducunt eos ad eterne delectationis: partez scilicet ad gloriam paradisi. Hester. ij. dicitur. Quod Hester ducta est ad cubiculuz regis: vbi etiam ipsi consequuntur superne promotionis et exaltationis partem seu sortem Unde in ps. Duxit eum in montem sanctificationis. Patet ergo quomodo bonus dux debet dirigere suos vtiliter. Ducem inquit. j. Machabeo. ix. Nunc itaque te hodie eligimus esse in principem et in ducem ad bellandum bellum nostrum. ¶ Denique dico quod bonus M
dux debet assistere suis seduliter: quod ostenditur cum dicitur. Super populum meum. Sicut enim gallina super pullos incubat vt eas custodiat et foueat diligenter: sic bonus superior super subditos suos incubare debet: scilicet ipsos visitando: monendo: fouendo: et curam pastoralis regiminis diligentius exercendo. Super populum inquit meum. Unde. ij. Regum. vij. Ego te tuli de pascuis sequentem greges: vt esses dux super populum meum israel. Quod est contra multos: qui scilicet super populum suum per diligentiam non incubant: nec eum per personalem presentiam visitant aut frequentant: sed sumptis spolijs et emolumentis de subditis nihil curant. Isti ergo non sunt super populum: sed retro populum: de quibus loquitur dominus. Hiere. xxiij. Ecce ego ad pastores qui pascunt populum meum: vos dispersistis gregem meum: eiecistis eos et non visitastis eos etc. Ista etiam sunt contra aliquos alios malos duces: qui scilicet sunt plusquam necesse est diligentes: quia scilicet bene volunt esse super populum ipsum: scilicet visitando: crimina inuestigando: exactiones faciendo: machinamenta adinueniendo: et populum multipliciter molestando: contra quos dicitur. Super populum tuum malignauerunt consiliuz: cogitauerunt aduersus sanctos tuos vt habetur in ps. Uide eam supra: de aduocato. Non sic ergo: sed sit dux super populum: quia ipse debet assistere suis seduliter. Super populum inquit. ij. Regum. xvj. Posui te ducem super populum meum israel. Igitur patet quomodo secundum autoritatem ille qui digne dux et superior esse voluerit suis seduliter debet assistere. Suos vtiliter debet dirigere: cunctis benigniter debet conuiuere Et hoc quantum ad fructum sue prelationis. Item patet quomodo iste debuit esse mature electus

electus a deo datos: subditis oblat⁹: et hoc ꝗtum ad
actuz sue electionis. Item patet quomodo iste erat
etate ꝓuectus. In mente deiectus. Uirtute perfectus.
Et hoc quantum ad statum sue conditiõis. Et sic pa
tent tria presentia ⁊ nouem subprincipalia in autori-
tate predicta. Cras adducam ad te virũ de terra. Ben
niamin: ⁊ vnges eum ducem super populum meum
israel. Et sic patet secundum principale. s. ꝙ est duct⁹
M prelati quo subditi ducuntur. ¶ Tertio dico: ꝙ est du
ctus iniqui per quem mali aguntur. Sicut eniz boni
duces solent ad bonum deducere bonos: sic mali du-
ces solent ad malum ducere malos. Omnia eniz que
violenter ducuntur: solent omnia que sibi adherent
secum ducere: ⁊ ad eam partem ad quam tendũt om-
nia se sequentia inclinare. Patet in rota que clauos ĩ
se infixos secum ducit ⁊ voluit. Sic reuera mali quos
dyabolus quadaz male consuetudinis necessitate du
cit ad impia: alios sibi adherentes: scilicet suam socie
tatem sectantes: suo dominio subiacentes: ⁊ doctrinã
malam suam audiẽtes: facile ducũt ad similia. Mus
maris animal est: quod in terra facta fossa oua ponit
⁊ terra operit. Post triginta vero dies aperta fossa ca
tulos genitos reperit: quos tandem ad mare ducit et
ad natandum erudit: sicut ponit liber de natura rerũ
Et Plini. libro. ix. capi. xviij. Sic vere mali pullos: id
est subditos ⁊ filios: auditores ⁊ discipulos: solent in
terra: idest in terrenorũ amore parturire: ⁊ eos ad ma
re: idest ad peccatorum fluctus ⁊ ad inferni amaritu
dinẽ verbis ⁊ exẽplis ducere: ⁊ eos in vitijs enutrire.
Patet de malis prelatis ⁊ hereticis doctoribus: de vsu
rarijs ⁊ mundanis peccatoribus: qui omnes nitunt
filios suos tam naturales ꝗ̄ spirituales socios: scili-
cet ⁊ vicinos: subditos: discipulos ⁊ parentes in amo
re ⁊ industria terrenorum gignere: ⁊ ad peccata plus
ꝗ̄ ad virtutes pro presenti tempore: ⁊ ad mortem eter-
nam plus ꝗ̄ ad gloriam ducere ⁊ docere. Ductio eniz
talium nihil aliud est: ꝗ̄ quedam tractio ad mortem
eternam ⁊ ad mare. i. ad amaritudinem infernalem.
Osee. ix. Effraym ducet ad interfectionem filios suos
Isti enim ducunt eos in via mala scz in via errorum
vitiorum ⁊ mũdi fluctuum negociorum. Et procerto
tales vie: licet prima facie videantur eis recte: ducunt
eos tamen ad terminum tormẽtoꝝ: quia sicut. ꝓuer.
xiiij. Est via que videtur homini recta: nouissima au
tem eius ducunt ad mortem. Quia scz sicut iusticia ẽ
via: que ducit ad paradisum: sic mundi prosperitas ⁊
nequicia vie sunt que ducunt homines ad infernum.
Prouer. xij. In semita iusticie vita: iter autem deuiuz
ducit ad mortem. Et si vis notabis: ꝙ mali per suos
malos ductores: scz per dyabolum ⁊ peccatores: p ꝓ-
speritatem ⁊ mulieres ducuntur atqꝫ trahũtur ad vo
luptates: que mentes maculant luxurie fece. Ad di-
gnitates que mentes iugulãt superbie nece. Ad facul
tates que mentes stimulant vulcanica face. Ad serui
tutes que malos vinculant baratrica cruce. Ducunt
ergo mali.

Ad luxurie feces.	Ducuntur dico ad
Ad superbie neces.	feces luxurie: que
Ad auaricie faces.	carnem maculant
Ad eterne pestilentie cruces.	Unde de iuuene a

mala muliere allocuto: dicitur. Prouerb. vij. Quod
statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam
⁊ nescit ꝙ ad vincula stultus trahatur. Unde etiam
de Salomone narratiue dicitur. Nee. xiij. ꝙ ĩ multis
gentibus non erat similis illi: ⁊ tamen ad peccatum
ipsum duxerunt mulieres alienigene. Item ducunt
ad artes superbie que malos iugulant. Unde. Lu. iiij.
dicitur: ꝙ illi mali iudei duxerunt iesum ad precipitiũ
montis: super quod ciuitas sua sita erat vt precipita-
rent eum quod fecissent nisi diuertisset. Item ducun
tur ad faces auaricie que mentes stimulant: contra
illud. Deuterono. xviij. Non inueniatur in te qui lu-
stret filium suum aut filiam ducens per ignem. Item
finaliter ducuntur ad cruces infernalis continentie
seu pestilentie que captos vinculant: scilicet ad penaz
et ad seruitutem inferni. Ibi enim ducuntur vt capti
ui nunꝗ̄ euasuri. Ut peregrini nunꝗ̄ redituri. Ut dã
nati penas subituri. Dico vt captiui quia carcere
nunꝗ̄ exeant. Esa. v. cap. Propterea captiuus duct⁹
est populus meus: quia non habuit scientiaz. Et Tre
no. j. Paruuli eius ducti in captiuitatem a facie tri-
bulantis. Item ducuntur illuc vt peregrini qui nun-
ꝗ̄ redeant. Esaie. xxiij. Longe ducent eum pedes eius
ad peregrinandum. Item ducuntur vt damnati qui
penas subeant. Baruch. iiij. Ducti sunt vt grex dire-
ptus ab inimicis. Illi ergo nõ sunt boni duces qui ad
tales terminos ducunt suos. Unde nota quod multi
sunt hodie duces in ecclesia et in mundo qui scz sunt.
Duces pauperes et indigentes.
Duces inscij et imprudentes.
Duces crudeles et seuientes.
Duces infideles et mentientes.
¶ Dico ergo quod isti sunt duces miseri quibus ni-
hil potest sufficere. Unde Prouerbiorum. xxviij. Dux
indigeus prudentia multos opprimet. Item isti sunt
duces inscij qui neminem sciuut instruere. Unde Mi
chee. iij. Duces domus israel: nunquid non vestrum
est scire iudicium qui odio habetis bonum et diligi-
tis malum: Item isti sunt duces crudeles atqꝫ impij
qui nemini volunt condescendere. Ideo cuilibet tali
dicitur Ezechi. xxj. Prophane. impie dux israel pone
sydarim: tolle coronam: quasi diceret. Dux crudelis
non est dignus tenere regimen vel ducatum. Item isti
sunt duces infideles atqꝫ noxij qui amicos solent de-
cipere. Ideo bene dicitur Michee. vij. Nolite credere
amico: et nolite confidere in duce. Igitur tales mali
duces digni sunt ad inferos duci. et ibidem concuti et
confringi: quod vtiqꝫ faciet dominus finaliter quan-
do ipsos iudicabit seueriter. Hieremie. lj. Collidam
in te duces et magistratus. Et Nume. xxiiij. Consur-
get virga de israel et percutiet duces moab. Sic ergo
patet ꝙ est ductus impij quo multi sternuntur seu le
duntur. ¶ De alijs autem generibus ductionũ nihil
amplius: quia bene possunt sub precedentibus conti-
neri. Bene ergo dicitur ꝙ est.
Ductio mali rectoris.
Ductio boni pretoris.
Ductio summi creatoris.
¶ Quia scilicet omnia sicut dictum est vel actiue vel
passiue diuersimode possunt intelligere ⁊c. Uide supra
de adducere et deducere. Et infra de introducere. et in
ducere.

Dulcedo. Dulcis.

Nota quod dulcedo multipliciter sumi- A
tur in scriptura. Est enim Dulcedo.
Detestabilis et vitiosa.
Commendabilis et virtuosa.
Appetibilis et dolorosa
¶ Dulcedo vitiosa est triplex scilicet.
Dulcedo mundane prosperitatis.
Dulcedo carnalis impuritatis.
Dulcedo verbalis fallacitatis.
¶ De dulcedine prosperitatis et iocunditatis: potest
intelligi illud Esaie. xxiiij. capitulo. Cessauit gaudiuz
tympanorum: quieuit sonitus letantium: conticuit
dulcedo cythare cum cantico non biberunt vinum.
amara erit potio bibentibus illam: Prosperitas simi
lis est quibusdam fructib⁹ qui dicuntur mirabolani.
qui in principio dum sunt virides sunt dulces in fine
vero quando maturi sunt: sunt amari. Sic vere charis
simi mundi prosperitas modo est dulcis finaliter ta-
men accidit ꝙ in inferno inuenitur amara. quãdo scz
omnis mundana dulcedo in amaritudinez conuertet.
Job. vj. Anima esuriens idest anima damnata. etiam
amarũ pro dulci sumet. idest penam eternam loco mũ
dane prosperitatis. contra quam dicitur de diuitibus

Esai.xxiiij. Cessauit gaudium tympanorum: quieuit sonitus letantium: conticuit dulcedo cythare: cu3 cātico non biberunt vinum: amara erit potio bibentib9 illam. Item de dulcedine carnalitatis potest dici illō Prouerbio.v. Fauus distillans labia meretricis ₇ nitidius oleo guttur eius: nouissima vero illius amara velut absinthium: ₇ lingua eius acuta velut gladius biceps. Mala enim mulier similis est cuidam pisci qui dicitur fasten. In cuius ore: vt Iorath autor est aqua maris dulcescit: cui9 aque dulcedine allecti alteri pisces intrant in os eius ₇ ab ſeo deuorantur. Sic vere carissimi mulieres per dulcedinē oris sui attrahūt homines ad peccatum: quos finaliter temporaliter deuorant ₇ consumunt: ₇ infernus ipsos post morte3 cruciat atq3 damnat. Ideo dicitur Prouer.vij. Dic sapientie vt custodiat te a muliere extranea: que verba sua facit dulcia: Contra carnales etiam ₇ gulosos: finaliter potest dici illud Joe.j. Ululate qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam perijt ab ore vestro. De dulcedine vero fallacitas: sc3 adulationis ₇ deceptionis dicitur. Prouer.xx. Suauis est homini panis mēdacij. ₇ Job.xx. Cum dulce fuerit in ore eius malum: abscondit illō sub lingua sua. Et illō. Rom.xvj. Per dulces sermones ₇ benedictiones decipiunt mētes innocentium. Ista est igitur triplex dulcedo vitiosa.

B ¶ Ite3 dico ꝙ est dulcedo virtuosa: ₇ illa similiter triplex est scilicet.

Dulcedo i ore.	Dulcedo oris est locutio v̄balis.
Dulcedo i corde	Dulcedo cordis ē deuotio mētal'.
Dulcedo i ope.	Dulcedo opis est opatio realis.

Sit igitur in nobis. Ut sic ꝙtum ad ista quilibet possit dicere illud. Ecclesia. xxiiij.

Dulcis locutio.
Dulcis deuotio.
Dulcis compassio.

Spiritus meus super mel dulcis. Ubi ostenditur ꝙ in nobis debet esse.

Dulcedo locutionis
Dulcedo deuotionis.
Dulcedo compassionis.

Primum ostenditur cum dicit spūs: q2 per spiritum intelligitur locutionis flatus. Secundu3 ostēditur: cum dicitur: mel: quia per mel intelligitur deuotionis virtus. Tertium vero ostenditur cum dicitur: dulcis: per quod intelligitur compassionis actus: q2 sc3 res dulces melius nutriunt. Habeamus igit dulcedinem locutionis. Dulciter enim ₇ benigniter debemus loqui inferioribus: ₇ respondere superiorib9: qđ potissime pertinet ad predicatores: qui dulcedine verborum debent alios attrahere ad virtutem: vt sic eis possit dici illud: Canti.ij. Ostende mihi faciem tuam sonet vox tua in auribus meis. Uox enim tua dulcis: ₇ facies tua decora. Nihil eni nobis debet esse ita dulce: sicut scientia nobis per studium vel per predicatoris eloquium ꝓpinata. Ezech.iij. ₇ Apoc.x. vbi dicit: ꝙ liber comestus fuit in ore sicut mel dulce. Nos eni3 debemus habere pulcritudinem in pelle conuersationis: ₇ dulcedinem in voce locutionis: similes panthere: quod est animal quod habet pellem pulcerimam et ex ore emittit vaporem suauissimum. Et ideo vt dicit Plini. Omnia animalia ipsum sequūtur diligunt ₇ admirantur: ₇ in odore oris sui ₇ pellis pulcritudine delectantur. Sic vere carissimi nos debemus habere in pelle: idest in conuersatione: pulcritudinem honestatis. Et in ore: idest in locutione dulcedinem benignitatis: ₇ sic fiet ꝙ a cunctis hominib9 diligemur Sicut enim dicit. Eccli.vj. Uerbu3 dulce multiplicat amicos: ₇ mitigat inimicos. Habeam9 ergo dulcedinem locutionis. Spiritus inquit. Per spiritum eni3 quandoq3 intelligitur flatus ₇ locutio que procedit ab ore. Unde Joe.iij. Stillabunt montes dulcedinem ₇ colles fluent lac. Montes eni ₇ colles dici possunt Unde predicatori potest dici illud. psal. Emitte spiritum tuum: idest verbum tuum: et creabuntur et renouabis faciem terre. Spiritus oris nostri christus dominus. Et alibi, Uerbo domini celi firmati sunt: ₇ spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quamuis pro certo de multis possit dici illud. ps. Neq3 enim est spiritus in ore ipsorum. Item debemus habere dulcedinem deuotionis. Mel inquit. Per mel intelligitur dulcedo deuotionis ₇ contemplationis: quia proculdubio debent viri spirituales nutriri: ₇ maxime litterati. Apes enim que pascuntur in floribus temperatis sicut amigdalorum: faciunt mel valde dulce. Sumentes vero flores herbarum amararum: sicut est absinthium faciunt mel minus dulce. Sic vere carissimi illi qui versantur circa flores dulces: idest circa scientias ₇ scripturas diuinas: mel deuotionis ₇ cōtemplationis faciunt dulcius. Illi vero qui herbas amaras scientiarum mundialium ₇ negociorum terrenorum frequentant: mel deuotionis non conficiunt ita dulce. Bene ergo dicitur. Prouerbio.xxiiij. Comede fili mi mel quod bonum est: ₇ fauum dulcissimum gutturi tuo. Habeamus ergo dulcedinē deuotionis. Simus similes salmoni: qui postꝙ inuenerit aqua3 dulcem: nunꝙ redit amplius ad amaram. Sic vere nec nos postꝙ deuotionem dulcedinis inueniremus: ad amaritudinem peccatorum vel bonorum terrenoru3: nunꝙ redire debemus. Cuius tamen contrarium faciebant filij israel: qui manna dulcissimum abhorrentes Pepones egyptiacos affectabant: sicut dicitur. Nume.xj. Habere ergo debemus dulcedinem deuotionis: dicentes domino illud. Qua3 dulcia faucib9 meis eloquia tua: super mel ori meo. Demum dico: ꝙ habere debemus dulcedinem compassionis: que ostēditur cum dicitur. Dulcis. Res enim dulces sunt magis nutritiue: ad denotandum: ꝙ illi qui per compassionem ₇ pietatem sunt dulces: egenorum ₇ pauperu3 sunt nutrices. ps. Parasti in dulcedine tua pauperi. Ista est igit dulcedo virtuosa. ¶ Tertio dico: ꝙ est dulcedo gloriosa: scilicet dulcedo glorie paradisi. Et ista similiter est triplex sc3. C

Dulcedo visionis.
Dulcedo fruitionis.
Dulcedo dilectionis.

Ibi enim dulciter deus videtur. Eccli.xj. Dulce lumen ₇ delectabile est oculis videre solem. Ibi etiam deus dulciter gustatur. vnde. ps. Gustate ₇ videte quoniam suauis est dominus. Ibi insuper deus dulciter amat. ps. Dulcis ₇ rectus dominus ₇c. Patet quod est triplex dulcedo scilicet gloriosa: que consistit in visione: fruitione: dilectione. De qua scilicet in. ps. Quā magna multitudo dulcedinis tue domine: quam abscondisti timentibus. Uirtuosa que consistit in locutione verbali: in deuotione mentali: in compassiōe reali. Can. ij. fructus eius dulcis gutturi meo. Uitiosa: que consistit in prosperitate carnalitate ₇ v̄bositate. De qua Jaco.iij. de eodem fonte stillat dulcis ₇ amara aqua quia sc3 talis mala dulcedo plus habet de amaro ꝙ de dulci.

Duo. Nota ꝙ numerus binarius multipliciter in scriptura reperitur. Signat enim in bono scilicet ₇ in malo. Ille enim numerus signat distinctionem ab vnitate: ₇ sic s̄m arismeticam: iste vocat numerus infamis: quia primus ab vnitate recedit: et sic signat discordes contrarios ₇ diuersos: quia vere isti ab vnitate amoris ₇ concordie recedūt. Tales eni non sunt vnum per caritatem: immo sunt duo per diuersitatem ₇ contrarietatem. In celo eni sunt due stelle seu due circulorum stellarum sectiones: quarū vna dicitur caput draconis: alia cauda draconis: ₇ ista ita diuerse ₇ contrarie sunt: ꝙ quando vna est in oriente alia semp est in occidente: quia si vna est in vno signo alia semper est in opposito. In signo enim geminorū due sunt stelle: quarum vna dicitur castor: alia pollux qui tantam intra se habent contrarietatem: ꝙ in ista te dum vna nobis oritur: alia occidit. Et ideo a poetis ficte sunt fuisse duo fratres: quorum vnus celos ali9 inferos dicitur possedisse. Polus etiam articus et A

polus antarticus due sunt stelle immobiles: que tamē
in duobus celi angulis oppositis dyametraliter sunt
locate. Ecce igitur quomodo dualitas diversitatem si
gnat ⁊ quomodo illa que constituta sunt in dualitate
sunt constituta in contrarietate et diversitate. Bene
igitur dico. ꝙ per numerū binarium intelliguntur illi
qui ab unitate charitatis recedunt et dividuntur: et
qui in divisione discordie constituuntur. Eccli. xxxiij.
Intuere in omnia opera altissimi: unum contra unū.
duo contra duo. Sic igitur numerus iste signat in ma
lo. Et ideo de discordibus qui semper sunt duo ⁊ nūꝙ
sunt unum potest dici illud Lu. xij. Quod duo in tres
et tres in duo dividentur Et illud Math. xxvij. Velū
templi scissum est in duo. Unde etiā de concordia viri
et uxoris dicitur. Math. xix. Itaqꝫ iam non sunt duo
sed una caro. ¶ Sed adhuc dico ꝙ iste numer⁹ signat
in bono et sic signat aggregationē: caritatē ⁊ coniun
ctionem concordiā et unitatem. Iste enim numer⁹ est
primus in quo unitates plures invicem aggregantur
et ideo ille videtur concordiā et amorem designare per
quem plures persone invicem uniuntur et sociantur.
Math. xviij. Ubi duo vel tres congregati sunt in no
mine meo: ibi sum in medio eorum Gregorius etiā di
cit ꝙ minus ꝙ inter duos charitas haberi non potest
In signum cuius prout dicitur Luc. x. xp̄s discipulos
suos binos ante faciem suam misit. Et adverte ꝙ iste
numerus. scilicet dualitas charitatis est numerus ma
gne prerogative. Iste eni inuenit in multis naturis. Iste
B designatur in multis figuris. Iste cōmendat in multis
scripturis. ¶ Dico igit ꝙ iste numer⁹ in multis natu
ris inuenit. Et vide primo in animalib⁹ quomodo mē
bra omnia sunt binata. Homo eni habet duos pedes
duas manus: duas aures: duos oculos: duas nares.
Vide etiam in sexibus quomodo deus posuit ibi dua
litatem. Non enim voluit ꝙ in generatione conveni
rent tres vel quatuor: sed duo solum: scꝫ masculus ⁊ fe
mella. In quibus procerto innuitur ꝙ si perfecti esse
volumus semper duo et bini idest per charitatē ligati
esse debemus. Natura enim solitudinem abhorret: et
ideo sub dualitate videtur omnia generasse. Iste igit
numerus inuenitur in naturis. ¶ Itē dico ꝙ iste nu
merus designatur in figuris quas de dualitate reperi
mus. Unde pro deo quot in sacra scriptura figuras de
dualitate reperimus. Due eniꝫ fuerunt fidei tabule la
pidee. Exo. xxxiij. Due fuerunt tube argentee. Nume.
x. Due etiam fuerunt colūne eree scꝫ in templo Salo
monis. iij. Reg. vij. Duo fuerunt cherubin in propicia
torio. Exo. xxvj. Duo fuerunt altaria in tabernaculo.
scilicet altare holocausti et thimiamatis. Exodi. xxvij.
Duo insuper fuerunt ostia in templo. Ezech. xlj. Apo
stolorum etiam fuerunt duo gladij. Luce. xxij. Circa se
pulcrum inuenti sunt duo angeli. Luce. xxiiij. Ascen
dente insuper domino: allocuti sunt apostolos duo vi
ri. Actuū. j. Ecce igitur quomodo dualitas charitatis
⁊ amoris in figuris designatur. ¶ Sed adhuc illa dua
litas in scripturis commendatur. Et hoc procerto in
veteri et in nouo testamento Dicitur enim Eccl'e. iiij.
Melius est esse duo simul ꝙ unum. In nouo vero testa
mēto dicitur ꝙ in his duob⁹ lex pendet tota ⁊ prophe
te. Math. xxij. Ecce igitur patet quomodo per istū nu
merum intelligitur liga et copula caritatis: ita ꝙ de
talibus potest dici illud Apoc. xj. Hi sunt due olive. ⁊
duo candelabra lucentia in cōspectu domini terre stā
tes In quibus verbis adverte ꝙ sicut illi qui sunt duo
sunt clementiores. sunt scientiores: sunt constantiores
Clemētiores dico. quia unus potest alij misereri. Scie
tiores etiam: quia unus potest ab alio doceri. Constan
tiores insuper: quia unus potest ab alio adiuvari ⁊ tue
ri. Sic vere dico spiritualiter ꝙ illi qui sunt duo idest
charitative combinati.
Habent clementiam ampliorem: quia sunt due olive
Habent scientiā clariorē: q2 sunt duo candelabra.
Hn̄t cōstantiā fortiorē. q2 sunt stātes in cōspectu dei.

¶ Dico ergo primo charissimi quod si fuerimus duo
per charitatem: nos erimus clementie largioris. Due
inquit olive. Palme enim quando bine ⁊ bine sunt plā C
tate: melius solent fructificare. et ideo agricole quādo
seminant illa. semper solent simul duo germina pone
re: ut sic due plante nascantur. scilicet una mascula:
alia femella. Ut etiam sic per unius influentiam alia
fructuosior habeatur. Sic vere charissimi illi qui sunt
coniuncti per charitatem: sunt ut communiter fecun
di et fructiferi per pietatem. Illi qui sunt charitatiui
sunt elemosynarum emissiui Et ideo bini et bini sunt
plantādi. ut in pietatis opib⁹ sint fecundi. Qḋ quidē
ostenditur cum dicitur ꝙ isti debent esse due olive.
Oliva enim a qua oleum eliquatur. signat viros pios
a quibus pietatis et elemosynarum oleum distillatur
quando per charitatis scilicet copulam combinantur
Istud figuratur in istis duobus cherubin qui versis
invicem vultibus super propiciatorium ponebantur:
qui quidem de lignis olivarum facta fuisse perhiben
tur sicut dicitur. iij. Regum. vj. Ista enim cherubin ꝗ
erant figure et ymagines aquilarū significant viros
pios. Aquila enim est avis valde liberalis. alijs distri
buens predam suam: Et ideo isti dicuntur duo per ca
ritatem. De olivis per pietatem: dicuntur se mutuo re
spicere per bonorum suorum communicationem. Di
cuntur etiā propiciatorio incumbere: per facilem iniu
riarum indulgentiam et remissionē. Ec sic breviter di
cetur illud zacha. iiij. ubi queritur quid sunt due olive
iste. Et respondetur post pauca. Isti sunt duo filij oli
varum. Et nota ꝙ per olivam pax et concordia desi
gnatur: In cuius signum legati romanorū cum oliva
rum ramis solebant mitti. In signum etiam cuius co
lumba deū mundo placatum denūcians: cū ramo oli
ve ad Noe dicitur redijsse: sicut habetur. Gen. viij. In
quo procerto docemur: ꝙ si duo per charitatem et ami
ciciam: pietatemqꝫ seruauerimus. tunc pacem et con
cordiam habebimus. Amor enim ⁊ pietas sunt due so
rores que se semper invicem comitantur. Unde zach.
vj. Consilium pacis erit inter duo. Simus ergo duo ut
sic simus clementie amplioris. ¶ Secundo debemus
duo esse ut simus scientie clarioris. Duo inquit cande D
labra lucentia. Melius enim illuminant luminaria
quando sunt duo ꝙ quando non est nisi unum. Sic ve
re viri sancti: quando sunt duo idest per charitatem iū
cti et combinati: melius lucent per scientiam et meli⁹
illuminant per doctrinam. Scientia enim unius ad
dit ad scientiam alterius. Et ideo quantumcunqꝫ sit
modicus socius: nunꝙ est vilipendendus. quia sepissi
me fit ꝙ ab uno egeno et simplici scitur: quod a docto
ribus ignoratur: Ideo bonum est charitative cum om
nibus se habere. ut ab omnibus possimus addiscere:
et sic per scientiam lucere et per doctrinam docere. Cā
delabra inquit lucentia. Istud habemus in scriptura
et in natura. Deus enim a principio fecit duo lumina
ria principalia scilicet luminare maius ⁊ luminare mi
nus: et hoc ut lucerent super terram ⁊c. quod utiqꝫ di
in scriptura. Gene. j. In quibus innuitur ꝙ illi qui vo
lunt esse luminaria lucentia per doctrinam ⁊ predica
tionem: debent esse duo per charitatem ⁊ dilectionem
et per bonorum associationem Unde hugo in dida sco
lon dicens quomodo illi qui volunt esse sapientes de
bent omnes diligere: et ab omnib⁹ qḋ eis deficit inqui
rere: nullius societatem vilipendere: dixit sic: Sicut in
quit qui ab omnibus accipiuntur sunt omnib⁹ ditio
res. sic qui ab omnibus volunt discere fiunt sapientio
res Audi inquit. Crisiphum in prouer. Que tu non no
sti fortassis nouit ophillus. Simus ergo duo ut simus
scientie clarioris. Candelabra inquit. ut de quolibet di
catur illud zach. iiij. Vide candelabrum aureum totū
¶ Tertio simus duo: ut simus cōstantie fortioris: qḋ E
ostenditur cum dicitur. Stantes: Duo enim meli⁹ por
tant onus ꝙ unus. Duo etiam melius resistūt uni ad
versario ꝙ unus solus. Sic vere charissimi illi qui sunt

duo per charitatem: sunt fortiores per constantie probitatem. Melius enim sustinent tribulationum et tentationum adversitatem: quia unus ab alio adiuvatur: et tam precibus quam consolationibus roboratur. Unde etiam dicitur. Prouerb. xviij. Frater qui adiuuatur a fratre: quasi ciuitas firma. Ideo dicitur Eccls. iiij. Si quispiam preualuerit contra unum duo resistent ei. Isti ergo sunt stantes in conspectu domini dei terre. Sap. v. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Et sic igitur patet quod nos debemus esse duo per charitatem. Ut possimus sustinere potenter. Ut possimus lucere patenter. Ut possimus indulgere clementer. Velut habeamus clementiam ad miserandum Scientiam ad informandum. Constantiam ad sustinendum. Sed heu prohdolor multi sunt hodie qui ista carent dualitate idest amore et charitate. Hodie enim quasi omnes volunt esse soli per singularitatem et partialitatem: et ideo non habent constantiam. scientiam vel pietatem Eccls. iiij. Ve homini soli: quia si ceciderit non est qui subleuet eum: Duo igitur simus: et dualitatem scilicet amorem et charitatem habeamus. Aquila enim semper in nido suo duos lapides echites dicitur habere: ut facilius possit parere: et ut pullos possit a reptilibus defendere. Sic vere charissimi si nidum cordis nostri a venenosis reptilibus idest a malis cogitationibus volumus defendere et a tentationibus volumus custodire et si partum bonorum operum volumus celeriter emittere nos pro certo duos lapides .i. duplicem charitatem et amorem scilicet dei et proximi ibi debemus ponere et tenere. Et sic nidus iste a predictis reptilibus tutus erit: et partus bonorum operum faciliter parietur. Viri enim pleni caritate: solent emittere bona opera sine difficultate. In estate enim calor solis mirrham arborem preciosum liquorem: qui stacten dicitur facit voluntarie et sine difficultate aliqua distillare. ut dicit Isido. Quia vere quando sol et calor perfecte caritatis corda nostra inflammat. tunc sine coactione liquorem pietatis et bonorum operum a nobis distillare procurat. Ut enim dicit Greg. Nunquam est amor dei ociosus. operatur enim magna si est. si autem renuit operari: amor non est. Sic igitur patet charissimi quod est quedam dualitas virtuosa. Quedam dualitas vitiosa. Si vis notare de istis qui
f sunt duo: et qui sunt in bono combinati associati et coniuncti. dic quod

Fulgent clarissime.	Dico igitur quod duo .i.
Sciunt doctissime	viri charitatiui con
Gemunt tristissime.	uersando sunt cla-
Volant citissime.	rissimi. Fecit deus
Pugnant fortissime	duo magna lumi-
Fantur verissime.	naria. Item cogno-
Meditantur profundissime.	scendo sunt doctis
Federantur coniunctissime	simi unde isti sunt
Famulantur attentissime.	cherubin qui inter
Contemplantur limpidissime.	pretantur plenitu

do scientie. Exodi. xxxvij. Fecit duos cherubin ex auro purissimo. Item penitendo sunt tristissimi. Unde isti figurantur in turturibus et columbis deo oblatis: que sunt volucres gemebunde Leui. xiiij. Offeret duos turtures aut duos pullos columbarum. Item isti discurrendo sunt citissimi quia valde cito debent discurrere opera virtuosa. Iohan. xx. Currebant duo simul. Item isti propugnando sunt fortissimi. Deut. xxxij. Duo fugabant decem milia. Item isti ad proloquendum sunt verissimi. Deute. xvij. Et .ij. Corin. xiij. In ore duorum testium stat omne verbum. Item isti meditando sunt profundissimi, scilicet meditando de morte. j. Regum. x. Inuenies duos viros iuxta sepulcrum rachelis. Item isti federando sunt coniunctissimi. Isti sunt enim duo. de quibus dicitur. Mathei. iiij. Vidit iesus duos fratres Symonem et Andream. Boni enim ita sunt inuicem confederati et charitatiue ligati: quod magis videntur unum quam duo. ij. Regum. vj. Opus unum erat in duobus Item isti famulando sunt attentissimi. Unde isti sunt discipuli qui bini et bini fuerunt missi: sicut dicitur Luce. x. Unde. Marci. xj. dicitur. quod iesus misit duos discipulos et ait illis: Ite. Item isti contemplando sunt certissimi vel limpidissimi Unde Marci. xvj. dicitur. de duobus discipulis euntibus in emaus: ostensus est iesus in alia effigie. Item isti laborando sunt occupatissimi Mathei. xxiiij. Erunt duo in agro. Item quiescendo sunt deuotissimi. Ibidem erunt duo in lecto. Et breuiter dico quod de illis qui dualitatem charitatis et bone societatis sectantur dici potest quod sint.

Duo arietes.	Duo dico arietes scilicet quia
Duo leones.	alios prudenter solent de
Duo boues.	ducere. Exodi. xxix. Tolle
Duo passeres.	arietes duos immacula
Duo agni.	tos etc. Item sunt duo leo
Duo viri.	nes: quia impios per iu-
Duo filij.	sticiam solent corrigere
Duo deuoti.	seu corrodere. Unde in se-

dili throno salomonis erant duo leones sculpti altrinsecus: sicut dicitur. ij. Paralip. ix. Item sunt duo boues quia omnibus per patientiam solent succumbere iij. Regum. xviij. Dentur nobis duo boues. Item sunt duo passeres: quia per dei prouidentiam solent se regere. Math. x. Nonne duo passeres asse veneunt: et unus non cadit in terram sine patre vestro idest sine prouidentia patris. Item sunt duo agni: quia mentalem innocentiam solent eligere. Numeri. xxviij. Offeres agnos anniculos immaculatos duos. Item sunt duo viri qui per fortem patientiam solent subsistere. Numeri. xj. Remanserunt in castris duo viri Et Luce. xxiiij. Ecce duo viri astiterunt. Item duo filij: quia per veram amiciciam solent diligere. Mathei. xxj. Homo quidam habebat duos filios. Item sunt duo deuoti. quia humiliter solent petere et appetere. Luc. xviij. Duo homines ascenderunt in templum. Ecce ergo quomodo dualitatem caritatis concomitantur alia bona. Ideo de talibus duobus idest de quibuslibet charitatiuis et iustis potest dici illud predictum Gal. iiij. Abraham duos filios habuit. Quia reuera omnes tales sic dualitati et combinati possunt dici abraam. idest dei filij et cognati. Et si vis adhuc commendare duos sanctos vel duas sanctas vel duo charitatis precepta: seu etiam duo scripture sacre testamenta. dic quod isti sunt. G

Duo brachia.	Dico ergo quod hec
Duo ostia.	sunt duo brachia
Duo vbera.	ad nos amplexan
Duo ligna.	dum. Ubi de thro
Duo talenta.	no. Salomonis.
Duo calami.	dicitur. ij. Para. ix.
Duo anuli.	Duo habebat bra
Duo gladij.	chiola duo altrin
Due tabule.	secus. Item duo
Due columne.	ostia nos ad fidem
Due tube.	introducendum
Due cathene.	Ezechi. xli. Duo
Due virge.	ostia erant in tem-
Due penne.	plo. Item duo vbe-
Due mense.	ra ad nos lactan

dum et consolandum. Unde sponse dicitur Canti. iiij. Duo vbera tua sunt duo hynnuli. Item duo ligna ad nos sustentandum et inuitandum. iij. Regum. xvij. En colligo duo ligna etc. Item duo talenta ad nos ditandum et redimendum Mathe. xxv. Domine duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo superlucratus sum. Item duo calami ad veritatem scribendum atque docendum. Exodi. xxv. Sint spherule sub duobus calamis Item duo anuli ad nos eterna gloria subarrandum et honorandum. Unde de corona que dicebatur aureola dicitur moysi Exodi. xxx. Facies duos anulos aureos sub corona. Et Exodi. xxviij. dicitur. Facies duos anulos aureos et pones in summitate rationalis iudicij. Item sunt duo gladij ad verum a falso truncandum et diuidendum. Luce. xxij. Ecce duo gladij hic. Item sunt

due tabule

due tabule ad legem dei continendum et ostendendũ. Exo.xxxij. Reuersus est moyses de mõte portãs duas tabulas scriptas ex vtraqꝫ parte. et factas opere dñi. Itẽ sunt due colũne ad nos per spem et fiduciã sustinendũ iij. Reg.vij. Finxit duas colũnas ereas quas statuit in porticũ templi. Item sunt due tube ad nos ad fidem et penitentiam vocandũ et excitandũ. Nume.x. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles quibus cõuocare possis multitudinem. Itē sunt due cathene ad nos infra dei mandata tenendum et alligandũ. Exo.xxxix. Anulos posuerunt in vtroqꝫ latere rationalis. ex quibꝰ pēderent due cathene auree. Item sunt due virge ad nos dirigendum et corrigendum. zacha.xj. Assumpsi mihi duas virgas: vnam vocaui decoram: alteram vocaui funiculum. Item sunt due penne ad sursum volanduꝫ et celestia contemplandum. Apoc.xij. Date sunt mulieri ale due et volauit. et Esaie.vj. Duabus alis velabant faciē eius: et duabus velabant pedes eius. et duabus volabant. Item sunt due mense ad nos nutriendũ et spiritualiter refocillandũ. Ezech.xl. In vestibulo porte due mense hinc. et due mēse inde. et breuiter omnes iste dualitates possunt applicari.

M Ad duo testamenta deitatis. Ubi sunt ostia.
Est sponsa charitatis que habet vbera.
Est silua venustatis que habet ligna.
Est bursa largitatis que habet talenta.
Est candelabrum honestatis quod habet calamos.
Est rationale veritatis quod habet anulos.
Est manus seueritatis que habꝫ gladios: et sic de alijs

Si etiaꝫ de sanctis hominibus id dixeris dic ꝙ isti habent duo brachia. idest duos amplexus charitatiuos scilicet amoreꝫ dei et proximi. Duo ostia idest duos affectus hospitatiuos: quia scilicet notos et ignotos debent recipere. Job.xxx.ca. Ostium meuꝫ viatori patuit Duo vbera idest duos effectus consolatiuos seu pietatiuos. scilicet opera pietatis corporalia et spiritualia. Duo ligna idest duo brachia crucis et passionis deuotionem. Duo talenta idest rectam intentionem et bonam operationem. Duos calamos idest veri. et falsi descriptionem. Duos anulos idest fidei et charitatis subarrationem Duos gladios idest sui et aliorũ correctionem et punitionem. Duas tabulas idest noui et veteris testamenti cognitionem. Duas columnas idest in prosperis et in aduersis stabilem perfectionem. Duas tubas idest de virtutibus et vitijs eloquentem predicationem. Duas cathenas. idest appetitus carnis et mētis coertionem et vinculationem. Duas virgas. idest sui et aliorum directionem. Duas pennas idest ad cõsiderationem inferni et paradisi volatũ et meditationem. Duas mensas idest spiritualem et temporalem: scilicet ignorantiam et pauperum refectionem etc. Allega sicut supra. Dicat igitur quilibet illud deo Prouerbio.xxx. Duo rogaui te ne denegas mihi. Duo inquit idest quamlibet dualitatem predictã: Patet ergo quomodo dualitas signat bonam concordiam et virtuosam.

J ¶ Sed adhuc notabis ꝙ non solum dualitatem virtuosam sed etiaꝫ vitiosam est inuenire. ergo dico ꝙ in malo significato inuenitur.
Dualitas distractiua.
Dualitas deceptiua.
Dualitas coniunctiua.
Dualitas disiunctiua.

Est igitur quedã dualitas diuidens subiectum: et ista est quando quis per variam mentis varietatem et inconstantiam: ab vnitate et integritate constantie: et soliditate mentis diuiditur in seipso. De quo potest dici. Marci.xv. Uelum templi scissum est in duo. Et talis sic diuisus non potest habere quietem: sed potius sollicitudinem et dolorem: sicut bene dicitur Eccli iij. Cor ingrediens duas vias: non inueniet requiem. Itē est quedam dualitas illudens obiectũ. Et ista est dualitas duplicitatis: quando scilicet homo habet duas intentiones: vnam apparentem: et aliam occultam: et quando creditur esse fidelis et simplex.. et ipse varius atqꝫ duplex. Quãdoqꝫ enim mõstruose contigit ꝙ in vno corpore sunt duo capita. sic in vno opere duo intētionuꝫ genera. Et tales figurantur in veste lana linoqꝫ contexta: de qua precipitur. Leui.xix. Ueste que ex duobus texta est non indueris. Et ideo talis maledicitur. Eccli.ij. vbi dicitur sic. Ue duplici corde: labijs scelestis: manibus malefacientibus: et peccatori ingredienti terram duabus vijs. Iteꝫ est alia dualitas coniungēs affectum et ista signat malam concordiam: combinationem vel societatem malorum. De qua societate potest dici illud quod scribitur Luce.xxiij. Ducebantur alij duo nequam vt interficerentur. Teste enim plinio Inter serpentes sunt coniugia: duoqꝫ simul cohabitare solent scilicet masculus et femella. Sic vere inter malos sunt societates: federa et consortia: quia scilicet isti adinuicem combinantur ad faciendum opera sua mala. Hiere.xxiiij. Ecce duo calati pleni ficis. et sequitur. Ficus malas: malas valde. Item est alia dualitas disiungens effectuꝫ seu continens despectum. scilicꝫ dualitas parcitatis diuisionis: inuidie et discordie separate. De quo. iij. Regũ.xvj. Tunc diuisus est populus israel in duas partes vna pars sequebatur amri. et alia sequebatur zambri. et illud Genesis.xxv. Duo populi ex ventre tuo diuidentur. Hoc autem de duobus pueris in ventre rebecce colluctantibus. scilicet. esau et Jacob fuit dictum. Quocunqꝫ predictorum modorum mali possunt dici duo. et sic dices quod mali: duo merito dici possunt quia.
Duobus funibus ligantur.
Duobus oculis priuantur.
Duobus asinis comitãtur.
Duobus filijs orbãtur.
Duobꝰ cornibꝰ ornãtur.
Duobus vitijs grauantur.
Duobus vitulis famulantur.
Duabus vijs peregrinantur.
Et sic pcerto isti qui tales dualitates habent possunt dici.
Duo falsi.
Duo ceci.
Duo vrsi.
Duo eunuchi.
Duo domini.
Duo diacones
Duo latrones.
Duo debitores.
Duo senes.
Due meretrices
Due deglutrices.

Dico ergo ꝙ tales dicunt duo: quia duobus funibꝰ ligãtur quod facit obstinatio et isti duo funes sunt complacentia faciēdi malũ. et difficultas faciēdi bonum et de hoc iudicum.xv. dicitur. ꝙ philistei ligauerũt Sãsoneꝫ duobus funibus. Itē isti duobꝰ oculis priuãtur: quod facit indiscretio: quia scilicet isti perdunt discretionem declinandi a malo et faciendi bonuꝫ Unde de Samsone legitur quod philistijm abstulerunt sibi duos oculos sicut ipsemet supponit Judicum.xvj. vbi dicit Redde mihi deus pristinam fortitudinem. vt pro amissione duorum luminũ vnaꝫ recipiam vltionem. Item isti duobus asinis associantur quod facit rationis hebetatio. quia scilꝫ hebetes sunt ad presentia gubernandum et ad futura preuidenduꝫ Unde de leuita dicitur. Judi.xix. ꝙ ipse habebat secum vnum puerum et duos asinos. Puer enim signat carnalem immundiciam. Asini vero duo significant presentium et futurorum ignorantiam et inaduertentiã et talibus procerto accidit sicut leuite predicto cuius vxor a viris gabaa fuit oppressa et abutendo necata: quia scilicet vxor idest caro seu voluntas talium ab immundis actibus vel cogitationibus opprimitur: et per diuersa vitia suffocatur. j. Regnm.xxx. Due vxores dauid captiue ducte fuerant. Item isti duobus filijs orbãtur: quod facit eneruatio. Anima enim habꝫ duos filios idest duas fortissimas virtutes. scilicet fortitudinem ad acquirendum paradisum: et ad euitanduꝫ infernuꝫ: qui tamen filij dum peccat anima moriuntur. j. Regum.iiij. Duo filij tui mortui sunt. Uel dic ꝙ duo filij anime sunt intellectus et affectus quia scilicet quando peccat homo: intellectus moritur male opinando affe

eius male concupiscendo. Item isti duobus cornib⁹ ornantur: quod facit superbia et elatio. Isti enim du plici cornu superbie sunt elati. scilicet de se presumendo et alios contemnendo Danie. viij. Efferatus hircus in arietem comminuit duo cornua eius. Hircus est mors. Aries est superbus. Item duobus vitijs grauantur: quod facit mali executio et boni obmissio et declinatio. Mali enim habent duo generalia vitia: que sunt declinare a bono et facere malum Hiere. ij. Duo mala fecit populus meus. Dereliquerunt fontē aque viue: et foderunt sibi cisternas dissipatas. Item isti duobus vitulis famulantur: quod facit verbalis adulatio: quia scilicet adulatores vitulos aureos id est diuites auro locupletes et aureis refulgentes adorant et honorant. Unde. iij. Regu3. xij. dicitur ꝙ hieroboa3 fecit duos vitulos aureos et dixit: Isti sunt dij tui israel. Et sic procerto qui tales dualitates malas habent possunt dici duo testes falsi quia carent vera locutione. Potissime autem adulatores dicūtur duo falsi testes: quia scilicet isti falso vituperant commēdanda: similes lamie monstro quod faciem habet humanam: pedes equinos: quod duabus mammis catulos lactat post eos laniat: ƺm Isid. Sic isti predictis duabus mammis lactant ꝛc. Math. xxvj. Nouissime autem venerunt alij duo falsi testes. Item sunt duo ceci quia carent vera discretione. Mat h. xx. Ecce duo ceci sedentes secus viam. Sunt duo vrsi: quia deuorant cum gulosa comestione. Ursus enim animal est gulosum. iiij. Regum. ij. Egressi sunt duo vrsi de saltu et lacerauerunt eos. Sunt duo eunuchi: quia carent bonorum operum generatione. Unde isti sunt illi duo mali eunuchi qui machinauerant occidere assueru3. Hester. ij. Sunt duo mali domini: quia alios premūt tyrannica iurisditione. Mathei. vj. Nemo potest duobus dominis seruire. Sunt duo dracones quia inflāmati sunt auara et ambitiosa affectione. Hester. x. Duo autem dracones ego et aman. Sunt duo latrones: quia suspenduntur in eterna damnatione. Mat. xxvj. et Luce. xxiij. Crucifixi sunt cum eo duo latrones Sunt duo debitores: quia pressi sunt vitiorum obligatione. Luce. vij. Duo debitores erant cuidam feneratori. Sunt duo senes: quia indurati sunt peruersa obstinatione. Unde isti sunt duo mali senes qui accusauerunt Susannam. Danielis. xiij. Sunt due meretrices: quia fetent carnali inquinatione. iij. Regum. iij. Due mulieres meretrices venerunt ad regem Salomonem Sunt due deglutrices: quia feruent alienorū̄ bonorum cupiditate et ambitione. Prouerbiorū. xxx. Sanguisuge due filie sunt dicentes: affer: affer: Sic ergo patz quomodo dualitas potest significare in malo diuersimode ꝛc. Uide. s. vbi binus.

A **Duodecim.** Duodenarius numerus potest significare in bono et in malo, Numerus enim iste constat ex denario et ex binario. Et ideo per istum numerum significatur perfectio legis veteris et legis noue. Lex enim vetus consistit in denario decalogi. lex vero noua consistit in binario charitatis. Et ideo per numerum duodenarium bene potest omnis virtus atqꝫ perfectio denotari. Unde videtur quod iste numerus in exemplis commēdatur igitur ꝛ in rerum naturis. Pauo enim duodecim oua ponit. Camela duodecim mensibus partum suum portat. Lepus duodecim vicibus et diebus in anno generat. Celu3 duodecim signa continet. Dies artificialis duodecim horas habet. Iste ergo numerus exemplis commendatur. Item iste figuris designatur. Duodecim enim fuerunt fontes in helym. sicut dicitur Exodi xv. Duodecim fuerunt filij Jacob Genesis. xxxv. Erant autem filij Jacob duodecim. Duodecim enim fuerunt apostoli christi. sicut dicitur. Luce. ix. et Mathei. x. Item iste numerus in scripturis predicatur. Unde Johannis. vj. Nonne duodecim vos elegi: et Johā. xj. Duodecim sunt hore diei. Aduerte ergo generaliter quod per istum numerum potest intelligi. Utriusqꝫ legis perfectio: Operum pietatis impletio Discipulorum christi collectio. Articulorum fidei deductio. Duodecim enim sunt legis mandata. scilicz decem legis antique: et duo legis noue. Duodecim sunt pietatis opera. scilicet sex corporalia et sex spiritualia. Duodecim sunt articuli fidei Duodecim apostoli christi. Est igitur.

Quedam duodena tenenda.
Quedam habenda.
Quedam credenda.
Quedam imitanda.
Quedam affectanda.
Quedam detestanda.

Duodena est tenenda. scilicet duodena mandatorum legis antique et legis noue. Ista enim sunt duodecim signa celi sacre scripture: in quibus et infra quorū ambitum planete. idest viri perfecti dum sunt in vita presenti solent cōtinue peragrare. Figurata in duodecim panibus propositionis: qui in mensa coram domino B semper esse debebant quos sacerdotes in fine septimane: et illi qui de tribu sacerdotali ꝛ mundi erant comedebant quia mēsa scripture istos duodecim panes cōtinet: quos nullus nisi sacerdos. idest vir bonus ꝛ sanctus comedit aut adimplet. Leui. xxiiij. Accipies similam et coques ex ea duodecim panes. Ista est ergo duodena tenenda. ¶ Secunda duodena est habenda. scilicet duodena operum pietatis. scilicet sex corporalium que in isto versu ponuntur. Uestio. Poto. Cibo qꝫ. Recolligo. Uisito. Cōdo. Et sex spiritualia que in isto versu notantur. Instrue castiga qꝫ remitte solare fer ora. Ista sunt duodecim oua. que pauo idest quilibet vir ꝑfect⁹ debet ponere emittere et producere. Isti sunt duodecim fontes in helym quod interpretatur deficiēs: qꝛ scilicet deficientes et pauperes debemus cum duodecim fontibus. idest cum duodecim pietatis operibus refrigerare: et ipsos spiritualiter et corporaliter recreare. Et sic erimus sicut illa arbor Apocal. xxij. que singulis mensibus fructus duodecim afferebat. et erant fructus eius in cibum: folia in medicina3. Duodecim enī fructus. sunt duodecim opera pietatis quibus esuriētes tam spiritualiter ꝙ corporaliter recreantur. Et ista possunt figurari etiam in duodecim cophinis fragmētorum que superauerunt de panibus et piscibus multiplicatis: sicut dicitur Mathei. xiiij. Marci. vj. Luc. ix. et Johannis. vj. In ista enim mensa christi plus superfuit ꝙ appositum fuerat ad significandum ꝙ qui per pietatem alios pascit: bona sua deus taliter multiplicat. ꝙ magis recipit ꝙ expendit. Folia vero: bona sunt verba et documenta quibus spiritualiter peccatorum vulnera medicantur. ¶ Tertia duodena est credenda. scilicet duodena articulorū fidei. Iste sunt enī C duodecim hore diei: et duodecim distinctiones et particule veritatis et christiane fidei. Isti sunt duodecim anni quibꝰ christus habebat quando in templo cu3 doctoribus disputabat: sicut dicitur Luc. ij. Ad denotandu3 quod illi qui duodecim fidei articulos perfecte credunt: de fide in veritate coram sapientibus loqui possunt. Isti etiam sunt duodecim porte et duodecim fundamenta pietatis ciuitatis hierusalē. idest ecclesie sancte dei. De quibus fit mentio. Apocalip. xxj. scilicz articuli fidei sunt porte quibus ad dei cognitionem intramus: ꝛ fundamenta quibus sustentamur ne per errores deficiamus. Ista est etia3 illa linea duodecim cubitorum que mare templi ambiebat. iij. Regum. vij. quia scilicet fides. idest mare que nunc fluctuat: militantem ecclesiam ambit que. xij. cubitos idest duodecim articulos habet ꝛc. Ista igitur duodena est credēda. ¶ Quarta duodena est imitanda. Ista est duodena apostolorum per quam etiam denotatur cetus omnium sanctorum et virorum quorumlibet perfectoru3 qui pro tanto duodecim dicuntur: quia duodecim apostolos imitantur. Duodecim articulis imbuuntur.

Duodecim mandata predicta sequuntur et exequuntur. Duodecim gaudia spiritus prestolantur. Ista est ergo duodena imitanda. ¶ Quinto dico quod inuenitur duodena affectanda. Et ista est gloria paradisi. que secundum Bernardum. in quodam numero duodenario continetur. Unde ipse dicit in quodam sermone quod ibi erit memoria sine obliuione. Ratio sine deuiatione. Voluntas sine perturbatione. Impassibilitas sine corruptione. Corporis claritas sine obscuritate. Agilitas sine recordatione. Subtilitas sine obuiatione. Diligere proximum sicut te. Videre proximum diligentē te sicut se. Diligere plus ꝙ se. Diligere seipsum tantummodo propter deum. Videre deum diligentem te plus ꝙ diligas teipsum. Ista sunt duodecim gaudia anime beate de qua potest dici illud. Apocalipsis. xij. Ubi dicitur. quod ipse vidit mulierem amictam sole et luna sub pedibus eius. Et in capite eius corona stellarum duodecim. Mulier est anima beata. que sole vestitur. idest immortali claritate: ꝛ calcat lunam idest mutabilem mortalitatem: et que coronam habet duodecim stellarū: Mulier est anima beata que sole vestitur. idest immortali claritate idest predictorum gaudiorum duodecim multiplicitate.

D Ista est ergo duodena affectāda. ¶ Sexto dico quod inuenitur duodena detestanda. Et ista est congregatio omnium iniquorum: qui scilicet duodena dicuntur. quia scilicet duodecim articulis et duodecim misericordie operibus contrariantur. Et isti sunt proditores pleni fallacia. Mathei. xxvj. et Luce. xxij. Judas autem scarioth vnus de duodecim iuit ad principes sacerdotum ꝛc. Sunt carnales et luxuriosi: figurati in muliere. que duodecim annis patiebatur fluxum. Sunt discordes et litigiosi figurati in pallio aye quod diuisit in duodecim partes. iij. Regū. xj. Isti sunt duodecim leunculi quos leo de iuda christus noscitur genuisse: quibus rugientibus per predicationem terra tremuit Et ideo isti figurantur in duodecim lenuculis aureis qui erant sub sex gradibus throni eburnei salomonis. iij. Regum. x. Figurantur etiam in duodecim bobus ereis qui portabant mare eneum in ingressu templi sicut habetur. iij. Regum. vij. Istud mare eneū quod erat quoddam lauacrum in ingressu templi vbi sacerdotes lauabantur potest figurari ecclesia militans et fides christiana: per quam et in qua peccatores purificantur. Per thronum vero eburneum designatur ecclesia triumphans. vbi beati sedent et quiescantur. Per sex gradus istius throni possunt significari sex pietatis opera: per que ad istum thronum ascēditur et intratur. Isti ergo duodecim leones et duodecim boues signāt duodecim apostolos qui reuera fuerunt.

Boues per patientiam.
Leones per audaciam.
Aurei per sapientiam.
Erei per eloquentiam.

¶ Isti igitur sustentauerunt mare ecclesie militantis: ꝛ predicādo et docendo per mūdum portauerunt. Ista est ergo duodena imitanda: et etiam honoranda: quia scilicꝫ ibi sunt qui a deo per predestinationis gratiam sunt signati. Apocalip. vij. De tribu ruben duodecim milia signati: qui etiam sub duodecimo numero continentur: et isti etiam sunt qui in ciuitate hierusalem finaliter collocantur: et hoc est quod supponitur Apocalipsis. xxj. Ubi illius ciuitatis porte anguli: lapides: fundamenta et tituli sub titulo duodenario continentur. ꝛc.

A **Duplex. Duplicitas.** Illud dicitur duplum quod bis est multiplicatum et additum. Et possumus notare quod multiplex duplicatio seu duplicitas reperitur in scriptura. Est enim

Duplicitas gratie: quam debes querere.
Duplicitas culpe quam debes fugere.
Duplicitas pene: quam debes tremere.
Duplicitas glorie quam debes petere.

¶ Est ergo quedam duplatio virtuosa et ista est duplatio meritorum: et operum virtuosorum et bonorū quam scilicet sancti appetunt et requirunt. dicentes illud. iiij. Regum. ij. Fiat spiritus tuus duplex in me. Diuites enim non vno vestimento contenti sunt: immo vt communiter habent plura et dupla vestimenta. Etiam corpora animalium membra habent raro singularia: immo semper multiplicata et duplicia: sicut patet quod oculi: aures nares. manus. pedes. ale. cornua. et alia similia omnia sunt dupla. Voluit enim sagax omnia duplicare natura. vt si vnum membrum casu aliquo deperiret: saltem aliud regnaret. Sic vere dico quod omnes virtutes in anima debent esse duplate et multiplicate. et continue in melius augmentate. Si enim vnam virtutem acquirimus statim melius proficiendo ipsam duplicare debemus. Exemplo illius negociatoris qui a domino duo talenta recepit: qui propter hoc commendatur: quia ipsa duplicata domino reportauit. Mathei. xxv. Et Esaie. lxj. In terra sua duplicia possidebunt. Et bene duplicia scilicꝫ oculos discretionis in spiritualibus et terrenis. Aures auditionis tam correctionum ꝙ consolationum. Nares odorabilis meditationis tam suauitatis supernorū ꝙ fetoris infernorum. Et sic de alijs: quia vero omnes virtutes debent in nobis esse duplices scilicet inꝙtum possunt cernere deum et proximum vel inꝙtum respiciunt spiritualia et terrena figurate in illo indumento Aaron quod dicebat rationale: quod quatuor preciosis coloribus erat contextum: et quadrangulum et duplex erat sicut dicitur. Exod. xxviij. Sic vestis virtuose conuersationis iustorum debꝫ vt dictum est duplex esse. ꝛc. Expone. Unde de domesticis ecclesie. id est de sanctis hominibus dicitur quod omnes domestici eiꝰ vestiti sunt duplicibus. Et Ecclesiastici. xlij. Omnia duplicia. Ista est ergo duplatio virtuosa ¶ Secundo B dico quod inuenitur duplatio vitiosa: et ista est duplatio vitiorum: sicut quando peccator habet duplex odium seu contemptum: scilicet dei et proximi duplicem luxuriam scilicet mentis et carnis: duplicem auariciam scilicet acquirendi et retinendi duplicem superbiam. scilicet de se presumendo et alios contemnendo et sic de alijs modis est dare. Ecclesiastici. xij. Duplicia mala inuenies. Et aduerte quod duplicitas inconstātie est potissime vitiosa quando scilicet homo non est fidelis aut certus: nec integer: nec solidus: sed duplex varius et incertus similis lepori qui duplicem habet sexum. Similis taxo qui in cauerna sua semper duplicem habet introitum. Similes quibusdam hominibus schytie qui sicut patet compatriotis vicinis: duplicem habent vultum: humanum scilicet et taurinū quia reuera tales in omnibus inueniuntur duplices: et varie. et infideliter se habentes vnum realiter existentes et aliud visibiliter apparentes. Semper enim volunt habere duos exitus: vel etiam duos vultus: ita vt vbicunqꝫ se verterint nunꝙ appareant esse idem. iij. Regum. vj. Utrunqꝫ ostium duplex erat. Quibus loquitur scriptura. Jac. iiij. dicens. Emēdate manus peccatores: purificate corda duplices animo. Et aduerte quod isti sunt duplices. corde. ore. opere Habent enim duplicitatem in cordiali intentione. In verbali locutione. In manuali operatione seu inuisuali conuersatione Dico ergo quod quidam habent duplicitatem intentionis et istud procerto fit quando. scilicet homo non pōt in vna cogitatiōe seu ꝓposito ꝑmanereꝗ: sꝫ de vno ad aliud solet faciliter se trāsferre. Alia est duplicitas oris: ꝛ ista ē duplicitas adulatorū ꝛ detractorū qui mō dicūt vnū: mō aliud. In presentia adulantur: in absentia obloquuntur. Item est duplicitas operis. Et ista est duplicitas hypocritarum. qui vnum habent in cōscientia: aliud in apparentia. Unum faciunt in publico. et aliud in occulto. Unum apparent et aliud sunt.

Notemus igitur ꝙ est duplicitas.
Cogitationis.
Adulationis.
Simulationis.

C ¶ Et ideo de istis tribus potest exponi illud Ecclesiastici.ij. Ve duplici corde labijs scelestis manibus malefacientibus: et peccatori terram ingredienti duabus vijs. Ve inquit duplici corde: ecce duplicitas in intentione. Et labijs scelestis ecce duplicitas in locutione. Et malefacientibus manibus &c. Ecce duplicitas in operatione. ¶ Quidam igitur habent duplicitatem intentionis: que proculdubio est contra naturam. Natura enim non dedit nisi vnum cor homini. ad denotandum ꝙ ipse debet habere vnitatem et stabilitatem intentionis. Jaco.j. Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs. Plinius. tamen libro.xj. capitu.xxxviij. dicit: Quod semel prodigiose accidit quod cum marcellus sacrificaret cor duplex in hostia fuit inuentum. Sic tales duplicem habent mentem. contra illud. Ecclesia.j. Et ne accesseris ad deum duplici corde: nec fueris hypocrita in conspectu hominum Et.j. Paralip.xij. Non in corde duplici: quia sicut dicitur Jacobi.j. Vir duplex animo incõstans in omnibus vijs. ¶ Alij habent duplicitatem locutionis: quia tales cito mutãt et duplicant linguam suam loquendo. et pro et contra. Similes catto qui linguam habet valde flexibilẽ et vertibilem: valde etiam leuem et suauem. Similes etiam quibusdam scorpionibus qui duplices habent aculeos. sicut dicit. Plinius. Similes etiam illis serpentibus quos Alexander vidit in India sicut ipse dicit in epistola: qui duo habebant capita: et in quolibet capite linguas duas. Quia vere multi sunt qui linguam habent variam et duplam: ita quod ad omnem partem flectunt et duplicant verba sua. Nunc scilicet ad adulandum: nunc ad detrahendum. Unde Ecclesiastici.v. Peccator probatur in duplici ligua. Ista est ergo duplicitas locutionis. ¶ Alij habent duplicitatem operationis. Et ista est duplicitas hypocritarum: qui similes sunt hermafroditis qui sunt homines habentes vtrunque sexum. scilicet sexum masculinũ et femininũ: quia isti in presentia sunt masculini idest boni. In absentia vero feminei sunt idest mali. Similes enim sunt sambuco que est arbor habens duplicem corticem. et cuius flores redolent et fructus fetent. Cortex enim sue exterioris conditionis duplex est: quia scilicet flos sue conuersationis est redolens: fructus vero sue operationis est fetens et olens. &c. concorda. Vide in titulo de constantia. Ecclesiastici.xlij. Omnia duplicia. vnum contra vnum. Ista est ergo duplatio virtuosa.

D ¶ Tertio vero dico. quod inuenit duplatio dolorosa. Et ista est duplatio tormentorum. quia scilicet tormenta malorum duplicia dicuntur: pro eo quod in corpore. et anima patiuntur. Pro eo quod bonis perpetuis priuabuntur. et malis perpetuis affligentur. Hoc est dictu quod pena damni et pena sensus mutabuntur. de quo Hieremi.xvij. Duplici contritione contere eos domine deus noster Et illud Esaie.xl. Suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Unde dominus de mundo et damnato peccatore loquitur sic Apocalip.xviij. ad malos dirigens verba sua: et dixit sic in figura babylonis destructi. Reddite ei sicut et ipsa reddidit vobis: duplicate duplicia secundum opera eius. in poculo quo miscuit vobis miscete ei duplum. Ista est ergo duplatio dolorosa.

E ¶ Quarto vero dico quod est duplatio gaudiosa: videlicet glorie paradisi que pro tanto duplex dicitur. quia de diuinitate et humanitate christi perficietur. Vel quia in anima et corpore recipietur: quando scilicet homo stola duplici: hoc est dictu: gloria anime et corporis vestietur. Cuncti enim domestici dei vestiti sunt duplicibus: quando corpus resurget et glorificabitur. Tunc enim gloria quam nunc habet anima beata separatim: duplicata dicetur. in quantum. scilicet in corpus christi diffundetur. Talis enim duplex gloria dabitur: patientibus: presidentibus: largientibus: Patientibus dico: mundanas tribulationes. Unde de Job patiente: qui interpretatur dolens. dicitur. Job.xlij. quod post eius percussionem addidit dominus omnia que fuerant Job duplicia. Presidentibus per multas dominationes: quia sicut dicitur.j. Thimo.v. Qui bene presunt presbyteri duplici honore digni sunt. Largientibus etiam. scilicet elemosynas et subuentiones. Ecclesia.xx. Est datum cuius retributio duplex. Sancti enim et iusti sunt primogeniti de quibus scribitur Deute.xxj. quod ipsi dabuntur de bonis patris sui cuncta duplicia. De manna etiam cibo dulcissimo legitur. quod duplum die veneris recolligebatur: vt inde in die sabbati (in quo non erat laborare licitum) viueretur sicut dicitur Exodi.xvj. Ad denotandum quod dulcedo duplicande glorie paradisi in sexta die idest nunc in ista sexta etate presentis vite debet promerendo recolligi: et per merita apud iusticiam diuine retributionis a nobis per bona opera pro nostris futuris vsibus aggregari vt inde in sabbato eterne et future requiei. quando laborare vel amplius mereri non poterimus possimus viuere et sursum cum deo gloriari. Exodi.xvj. Die sexta collegerunt cibos duplices. Patet ergo quomodo inuenitur quadruplex duplatio. videlicet Gloriosa. Dolorosa. Vitiosa et Virtuosa. Vide supra de duo. B

Duricia. Durus.

Nota quod duricia in scriptura sumitur multis modis. Sumitur enim in bono et in malo. In bono enim designat. Asperam correctionem. Stabilem durationem Constantem perfectionem. Boni enim duri sunt contra impios corrigendos diu perseuerando. Res enim dure diutius solent durare. Item constanter sustinendo. Sicut enim res que est dura melius sustinet res duras. Sic homo fortis: constans et perseuerans melius sustinet res asperas et duratas scilicet correctiones: tribulationes: penitentias et afflictiones. Psalmista. Verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. ¶ Item duricia in malo designat Mentis obstinationem. Morum indurationem. Mundi tribulationem. Inferni afflictionem. Dicamus igitur generaliter quod tam in bono quam in malo accipiendo. Est.
Quedam duritia virtuosa.
Quedam vitiosa.
Quedam dolorosa.
¶ Prima est habenda.
Secunda cauenda.
Tertia timenda.

¶ Est igitur duricia virtuosa que debet haberi et ista est duricia constantie. penitentie et iusticie. Duri et cõstantes debemus esse more adamantis: qui ita durus est quod nec igne potest secari. quia vere ita debemus esse constantes et patientes: quod nullus ictus tribulationis: nullus ignis tentationis: debet nos per peccatum destruere. nec per impatientiam dissipare. Unde Ezechielis.iij. Dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum quasi silicem et adamantem faciem tuam. Item duri iusti et rigorosi nobis et alijs debemus esse sicut malogranatum. quod est pomum interius valde humidum exterius valde durum: corticem enim habet duram exterius. medullam vero valde habet humidam interius. Sic vere charissimi in cortice exterioris conuersationis debemus habere magnam duriciam. scilicet duriciam penitentie et constantie quantum ad nos. Duriciam vero correctionis et iusticie quantum ad alios. Sed reuera interius in corde debemus esse molles et teneri per pietatem et compassionem humidi

humidi et fluidi per pietatem et deuotionem. Istud potissime pertinet ad prelatos quia vere semper debent esse duri quia iusti exterius in apparentia: molles vero: pij et benigni interius in conscientia. Duros enim iustos et rigorosos se debent exterius ostendere: ne forte familiaritas pariat contemptum: et ne forte facilitas venie sit alijs occasio delinquendi. Quicquid tamen agant exterius: semper interius in corde humorem pietatis et compassionis: gratie et deuotionis debent habere. ita quod possint exteriorem iusticiam temperare: Similes enim debent esse ossibus que quamuis exterius valde sint dura: intus tamen medulla sunt plena. Sic proculdubio iudices et prelati quamuis sint exterius duri iusticiam exequendo tamen intus debent esse medullosi clementiam conseruando: vt de quolibet tali possit dici illud Mathei. xxv. Scio quia homo durus es. Isti enim debent esse homines quod est animal mansuetum per pietatem et compassionem Et debent esse duri per iusticiam et correctionem. Quod est contra multos qui solam habent iusticiam et non clementiam rigorem et non dulcorem seueritatem et non pietatem vt sic subditi iuxta dictum domini scilicet Deutero. xxxij. Sugere valeant mel de petra: oleumque de saxo durissimo. Isti sunt similes ossibus leonis: que ita sunt dura et solida quod nihil habent interius de medulla. Ita etiam sunt sicca quod ex collisione eorum exit ignis. Sic vere multi sunt iudices et prelati qui intus per crudelitatem: et exterius per austeritatem sunt durissimi: quia nihil habent de medulla pietatis interius. et ideo ignem crudelitatis emittunt exterius. Treno. j. De excelso misit ignem in ossibus meis. Isti debent considerare illud quod scribitur. Tertij Regum. xij. Ubi dicitur. quod cum populus peteret a Roboam filio Salomonis quod minueret paululum de iugo durissimo quo ipsos grauauerat pater suus. Respondit populo dura: propter quod ab eius dominio recesserunt et alium regem elegerunt. Constat enim quod duricia et austeritas quando nimis excedunt in superiore: faciunt ei multa mala damna. Exodi. vj. Non acquieuit populus propter angustiam et opus durissimum. Non sic charissimi non simus ex toto duri: sed potius sub exteriori duricia: benignitatem et molliciem interiorem habeamus Iuxta illud Deutero. octauo. Eduxit riuos de petra durissima. Non sic ergo sed cum duricia habeamus clementiam et sic erit duricia virtuosa que debet haberi.

B ¶ Secundo dico quod est duricia vitiosa que debet caueri. Et ista est duricia obstinationis male consuetudinis et crudelitatis. Tales enim duricias non debemus habere. sed ipsas fugere et cauere: quia sicut dicitur Ecclesiastici. iij. Cor durum male habebit in nouissimo. Obstinati enim similes sunt crocodilo quod est animal cuius cutis et dorsum sunt dura: quia nec ictibus leduntur nec gladijs perforantur. Sic vere charissimi multi sunt ita duri per obstinationem: et ita indurati per malam assuefactionem. quod quamuis a deo vel a mundo ictibus tribulationum feriantur: quamuis a prelatis et predicatoribus iaculis correctionum et reprehensionum percutiantur: ipsi tamen non penetrantur nec emendatur per conuersionem ipsis ergo dicitur illud Esaie. xlviij. Sciui enim quia durus es tu et neruus ferreus ceruix tua. In egypto enim crescunt fabe que ita dure sunt quod nullo igne coquuntur: nec vlla aqua possunt mollificari: vt dicit Plinius. Sic vere multi sunt ita obstinati in malis consuetudinibus et indurati: quod nec igne correctionis vel tribulationis coquuntur nec aqua dulcis monitionis et inductionis ad compassionem aliquam inclinantur. Istud patet de multis peccatoribus: maxime in auaris et parcis: et etiam luxuriosis: et multis alijs Fatuist obstinatis: qui nec aqua nec igne possunt corrigi vel decoqui: nec a sua duricia temperari. Unde cor eius indurabitur quasi lapis: et restringetur quasi malleatoris incus Job. xlj. Et nota quod mali duri sunt.

In verbo dure respondendo,
In intellectu parum retinendo.
In corde fidem non credendo.
In capite non obediendo.
In opere seu manibus alios grauando.

Uerbo dico Genesis. xlij. Locutus est nobis dominus terre et dure tamen dicitur. Prouerbiorum. xv. quod responsio mollis frangit iram: sermo durus excitat furorem. Item in intellectu. Esaie. xlvj. Audite me duro corde et qui longe estis a iusticia. et tamen. Prouerbi. xxviij. dicitur. quod qui mentis est dure corruet in malum. Item in corde. Unde de incredulis dicitur. Marci. xvj. Quod iesus exprobrauit incredulitatem illorum et duriciam cordis. quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderant. Item in capite. Exodi. xxxiij. Populus dure ceruicis es Et actu. vij. Dura ceruice et incircuncisis cordibus semper spiritui sancto restitistis. Item in manu. Unde pauperes possunt dicere illud j. Regum. v. Dura est manus eius super nos. Ista est ergo duricia vitiosa que debet caueri.

C ¶ Tertio dico quod est quedam duricia dolorosa que debet timeri. Et ista est duricia infernalium tormentorum. et iudicij domini. Deus enim meus est sicut agnus peccatores benigniter sustinendo sed procerto in fine. idest in iudicio erit aries cum duris cornibus peccatores dure iudicando: et in inferno durius condemnando. Quia reuera charissimi nostris peccatis exigentibus: sic fiet quod ille qui dulcissimus est et benignissimus: crudelis fit et durissimus: ita quod quilibet damnatus poterit sibi dicere illud. Job. xxx. Mutatus es mihi in crudelem. et in duricia manus tue aduersaris mihi. Sic enim de deo est sicut de corallo qui quamdiu est in aqua iuxta mare vbi generatur radix est lignea atque mollis: quando vero de aqua extrahitur tunc in naturam lapidis induratur. Sic vere charissimi: deus modo latitat infra mare paradisi in isto intermedio vsque ad diem iudicij. in quo a mortalibus non videtur: ille proculdubio est sicut radix lignea scilicet plicabilis atque mollis per pietatem atque benignitatem: quia sicut dicitur. Sapientie. xij. Ipse dissimulat peccata hominum propter penitentiam. Sed vere quando apparebit et quando exibit extra illud mare in die iudicij: quando de paradiso ad vallem Josaphat veniet: tunc procerto indurabitur contra peccatores per iusticiam et rigorem: et lapis efficietur ad ipsos percutiendum per damnationis furorem. Ipse enim vt dicitur. Sapientie. v. Acuet iram duram in lanceam: et pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos. De ista ergo duricia diuina potest dici illud. Job. xxviij. In similitudinem lapidis durantur aque. Sic ergo charissimi dico. quod ista est duricia timenda. Alia vero est que est cauenda. Alia autem que est habenda etc. Sufficit.

Dum.

A Nota quod dum. dudum: et nondum seu necdum sunt aduerbia temporis. semper enim significant tempus presens preteritum vel futurum. Dum enim signat tempus presens. Dudum signat tempus preteritum. Nondum signat tempus futurum. De dudum autem propter defectum autoritatum vocalium nihil pono. Sed vide vbi olim et quondam. De nondum et necdum: vide in loco suo. De dum vero aliquid est dicendum. Notabis ergo quod dum aduerbium temporis semper signat tempus presens cum quadam tamen suspensiua seu defluxiua dilatione. Unde dum sumitur pro cum: vel pro quando seu pro tempore quo: sicut cum dicitur Genesis. xxiiij. Dum hoc mecum tacitus voluerem ap-

parvit rebecca idest tempore quo seu cum vel quando
talia mecum volvebam. Nota ergo quod nos inveni-
nimus in scripturis.

Defluxibile.
Non durabile.
Unũ dum. Miserabile.
Terminabile.
Commendabile.
Execrabile.
Formidabile.

¶ Primũ est dum. Nature labentis. s. vite.
Secundũ est dum. Fortune fluentis.
Tertium est dum. Fortune ledentis.
Quartum est dum. Jacture sequentis. s. mortis.
Quintum est dum. Gratie valentis.
Sextum est dum. Peccati fetentis.
Septimũ est dum. Tormenti furentis seu infernalis.

Igitur dico ꝙ nos invenimus vnum dum nature in-
fluentis quod est singulorum. Et istud nihil aliud est
ꝙ vita nostra: que scilicet non est nisi vnum duꝫ idest
vnum modicum temporis suspensiuuꝫ: breue videlꝫ et
incertũ. Et istud est vnũ tẽpus valde dubium. qꝛ scilꝫ
vbi perseuerare creditur terminatur. Juxta illud Esa.
xxxviij. capi. Dum adhuc ordirer succidit me. Et ideo
sicut homo qui modicum habet temporis determina-
tum ad aliquid faciendum solet pro viribus in assum
pro negocio festinare sicut patet in electionibꝰ per viã
scrutinij et in alijs pluribus. vbi certa candela ardens
electoribus assignatur que dum durat possunt ad ele
ctionem procedere et ea finita amplius nihil possunt
Cauent enim omnes electores vt dum durat candela
faciant et compleant quod ceperũt ne forte ipsa extin-
cta amplius nihil possint. Charissimi vita nostra can
dela proprie potest dici. vbi scilicet ignis. idest anima.
grosse materie idest corpori est coniuncta. Dum enim
ignis et candela. idest corpus et anima simul viuũt. ho
mines bene operari ꝛ bene mereri possunt. ipa vero mor
tua vel extincta: virtus merendi nobis prorsus excludi
tur. Et ideo necesse est ꝙ homo dum viuit ꝛ durat cã
dela vite presentis bonum opus celeriter operetur vn
de Gala. vj. Dum tempus habemus operemur bonũ
ad omnes. Figura ad hec. Mathei. v. vbi dicitur. Esto
consentiens aduersario tuo dum es in via cum eo. ne
forte tradat te aduersarius tuus iudici ꝛ iudex tradat
te ministro ꝛ in carcerem mittaris. Amen dico tibi nõ
exibis inde. charissimi. Aduersarius noster est sindere
sis conscientie nostre. Iste est eniꝫ procurator fisci. idest
dei: quem. scilicet pro iure suo seruãdo posuit in curia
cordis nostri. Statim enim ꝙ aliquid mali facimus;
iste protinus contradicit et clamat. et pro posse suo in
quocunq; actu peccati nobis obuiat et rebellat. Igi-
tur dum simus in via vite presentis. simul cum isto ad
uersario viuimus. ipsumq; pro peccatis nostris nobis
aduersari. et per remorsum rebellare et pro iure deiꝫ iu
sticie stare sentimus. nos procerto sibi consentire. ꝛ cũ
eo pacem facere. et sibi per penitentiam satisfacere de-
bemus. dicendo scilicet. sibi illud Gen. xiij. Ne queso
sit iurgium inter me et te. fratres enim sumus. Alias
proculdubio iudici deo tradimur et per ipsuꝫ ministro
dyabolo subijcimur et carceri perpetuo mancipamur.
Bene ergo dicitur de isto dum. Ecclesiasti. xxxiij. Duꝫ
adhuc superes ꝛ aspiras non immutabit te omnis ho
mo supple a bono opere et proposito. Bene ergo dicit
ille versificator. Fac bene dum viuis post mortem viue
re si vis. Vt ꝛ de corpore nostro dicatur illud ecclesiasti
ci. xxx. Tunde latera illius dum infans est. Patet ergo
ꝙ est dare vnum dum nature fluentis. ¶ Secundo di
B co quod est dare vnum dum fortune florentis seu etiã
labentis. Mundana enim gloria non est nisi vnuꝫ dũ
idest vnum tempus modicuꝫ et vna hora breuis. quia
scilicet gloria mundana possessores suos et si in mun
danis honoribus alte leuat: ipsos tamẽ subito detra
hit atq; grauat. Unde in ps. Deiecisti eos dum alleua
rentur. Sequitur. Facti sunt in desolationem. subito de
fecerunt perierunt propter iniquitatem suam. et bene
dicit subito quia scilicet isti dum sunt in mundi pro-
speris taliter excecantur ꝙ de futuris nihil aduertunt
quare subito dissipantur. esaie. xxx. Subito dum non
speratur veniet contritio eius. Et merito tales subito
pereunt quia procerto suum breue dum idest suam du
rationem modicam non attendunt immo super alios
per superbiaꝫ se erigunt. et pauperes suppeditant atq;
ledunt. Psa. Dum superbit impius incenditur pauper
Istud est ergo vnũ dum. fortune labentis seu florentis.
¶ Tertio dico ꝙ est dare vnũ dũ fortune ledentis. Ad-
uersa enim fortuna sicut ꝛ prospera habet suuꝫ dum. i.
suam durationem transitoriam atq; breuem. dum ta-
men ista est in furore suo. constat ꝙ illi qui per eam op
primuntur. sustinent. multa mala videlicet

Mordaces detractiones.
Nugaces derisiones.
Audaces inuasiones.

¶ De mordacibus detractionibus dicitur in Psal.
Dum appropiant super me nocentes vt edant carnes
meas qui tribulant me inimici mei. De nugationibꝰ
derisionibus. dicitur in Psal. Dum confringuntur
ossa mea exprobrauerunt mihi qui tribulant me ini-
mici mei. dum mihi dicunt per singulos dies vbi est
deus tuus. De audacibus autem inflictionibus et op-
pressionibus. dicitur in ps. Contristatus incedo dum
affligit me inimicus. et dum confringuntur ossa mea.
Istud est igitur vnum dum fortune ledentis. ¶ Quar
to dico ꝙ inuenitur vnum dum iacture prementis seu
clausure stringentis. Hoc est dictu: mortis cuncta fi-
naliter terminantis. Mors enim est vnum dum. idest
idest vna breuis hora ad quam oportet finaliter perue
nire. vt de qualibet persona possit dici illud Johannis
xx. Dum ergo fleret inclinauit se et prospexit in monu
mentum. ¶ Quinto dico. quod est dare vnum dum.
gratie fulgentis. Status enim gratie est vnum dum. C
idest vna certa dimensio in qua iusti manent et tran-
seunt dum rite seruiunt creatori et dum ad patreꝫ trã-
seunt de hoc mundo. Et sic notabis de isto dum: idest
de tempore et statu gratie ꝙ hoc est.

Dolentis contritionis.
Unũ dum Stringentis purgationis.
Fluentis compunctionis.
Feruentis affectionis.
Petentis orationis.
Splendentis discretionis.
Unũ dum. Manentis durationis.
Loquentis instructionis.
Sequentis saluationis.

¶ Dico ergo quod in isto dum. idest in statu gratie
inuenitur dolens contritio que mentem stimulat ps.
Conuersus sum in erumna mea dum configitur spi-
na. Ut sic hõ penitens et abstinens dicat illud. ij. Reg.
xij. Propter infantem dum adhuc viueret ieiunaui et
fleui. Item ibi inuenitur stringens purgatio que ani-
mam et corpus per penitentiam cruciat Job. xiiij. Ca-
ro eius dum viuet dolebit. et anima illius super semet
ipso lugebit. Item ibi inuenitur fluens compunctio. q̃
sese vapulat. et sic dauid dicebat in Psal. Super flumi
na babylonis illic sedimus et fleuimus. dum recor-
daremur tui syon. Item inuenitur ibi feruens affectio
que querens circulat. quia scilicet affectio circuit per
omnes vias iusticie dominum querens Esaie. lv. Que
rite dominum dum inueniri potest. Item inuenitur
petens oratio que laudes iubilat. Esaie. lv. Inuocate
eum dum prope est. Item inuenitur ibi splendens dis
cretio que clare rutilat. Job. xij. Ambulate duꝫ lucẽ ha
betis vt non tenebre vos comprehendant. Et ibidem
Dum lucẽ habetis credite in lucem vt filij lucis sitis
Item inuenitur ibi manens duratio que nunq; tremu
lat. idest

lat.idest perseuerantie virtus. De qua scilicet dr. Iudith.v. Quod filij israel vsq3 dum non peccassent in conspectu dei sui erant cum eis bona. Item inuenitur ibi sermocinatio que verba pullulat quia scilic3 iusti du3 in statu gratie viuunt. predicando et sermocinando alios instruunt. Predicator enim est ille de quo dicit Luc.viij. Math.xiij. Quod exijt qui seminat seminare semen suu3. Et dum seminat aliud cecidit secus viã aliud supra petram. aliud inter spinas. aliud in terra3 bonam rc. Dum enim predicator predicat semen verbi dei diuersimode recipitur per diuersos. predicator autem dum tamen debitum suum faciat. meritum a domino semper reportat. j. Machabeoru3.ij. Caleph dum testificatur in ecclesia accepit hereditatem. Ite3 inuenitur ibi plena saluatio que bona cumulat. scil3 finalis gloria paradisi De qua. j. Machabeorum.ij. Iesus dum impleuit verbum factus est dux israel. Helyas dum zelat zelum legis receptus est in celũ. Ibidẽ Istud enim dum. i. status et duratio glorie paradisi.

Caret timore.	Caret dico timore. q2 scil3
Fragrat odore.	beati nõ timent in patria
Pollet honore.	dum vident peccatores in

inferno. stupẽtes. Et ideo isti dicunt in ps. Non timebimus dum turbabitur terra. et transferentur montes in cor maris. Fragrat etiã odore. Unde anima beata potest dicere illud Canticorum. j. Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum. Pollet insuper honore. vt sic de beatis ad regnum paradisi promotis dicatur illud Psal. Dum discernit celestis reges super eam niue dealbabuntur in Selmon. mons dei mons pinguis. Selmon eni3 interpretatur pax vel sensus. seu virtutis vmbraculum. Mons ergo dei Selmon qui est mons pinguis et omnibus bonis opulentus dicitur. significat paradisum. vbi scilicet est.

Pax eterna que non perturbatur.
Lux eterna que non obscuratur. scilicet sensus et cognitio certa et vera.
Umbraculum et refrigerium.
Pugnaculum et magisterium.

Magisteriu3 dico regie maiestatis in quo beati a deo discernuntur et constituuntur et niue candoris et splẽdoris et perpetui candidantur. Sic igitur patet quod est dare vnum dum gratie fulgentis. Sexto vero dico q est dare vnum dum peccati nocentis. Status enim peccatorum dum dicitur pro eo q semper differũt bonum facere. et q a bono faciendo plus debito suspenduntur. et pro eo q dum in isto statu permanẽt multa mala facere comprobantur et sic nota q apud impios inuenitur vnum dum quod querit.

Iras.	De talium ira dicitur. Ecclesia
Turbationes	stici.xxviij. Ipse dum caro sit re
Dilationes.	seruat iram. De talium turba-

tione dicitur in psal. Quare contristatus incedo dum affligit me inimicus. De talium dilatione seu inepta occupatione dicitur Mathei.xxv. De fatuis virginibus q dum irent emere venit sponsus et clausa est ianua. ¶ Septimo dico q est vnum dum tormenti furentis idest pene infernalis. seu damnatorum. Misera enim damnatorum conditio dicitur. Dum. quod significat presens tempus. quia nulla est eis spes de tẽpore future liberationis. sed eis semper presens est calamitas horride passionis. de talium finali desperatione et damnatione dicitur in ps. Dum non est qui redimat neq3 qui saluum faciat. Et sic ergo patet quomodo est dare. vnum. dum: quod est.

Damnatorum.
Peccatorum.
Iustorum.
Mortuorum.
Miserorum.
Mundanorum.
Singulorum seu viuorum. rc. sufficit.

Explicit prima pars Dictionarij per magistrũ. Conradum henfogel. de nuremberg reuisa ac denuo emẽdata Lugduniq3 per magistrum Iacobnm Sachon. impressa. Anno domini Millesimo quingentesimo decimosexto die autem tertia mensis decembris.

Registrum.
a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z.
A B C D E F G H I K L M N O P omnes sunt quaterni preter P. qui est ternus.

[illegible]



PETRI
Berchorij.
Dictionari
um morale
Tom. 1
A.B.C.D

calibrite
colorchecker CLASSIC
mm